


FRANCISCI VIGERI
ROTOMAGENSIS
DE
PRAECIPVIS
GRAECAE DICTIONIS
IDIOTISMIS
LIBER





CVM
ANIMADVERSIONIBVS
HENRICI HOOGEVEENI
IOANNIS CAROLI ZEVNII
ET
GODOFREDI HERMANNI
HIC ILLIC RECOGNITIS



EDITIO QVARTA
AUCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE
SVMTIBVS LIBRARIAE HAHNIANAE
CIↃIↃCCCXXXIV.

FRANCISCI VIGERI

DE

PRAECIPVIS

GRAECAE DICTIONIS

IDIOTISMIS

LIBER

PARS I.

GODOFREDI HERMANNI
PRAEFATIO.



Quum repetenda esset Vigeri editio, mihi demandatum hoc negotium est. Sed ego quum cognovissem Godofr. Henr. Schaeferum, virum eximia Graecae linguae peritia instructum, iam antea de edendo Vigero cogitasse, et multa parasse ad eam rem subsidia, huic eo lubentius meam tradidi provinciam, quo maiorem fructum ex eius opera percepturos esse litterarum Graecarum studiosos intelligebam. Iam aliquid temporis praeterierat, quum ille repente rem renunciavit, meque, ut eam susciperem, hortatus est. Frustra repugnavi. Ita mea cura auctus in lucem Vigerus prodiit. Permiserat Fritschius hanc editionem plane meo arbitrio, sive hic illic aliquid emendare vel addere, sive omnem libri conformationem mutare vellem. Atque erunt fortasse, qui me reprehendant, quod hac copia iusto parcius usus esse videar. Hi sciant, me neque rationem, quam Vigerus iniit, probare, et magnopere optare, ut aliquis ex iis, qui huic negotio pares sunt, meliorem in hoc genere librum scribat. Equidem id facere nec potui, nec volui. Satis habui, quae errasse Vigerum vel eius interpretes animadverterem, adnotare atque emendare; tum hic illic, quae ab his praetermissa erant, addere. In ea re adiumento mihi fuere duo exemplaria Vigeri, alterum, quod Frid. Volg. Reizius olim possederat, a Fritschio post eius mortem emptum; alterum Schaeferi,

quod is mihi utendum concessit. Quae Reizius adnotaverat, addito eius nomine omnia vel ipsi Vigero et Hoogeveeni notis, vel meis adnotationibus inserui. Schaeferus in suo exemplo nullas disputationes, sed plurimos locos vel veterum scriptorum, vel interpretum et criticorum adscripsit. His ita usus sum, ut, qui Graecae linguae studiosis utiles viderentur, eos afferrem; reliquos omitterem. In his locis conferendis, dici non potest quantum operae non sine summo taedio consumpserim. Quippe saepe ex ingenti numero aut nullus aut perpauci fuere, quos ad meos usus adhibere possem. Aliam molestiam Hoogeveeni et inprimis Zeunii errores afferebant. Quare factum est, ut hos saepe acerbius notarem. Omnino tirones monitos velim, ne temere aut Vigero aut Hoogeveeno et Zeunio credant, sed ea in quoque loco adhibeant, quae ab Reizio et a me ad illos refellendos adnotata sunt. Quae licet saepenumero paucis verbis contineantur, spectant tamen ad longas illorum disputationes, in quibus aut nihil veri est, aut pauca tantum probabiliter tradita sunt. Etiam dictione isti utuntur non modo non eleganti, quod in tali argumento nemo requiret, sed vel soloeca, vel speciem elegantiae, quae aut nulla aut inepta est, habente. Haec mutare nolui, ne semel aggressus mutandi negotium, nihil intactum relinquerem. Itaque repeti curavi editionem, quae novissima erat, ipso servato paginarum numero, nisi ut hic illic aliquam adnotationem insererem aut Reizii, aut meam, addito, cuius quaeque est, nomine. In calce alias addidi adnotationes. Ad eas spectant numeri, qui in Vigero et Hoogeveeni ac Zeunii notis hoc adiecto signo 9 leguntur. Ii numeri in margine mearum adnotationum positi sunt: qui autem in initio cuiusque ex meis adnotationibus numerus adscriptus est, is paginae est, ad quam ea adnotatio pertinet. Indices auxi iis rebus, quae in hac editione accesserunt. Novum etiam indicem addidi scriptorum, qui in meis adnotationibus emendati vel explicati sunt.

PRAEFATIO
SECVNDAE EDITIONIS

Quae ante hos undecim annos curata ab nobis erat Vigeri editio, quum divenditis exemplaribus iterum typis describenda esset, nolui rationem, quam illo tempore probaveram, deserere, ne liber, tironum potissimum usui destinatus, ad nimiam augeretur magnitudinem. Verumtamen quoniam intelligebam multa rectius explicatiusque dici potuisse, alia autem non fuisse sine admonitione praetereunda, faciendum putavi, ut et corrigendis adnotationibus meis et novis addendis hanc editionem et meliorem priori et auctiorem redderem. Praeterea appendicem adieci, in qua, maxime ex brevioribus quibusdam scriptis meis, quae in simili cognatoque argumento versarentur, neque in omnium manibus essent, excerpta darem. Servati sunt autem in hac quoque editione et paginarum superioris editionis, et adnotationum mearum numeri, quos a quibusdam citari animadverteram. Quos ne mutare necesse esset, si quae adnotationes accedebant, notatae sunt praecedentis cuiusque adnotationis numero, additis litteris *b. c. d.* Paginarum autem numeri quum in adnotationibus meis propter mutationes et additamenta servari amplius non possent, superioris editionis numeros, quos ipsos quoque a multis citari vidissem, in summo margine adnotavi. Vt quam purissima a typothetarum erroribus prodiret haec editio, operam dedit vir ut omni laude ornatissimus, ita mihi amicissimus, G. H. Schaeferus.

PRAEFATIO
TERTIAE EDITIONIS.

Spem feceram librario huius libri in aptiorem formam redigendi, omissis, quae falsa vel inutilia essent, omnique ratione libri immutata. Sed prius, quam mihi ad eam rem otium factum esset, divendita est editio secunda: unde roganti librario, eam ut sibi repetere liceret, non sum refragatus. Quum autem a diligentiore libri retractatione alia me negotia retinerent, satis habui hic illic aliquid addere, atque in meis adnotationibus corrigere. Qua in re quod nullam rationem habuerim censurae editionis secundae, quae diariis litterariis Vindobonensibus mense Septembri a. 1815. n. 72. inserta est, nemo id mirabitur, qui censuram illam accuratius consideravit. Videtur enim censor ille quas in adversariis suis adnotatas habebat scriptorum citationes non denuo inspectas tamquam supplementa mearum adnotationum in censuram istam coniecisse. Ita factum est, ut fere aliena et quae ego ne voluerim quidem attingere contineant. Ea levitate multi hodie censuras scribunt.

PRAEFATIO
QVARTAE EDITIONIS.

In mente habebam ex vetere libro novum facere, eumque multo breviorem, cuius duae partes essent, una, qua syntaxis linguae Graecae breviter describeretur; altera, quae idiomatum rationem contineret, hoc est earum dicendi formarum, quas usus pugnantes cum regulis syntacticis introduxisset. Nam haec et in Vigeriano libro permixta sunt, neque alium ego quidem novi librum, in quo vel idiomata recte secreta sint, vel de syntaxi clare sit et perspicue explicatum. Inchoaveram illud opus, sed seposito propter alia negotia frustra quaesivi, qui pro me istam operam reciperet. Itaque obsequutus roganti librario, ut venditis

exemplaribus liber qualis esset repeteretur, id tamen agendum duxi, ut, dum perlegerem quae olim scripsissem, hic illic vel delerem aliquid vel corrigerem vel adderem. Sic haec quoque editio aliquam sibi propriam dotem habet. Accedit ei autem commendatio haud exigua ab diligentia *Georgii Aenothei Kochii*, Philos. D. viri doctissimi, qui non solum typothetarum errata removit, sed etiam indices singulari cura et locupletavit et commodiores ad usum fecit.

LECTORI
ERVDITO ET AEQVO
S.
IO. CAROLVS ZEVNIVS

Si Vigeri liber hic de exquisitioribus dicendi formis Graecis et partim paulo rarioribus, earumque usu vario ac multiplici nunc aut primus prodiret, aut e loco obscuro, quo adhuc quasi sepultus iacuerit, in lucem notitiamque nostrorum hominum protraheretur opella nostra qualicunque: fortassis paulo copiosius de eius dotibus, praestantia atque usu disserere, et libri patrocinium suscipere conaremur. Verum enim vero cum repetitae saepenumero libri in Gallia olim nati, et postea, inprimis diligentia et doctrina Hoogeveeni Belgici, nutriti cultique egregie, editiones, atque consensus virorum doctorum, qui et scriptis et sermonibus eum tanquam utilissimum ac maxime necessarium commendant tironibus, ultra vulgares Grammaticorum libellos sapere audentibus, usum ac praestantiam eius satis comprobare videantur: nova commendatione non opus esse existimamus. Igitur potius de ratione, quam in hac editione curanda secuti simus, dicendum paucis esse videtur.

Cum editio tertia, quae ante hos undecim annos Lugduni Batavorum superioribus editionibus multo auctior cura doctissimi Hoogeveeni prodiit, ad me esset delata, ut, si fieri pos-

set, accuratior et ornatior efficeretur: primum hanc operam dedi, ut vitia typographica, quae sat multa in illam recentissimam irrepserant editionem, tollerentur, atque, ne forte in nostra editione nova eaque graviora, uti facile fit, in pristinorum locum succederent, specimina typographica a me omni diligentia emendarentur. Etenim praeterquam quod semper existimavimus, primam libri alicuius dotem et virtutem esse puritatem, etiam voluntati Fritschii nostri parendum esse duximus, qui, ne forte aliena culpa vitium aliquod intactum relinqueretur, singula specimina e typographeo Lipsiensi ad me Vitebergam usque, haud sine sumtibus, transmittenda curavit.

Deinde sententias quidem Vigeri Hoogeveenique intactas reliqui, ne forte nonnullis arrogans, nimiumque in aliena bona mihi sumsisse viderer, quamquam multa videbantur brevius, accuratius, et fortassis quoque elegantius dici constituique posse: sed, quicquid commode, et ad usum eorum, quibus hic liber inprimis destinatus est, accommodate addi posse ac debere existimabamus, id vel inseruimus orationi Vigeri, vel Hoogeveeni adiunximus animadversionibus, atque mea, ne alii nomini forte invito obtruderentur, aut uncis [ ], aut alio modo, qui facile cognosci poterit, distinxi, ubique addita sigla Z. In addendis autem meis potissimum id egi, ut vel non satis probata novis confirmarentur exemplis, vel perperam dicta refellerentur, vel quae omnino deessent, de novo accederent, vel confusa et perturbata discernerentur diligentius.

Inprimis vero mihi paulo accuratius elaborandum esse censui in oeconomia usuque particularum explicando describendoque propterea, quod neque a Vigero neque ab ipso Hoogeveeno ad hunc librum generi illi satisfactum esse videbatur, cum tamen ab idonea particularum intelligentia, uti satis inter rei peritos constat, haud mediocris recte intelligendi interpretandive pars pendeat. Causa autem, cur Hoogeveenus minus diligens in natura particularum tradenda et explicanda

esset, fuit haec, quod eo ipso tempore, cum tertiam curabat Vigeri editionem, erat in eo, ut ederet separatim *Doctrinam Particularum linguae Graecae*, quae quoque paulo post, anno huius seculi undeseptuagesimo, voluminibus duobus in forma maiori quarta, quae dicitur, satis nitide, sumtu ipsius auctoris, sed non sine praecipua Anglorum liberalitate, prodiit, (nam haec horum Insulanorum virtus non raro deprehenditur) cum alio modo, uti est admodum probabile, liber in lucem edi non posset. Multa praeclare disputata de usu particularum ibi continentur, et multi errores Budaei, Devarii aliorumque recte refutantur. Verum ob ingens pretium, quo vendi solet, vix emi potest a studiosis Graecarum litterarum, qui fere tenuitate rei familiaris conflictantur. Quapropter ego hic operam dedi, ut illa volumina sat magna quasi in compendiolum redigerem, sed ita, ut res meo modo ordinarem, et meas observationes, quas adhuc in legendis Graecorum libris subinde collegeram, adderem.

Atque cum in ratione particularum, tum in aliis capitibus copiosior esse studui in usibus rarioribus confirmandis et a corrigendi audacia vindicandis. Nam ut omnino hic Vigeri liber ad interiorem Graeci sermonis naturam cognoscendam valet, ita idem considerari et adhiberi debet tanquam remedium lenitatis audaciaeque in verbis, formis, modisque struendae orationis paulo insolentioribus mutandis, et, uti saepe fit, corrumpendis.

Denique Indicum rationem plane mutavi et meo modo institui. Nam pro septem, qui in prioribus editionibus erant, confeci quatuor: quia pro binis auctorum, totidem vocum Graecarum, et denique vocum Latinarum, singulos earundem rerum conscripsi. Ita certe commoditatibus lectorum consulere studui, ne ad locum auctoris alicuius, aut verbum Graecum Latinumve quaerendum duplicem cogerentur adire indicem. Verum quamquam numerus indicum ita est imminutus, noli tamen credere, B. L. loca ipsa esse praetermissa. Nam,

quantum fieri potuit, id operam dedi, ne facile verbum aut dicendi formula negligeretur, quae iure posset postulari atque hic quaeri.

Igitur, ut opella nostra qualicunque sis contentus, vehementer rogamus. Vale. Scripsi Vitebergae, die 20. Aprilis, A. C. CIƆIƆCCLXXVII.

BENEVOLO LECTORI
HENRICVS HOOGEVEENVS.

Opinione citius distractis *Francisci Vigeri de praecipuis Graecae dictionis idiotismis libelli*, quem mea cura illustratum et perpetuis animadversionibus auctum in publicum adspectum lucemque protulerat, exemplaribus; qui reliqua ex publica auctione suae potestatis fecerat, librarius, nostri laboris novator, rogare me coepit, ut et huius editionis curam susciperem, et, si quid haberem, quo locupletaretur, adderem. Ego, quae novem annorum spatio, ex quo prior editio lucem viderat, non data quidem opera collegeram, sed casus, dum aliud agebam, ex auctorum Graecorum lectione obtulerat, communi usui subducere nolui, quicquid nonnulli prioris editionis emtores de iniuria queruntur, quod aut his additamentis carere, aut geminato pretio alteram hanc editionem priori inutili adiicere coguntur: etenim si quid commodi sit, cum omnibus privari malle quam cum paucis, minus generosi fuerit. Quod si, quae ad communem utilitatem conferant, suppressero, quid his profuerit? si adiecero, quid nocuerit? Si digna fiat prioribus accessio, iuventuti φιλέλληνι esse consultum, gaudeant; sin minus, non necessariorum facilem esse iacturam, sciant. At commode, inquiunt, haec separatim edi potuissent! Potuissent, fateor, sed an commode, nescio. Quanto enim facilius est utenti eodem ex libro, iisdem ex locis, quae cupiat, haurire, quam duobus

ex commentariis disiecta a reliquo corpore membra colligere? Ego, cum foetus huius παλιγγενεσία instaret, adhibita obstetricia manu integrum eum, quam, divulsis non sine foeda deformitate artubus, monstrosum partum edere, antiquius duxi.

Intelligis, Amice Lector, locupletiorem prodire aureum vere de praecipuis Graecae dictionis idiotismis libellum; quam multa supellectile instructiorem, mox scies, ubi, quid priori editione praestitum sit, ex iis, quae antea praemonui, cognoveris. Sunt autem talia.

„Praeter idiotismos, quos auctor noster magno labore, „nec minore successu in usum studiosae iuventutis collegit, „plurimis copiosa Graecorum lingua abundat, quos clarissimus „ille Rotomagensis non attigit, ut vel ipse in prologo ad iu„ventutem φιλέλληνα, quem hic subiunxi, *praestare se* „*nolle*, ait, *hunc librum quae hoc in genere observanda* „*videri possint*, *complexum esse omnia*. Quare eos idio„tismos, qui interiori huius linguae cognitioni operam daturis „non levem crucem figere solent, quantum vel memori mente „recolligere, vel magno studio et labore ex optimorum au„ctorum lectione adornare licuit, suis quosque locis, quos „putavi maxime idoneos, interserui, adeo ut libellus altero „tanto copiosior et amplius nunc renascatur. Generaliorem „cuiuscunque orationis partis doctrinam, cui satis commodus „locus deerat, ad calcem capitum adieci. Voces, de quibus „apud Nostrum altum silentium, et quarum tamen elegan„tiorem et significantiorem usum cum insigni discentium da„mno praeterire religio fuit, servato ad praescriptam normam „ordine alphabetico, interposui. Vbi doctrinam suam nullo „exemplo, vel saltem nulla auctoritate confirmat, si ob lo„cutionis vim vel structurae elegantiam operare pretium vi„sum est, exempla addidi. Idiomata illa, quae cum nostris „plane conveniunt, totidem verbis vernacule reddidi, ut tiro„nibus ea cum communi dialecto conferentibus ad Graeci„smorum intellectum planior pateret aditus. Et, quia his ma„gis, quam eruditis scribo, nullum, quod sciam, exemplum „non versum reliqui. Eadem de caussa passim in notis illas

„voces, in quibus idiomatis vis consistit, ut ea primo intuitu „apprehendatur, literis maiusculis excudendas curavi. Editio- „nis Leidensis lectionem constanter retinui, omissis etiam „quibusdam ex Demosthene exemplis ad Cap. VIII, Sect. 3, „Reg. 5. a clarissimo Lederlino ex Parisiensi editione serva- „tis, cum quia haec verius pertinent ad regulam eiusdem se- „ctionis ultimam, tum quia in fine sectionis ipse Auctor lecto- „rem remittit ad sectionem sextam, ubi regula quinta eadem „exempla occurrunt, quae hic repetere supervacuum duxi. Al- „teram editionum discrepantiam invenies in capitis eiusdem „sectione decima, ubi itidem Leidensi editioni adhaesi. Ne „quid tamen novae huic editioni deesset, ea, quae in Pari- „siensi editione a regula prima usque ad quartam inveniuntur, „notis meis admiscui, et praemissis ad oram his signis („) „distinxi. Retinui etiam, quae a viro quodam docto addita „in Leidensi editione his signis [ ] inclusa inveniuntur. Ad „haec, quae in eadem editione per incuriam *σφάλματα* re- „manserunt, diligenter emendavi. Ad pleniorem usum in ci- „tatis poëtis non libros tantum, sed et versus; in caeteris et- „iam capita, vel, ubi ea deerant, paginas notavi; quae po- „stremae quoniam ob editionum diversitatem discrepant, eae, „quibus usus sum, editiones, et in quibus talia *τμήματα* „non inveniuntur, utenti ex indice Auctorum innotescent. „Denique quatuor indices adieci; primum Auctorum, secun- „dum locorum ex N. T., reliquos duos copiosissimos, alte- „rum Graecarum, alterum Latinarum vocum."

Hunc in modum olim praefatus, nunc, quid integrata haec editio praeter ea novi ferat, paucis docebo. Cunctos totius linguae, quaqua late ipsius patet ambitus, idiotismos colligendo illustrandoque neque Vigeri, neque meus suffecit labor, nec secundae hae quidem curae id praestabunt. Vniversos vel longissimo studio non facile quisquam complectetur: sed aut priorum maiori luce illustratorum, aut ampliatorum, aut plane etiam novorum, qui diligentem indagationem antea effugerant, numerosam offero multitudinem, adhibita religiosa cautione, ne vel minutias consectando, vel

minus necessaria coacervando, vel exempla cumulando opus inutiliter cresceret: excipias tamen, velim, loca ex N. T. citata, quorum non contemnendam turbam adieci, si qua forte etiam Theologis horum commentariorum utilitas foret: ex illis tamen, quae superioribus abunde auctoritate stabilitis, tanquam cumulus accedunt, suis dumtaxat numeris designavi. Cur ad caput septimum et octavum inprimis, rariores accesserint observationes, caussam habeto. Ego in his plurima, sicubi alias, quae notatu digna videbantur, animadverteram, et in quibus doctissimum virum communi nonnunquam errore abripi videbam; sed, quia intelligebam, longe aliam ea demonstrandi, prolixioribusque argumentis, quam libelli huius magnitudo patiebatur, enodandi rationem postulare, huic operis parti supersedere, quam rudem informemque rei pulcrae speciem praebere malui, quamprimum per publica, quibus distringor, negotia licebit, peculiari commentario, quem *de Doctrina Particularum Graecarum* paro, hunc hiatum σὺν Θεῷ abunde suppleturus.

Ad ipsum quoque Vigerum diligentius attendens, praeter ea, quae prior editio dedit, haud pauca sane, in quibus eruditus ille humani quid passus videbatur, emendatrici manu sanare conatus sum. Consule super his indicem Auctorum.

Nihil admodum notavi, quod probata auctoritate non suffulserim; quod utinam Noster fecisset! non multa, si non falsa, controversa saltem et dubia dedisset, nec infirmioribus, quam aequum est, fundamentis nixas regulas praescripsisset. Vid. pag. 177, 182 etc.

In auctoribus citandis Budaei, unde pleraque hausit, exemplum secutus, scriptorum verbis sua loca passim non assignavit, quae investigare in opere saepe diffuso improbus nec taedio carens labor fuit. Nec hunc quidem, ubi utile visum est, detrectavi, plurimisque, quae citat, exemplis sua capita, paginas aut versus, quo facilius linguae Graecae studiosi consulere possint ipsos scriptores, addidi, quo cum fructu, vide sis pag. 217, 349, 469, 477, 491, 494, 513, 536, 581.

Reperire vero, quae prorsus vel neglecto, vel suppresso auctoris nomine, quasi de propria penu sive integra, sive paucis commutatis, exempla profert, hoc opus, hic labor: nec quicquam hic praeter memoriam, dicendi characterem, aut fortunam succurrere potuit. Contigit tamen non semel, ut Cap. V, Sect. 14, Reg. 2. Cap. VIII, 2, 8. Cap. VII, 13, 9. Cap. VIII, 5, 8. et Sect. 7, Reg. 10, 15, 19, 20, 23. et 25. et Sect. 8, Reg. 17. Cap. IX, 4, 11. et alibi saepius.

Tali apparatu instructior recentatus prodit Vigeri libellus, ut animadversionibus, quantum coniicio, quinta sui parte auctioribus, paucae inveniantur paginae, in quibus non aliquid secundae hae curae praestiterint. Ne tamen pro crescenti observationum numero libri moles pretiumque incresceret, altera cura fuit invenire, quo huic incommodo occurreretur, non imminuta pristinorum characterum magnitudine. Typothetae id negotii datum est, ut talem typorum structuram formaret, qua cuique paginae versus, singulis versibus quatuor accederent literae. Id eo valuit, ut magnitudo voluminis copiosa minus additamenta, quam revera continet, polliceatur.

Denique indices quoque habes prioribus locupletiores, sextum inprimis et septimum, ita ut eorum, quae pulcre a Graecis dicta sunt, tironibus lexici vicem facile praestare possint.

Haec editioni secundae praemiseram: quid huic tertiae sit praestitum, et, qua vel veste nitidior, vel suppellectili copiosior prodeat, paucis habeto. Librarium optatus secundae editionis, cuius omnia exemplaria expectatione citius iam erant distracta, successus impulit, ut novorum characterum formas pararet, quo comtius praelo exiret. Ii ut superiores magnitudine excederent, voluit, faciliori laetiorique, ut aiebat, legentium usui consulturus, et nihilominus coarctandis paginarum marginibus, curaturus, ne opusculi, quod caeteroquin sua debet commendare brevitas, moli nimium adderetur. Et sane, nisi nova fuissent addita, quae supprimere eadem, qua supra motum me esse dixi, vetuit ratio, aut nihil, aut parum magnitudo crevisset libelli.

b 2

Tantum quoque exemplarium numerum parandum curavit, ut minus sit periculi, ne copia facile exhauriatur, quare opera quam maxime exacta ut in lucem haec prodirent, cupere se aiebat. Rogabat etiam, ut tertiam hanc editionem nova praefatione munirem. Ego vero, quae lectorem in ipso opusculi vestibulo paululum morentur, necessaria, in duabus prioribus editionibus satis multa monuisse me arbitror; nonnulla tamen, ne nihil cura haec tertia praestitisse videretur, quo minus adiicerem, subterfugere nolui.

Principio editionibus, Parisiensi anni CIↃIↃCXLIV, Leidensi CIↃIↃCLXXX, Argentoratensi CIↃIↃCCVIII, collatis, quae inter se discrepabant, diligenter notavi. Dein hanc editionem novis idiotismis, qui olim et Vigeri, et meam diligentiam fefellerant, locupletavi, non data quidem, ut candide dicam, opera, sed arreptis, quaecunque, quod et supra monitum, in legendis auctoribus se sponte obtulerunt. Similis fortuna correxit quoque multis in locis ipsum auctorem, ubi ille vel humanum quid passus, vel non satis dilucide rem explicuisse, aut tetigisse visus est. Exempla nulla adieci, nisi vel iis locis, quibus doctrina auctoritate nulla erat firmata: vel, ubi unicum sufficere non videbatur: vel, ubi idiotismi ratio postulabat: vel, ubi similis idiomatis amplificatio necessaria habuit: vel denique, si nulla horum causa suberat, nuda loca, numerosque librorum, capitum versuumque addidi, neglectis verbis, ut facile quisque ipsos auctores consuleret, neve libri moles citra necessitatem cresceret.

Cur ad caput septimum et octavum inprimis, frequentes minus, paene dixeram, nullae novae observationes reperiantur, rationem supra indicatam non repeto. Exspectet patientissimus Lector, donec promissa olim *Particularum Graecarum Doctrina* publici iuris fiat, misertus hominis, gravissimis publici muneris curis obruti, et negotiorum spinis, quibuscum quotidie luctandum est, circumsepti, quae difficillima nodosaque, quae particularum doctrina fert, meditanti vix subsecivas horas concedit. Iniquis paene votis optaveram, ut

novum in recentando Vigero laborem in unius anni spatium differre licuisset, intra quod tempus non vana spes affulgebat, fore ut Particularum foetus obstetricia arte sub communem adspectum ederetur. Nunc, quod reliquum fuit otii, curandae huic editioni, indicibus septem mutandis locupletandisve impendi debuit. Quod nisi improvisum quid novam spem disiiciat, intra annum aut quod fortasse excurrat paulum, datam fidem *σὺν Θεῷ* praestare potero.

Haec interim, Candidissime Lector, si a me navata opera ad propagandam linguae Graecae cognitionem, quae ad reliquas scientias, Divinarum quoque literarum puriorem intellectum, atque adeo ad splendidissimam illam omnium scientiarum reginam, viam atque aditum feliciorem aperiat, aliquid conferet, id est, quod pro virili adnixus sum, et,

Praemia si studio consequar ista, *sat est.*

Tu meis laboribus fruere feliciter, et vale.

FRANCISCI VIGERI

P R A E F A T I O

IVVENTVTI

Φ Ι Λ Ε Λ Λ Η Ν Ι

S.

Expressum hunc mihi, vel extortum libellum dicerem, nisi vel contritum hoc, iamque tralatitium praefandi genus veritatis fidem elevaret, vel, utcunque res cesserit, non tam id oratione praedicandum mea, quam vivorum in testium conscientia relinquendum putarem. Nunc cum eorum ad studia voluntatem quoque meam adiunxerim, consilii nostri rationem paucis habe. Scribimus, non eruditis quidem, aut multa iam lectione maturis: discipulos ipsi nos facilius habeant, quam doctores: nec tamen plane novis aut rudibus. Medium quoddam Lectoris ingenium quaerimus, hoc est, grammaticis praeceptionibus mollitum nonnihil ac subactum. Huic viam sternimus ad maiora, non vocum immani congerie, quam invidiam ab immensis voluminibus, vel ipsa brevissimi opusculi species facile deprecatur: sed eorum, ut vocamus, idiotismorum delectu, qui singulis in orationis partibus et occurrunt frequenter, et praecipuam quandam vim, atque elegantiam Graecae dictionis includunt. Ita enim se res habet, ut nonnullo quoque docendi usu didicimus: Linguae omni, Graecaeque praesertim, suus quidam est ac singularis genius, et certis quasi formulis illigatus; quem simul ac deprehendere coeperis, ames continuo, nec ante persequi desinas, quam asse-

quare. Idem nisi te afflaverit, frustra sudes, nec minus inani, quam molesto labore iacteris necesse est. Huius ergo tibi vestigia quaedam indicamus, eaque, ut speramus, nec levia nimium, nec obscura. Facem ad ea nonnunquam Budaeus praetulit, fateor. Quem enim adhuc tantum hunc Gallograeciae Musagetem δᾳδοῦχον habuisse, aut poenituit aut puduit? Exstabunt similia quaedam in amplioribus aliorum spatiis. Ne id quidem admodum negaverim. Cur enim nova prorsus et inaudita cudere ambitiose velim, aut debeam, non video. Sed ea tamen, dum vel passim distracta, vel partem maximam parum explicata, vel tam alta mole consepulta lateant, fit omnino, vix ut unquam a tironibus aut videri possint, aut depromi. Eadem si unum in fasciculum collecta fuerint, si brevius pressiusque compacta, si digesta commodius, si familiarius enucleata, vel manu, vel pera claudi potuerint, tam avide legi solent, quam facile comparari. Horum ut deesset nihil, efficere contendimus. Et erunt, opinor, praeter ordinem cultumque non pauca, quae nobis etiam, studioque nostro debeantur. Quod superest, tanti fuerit, Iuventus optima, priusquam ad Graecorum Auctorum lectionem aspires, totum hunc libellum semel iterumque decurrere. Ita enim evenire vulgo solet, ut praepropera festinatione legendi multa praetervoles, quae diligentiorem et oculum postularent et manum, quae tamen praeterita semel atque neglecta, et hoc quasi damnata praeiudicio, vix unquam abs de deinceps attentionis aliquid impetrare possunt. At postquam his utcunque notionibus consignata mens est, occurrentium imaginum similitudine cum excitatur afficiturque facilius, tum ad illas inter sese componendas suavius invitatur. Ex quo dici vix potest, quantum in posterum ad ista vel pervidenda lucis, vel retinenda firmitatis accedat. Et quidem multos videas, qui cum in legendo laboris plurimum operaeque consumserint, vix aliquot Demosthenis periodos integro perpetuoque sensu contexere noverint; confusa quadam vocabulorum, ut loquuntur, notitia, ut re ipsa sentiunt, perturbatione contenti. Quod enim illa sententiae totius absolutio ex quarundam saepe vo-

cularum aut significatione, aut collocatione apta sit atque nexa; his vel omissis, ut fere fit, vel perperam intellectis, hiet ipsa proinde pendeatve necesse est. Cui malo, quod nec leve quidem, nec mediocre videri debet, libellus hic noster commode, ut spero, facileque medebitur. Equidem praestare nolim, quae hoc etiam in genere observanda videri possint, complexum eum esse omnia: temeritatis hoc esset, non fiduciae: polliceri tamen ausim, qui ad optimorum Scriptorum lectionem ab illius, cuicuimodi est, suppellectili paratus accesserit, eum per sese, in caeteris prope omnibus, quae vel praeterierit memoria, vel iudicium reliquerit, et subodorandis sagaciorem, et agnoscendis oculatiorem futurum. Vale, studiosa Iuventus, et fruere.

INDEX
CAPITVM ET SECTIONVM.

CAPVT I.

CAPVT II.

CAPVT III.

De Nomine.

SECTIO

CAPVT IV.

CAPVT V.

De Verbo.

SECTIO

CAPVT VI.

De Participio.

SECTIO

CAPVT VII.

De Adverbio.

SECTIO

CAPVT VIII.

De Coniunctione.

CAPVT IX.

De Praepositione.

DE PRAECIPVIS GRAECAE DICTIONIS IDIOTISMIS *

CAPVT I.

De articulo praepositivo.

REGVLA I.

Articvlvs praepositivus ad Nomen saepe ac Participium refertur, tametsi neutrum expressum est: ut τῆς Ἀσίας ἡ πρὸς τὰς ἀνατολὰς, id est, *pars Asiae quae ad Orientem spectat*; ubi subauditur μερὶς, *pars*, vel πλευρὰ, *latus*, et Participium οὖσα, vel στρεφομένη [1], *conversa*,

* Perperam *Idiotismos* vocat Auctor, quae debebat dicere *Idiomata*, h. e. proprietates linguae. Nam idiotismus est locutio, seu forma orationis sordida et plebeia. Z. § 1.

1 Repone rectius τετραμμένη. H. sive ὁρῶσα. Utrumque expressum reperitur apud Thucyd. lib. II, p. 46. edit. Hervag. Πρῶτον μὲν ἔτεμον ταύτην, ἡ πρὸς Πελοπόννησον ὁρᾷ· ἔπειτα δὲ τὴν πρὸς Εὔβοιάν τε καὶ Ἄνδρον τετραμμένην. Sic apud eundem p. 38. occurrit τὸ ὑπ' ἀκρόπολιν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον, scil. μέρος, uti ipse Vigerus statim monet. Z.

× perperam? immo recte: vide Lexicon ...

vel aliud simile. Ita neutrum τὸ usurpari possit, intelligendo μέρος cum Participio eiusdem generis [2].

II. Eodem sensu hic Articulus eleganter geminatur [3]: ut ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν, *salutis viam insistere*, ubi subauditur Participium φερούσης vel ἀγούσης [4].

III. Eodem quoque modo cum Adverbio, aut Praepositione iungi solet; tumque Adverbium et Praepositio vice Nominis funguntur: ut ὁ βασιλεὺς ὁ τῶν βασιλέων πάνυ [5], subauditur ὢν [6], *Rex regum maximus*: οἱ καθ' ἡμᾶς, sub-

2 Exemplum suppeditat Aeschin. Socr. Dial. de Morte c. 3 init. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν, *Cum autem cito per viam iuxta muros venissemus.* ibi subauditur ὁδός. ℊ 2. Ita quoque Arrian. lib. III, cap. 18 de Exp. Al. Ἤιει σπουδῇ τὴν διὰ τῶν ὀρῶν, *Per montana citatim iter faciebat.* At Articulus neutrius generis τό, sequente Genitivo, itidem suo Articulo vestito, saepe nomen involvit sine Participio, πρᾶγμα puta, vel πάθος, vel simile quid. Exemplum exhibet Plato in Parm. pag. mihi 136 in fine: Δοκῶ μοι ΤΟ' ΤΟΥ῀ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι, *Videtur mihi accidisse id, quod Ibyceo equo.* Similiter Lucian. Demosth. Enc. pag. 931 Δεδιέναι, μὴ τὸ τελευταῖον πάθοιμι ΤΟ' ΤΟΥ῀ Πρωτέως, *Timere, ne ad extremum idem mihi accidat, quod Proteo.* Pro quo Graeci etiam dicunt, πάσχω, ὅπερ ὁ Πρωτεύς. Vt Aristoph. in Nub. vs. 1200

Ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί
μοι παθεῖν,

Idem illis accidere mihi videtur, quod praegustatoribus. Plenius Plat. in Hipp. Mai. p. 286 lin. 11 Οὐ ταυτὸ πείσεται, ὅπερ τὸ τῶν χυτρῶν τῷ τῶν παρθένων συμβαλλόμενον; *Nonne idem eveniet, ac si quis ollam cum virgine comparet?* Nec adeo abhorret, quod Servator discipulos docet de ficu, quae exaruerat, apud Matth. cap. XXI, 21 Οὐ μόνον ΤΟ' ΤΗ῀Σ συκῆς ποιήσετε, *Non solum id, quod ficui accidit, facietis;* subaudi θαῦμα. Simile est et illud plurale τὰ cum secundo casu: ut in Euang. Matth. cap. VIII, comm. 33 Ἀπήγγειλον πάντα, καὶ ΤΑ' ΤΩ῀Ν ΔΑΙΜΟΝΙΖΟΜΕ'ΝΩΝ, *Omnia nunciaverunt, et ea, quae daemoniacis contigerant.* ℊ 3.

3 Sed non, nisi nomine expresso. Sic apud Arrian. de Exped. Alex. lib. VII, cap. 26 Ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπῇ τοῦ παράπλου, τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, *Cum navi triginta remorum missus ad explorandam navigationem in Arabiam.* De idiomate ὡς ἐπὶ vid. infra ad Cap. VIII. sect. 10, reg. 16.

4 Id quod et additur nonnunquam. Sic idem Arrianus, lib. cit. cap. 23 Κεῖται δὲ ἡ Ὑρκανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Βάκτρα φερούσης, *Sita porro est Hyrcania regio ad sinistram viae ad Bactra ducentis.* H. Atque Ceb. Tab. cap. 10 reperitur, ὁδὸς ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα. It. Philo in de vita Mosis habet, ἡ πρὸς εὐδαιμονίαν ἄγουσα ὁδός. Z.

5 Minus recte pro ὁ τῶν πάνυ βασιλέων.

6 Vel potius adiectivum περιβόητος. Vide Cl. L. Bos. Ellips. Gr. in hac voce.

auditur ὄντες, *nostri temporis homines*. Quo in genere usurpantur maxime Adverbia loci, ut ἄνω, *sursum*, κάτω, *deorsum;* temporis, ut πάλαι, *olim;* quantitatis, ut ἄγαν, ὑπεράγαν, id est, *nimium, excellenter, supra modum*; v. c. ἡ ἄνω βασιλεία, *coeleste regnum*, οἱ πάλαι ἄνθρωποι, *prisci homines*. [τὰ οἴκοι *res domesticae*, s. *patria;* huc refer quoque ἐν τοῖς μάλιστα, de quo infra sub finem cap. VII, Sect. 8. Z.]

IV. Quod Latini dicunt, *alter quidem, alter vero*, Graeci, ὁ μὲν, ὁ δὲ, per omnes casus: ut τῶν ἡμῖν συμμαχούντων οἱ μὲν ῥαθυμοῦσιν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, *ex sociis nostris alii torpent, alii deficiunt animo*[7]. Quo sensu nonnun-

7. Habet hic idiotismus locum inprimis in partitionibus: fitque aliquando, ut ad maiorem personarum declarationem, ad quas referuntur hae particulae, suo quaeque membro, vel alterutro saltem, addatur. E. g. Arrian. de Exp. Alex. lib. I, pag. mihi 33, lin. 11 *Ξυνεχόμενοι γὰρ ἵπποι τε ἵπποις, καὶ ἄνδρες ἀνδράσιν, ἠγωνίζοντο· ΟἹ ΜῈΝ ἐξῶσαι εἴςαπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης, καὶ εἰς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας ΟἹ ΜΑΚΕΔΌΝΕΣ· ΟἹ ΔῈ εἶρξαι αὐτῶν τὴν ἔκβασιν, ΟἹ ΠΈΡΣΑΙ, Equi enim equis, et viri viris conserti confligebant, Macedones quidem omnino arcere a ripa, et Persas in campum repellere nitentes; Persae vero exitu illos prohibere.* Aristot. Polit. lib. II, cap. 8. *Ἔχει δὲ ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν· γεωργοῦσί τε γὰρ τοῖς μὲν Εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ Περίοικοι, In hoc Cretensium cum Lacedaemoniorum institutione convenit, quod apud hos Helotes, apud illos Perioeci agros colunt.* Nec minus elegans hic est Hellenismus articulorum ὁ *μὲν*, ὁ *δὲ*, ubi non de pluribus, sed de una tantum re sermo est; significantque hac acceptione varios rei, de qua agitur, respectus aut partes; v. g. apud Platonem in Phaedro pag. mihi 255, lin. 24 *Ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγὴ* (quae hic interponuntur, brevitatis gratia omitto) *Ἡ ΜῈΝ εἰς αὐτὸν ἔδυ, Ἡ ΔῈ, ἀπομεστουμένου, ἔξω ἀποῤῥεῖ, Fluxus illius fons partim in ipsum ingressus est, partim, quum exuberat, extra fluit.* Hic si verteremus: *Fl. ill. fons alter quidem in ips. ingr. est, alter vero, q. ex. ext. fl.* mentio videretur fieri non de uno, sed de duobus fontibus. Et lib. V. de Rep. p. 475, lin. 15 *Ἆρ' οὖν, ἄν τινος ἐπιθυμητικὸν λέγωμεν, παντὸς τοῦ εἴδους τούτου φήσομεν ἐπιθυμεῖν; ἢ ΤΟΥ͂ ΜῈΝ, ΤΟΥ͂ ΔῈ οὔ; An, si quem cuiuspiam rei cupidum dicimus, totam hanc speciem eum cupere dicemus, an vero eius partem cupere, partem non cupere?* Aliquando, omisso articulo, ex praemissis alterum repetitur. Thucyd. lib. I, cap. 84 *Πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι δια τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα· ΤῸ ΜῈΝ, ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία· ΕΥ͂ΒΟΥΛΟΙ ΔῈ, ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι, Propter modestiam bellicosi et circumspecti sumus: bellicosi quidem, quia verecundia plurimum habet modestiae, et verecundiae fortitudo: circumspecti vero, quia ad legum contemtum minus sumus instituti.*

quam genitivus partitionis transit in casum articuli: ut in

Similiter apud Herodot. in Terps. cap. 94, ubi se mutuo bello petere dicuntur Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι. ΟἹ ΜΕ'Ν ἀπαιτέοντες τὴν χώρην· ἈΘΗΝΑΙ͂ΟΙ ΔΕ', et quae sequuntur. *Mitylenaei et Athenienses; illi repetentes regionem; hi* etc. Rarius ὁ μὲν in priori membro omittitur citra ullam praecedentis vocabuli repetitionem. Pausanias in Eliacis libro posteriori, ubi vergit ad finem: Θεῶν δὲ ἱερὰ ἐν Κυλλήνῃ, Ἀσκληπιοῦ, ΤΟ' ΔΕ' Ἀφροδίτης ἐστίν, *Cyllenae deorum sunt templa, alterum Aesculapii, Veneris alterum.* At ὁ δὲ, vel plurale οἱ δὲ, non praecedente οἱ μὲν, reddendum aliquando, *Nonnulli*, *Alii*, vel, *Sunt*, *qui.* Arrian. de Exp. Alex. lib. I, cap. 11 in initio: Τὸν ἀγῶνα ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια. ΟἹ ΔΕ' καὶ ταῖς Μούσαις λέγουσιν ὅτι ἀγῶνα ἐποίησεν. *Certamen Olympicum apud Aegas constituit. Sunt etiam, qui eum Musis ludos fecisse dicant.* Adde Histor. Ind. cap. 24 in fine: Ἐσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεια· ΟἹ ΔΕ' καὶ ἰχθύων τῶν μεγάλων τὰ παχέα, *Vice vestium gestabant ferarum tergora: nonnulli etiam grandium piscium crassiores pelles.* Aliquando tamen, inquam, ita reddendum est: non semper. Nonnunquam enim οἱ μὲν in priori membro omnino subaudiendum relinquitur, ubi plura per antithesin opponuntur. Egregium habet exemplum Plut. περὶ παίδ. ἀγωγ. Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες νήφειν παραινοῦσιν, ΟἹ ΔΕ' (scil. κόλακες) μεθύειν· σωφρονεῖν, ΟἹ ΔΕ' ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, ΟἹ ΔΕ' δαπανᾷν· φιλεργεῖν, ΟἹ ΔΕ' ῥᾳθυμεῖν. *Liberis divitibus patres sobrietatem commendant; hi (adulatores) ebrietatem: illi temperantiam; hi libidinem: illi parsimoniam; hi prodigalitatem: illi diligentiam; hi ignaviam.* Est et ubi τοῦ οἱ μὲν dissimulati vice fungitur τινὲς, πολλοὶ, vel huic quidpiam simile. Ita Aeschines de fals. legat. pag. 258, lin. 39 Ἐξ ὧν αὐτοὺς ἀνῃρήκασί ΤΙΝΕΣ, ΟἹ ΔΕ' καὶ δημοσίᾳ ἐτελεύτησαν, *Quorum aliquot sibi mortem consciverunt, alii publico supplicio perierunt.* [Xenophon Histor. Gr. IV, 5, 14 Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεὶ ἠκοντίζοντο, καὶ Ὁ ΜΕ'Ν ΤΙΣ ἐτέτρωτο, Ὁ ΔΕ' καὶ ἐπεπτώκει etc. Z.] Dicunt etiam in priori membro οἱ μὲν, et in posteriori οἱ δέ τινες, vel ἤδη δέ τινες. Vtrumque habet Plut. περὶ παίδ. ἀγ. ΟἹ μὲν γὰρ αὐτῶν κόλακας καὶ παρασίτους ἀναλαμβάνουσι, ΟἹ ΔΕ' ΤΙΝΕΣ ἑταίρας καὶ χαμαιτύπας λυτροῦνται . . . . . ἬΔΗ ΔΕ' ΤΙΝΕΣ καὶ τῶν νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν, *Illorum enim alii adulatores et parasitos sibi adiungunt, alii meretrices et vilia scorta redimunt; sunt qui maioribus sese vitiis adstringant.* At οἱ δὲ, neque praecedente, neque intellecto οἱ μὲν, nihil cum οἱ μὲν, οἱ δὲ distributivis habet commune, quando absolute ponitur pro οἱ ἄνθρωποι. Rara sunt exempla. Utitur Lycophron, loquens de diluvio vs. 81

Ὅτ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρήσας χθόνα
Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς, οἱ δὲ πρὸς πέδῳ
Πύργοι κατηρείποντο, ΤΟΙ' ΔΕ' λοισθίαν
Νήχοντο μοῖραν προὐμμάτων δεδορκότες.

Vbi τοὶ δὲ Ionice et poetice pro οἱ δὲ, et hoc pro οἱ ἄνθρωποι. *Quum vastabat omnem tellurem imbribus Iovis sonantis diluvium,*

exemplo allato, οἱ συμμαχοῦντες pro τῶν συμμαχούντων [8]. Recte tamen dicitur, εἷς μὲν, ἕτερος δὲ, id est, *alter quidem, alter vero*; gallice, *l'un, l'autre*. Demosthen. pro Cor. Δύο δὲ καὶ μεγάλα, ἓν μέν, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι, ἕτερον δὲ, etc. id est, *Tum duo praesertim, quae sane magna sunt; alterum, quod non aequalibus de rebus contendam, alterum*, etc. [9]

et turres humi cadebant, et homines natabant ultimum fatum ante oculos videntes. § 4.

8 Exemplum est apud Thucydidem, lib. III, cap. 105 ΟἹ δὲ Ἀκαρνᾶνες, ΟἹ ΜῈΝ ἐς Ἄργος ξυνεβοήθουν, ΟἹ ΔῈ etc. Pro Τῶν δὲ Ἀκαρνάνων οἱ μέν. *Acarnanes autem partim Argos contendebant suppetias laturi, partim* etc. Et Lucian. in Conviv. tom. III, pag. 432, lin. 23 [ed. Amst.] ΟἹ ΠΑΡΌΝΤΕΣ δὲ, ΟἹ ΜῈΝ ᾐδοῦντο, ΟἹ ΔῈ ἘΓΈΛΩΝ, *Praesentes vero partim pudebat, partim ridebant.* Pro τῶν παρόντων. Et hoc Latini imitati sunt. Ita Sallustius B. C. cap. 2 init. *Igitur initio* reges diversi, pars *ingenium, alii corpus exercebant.* Et Virg. Aen. XII, vs. 277

At FRATRES, animosa phalanx, accensaque luctu,
PARS gladios stringunt manibus, PARS missile ferrum
Corripiunt —

Adde Val. Flacc. lib. III, vs. 462

ILLI alacres, PARS arma locant: PARS ardua celsis
Insternunt tabulata thoris. —

Suet. in Vesp. cap. 8 *MILITES, PARS victoriae fiducia, PARS ignominiae dolore, ad omnem licentiam audaciamque processerant.* At nemo Romanorum dixerit: *Milites, pars illorum:* et sane apud Graecos quoque rara avis. Ita tamen Lucian. Dial. Ven. et Cupid. genitivum pronominis addit, ad praecedentem nominativum relatum: ΟἹ ΚΟΡΥΒΑΝΤΕΣ δὲ, inquit, Ὁ ΜῈΝ ΑΥΤΩ͂Ν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, Ὁ ΔῈ etc. *Corybantum alius incidit sibi brachium, alius* etc. Idem Dial. Iunon. et Laton. ΟἹ δέ σοι ΠΑΙ͂ΔΕΣ, Ἡ ΜῈΝ ΑΥΤΩ͂Ν ἀῤῥενικὴ πέρα τοῦ μέτρου, καὶ ὄρειος, καὶ τὸ τελευταῖον εἰς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν, οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐτοὺς ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὉΔ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι etc. *Ad liberos tuos quod attinet, horum altera ultra modum mascula et montivaga, denique in Scythiam profecta, omnes sciunt, quae voret hospites mactans, Scythasque, qui et ipsi humana carne vescuntur, imitetur: Apollo vero prae se fert, cuncta se scire.* Audacius est illud Aeliani in initio capitis 16. Lib. X, V. H. Πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, ΟἹ ΔῈ ΟΥ̓ΔΕΙ͂Σ αὐτῷ προσεῖχον, *Multos adhortatus est ad Philosophiam; at eorum nemo ei obtemperavit.* Pro τῶν δὲ οὐδεὶς προσεῖχεν.

9 Dicitur etiam ὁ εἷς καὶ ὁ ἕτερος. Matth. VI, 24 Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἢ γὰρ ΤῸΝ ἝΝΑ μισήσει, ΚΑῚ ΤῸΝ ἝΤΕΡΟΝ ἀγαπήσει, ἢ ἙΝῸΣ ἀνθέξεται, ΚΑῚ ΤΟΥ͂ ἙΤΈΡΟΥ καταφρονήσει, *Nemo potest duobus servire dominis; nam vel alterum odio habebit, et alterum diliget; vel alteri adhaerebit, et alterum aspernabitur.* Item ὁ εἷς, ὁ δὲ

V. Idem Articulus in omni genere cum praepositione κατὰ elegantes habet significatus: ut *τὰ καθ' ἡμᾶς, res nostri temporis*[10]: *τὸ καθ' ὅλον*, [Immo *τὸ καθόλου Herm.*] *in*

ἕτερος, in Euang. Luc. VII, 41 *Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· Ὁ ΕΙ͂Σ ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, Ὁ ΔΕ͂ ἝΤΕΡΟΣ πεντήκοντα*, *Duo erant debitores cuidam foeneratori: alter debebat denarios quingentos, alter quinquaginta.* Pro iisdem et invenias Matth. cap. XXIV, 40 et 41 ὁ εἷς καὶ ὁ εἷς. *Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται, Tunc duo erunt in agro, quorum alter accipietur, alter dimittetur. Duae molentes in pistrino, quarum altera accipietur, altera dimittetur.* Eodem modo Aristoteles lib. Eth. VI, cap. 1 ait, esse *δύο τὰ λόγον ἔχοντα, ἛΝ μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν· ἛΝ δέ γε, ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα, Duas animae rationales partes, alteram, qua considerамus talia, quorum principia alio modo se habere non possunt, alteram, qua contingentia.* De participii ἐνδεχόμενον usu infra dicetur, Cap. VI, Sect. 3, Reg. 14. Caeterum ὁ μὲν, ὁ δὲ longe usitatius est. H. Adde et *elegantius*. Nam quae exempla ex Nov. Test. allata modo sunt, sapiunt ebraismum. vid. Vorst. de Ebraism. cap. VII, pag. 180. Caeterum εἷς μὲν, εἷς δὲ apud Graecos puros occurrit. Nam praeter locum Aristotelis laudatum, idem quoque reperitur in eiusdem Rhet. II, 20 *Παραδειγμάτων εἴδη δύο ἐστίν· ἛΝ ΜΕ͂Ν γάρ ἐστι — ἛΝ ΔΕ͂ τὸ αὐτὸ ποιεῖν. Τούτου δ' ἛΝ ΜΕ͂Ν, παραβολή. ἛΝ ΔΕ͂, λόγοι.* Ap. Xen. Cyrop. I, 2, 8 in oratione quadrimembri reperitur ἓν μὲν — ἓν δὲ — ἄλλο — ἄλλο. Praeterea post ὁ μὲν solet poni ἕτερος δέ τις, et caetera membra coniunguntur per ὁ δὲ, v. c. Aristoph. Plut. vs. 162 sqq. *Τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ* (sermo est de Pluto) *καὶ σοφίσματα ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἔσθ' εὑρημένα. Ὁ ΜΕ͂Ν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ, — ἝΤΕΡΟΣ ΔΕ͂ χαλκεύει ΤΙΣ, Ὁ ΔΕ͂ τεκταίνεται, Ὁ ΔΕ͂ χρυσοχοεῖ, —— Ὁ ΔΕ͂ λωποδυτεῖ, Ὁ ΔΕ͂ κναφεύει ΤΙΣ, Ὁ ΔΕ͂* etc. It. ὁ δὲ ἕτερος sine τις: ut Xenoph. de Re Equest. X, 6 *Τούτων δὲ ἔστω Ὁ ΜΕ͂Ν λεῖος — Ὁ ΔΕ͂ ἝΤΕΡΟΣ* etc. Insolentius esse videtur μὲν οἱ — δὲ οἱ. Xenoph. Mem. III, 1, 8 *ἵνα ὑπὸ ΜΕ͂Ν ΤΩ͂Ν ἄγωνται, ὑπὸ ΔΕ͂ ΤΩ͂Ν ὠθῶνται.* Thucyd. III, 61 *νῦν δὲ πρὸς ΜΕ͂Ν ΤᾺ ἀντειπεῖν δεῖ, ΤΩ͂Ν ΔΕ͂ ἔλεγχον ποιήσασθαι.* § 5.

10 Nam κατὰ cum Accusativo hunc usum habere, dicetur infra ad Cap. IX, Sect. 5, Reg. 8. Alias τὰ καθ' ἡμᾶς sunt res, casus, vel in summa ea omnia, quae nobis accidunt. Ita claudit Thucydides caput 138 libri I. *ΤᾺ ΚΑΤᾺ ΠΑΥΣΑΝΙ͂ΑΝ τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, λαμπροτάτους τῶν καθ' ἑαυτοὺς Ἑλλήνων, οὕτως ἐτελεύτησεν, Res Pausaniae Lacedaemonii, et Themistoclis Atheniensis, illustrissimorum Graecorum suae aetatis, hunc exitum habuerunt.* Lib. II, Macchab. cap. 15, com. 37 *ΤΩ͂Ν οὖν ΚΑΤᾺ ΝΙΚΆΝΟΡΑ χωρησάντων οὕτω, Rebus igitur Nicanoris ita cedentibus.* Ep. Pauli ad Philipp. I, 12 *Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι ΤᾺ ΚΑΤ' ἘΜΕ͂ μᾶλλον εἰς*

universum, vel *quicquid universe fit*: οἱ καθ' ἕνα, *un à un* [h. e. *singuli*, v. c. Aelian. V. H. II, 1, ubi opponitur τοῖς ἠθροισμένοις Z.] ut οἱ καθ' ἕνα πορευόμενοι στρατιῶται, *milites sigillatim incedentes*: αἱ κατὰ μίαν, *une à*

προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, *Scire autem vos volo, fratres, meos casus magis ad profectum euangelii evenisse.* [Herodian. III, 1, 17 Ὁ Νίγρος ἐξήρτυε ΤΑ' ΚΑΘ' ἙΑΥΤΟΥ͂, h. e. τὰ ἑαυτοῦ, scil. πράγματα, *res suas*, quae ad suam salutem pertinebant, suas opes, ordinavit Niger. Z.] Item ad Coloss. IV, 7. Pro eodem dicitur etiam τὰ περὶ ἡμᾶς. Plut. in Vit. Cic. pag. 872 init. Ἅμα τῷ πυθέσθαι ΤΑ' ΠΕΡΙ' ΛΕΝΤΛΟΝ καὶ ΚΕΘΗΓΟΝ, *Simul ac audierant casum Lentuli et Cethegi.* [Τὰ περὶ Θηβαίους, *status in quo res sunt Thebanorum.* Isocrat. Or. ad Phil. Τὰ ἀμφὶ τὴν Ἑῴαν, *res Orientis.* Zosim. I, 37. Z.] At si pro neutro τὰ dicas in masc. gen. οἱ, longe alius est sensus, et significat *unum tantum illum Lentulum vel Cethegum.* Ita Dionys. Halic. de Isocrate loquens: Πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ ΤΩ͂Ν ΠΕΡΙ' ΓΟΡΓΙ'ΑΝ καὶ ΠΡΩΤΑΓΟ'ΡΑΝ, *Cum confusam accepisset dicendi exercitationem a Gorgia et Protagora.* Idem usus est huius Accusativi cum Praepositione ἀμφί· ut οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, *Socrates*: οἱ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον, *Alexander.* Estque fere nihil frequentius apud auctores, praesertim Attice scribentes. Ita Aelian. V. H. lib. I, cap. 13 init. Ἐπετίθεντο τῷ Σωκράτει καὶ ἐπεβούλευον ΟἹ' ἈΜΦΙ' ΤΟ'Ν ἌΝΥΤΟΝ, *Adoriebatur Socratem et insidiis petebat Anytus.* Eodem modo apud Hom. Il. Γ, vs. 146

ΟἹ' δ' ἈΜΦΙ' ΠΡΙ'ΑΜΟΝ καὶ ΠΆΝΘΟΟΝ, ἠδὲ ΘΥΜΟΙ'ΤΗΝ,

Ipse autem Priamusque, et Panthous, atque Thymoetes.

Etiam in feminino genere dixit Ioannes in Euang. cap. XI, com. 19 Ἐληλύθεισαν πρὸς ΤΑ'Σ ΠΕΡΙ' ΜΆΡΘΑΝ καὶ ΜΑΡΙ'ΑΝ, *Venerant ad Martham et Mariam.* Sed et feminae praemittit Articulum masculini generis Heliodorus lib. I Aethiop. cap. 8 Τὴν ἐρημίαν τῶν ὀχλησάντων εὐπορίαν εἰς θρήνους ΟἹ' ΠΕΡΙ' ΤΗ'Ν ΚΟ'ΡΗΝ ἐλάμβανον, *Tumultuantium absentiam datam sibi ad lamenta occasionem virgo arripuit.* Et cap. 3 ΟἹ' μὲν ἈΜΦΙ' ΤΗ'Ν ΚΟ'ΡΗΝ δεύτερον ἤδη ἡλίσκοντο, *Et virgo quidem iterum capta iam est.* Negligunt quandoque articulum Poetae. Sic idem Il. Z, vs. 436

ἈΜΦ' ΑἼΑΝΤΕ ΔΥ'Ω, καὶ ἀγακλυτὸν ἸΔΟΜΕΝΗ͂Α,
Ἠδ' ἈΜΦ' ἈΤΡΕΙ'ΔΑΣ, καὶ Τυδέος ἄλκιμον ΥἹ'ΟΝ.

Aiacesque duo, Idomeneus celeberrimus, ipsi.
Nec non Atridae, et Tydei fortissima proles,

Conferatur lib. I, vs. 81 et sqq.

ἈΜΦΙ' τε ΝΕΣΤΟΡΙ'ΔΗΝ ΘΡΑΣΥΜΗ'ΔΕΑ, ποιμένα λαῶν.
Ἠδ' ἈΜΦ' ἈΣΚΆΛΑΦΟΝ, καὶ ἸΆΛΜΕΝΟΝ, υἷας Ἄρηος,
ἈΜΦΙ' τε ΜΗΡΙΟ'ΝΗΝ, ἈΦΑΡΗ͂Α' τε, ΔΗΙ͂ΠΥΡΟ'Ν τε,

une: οἱ καθ' ἕκαστον, *singuli.* [Plura exempla huc pertinentia reperies infra, sub finem capitis primi. Z.]

Ἠδ' ἈΜΦΙ Κρείοντος υἱὸν ΛΥΚΟΜΗΔΕΑ δῖον.

Et Nestorides Thrasymedes, pastor populorum, et Ascalaphus, et Ialmenus, filii Martis, et Meriones, et Aphareus, et Deipyrus, et Creontis filius Nicomedes nobilis. Non semper tamen unus ille intelligitur, sed quandoque etiam comitatus eius. Sic distinguuntur ὁ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, apud Arrian. lib. II, cap. 10 Καὶ ταύτῃ μὲν ἐνίκα λαμπρῶς ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΣ τε καὶ ΟΙ ἈΜΦ' ΑΥΤΟΝ, ***Et hic quidem celebrem victoriam reportavit Alexander cum suis.*** Adde Act. Apost. XXI, 8 Ἐξελθόντες ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΠΑΥΛΟΝ ἤλθομεν εἰς Καισάρειαν. Ubi ex prima plurali distincte cognoscimus, non Paulum solum, sed et ipsius comites intelligi: ***Egressi una cum Paulo venimus Caesaream.*** H. Cum vulgo non satis subtiliter de forma οἱ περὶ seu ἀμφὶ τινὰ, scil. ὄντες, praecipi videatur: tironum gratia summam rei breviter tradere conabor. Primum non Poetae solum, sed prosaici quoque scriptores promiscue dicunt οἱ περὶ ΤΟΝ Πλάτωνα, et οἱ περὶ Πλάτωνα, neglecto articulo, uti patebit exemplis statim afferendis. Deinde de sensu formulae tenenda sunt haec: apud auctores bonae graecitatis duplex tantum subiecta esse illi animadvertitur potestas. *Primum* enim dicitur in eo, qui ob dignitatem aliquam nominatur cum suis, sociis aut comitibus. vid. Cel. Ernest. ad Xenoph. Mem. I, 1, 18, ubi est οἱ ἀμφὶ Θρασύλον καὶ Ἐρασινίδην, h. e. *Thrasylus et Erasinides cum collegis.* Huc pertinent alia exempla, ut Palaeph. Fab. XIV οἱ περὶ Ἀταλάντην, h. e. ***Atalanta cum Melanione suo:*** οἱ ἀμφὶ Ὀδυσῆα, ***Ulysses cum suis,*** Odyss. γ', 163, οἱ ἀμφὶ Αὐτόλυκον, ***Autolycus cum patre,*** Xen. Symp. 1, 3, οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, *Socrates et qui cum eo erant*, ib. § 7, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνυτον, Aelian. V. H. II, 13 seu οἱ ἀμφὶ Ἄνυτον, sine articulo, Plat. Apol. 7, h. e. ***Anytus cum caeteris Socratis accusatoribus, Melito et Lycone:*** οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην, ***Ioannes cum latronibus suis,*** Ioseph. B. I. VI, 2. *Deinde* non nisi eum significat, qui nominatur diserte; qui modus loquendi fere convenit figurae Latinorum, ubi nomen plurale ponitur pro singulari, v. g. *Platones*, pro *Plato.* Sic οἱ ἀμφὶ Πρίαμον etc. Iliad. γ', 146 est *Priamus:* οἱ ἀμφὶ Καινέα, Δρύαντα etc. Hes. Scut. Herc. 179 — 188, οἱ ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα καὶ Σιμμίαν καὶ Φαίδωνα, Ael. V. H. I, 16, οἱ περὶ Θηραμένην καὶ Καλλίξενον, Aeschin. Dial. III, 12, οἱ περὶ Ἡρακλέα τε καὶ Διόνυσον, ib. III, 20, οἱ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Χρύσιππον καὶ Πυθαγόραν, φίλοι, Lucian. Pseudom. Apud Herodotum occurrunt οἱ περὶ τοὺς Κορινθίους, h. e. *Corinthii;* apud eundem lib I, p. 12, lin. 21 edit. Camerar. verbum in numero sing. additur, id quod rarius reperitur alias, et emendatiores editiones hic quoque exhibent ἀπικνέονται et ἔθεντο· οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς τὠυτὸ συνιόντες, ἈΠΙΚΝΕΕΤΑΙ ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, καὶ ἀντία ἜΘΕΤΟ τὰ ὅπλα. § 6. Huc nonnulli male referunt formulam τὰ

VI. Adverbium νῦν, et Participium neutrum ἔχον cum praepositivo neutro [11], vel uno verbo τοὐνυνέχον, significat *nunc*: ut τοὐνυνέχον ἐν ἀγαθαῖς γίνομαι ταῖς ἐλπίσι, *nunc quidem optima spe vivo.*

VII. Ὅδε, ἥδε, τόδε, repetito praepositivo articulo, Attice pro οὗτος usurpatur: ut ὅδε ὁ ἄνθρωπος, *hic homo*: nec unquam nisi utcumque demonstrando. Saepe autem δί acutum pro δὲ enclitico usurpatur {apud Atticos Z.]; at fere cum masculino tantum, ὁ, vel neutro, τὸ, quod tunc accentu caret: sic ὁδί pro ὅδε, et τοδί pro τόδε· vix autem ἡδί pro ἥδε. § 7. Demosth. pro Cor. Διόπερ ταῦτ᾽ ἔγραφεν

περί τινά pro τὶς, quia utraque forma differt ratione ellipseos et sensus. Etsi enim concedo, veluti illud Charitonis I, 8 τὰ περὶ Καλλιῤῥόην poni pro ἡ Καλλιῤῥόη, uti interdum in aliis fit, v. c. τὰ τῆς μοίρας, pro ἡ μοῖρα etc. tamen non semper et ubique hanc vim habet. Saepe enim *res alicuius*, *statum* significat, ut illud Isocratis Or. ad Phil. p. m. 167. τὰ περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, est *consilium*, seu *res gestae Alcibiadis*, sicut paulo ante ibidem τὰ περὶ Θηβαίους sunt *res statusque Thebanorum.* Sic apud Thucydidem τὰ ἀμφὶ ἄριστον non tam ipsum est prandium, quam quae ad prandium parandum pertinent. His duabus significationibus, inprimis apud posteriores Graecos, accessit *tertia*, qua tantum amici aut comites intelliguntur eius, qui nominatur, adeo ut is ipse, qui nominatur, excipiatur. V. c. οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ael. V. H. XII. 64. sunt Alexandri duces, qui, Alexandro mortuo, contenderunt de imperio. Huc pertinent alia: ut οἱ περὶ τινὰ θεράποντες, Herodian. I, 6, 22; οἱ περὶ τὸν Κόμμοδον, ibid. I, 9, 15; Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, ibid. I, 13, 12; οἱ περὶ τὸν Ἀλβῖνον φίλοι, ibid. III, 5, 9; οἱ περὶ τὸν Ἐμεσηνὸν Ἀντωνῖνον, Zosim. I, 10, h. e. *factio Emeseni Antonini.* Quae formula ibi permutatur cum οἱ τοῦ Μακρίνου στρατιῶται. it οἱ σὺν τῷ Δεκίῳ, ib. I, 22; οἱ σὺν τῷ Γάλλῳ, ib. I, 41. Adde οἱ περὶ τὸν Φλωριανὸν, ib. I, 65, et αἱ περὶ σφᾶς δυνάμεις, h. e. *copiae ipsorum*, ib. II, 18. Z.

11 Ita fit τὸ νῦν ἔχον. Exemplum quaere apud Plutarch. Ἐρωτικ. init. et in libr. Tobiae, cap. VII, 11. Intelligo praepositionem κατὰ, cuiusmodi ellipses plures notavi in fine huius capitis. Et inde constat, participium illud ἔχον non esse supervacaneum, ut scribit Steph. ad Corinth. art. 70, sed notare aliquam conditionem, vid. Nostrum Cap. V, Sect. 7, Reg. 9. et sic τὸ νῦν ἔχον perinde est, ac si dicas, ὡς νῦν ἔχει τὰ πράγματα, *Vt res ita nunc se habent.* H. Ad ellipsin non est quod confugiamus, cum potius nominativi absoluti sint statuendi. Recte enim Cel. Ern. monuit ad Xen. Mem. I, 3, 2, Atticos imprimis omnes casus consequentiae adhibere. Z.

ὁδὶ περὶ ἐμοῦ. *Quare haec ille scripsit, vel decrevit mea causa* [12].

[Ipse simplex articulus locum pronominis οὗτος sustinet non modo apud Ionicos auctores fere semper, sed etiam interdum apud Atticos, v. c. in illo τὸν καὶ τὸν, pro τοῦτον καὶ ἐκεῖνον, de quo infra: it. διὰ τὸ, pro διὰ τοῦτο, Thucyd. VIII, 71. ἐν τοῖς, pro ἐν τούτοις, Xenoph. Mem. III, 10 extr. τὰ νῦν pro ταῦτα νῦν. Z.] § 9.

VIII. Τῇδε, id est, ἐν τουτῳῒ τῷ τόπῳ, *hoc in loco*, vel *hac* adverbialiter [vel *hac via*, *hoc modo*, pro οὕτως, intellecto nomine ὁδῷ: vt Plat. Apol. 32. ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῇδε, *videamus vero ita:* et Eurip. Orest. 781. φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε, *hac ratione effugiam ignaviae crimen.* Z.] opponitur autem τῷ κἀκεῖσε, *illuc*, vel *illic:* nam τῇδε κἀκεῖσε στρέφεσθαι, *huc illucque volvi*, significat [13].

12 Articulus hic etiam absque ulla syllabica adiectione cum participio constructus ponitur pro relativo αὐτὸς, mediante particula ὡς. Cuius tamen structurae exempla sunt rariora, tironibusque intelligenda magis, quam imitanda. Non semel hoc fit apud omnis novitatis studiosum Thucydidem. Ita ille lib. III, cap. 81. *Οἱ Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες ΤΟΥΣ τὸν δῆμον ΚΑΤΑΛΥΟΥΣΙΝ.* Pro, αὐτοῖς ὡς τὸν δῆμον καταλύουσιν. ***Eos Corcyraei hostes iudicatos interfecerunt, crimini illis dantes, quod popularem statum everterent.*** Vel sine participio in fine eiusdem capitis: *Καὶ ἔδοξε μᾶλλον, διότι ἐν ΤΟΥΣ πρώτῃ ἐγένετο*, ***Eoque*** [***crudelior***] ***visa est, quod haec prima inter illos extitit.*** § 8. At longe frequentior est Articulus sine syllabica adiectione pro οὗτος positus, quando significat, ***Heus tu.*** Sic apud Aristoph. in Avib. v. 1627. Ὁ Τριβαλλὸς, οἰμώζειν δοκεῖ σοι; ***Heus tu, Triballe, an plorandum tibi videtur?***

13 Saepissime τῇ μὲν, τῇ δὲ sunt relativa sibi mutuo in diversis orationis partibus respondentia, et aliquando significant, *Hic*, *illic;* ut in illo Arriani lib. III, cap. 23. de Exp. Al. *Τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπείργεται δασέσι καὶ ὑψηλοῖς, τῇ δὲ πεδίον αὐτῆς καθήκει ἔς τε ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν ταύτῃ θάλασσαν*, ***Coercetur*** [Hyrcania sc.] ***hac quidem parte montibus densis et altis, illa vero campus eius ad mare magnum, quod illic est, extenditur.*** Vbi obiter observa idioma ἔς τε ἐπὶ, de quo infra Cap. IX, Sect. 2, Reg. 14, et ellipsin τῇ, pro ἐν τῇ μερίδι, de qua consulatur Cl. Bos. Aliquando redduntur, ***partim quidem, partim vero.*** Aristot. Eth. lib. VI, cap. 13. ***Καὶ Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν, Et Socrates partim recte inquisivit, partim erravit.***

IX. *Τόδετι* [Immo *τὸ τί. Herm.*] apud Philosophos *rei substantiam essentiamque* significat, quam Aristoteles vocat, *τὸ τί ἦν εἶναι, quod quid est esse*[14].

X. *Τὸ διὰ τί* apud eosdem, *causa est, propter quam aliquid sit.*

XI. *Τὴν* cum numerali *πρώτην*, id est, *ab initio: τὴν ταχίστην*, id est, *celerrime:* ut *τὴν ταχίστην ὅτι πορῥωτάτω προὐχώρησεν, longissime summa cum celeritate provectus est*[15].

14 Simili modo a Philosophis articulus hic praemittitur particulis *τί, ποιὸν, ποσὸν* etc., ubi rei *essentiam, qualitatem* et *quantitatem* significare volunt. Sic *τὸ τί, essentia: τὸ ποιὸν, qualitas: τὸ ποσὸν, quantitas* apud Aristotelem in Ethicis, lib. I, cap. 6. *Καὶ γὰρ (τἀγαθὸν) ἐν τῷ τί λέγεται, οἷον ὁ θεὸς καὶ ὁ νοῦς· καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταί· καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ μέτριον· καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ χρήσιμον· καὶ ἐν χρόνῳ, καιρός· καὶ ἐν τόπῳ, δίαιτα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Etenim bonum dicitur et in substantia, ut Deus et mens: et in qualitate, ut virtutes: et in quantitate, ut modicum: et in relatis, ut utile: et in tempore, ut opportunitas: et in loco, ut habitatio, et id genus alia.*

15 Ita Epict. Enchir. cap. 34. *Τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἕξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ* etc. *Principio quidem alacer eris, nihil pensi habens, quid consecuturum sit: at postea* etc. Aelianus H. V. lib. VII, cap. 5. *Δι' ἑαυτοῦ τὴν ταχίστην εἰργάσατο, Ipse per se celerrime confecit.* Simili idiomate dicitur *τὴν ἀρχὴν, initio*, vel *omnino;* de quo infra Cap. III, Sect. 3, Reg. 8. Sic *τὴν εὐθεῖαν, recta, aperte*, apud Plut. in Vit. Cic. pag. 864. lin. 29. *Τοῦ δὲ ῥήτορος Ὀρτησίου ΤΗΝ μὲν ΕΥΘΕΙΑΝ τῷ Βέῤῥῃ συνειπεῖν μὴ τολμήσαντος, Oratore Hortensio aperte Verrem defendere non sustinente.* In cuiusmodi structuris suppressa est praepositio *κατά*. Integra sunt: *Κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν, Κατὰ τὴν ταχίστην τέχνην*, vel *βάδισιν*, ut vult Cl. Bos. *Ὁδὸν* subaudit H. Stephanus ad Al. script. de dial. pag. 110. Et *τὴν ταχίστην* explicat per *τὴν συντομωτάτην, viam maxime compendiariam*, quae eadem celerrime conficitur. *Κατὰ τὴν εὐθεῖαν φωνήν.* Eodem modo construuntur *χάριν* et *δίκην* cum Genitivo, sed sine articulo. Redduntur *gratia, caussa*, et *more, instar.* Alterius exemplum est apud Aristotelem in Eth. lib. I, cap. 3. *Αἱρούμεθα δὲ τῆς εὐδαιμονίας ΧΑ'ΡΙΝ, Eligimus vero [haec] felicitatis gratia.* Et cap. 12. in fine: *Ταύτης [εὐδαιμονίας] γὰρ ΧΑ'ΡΙΝ τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν, Huius felicitatis gratia caetera omnia omnes facimus.* Sic dicunt, *σὴν χάριν, Tui caussa, in tuam gratiam.* Plat. in Soph. Alterius est apud Lucian. Dem. Encom. pag. 911. *ΔΙ'ΚΗΝ τῶν δειλινῶν πνευμάτων, Instar vespertini flatus.* Pro *δίκην* aliquando invenias *τρόπον* itidem cum Genitivo. Sic Philo Iud. de Confus. ling. p. m. 252. in fine: *Ἀτιμία, Ἀδοξία, Πενία, πολεμίων τρόπον καταράττουσι, Infamia, Ignominia, Paupertas, ut totidem hostes, impetuose ruunt.* Huc refer *ἀκμὴν* pro *ἔτι καὶ νῦν* adhibitum a Matthaeo XV, 16. *Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε, Adhuc et vos non intelligitis?* Plura vide in Casauboni et Cl. Albert. Observ. ad h. l. § 10.

XII. Articulus hic praepositivus, cum gignendi casu nominis proprii, vel involvit substantivum *υἱὸς*, aut *παῖς*, *filius;* vel pro illo sumitur. Nam *ὁ τοῦ Δημοσθένους* est *filius Demosthenis.* Ita Virg. 6. Aen. *Deiphobe Glauci*, *Δηΐφόβη ἡ τοῦ Γλαύκου.* Saepe tamen Articulus etiam subintelligitur. Demosth. pro Corona: *Κτησιφῶν Λεωσθένους*, *Ctesiphon Leosthenis filius:* et paulo post, *Δημοσθένης Δημοσθένους*, *Demosthenes Demosthenis filius*[16]. § 11.

[Vt *ὁ* in singulari numero pro *παῖς*, aut *υἱὸς*, sic *οἱ* in plurali pro *παῖδες* vel *υἱοὶ* usurpatur. Plutarchus *περὶ παίδων ἀγωγῆς· Μεγαλαυχίας ἐμπίμπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων διασήμων*, scilicet *παῖδες* vel *υἱοὶ*, qui *ἐλλειπτικῶς* subintelliguntur.]

XIII. *Τὸ* cum neutro adiectivo, ac fere superlativi gradus, ponitur eleganter pro subiunctivo *ὅ*, *quod*, maxime cum, recensitis levioribus, ad id, quod gravissimum sit, devenitur: ut *τοὺς μὲν φίλους πεφενάκικε, τὴν δ' οἰκίαν διέφθειρε· τὸ δὲ μιαρώτατον, καὶ τὸν πατέρα ᾐκίσατο*, *Amicos ludificatus est*, *domum pessumdedit*, *quodque scelestissimum est*, *patrem verberavit*[17]. § 12.

XIV. *Ἐπὶ τάδε*, [scil. *κλίματα*, aut *μέρη*. Certe alterutrum nomen interdum a scriptoribus additur. Z.] significi-

16 Estque hoc inprimis frequens in genealogiis. Herodotus Erat. cap. 52. *Θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκεος*, *Filiam illam fuisse aiunt Autesionis, qui fuit Tisameni, qui Thersandri, qui Polynicis filius fuit.* Longissimam seriem dabit Lucas in Euang. cap. 3. Ellipsin supplet Xenophon *Κύρ. παιδ.* lib. I, cap. 27. *Ὁ δὲ Κυαξάρης, ὁ τοῦ Ἀστυάγους παῖς*, *Cyaxares vero, Astyagis filius.* Et sic initio capitis sequentis.

17 Exemplum habet Thucydides, lib. II, cap. 65. *Οἱ δὲ δυνατοὶ καλὰ κτήματα, κατὰ τὴν χώραν, οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες· τὸ δὲ μέγιστον, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ἔχοντες*, *Potentes vero pulcris possessionibus in agris aedificiisque sumptuosa supellectile instructis amissis, et, quod omnium maximum est, bellum pro pace habentes.* Aliquando articulus negligitur. Thucyd. lib. I, cap. 142. init. *Μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται*, *Quod vero maximum est, pecuniarum inopia prohibebuntur.* Plane ut Latini suo *Id quod* utuntur. Cic. pro Mil. cap. 30. fin. *Neque, ID QVOD maximum est, maiorum nostrorum sapientia.* Et in 2 Catilinaria cap. 8. *Quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certae cum usuris.* Virg. Ecl. III, vs. 35.

Verum, ID QVOD multo tute ipse fatebere maius etc.

Ter. Phorm. II, 1, 66. *ID QVOD lex iubet, dotem daretis.*

cat proprie *cis*, cum genitivo loci atque ut plurimum fluvii vel montis; ut, ἐπὶ τάδε τῶν ὀρῶν, *cis montes;* ἐπὶ τάδε τοῦ ποταμοῦ, *cis fluvium.* Opponitur τῷ ἐπέκεινα, *trans, ultra:* ut ἡ ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων Κελτική, id est, *Gallia Transalpina*, at ἡ ἐπὶ τάδε τῶν Ἄλπεων, *Cisalpina.* Simili fere sensu dicitur, ἐπὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, *ex hac quidem parte, ex altera vero.*

XV. Τὸ ὂν singulari modo significat τὸ μέρος, *partem*, ut apud Aristidem in Panath. Τῆς χώρας τὸ μὲν ὂν πρὸς ἄρκτον ἐστὶ, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν, *Regionis pars altera septentrionalis est, altera meridionalis.*

XVI. Τὸ μὲν, τὸ δὲ, vel τὸ μέν τι, τὸ δέ τι[18], significant, *partim quidem, partim vero:* ut τὸ μὲν ὑπ' ἐλπί-

18 Non tamen particulam τὶ, si proprie loquamur, temere vel addendam vel negligendam censeo: quatenus enim semper partitionem aliquam significat, diminuit significationem, et reddendum vel subaudiendum est in versione, *Quodammodo*, *Aliquantulum*, vel simile quid: inprimis tunc, cum τὸ δέ τι sequitur post simplicem particulam μὲν, quo sensu commode sequentem habet particulam καὶ, ut in illo Thucydidis, lib. I. cap. 118. Ὄντες ΜΕΝ καὶ προτοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, ΤΟ ΔΕ ΤΙ ΚΑΙ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι, Lacedaemonii quiescebant, et ab armis abstinebant, *tum quod vel antea minus celeres ad bella suscipienda essent, tum etiam quodammodo domesticis bellis impediti.* Clarius illud Platonis de Rep. lib. VIII, p. 547. ΤΑ ΜΕΝ μιμήσεται τὴν προτέραν πολιτείαν [ἀριστοκρατείαν scilicet], ΤΑ ΔΕ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἅτε ἐν μέσῳ οὖσα, ΤΟ ΔΕ ΤΙ ΚΑΙ αὐτῆς ἕξει ἴδιον, *Imitabitur partim priorem reipublicae formam, partim oligarchiam, quippe quae medium inter utramque locum obtinet; aliquid quoque sibi proprium habebit.* Haec tamen ut tironibus planiora fiant, triplici hac ratione exponuntor.

Primo, si duo periodi membra sunt, vel speciatim duae dantur rationes aeque valentes, fere invenies τὸ μὲν, τὸ δέ. V. c. haec verba: *Ad magnam nominis famam pervenit, partim pietatis studio, partim ingenio ad caeteras virtutes praeclare propenso*, sic Graece vertas: Μεγίστην δόξαν εἴληφε, ΤΟ ΜΕΝ εὐσεβεῖν βουλόμενος, ΤΟ ΔΕ πρὸς τὴν ἄλλην ἀρετὴν καλῶς διακείμενος.
Deinde, si rationes minus sunt valentes, recte additur earum vires minuens particula τί. Ita Lucian. Macrob. pag. m. 825. ΤΟ ΜΕΝ ΤΙ πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, ΤΟ ΔΕ ΤΙ ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον, *Partim propter filii crudelitatem male audiens, partim se ipse violatarum legum accusans, prae tristitia vitam finivit.* Habetque particula imprimis locum tunc, cum, vera ratione suppressa, aliae quaeruntur.

Denique, si alterutra ratio minor fuerit, minori illi addatur particula τί. E. g. *Librum edidit, partim publicae utilitati stu-*

δος, τὸ δὲ ὑπὸ δέους, *partim spe, partim metu*, [vel *partem*: ut in illo Platonis Epist. 9. τῆς γενέσεως ἡμῶν ΤΟ' ΜΕ'Ν ΤΙ ἡ πατρὶς μερίζεται, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ οἱ γεννήσαντες, ΤΟ' ΔΕ' οἱ λοιποὶ φίλοι, *ortus nostri partem patria vindicat sibi, partem parentes, partem reliqui amici.* Z.] Eodem sensu dicunt, τὰ μὲν, τὰ δὲ [19], et τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ [20]; quae vo-

dens, partim etiam quodammodo ut gloriam suam augeret. Ἐξέδωκε βιβλίον, ΤΟ' ΜΕ'Ν τοῦ κοινῇ ξυμφέροντος προνοούμενος, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ ΚΑΙ' ἐπιδοῦναι τὴν ἰδίαν δόξαν ποιεῖν βουλόμενος. Quo pertinet exemplum modo ex Platone citatum, et illud Arriani Exped. Al. lib. II, cap. 15, ubi sermo est de quibusdam captivis ab Alexandro dimissis: Καὶ οὗτοι ὡς ἧκον παρ' Ἀλέξανδρον, Θεσσαλίσκον μὲν καὶ Διονυσόδωρον, καίπερ Θηβαίους ὄντας, εὐθὺς ἀφῆκε, ΤΟ' ΜΕ'Ν ΤΙ κατοικτίσει τῶν Θηβῶν, ΤΟ' ΔΕ' ὡς συγγνωστὰ δεδρακέναι ἐφαίνοντο, *Et hi quidem ut venerunt ad Alexandrum, Thessaliscum et Dionysodorum, licet Thebanos, dimisit, partim commiseratione Thebarum, partim ob res gestas, quibus venia se dignos ostenderant.* Certe horum virtute magis commotus fuit Alexander, qua patriae suae salutem quaesierant (etenim virtus vel in hoste laudanda), quam commiseratione hostilis urbis a Macedonibus eversae. Ac proinde priori rationi, ut infirmiori, additur particula τί. Nec absimili ratione in masculino genere: ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. VI, init. Ἐν τούτῳ οἱ φίλοι τῷ Κύρῳ προσῆγον ΟΙ' ΜΕ'Ν Καδουσίους δεομένους αὐτοῦ μένειν. ΟΙ' ΔΕ' Ὑρκανίους, Ὁ ΔΕ' ΤΙΣ Γωβρύαν, Ὁ ΔΕ' ΤΙΣ Σάκαν, *Interea amici ad Cyrum adducebant, alii Cadusios, alii Hyrcanios, alius item Gobryan, alius Sacan.* § 13.

19 Aliquando post τὰ μὲν non sequitur τὰ δὲ, sed pro eo singulare τὸ δὲ, ita tamen ut subiungatur vocula, cum qua posterius τὸ δὲ conveniat. Thucyd. lib. I, cap. 90. init. Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι τὸ μέλλον, ἦλθον ἐς πρεσβείαν, ΤΑ' ΜΕ'Ν καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μήποτ' ἐκείνους, μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα, ΤΟ' ΔΕ' πλέον, τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων etc., *Lacedaemonii vero id, quod futurum erat, cum cognovissent, legati venerunt, partim quod et ipsi libentius viderent, neque illos, neque alium quemquam, muros habere, partim vero, idque praecipue, quod socii illos impellerent etc.* Subiungit ἄλλα δὲ Ies. Sirach. cap. XIV. comm. 18 Ὡς φύλλον θάλλον ἐπὶ δένδρου δασέος, ΤΑ' ΜΕ'Ν καταβάλλει, ἌΛΛΑ ΔΕ' φύει, *Ut foliorum viridantium in arbore densa, alia decidunt, alia nascuntur.* § 14.

20 Huius exemplum habet Herodot. lib. VIII, cap. 134 Καὶ δὴ καὶ εἰς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο (Ionice pro ἀφίκετο), ΤΟΥ'ΤΟ ΜΕ'Ν τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο· ΤΟΥ'ΤΟ ΔΕ' ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάρεω, *Quin etiam ut primum Thebas adiit, tum Apollinem Ismenium consuluit, tum non Thebanum, sed externum quendam pecunia corruptum, in delubro Amphiarai incubare iussit.* Consentit Aristides pro Quatuorviris, p. m. 404. Καὶ ΤΟΥ'ΤΟ ΜΕ'Ν ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἐντὸς ἐκαίετο· ΤΟΥ'ΤΟ ΔΕ' οἱ νεκροὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἑωρῶντο, *Et tum caput et inte-*

ces nonnunquam usurpantur in principiis periodorum, maxime disiunctarum, praesertim ubi res pluribus aut testimoniis, aut exemplis illustratur.

XVII. *Τὸ λεγόμενον*, verbatim *dictum*, id est, *ut est in proverbio, quod aiunt.* Plato in Gorgia, *Ἀλλ' ἤ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; An vero post festum, quod aiunt, advenimus?* [21] [It. Plat. Phaed. cap. 11. ὥςτε, ΤΟ' ΛΕΓΟ'ΜΕΝΟΝ ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι, ὑπὸ τοῦ σώματος οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται οὐδέποτε οὐδέν, *igitur, uti verissime dicitur, corporis culpa nunquam ullo modo nobis sapere licet.*

stina ardebant, tum mortui noctes et dies conspiciebantur. Hunc Idiotismum ex Virgilio etiam demonstrat Thom. Linacer Grammaticus. Verba sunt lib. Georg. II, vs. 351.

— *Iamque reperti,*
Qui saxo super atque ingentis pondere testae
Vrgerent, HOC effusos munimen ad imbres,
HOC, ubi hiulca siti findit canis aestifer arva.

§ 15.

21 Mira est Graecismi huius elegantia, quando Articulus cum Participio, si quod substantivum additur, eiusdem Genus adsumit, ut in illo Platonis Theaet. p. 173, lin 41 *Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἤ τί τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς, ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ ΟΙ' τῆς θαλάττης ΛΕΓΟ'ΜΕΝΟΙ ΧΟ'ΕΣ, Beneve an male quid factum sit in civitate, aut quid cui ex maioribus vitio detur, vel a viris vel a mulieribus gestum, magis ipsum latet, quam maris, (quod aiunt), arenae.* Verbatim: *Quam dictae maris arenae.* Similiter lib. VI, de Rep. pag. 493. *Ἡ ΔΙΟΜΗ'ΔΕΙΑ ΛΕΓΟΜΕ'ΝΗ ἈΝΆΓΚΗ ποιεῖν αὐτῷ πάντα, ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν, Diomedea (ut est in proverbio) necessitas est illi, omnia facere, quaecunque hi probarint.* Eundem ferme usum habet Articulus cum participio *καλούμενος* pro *λεγόμενος* posito. Dem. de Cor. pag. m. 322, lin. 48. *Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐχρῆν, ἀλλὰ ΤΗ'Ν ΜΥΣΩ͂Ν ΛΕΙ'ΑΝ ΚΑΛΟΥΜΕ'ΝΗΝ τὴν Ἑλλάδα οὖσαν ὀφθῆναι, Nam si non oportuit, sed aequo ferre animo, Graeciam (quod dicitur) Mysorum praedam fieri.* Isocr. ad Nicocl. pag. 45 *Εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν ΤΑ'Σ ΚΑΛΟΥΜΕ'ΝΑΣ γνώμας, Si quis excerperet praestantium poetarum, quae vocantur, sententias.* Similis generis est *τὸ τοῦ λόγου*, in Luciani Demonacte: *Οὐ μὲν ἀνίπτοις γε ποσὶ, ΤΟ' ΤΟΥ͂ ΛΟ'ΓΟΥ, πρὸς ταῦτα ἧξεν, Non tamen illotis (quod aiunt) pedibus ad haec [Philosophiae studia] accessit.* Et apud Phil. Iud. de Cherubim: *Πάντα γὰρ, ΤΟ' ΤΟΥ͂ ΛΟ'ΓΟΥ δὲ τοῦτο, κινοῦσι λίθον, Omnem enim (quod aiunt) movent lapidem.* Si proverbii, axiomatis sive cuiuscunque dicti additur auctor, is *τοῦ λεγόμενον* vel *τοῦ λόγου* vicem explens in Generandi casu sequitur. Sic Plat. Theaet. pag. 183. prope finem: *Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται, ΤΟ' ΤΟΥ͂ ὉΜΗ'ΡΟΥ, αἰδοῖός τέ μοι εἶναι ἅμα δεινός τε, Parmenides vero mihi videtur (ut Homeri verbis utar) augustus mihi esse simul et acer.* § 16.

Hanc loquendi rationem vel ab intellecta praepositione κατὰ pendere puto, vel, quod fortasse melius est, interpretandam esse ὅπερ λέγεται, *quod dici solet*. Z.]

XVIII. Neutrum τὸ in singulari, non solum cum infinitivo [22] coniungitur per omnes casus, si vocantem excipias; ut τὸ ποιεῖν, *facere*, τοῦ ποιεῖν, *faciendi*, εἰς τὸ ποιεῖν, *ad faciendum*, ἐν τῷ ποιεῖν, *faciendo*: sed etiam aliis quibusdam modis observatione dignis. Primus est, in dandi casu, qui fere per *quod*, vel *quoniam*, vel *cum* [23], resolvi debeat. Demosth. pro Cor. Τὰς βλασφημίας (αὐτοῦ) συκοφαντίας οὔσας ἐπιδείξω, μὴ μόνον τῷ ψευδεῖς εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ (εἰ τὰ μάλιστα ἦσαν ἀληθεῖς) οὕτως, ὡς ἐγὼ κέχρημαι, τοῖς πράγμασι συμφέρειν χρήσασθαι. *Eius maledicta sycophantae criminationes esse ostendam, non modo quod falsa sint, sed etiam quod, ut verissima essent, ita tamen gerendae res fuerint, ut ego gessi.* Secundus est, in accusandi [24] casu,

22 Quomodo idem articulus cum participio neutro coniungatur, vide quae notabimus infra ad Cap. VI, Sect. 1, Reg. 18.

23 Quandoque per *ut*, vel, sequente Negativo, *Ne*. Ita Greg. Naz. ad Episc. vs. 21.

Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ τοὺς λόγους ποιήσομαι
Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἃ κρύπτειν χρεών.
Nam nominatim non perstringam quempiam,
Vt non proferre videar, quae celanda sunt.

Pro τῷ etiam dixeris τοῦ, intellecto ἕνεκα. H. vel ὑπὲρ, vid. Lamb. Bos. Ellips. sub v. ὑπέρ. Z. § 17.

24 Nescio, quare Auctor addat, in *Accusandi* casu, cum, postulante ita structura, omnes casus, excepto Vocativo, induere possit Articulus. Nam quemadmodum dicitur τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, sic quoque in Dandi casu licet dicere: τῷ δ' ὑμεῖς ὅταν χρῶμαι, *Cum illo ὑμεῖς utor*. Similiter in Genitivo: τοῦ δ' ὑμεῖς ὅτε μέμνημαι, *Cum illius ὑμεῖς recordor*. Verba Demosthenis occurrunt p. m. 325, lin. 22. Exemplum Nominativi habes in Epicteti Enchir. Cap. 53. Ὡς τὸ Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, Νὺξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, *Vt hoc pronunciatum, Dies est, et hoc, Nox est, in seiunctione quidem magnam vim habet.* Latini praemittunt voculam *illud*, ut in tritissimo:

Vix ILLVD potui dicere triste, Vale.

Huc refero illud Thucydidis, lib. I, cap. 41, ubi infinitae orationi praefigitur: Καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε, καὶ ἡ ἐς Σαμίους, τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι, παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν, *Et hoc beneficium, et illud contra Samios, quo Peloponnesii per nos illis opem non tulerunt, peperit vobis quidem de Aeginetis victoriam, de Samiis vero vindictam.* § 18. Fit aliquando, ut articulus vocabulo materialiter usitato praefixus, neglecto neutro genere, adsumat genus dissimulati nominis artifi-

cum voce alterius cuiuscumque casus, materialiter (ut loquuntur) posita, sequente verbo activo. Demosthen. ibid. Ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, id est, *Vos Athenienses, vos autem cum dico:* ubi τὸ est accusat. casus, ὑμεῖς autem nominat. Tertius est, cum aliis etiam orationis partibus, maximeque adverbio, quod tamen verbum sequitur. Demosth. ibid. *Μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι, περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ,* id est, *Ne ab adversario consilium petatis, quemadmodum audire me debeatis*[25].

cialis. Ita Schol. Aristoph. Nub. vs. 1083 ad haec verba: *Ἦν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ*, ait, *Λείπει Ἡ εἰς.* Scilicet, *πρόθεσις·* pro, *τὸ εἰς* *Deest praepositio εἰς.* Similiter apud Thucyd. lib. IV. init., ubi Schol. ad verba: *τὸ μὴ προεξιόντας· Λείπει Ἡ διά.* His adde, articulum τὸ, subsequente particula δὲ, ita infinitivo cum suo accusativo praemitti, ut structura omnino pendeat. Estque huius articuli hic usus *ἐν τοῖς ἀποστατικοῖς.* Aristoph. in Avib. vs. 5.

ΤΟ' Δ' ἘΜΕ' κορώνῃ πειθόμενον τὸν ἄθλιον
Ὁδοῦ ΠΕΡΙΕΛΘΕΙ͂Ν στάδια πλεῖν ἢ χίλια.

Et statim:

ΤΟ' Δ' ἘΜΕ' κολοιῷ πειθόμενον τὸν δύςμορον
ἈΠΟΣΠΟΔΗ͂ΣΑΙ τοὺς ὄνυχας τῶν δακτύλων.

Mene miserum cornici obsequentem iter decucurrisse stadiorum plus millium! Mene infelicem graculo obsequentem decussisse ungues digitorum! Latini articuli ope destituti, utuntur infinitivo praecedente accusativo; ut Virg. Aen. lib. I, vs. 41.

— *Mene incepto desistere victam?*
— *Τὸ δ' ἔμ' ἥσσονα ἔργ' ἀπολείπειν.* H. ℊ 19.

Interdum τὸ ante infinitivum intelligitur: ut Xen. Cyrop. VIII, 5, 4. *ἔρχονται πάντες ἐπὶ τὰ τεταγμένα ἄγειν.* Cf. Bach. ad Xen. Oecon. IX, 11. Z. ℊ 20.

25 Notandum est, Articulum aliis orationis partibus in omni genere ita praemitti, ut pro ὅτι sumi videatur, quum videlicet vel verba, quae quis dixit, citantur, vel, quae dicere posset, in medio proponuntur. Exemplum extat apud Platonem in Phaedro, pag. 273, lin. 20. *Τὸν δὲ* (subaudi *δεῖ*) *τοῦτο μὲν ἐλέγχειν, ὡς μόνω ἤστην, ἐκείνῳ δὲ καταχρήσεσθαι ΤΩ͂ι, πῶς δ' ἂν ἐγὼ τοιόςδε τοιῷδε ἐπεχείρησα; Hunc vero oportet illud quidem refellere, hoc vero abuti: Quomodo ego talis talem invadere potui?* Ita verba sonant, quorum sensus hic est: *Hunc vero huiusmodi quodam argumento abuti oportet: Qui fieri potest, ut ego, qui sum imbecillus, tam validum adgressus fuerim?* Hic pro τῷ, ὅτι usurpare permittet Graecia. Huc refer ep. Pauli ad Gal. cap. V, comm. 14. *Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν ΤΩ͂ι· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, Lex enim universa uno verbo impletur, nempe hoc: Diliges proximum tuum, ut te ipsum.* Idem scribens ad Roman. cap. XIII, comm. 9 ait: *ΤΟ' γὰρ, Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ φονεύσεις·* etc. *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν ΤΩ͂ι· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον*

XIX. Saepe, apud Oratores praesertim, praepositivus articulus ita praemittitur, ut casus nominis sequentis ob verbum adiunctum mutetur; ubi dubium est, quo ex pluribus nomine res appellanda sit. Demosth. pro Corona: Ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε χρὴ κακίαν, εἴτε ἄγνοιαν, εἴτε καὶ ταῦτα ἀμφότερα, εἰπεῖν, id est, *Aliorum Graecorum, sive oportet improbitatem, sive ignorantiam, sive hoc utrumque dicere:* pro ἡ[26] τῶν Ἑλλήνων, εἴτε κακία, εἴτε ἄγνοια, εἴτε καὶ ἀμφότερα, *Aliorum Graecorum, vel improbitas, vel ignorantia, vel utrumque.*

[*Nomen appellativum* articulo praepositivo vestitum, per Synecd. generis 1. Proprium saepe designat. 2. Certi aliquid et definiti ἐμφατικῶς καὶ κατ' ἐξοχὴν demonstrat: et 3. cognomenti loco Proprium nonnunquam immediate sequitur.

1. *Proprium designat:* Praeter vulgaria, alia nonnulla exempla subiiciam, non cuivis fortasse obvia, et quae tironibus aliquoties negotium facessunt: qualia sunt, ὁ Δειπνοσοφιστὴς, *Athenaeus:* ὁ γεωγράφος, *Strabo:* ὁ περιηγητὴς, *Dionysius, cuius poema inscribitur,* περιήγησις τῆς οἰκουμένης· ὁ ἐθνικογράφος, sive ὁ ἐθνογράφος, *Stephanus Byzantinus, qui librum* περὶ πόλεων καὶ δήμων *scripsit:* ὁ παραβάτης, *Iulianus Imperator, qui vulgo* ἀποστάτης *dicitur:* ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητὴς, *Hermogenes Rhetor:* ὁ τεχνικὸς, *Herodianus Grammaticus:* ὁ τεχνικὸς Γεώργιος, *Choeroboscus:* ὁ πορθμεὺς, *Charon:* ὁ πονηρὸς, *Diabolus:* ὁ βουκόλος, *Theocritus:* ὁ συγγραφεὺς, *Thucydides, apud Aphthon.* § 21. ὁ χρυσοῤῥήμων, *Ioan. Chrysostomus:* ὁ θεολόγος, *Gregorius Nazianzenus:* ὁ ποιητὴς, *Homerus:* ὁ ῥήτωρ, *Demosthenes.*

σου, ὡς ἑαυτόν, *Hoc enim: Non moechaberis: non occides etc. in hoc uno verbo summatim comprehenditur, nempe: Diliges proximum tuum, ut te ipsum.* Sic tempora et *occasiones loquendi et tacendi* vocat Plato, καιροὺς ΤΟΤΕ πότε λεκτέον καὶ ἐπισχετέον, in Phaedro pag. 272 init.

26 Locus Demosthenis est pag. 315, lin. 32. Caeterum, ut hic casus, ita nonnunquam numerus esse potest diversus, quum nempe articulus pluralis ad duo nomina singularia refertur, ut apud Hom. Iliad. Ε, vs. 418

ΑΙ δ' αὖτ' εἰσορόωσαι, ἈΘΗΝΑΙΗ τε καὶ ἩΡΗ,
Κερτομίοις ἐπέεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζον·

Minerva vero et Iuno, testes oculatae, mordacibus verbis Iovem Saturnium irritabant. Pro ἡ Ἀθηναίη καὶ ἡ Ἥρη.

Idem valet participium, Hebraeorum more, nominis loco positum cum articulo: e. g. ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, *Stephanus*, qui supra dicitur ἐθνικογράφος· ὁ ποιήσας τὰ Διονυσιακά, *Nonnus Panopolitanus, cuius libb.* 48 *Dionysiακῶν titulo Graece extant:* Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ ὁ τὰ ἐρωτικὰ παίξας, *Achilles Tatius, qui* 8 *libr. lusit de Clitophontis et Leucippes amoribus:* ὁ τὰ βουκολικὰ γράψας, *Theocritus:* ὁ τὰ Κύπρια γράψας (scilicet ἔπη, vel ποιήματα) *Stasimus*, ὁ τὴν πατρίδα Κύπριος· ὁ πειράζων, *Diabolus*[27].

2. *Certi aliquid* ὁριστικῶς[28] *vel* δεικτικῶς *demonstrat:* ut Matth. II, 2 Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; *Vbi est ille, qui natus est rex Iudaeorum? non de quovis rege, sed* κατ' ἐξοχὴν *de illo, qui expectabatur humani generis redemtor:* v. 10 Οἱ μάγοι ἰδόντες τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν, καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸ παιδίον· hic *certa* stella, *certa* domus, et *certus* puerulus ἐμφατικῶς καὶ ὁριστικῶς indicatur. Plurima eiusdem farinae exempla ubique obvia.

27 Hoc modo cum perfectissimum veri Dei nomen ab Ioanne exprimitur per verbum et duo participia articulis vestita, mirum est, quam sanctum illud nomen duxerit Apostolus, quod potius quam per casus mutaret, praefixo altero articulo, indeclinabile censuit. Ita ille in Apocal. cap. I, 4. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, *Gratia vobis et pax ab Eo, Qui est, et Qui erat, et Qui venturus est.* Pro ἀπὸ τοῦ ὄντος etc. Similiter eodem cap. comm. 8, et cap. IV, comm. 8, et XVI, 5. ubi occurrit in secunda persona: Δίκαιος, Κύριε, εἶ, Ὁ ΩΝ, καὶ Ὁ ἮΝ, καὶ Ὁ ἘΣΟΜΕΝΟΣ, *Iustus, Domine, es, qui es, et qui eras, et qui eris.* Hic idiotismus etiam locum habet in titulis librorum indicandis, quando ad partes vocantur alicuius auctoris verba. Sic Lucianum in exemplum afferens Thom. Mag. in v. ΕΙ' ita loquitur: Καὶ αὖθις ἐν ΤΩ῀ι, Βίων πράσεις, vel πρᾶσις, *Et rursus in Vitarum auctione.* Potuisset dicere, ἐν τῇ βίων πράσει, vel ἐν ταῖς βίων πράσεσιν. Grammaticis legibus obstrictior inscriptio est, quam narrat Plutarchus in Isid. et Osirid. pag. 354, lin. 26 fuisse in fano Minervae, quod fuit Sai in Aegypto: Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν, καὶ ἐσόμενον, *Ego sum omne id, quod fuit, quod est, et erit.*

28 Contra, sed rarius, hic articulus cum participio iunctus ponitur pro τις, ἀορίστως. § 21 b. Ita Plutarch. in Coni. praecept. pag. 144 initio: Ὁ τὸν δραπέτην ἰδὼν διὰ χρόνου καὶ διώκων, ὡς κατέφυγε φθάσας εἰς μύλωνα, Ποῦ δ' ἄν, ἔφη, σὲ μᾶλλον εὑρεῖν ἐβουλήθην ἢ ἐνταῦθα; *Quidam fugitivum aliquanto post tempore videns et persequens, quum ille in pistrinum profugisset: Quis, inquit, locus est, ubi te offendere malim, quam hic?* Eodem modo paulo superius: Ἡ μὲν γὰρ ὠδίνουσα καὶ δυςφοροῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε, Πῶς δ' ἂν ἡ

3. *Cognomenti loco Proprium nonnunquam sequitur*, ut Ἀπολλώνιος ὁ δύςκολος· Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός· Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής [29].

Interdum v. cognomentum apponitur, omisso articulo: unde Antiphon dicitur λογομάγειρος· *Apion Grammaticus* πλειστονίκης *et* μόχθος *ob sedulitatem: Cleanthes* φιλόπονος *et* φρεάντλης· *Crassus* ἀγέλαστος· *Didymus* χαλκέντερος· *Euripides* μισογύνης· *Hercules* ἀλεξίκακος· *Hermes* τρισμέγιστος· *Timon* μισάνθρωπος etc.

Articulus geminatus rem exponit, et distinguit: ut, [ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, it. ὁ βασιλεὺς ὁ Ῥωμαίων, Z.] ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, Ioh. X, 12. Ego sum pastor *ille* bonus κατ' ἐξοχήν [30].]

κλίνη ταῦτα θεραπεύσειεν, οἷς ἐπὶ τῆς κλίνης περιέπεσον; *Quaedam mulier instantis partus dolores ferens iisque pressa, inclinantibus ipsam in lectum ait: Quomodo lectus his mederi poterit malis, quae in eo concepta sunt?* H.

Hic articulus saepe, inprimis apud Atticos scriptores, in omnibus casibus, non solum participio, sed etiam nomini iunctus, habet vim ἀόριστον, et ponitur pro τις. De nominativo quidem vide exempla, modo ab Hoogev. allata. De genitivo, Xenoph. Mem. IV, 6, 13 εἰ δέ τις αὐτῷ περὶ ΤΟΥ ἀντιλέγοι: it. Aelian. V. H. VIII, 1 ἐάν τις τῶν φίλων ἀνακοινῶται ὑπὲρ ΤΩΝ. De dativo, Plat. Phaed. 25 εἴπερ ΤΩι ἄλλῳ. De accusativo, Xenoph. Cyrop. II, 4, 23 εἰ προπέμποις ΤΟΥΣ εὐζώνους ἄνδρας, *si quos expeditos praemiseris.* Ad quem locum alia sunt laudata exempla. Interdum quoque τίς interrogativum in hunc articulum mutatur. Ex pluribus unum attulisse exemplum sat erit, Xen. Mem. IV, 5, 10 ΤΩι (h. e. τίνι, uti est paulo ante § 7) γὰρ ἂν ἧττον φήσαιμεν τῶν τοιούτων προσήκειν, ἢ ᾧ ἥκιστα ταῦτα πράττειν; cf. Xen. Oecon. XI, 20. Z. § 22.

29. Aliquando post Nomen Proprium Articulus Praepositivus, sequente Praepositione cum suo Casu, cognomenti loco ponitur ἐλλειπτικῶς. Ita Plat. Gorg. pag. 516, lin. 40 Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, *Miltiadem illum, qui in campo Marathonio* (supple, *victoriam reportavit*) *in Barathrum coniiciendum decreverunt.* Et ex Platone Aristides Orat. pro Quatuorviris, pag. 267 Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χοροῦ τάξομεν; *Miltiadem vero Marathonium qua in chori parte collocabimus?*

30 Insolentior Articuli geminatio est in illo Pausaniae, in Eliacis, pag. m. 314 ΤΟΙΣ Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς, *Herculis fratribus.* Pro ΤΟΙΣ Ἡρακλέους ἀδελφοῖς, vel, τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς Ἡρακλέους. Sic Arrian. lib. II, cap. 10 ΟΙ δὲ Ἕλληνες, ΟΙ μισθοφόροι, ΟΙ σὺν Δαρείῳ, *Graeci vero mercenarii, qui cum Dario erant.* Audacius illud lib. III, cap. 11, si sat fida est lectio: Εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐκάκωσε τοῖς Πέρσαις ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα, Ἡ στάσις Ἡ ξὺν τοῖς, Ἡ πολλὴ, ὅπλοις, *Longa illa in armis commoratio, si quid aliud,*

tunc temporis Persarum res fregit. Minus intricate dixisset: Ἡ στάσις, ἡ πολλή, ἡ ξὺν τοῖς ὅπλοις. Sensus est: *Mora illa in armis, et quidem adeo longa, Persis obfuit.* § 23.

Articuli geminationi subiungo Articulorum concursum, qui, ut ut saepe exornat dictionem, ita quandoque obscurat. Sic trium Articulorum concursum invenies apud Plut. de Oraculorum Defectu, pag. 415 init. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας ΟΙ ΤΟ ΤΩΝ Δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τρόπόν τινα κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες, *Mihi vero videntur illi plures et maiores solvisse dubitationes, qui primi censuerunt, Daemonas esse medium genus inter Deos et homines, et nos cum illis communione quadam coniungere et conciliare.* Et apud Aeschin. in Timarch. pag. 172, lin. 43 Ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης ΤΩι ΤΗΣ ΤΩΝ ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. Pro τῷ νόμῳ τῆς φθορᾶς τῶν ἐλευθέρων, *Teneatur gymnasiarcha lege de corruptela ingenuorum puerorum.* Adde Plat. in Phaedr. pag. 269, lin. 30 Ἀλλὰ δὴ ΤΗΝ ΤΟΥ ΤΩι ὄντι ῥητορικοῦ τε καὶ πιθανοῦ τέχνην, πῶς καὶ πόθεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι; *Sed hic age, quo pacto et unde eam artem, qua quis praeditus dicendo et persuadendo vere valeat, aliquis sibi comparare possit?* Inprimis autem tunc obscuram reddunt orationem Articuli, cum longissime a casu suo removentur. In exemplo ex Plutarcho citato Articulus οἱ referendus est ad τὸ ἐξευρόντες, τὸ ad γένος, et τῶν ad δαιμόνων, cui iungitur.

Est et diversa ab hac geminandi Articuli ratio, qua in neutro genere repetitur, mediante Coniunctione καὶ, et Graeci utuntur eo loco, ubi Latini *hoc et illud.* Demosth. pro Cor. pag. 347, lin. 44 Εἰ ΤΟ ΚΑΙ ΤΟ ἐποίησεν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἀπέθανεν, *Si hoc et illud fecisset homo, non mortuus esset.* Consentit Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag. 420 Σωθείσης τῆς νεὼς, ΤΟ ΚΑΙ ΤΟ ποιήσειν, *Servata navi hoc vel illud se facturum.* Item in Plurali Numero τὰ καὶ τὰ dicitur, in eadem orat. pag. 356 Ἃς [scil. γυναῖκας] σὺ κελεύεις μετὰ τῶν ἀνδρῶν συστρατεύεσθαι, ΤΑ ΚΑΙ ΤΑ ποιούσας, *Quas tu iubes una cum viris militare, haec et illa facientes.* At pro Masculino ὁ καὶ ὁ invenies ὁ δεῖνα duplicatum: vid. ibid. pag. 506 Καί τινες ἤδη διὰ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ τῶν παλαιῶν ἐπιείκειάν τιν' εὕροντο ἐν ταῖς συμφοραῖς, *Et quaedam [civitates] propter hunc vel illum e maioribus invenisse levamen in calamitatibus.* Ibid. pag. 495 Τὸ πρᾶγμα ἀφεὶς ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ λέγεις κακῶς; *Ab instituta oratione digressus hunc et illum calumniaris?* Vtraque coniungit ibid. p. 267 Ἔβλαψέ με ὁ ΔΕΙΝΑ ΤΟ ΚΑΙ ΤΟ ποιήσας, *Aliquis me laesit hoc vel illo facto.* Rarius in plurali occurrit, apud Dem. contra Androtion. ubi vergit ad finem: ΟΙ ΔΕΙΝΕΣ τὸν δῆμον (sc. ἐστεφάνωσαν) σωθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου, *Hi vel illi populum corona ornarunt, servati a populo.* Pro iisdem solum pronomen οὗτος ponitur, ut in fine cap. IV. ostendemus. Caeterum obiter hic monendum censui, Devarium Lexicographum reprehendere, qui dicit, Graecos hac voce uti, cum certum hominem significare volunt, quem tamen nominare nolunt, quae contra ex eiusdem sententia incertam et indeterminatam personam notat: id quod non uno exemplo confirmat. Cui sententiae ut ut palma danda videtur, quo minus tamen affirmem, Graecos nun-

quam nisi indeterminatam personam per hanc vocem significare, obstat unus Luciani locus in Cataplo: *Δέχου τοῦτον, σὺ πορθμεῦ καὶ ΤΟ'Ν ΔΕΓΝΑ, Cape hunc, tu portitor, atque illum alterum.* Vbi certae personae intelliguntur, Megapenthes scilicet et Cyniscus. § 24. Sed ut ad Articulum redeam: huius tres inprimis usus mihi notandi videntur.

Primus est, quando praemittitur voculae interrogativae, et significat idem, quod apud Latinos Particula expletiva *nam.* Sic *Quidnam?* Graecis est, *τὸ ποῖον.* Sophocl. In Electr. vs. 672

Π. Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς, πρᾶγμα πορσύνων μέγα.

Κ. τὸ ΠΟΓΟΝ, ὦ ξέν'; εἰπέ. P. Phanoteus Phocensis, qui rem magnam adfert. C. Quamnam, o hospes? dic. Quo sensu non raro post se habet Particulam *δή*, ut in illo Platonis in Phaedro pag. 265 init. *ΤΟ' ΠΟΓΟΝ ΔΗ' λέγεις; Quidnam id est, quod dicis?* § 25.

Alter est, quod in Neutro Genere cum omnibus orationis partibus, si Coniunctionem excipias, constructus absolute ponitur in casu quarto, subaudita tamen in plurimis praepositione *κατὰ*, cumque illis aliquando ita coalescit, ut una vox videatur. Redditur autem aliquando per Adverbium, aliquando per Periphrasin. Et quidem

Primo, cum Nomine substantivo, ut, *τὸ κεφάλαιον, ut summatim dicam.* Ita Plat. Theaet. pag. 190, lin. 14 *Ἀναμιμνήσκου δὴ, εἰ πώποτε εἶπες πρὸς σεαυτὸν, ὅτι παντὸς μᾶλλον τό τοι καλὸν αἰσχρόν ἐστι, ἢ τὸ δίκαιον ἄδικον, ἢ καὶ τὸ πάντων ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, σκόπει* etc., *In memoriam revoca, si quando apud te ipsum dixeris, pulcrum omnino turpe, et iustum iniustum esse: aut etiam, ut summatim dicam, vide* etc. Cum Nomine Adiectivo per omnes Gradus. Cum Positivo: *τὸ δ' ἀληθές, Revera*, Herodian. lib. III, cap. 8 pro quo *τὸ δ' ἀτρεκὲς*, Theogn. vs. 167, v. c. hoc sensu: *Verbo quidem, ut ei gratum faceret, re autem vera* etc. *Λόγῳ μὲν αὐτῷ χαρίζεσθαι βουλόμενος, τὸ δ' ἀληθὲς* etc. *Τὸ ἀρχαῖον* vel *τὸ παλαιόν, Antiquis temporibus, Antiquitus*, Plat. Hipp. Mai. pag. 285 et Heraclid. de Polit. *Τοὐναντίον*, Ceb. tab. sub finem. *Τὸ λοιπὸν, In posterum, Deinde*, Thucyd. lib. I, cap. 31 et 56 *Τούς τε δημιουργοὺς ἐκπέμπειν* (sc. *ἐκέλευον*) *καὶ ΤΟ' ΛΟΙΠΟ'Ν μὴ δέχεσθαι, Magistratusque expellere iusserunt, nec in posterum recipere.* Hoc modo Genitivum post se habet. Ita Xenoph. Hist. Gr. lib. VII, pag. 626 in fine: *Ἐποίησαν τοὺς πολεμίους ΤΟ' ΛΟΙΠΟ'Ν ΤΗ'Σ ἩΜΕ'ΡΑΣ ὑπὸ τὰς ἀκρωρείας ὑποχωρεῖν, Effecerunt, ut hostes reliquo diei spatio sub cacumina montium se reciperent.* § 26. *Τὸ ὅλον, Omnino, omni ex parte*, Plat. Phaedr. pag. 261, lin. 7, cui simile *τὸ πᾶν*, Lucian. Dear. Iud. de Paride: *ΤΟ' ΠΑ'Ν βουκόλος, Totus bubulcus.* *Τὸ σύμπαν*, Isocrat. ad Nicocl. Eiusdem farinae est *τὸ πολὺ, Magna ex parte.* Arrian. lib. III. de Exp. Al. cap. 11 *Ταύτην [ὁδὸν] δρόμῳ ΤΟ' ΠΟΛΥ' ἦγεν, Hanc viam magna ex parte cursu peregit.* *Τὸ σύνολον* apud Diod. Sicul. Bibl. lib. I, quod idem ac *τὸ κεφάλαιον.* *Τὸ τελευταῖον* vel *τοτελευταῖον, Tandem.* De quo infra Cap. III, Sect. 11, Reg. 2. Cum Comparativo, ut *τὸ πλέον, Magis*, Thucyd. lib. I, cap. 69. *Τὸ πρότερον, Antea*, Ibid. cap. 58. Et sequente Coniunctione *ἢ, Antequam*, ut apud Herodot. lib. I, cap. 72 *ΤΟ' ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ Ἢ Πέρσας ἄρξαι, Prius,*

quam Persae imperarent. Τὸ ὕστερον, *Iterum*, Thucyd. lib. cit. cap. 73. Cui simile Τὸ δεύτερον, Plat. l. c. pag. 286. Τὸ τρίτον, *Tertium*, Plat. Theag. pag. 129. Cum Superlativo, ut τὰ κράτιστα, *Optime*, Thucyd. lib. cit. cap. 31. Τοὐλάχιστον pro τὸ ἐλάχιστον, *Ad minimum*, Plut. in vit. Cic. pag. 865. Τὸ μέγιστον, *Maxime*, Theogn. vs. 111. [Xenoph. Cyrop. V, 1, 22 Καὶ τὸ μέγιστον δή, *Atque quod caput rei quidem est.* Z.] Τὸ πρῶτον, Lucian. Tom. I, pag. 282.

Secundo cum Pronomine, ut, τὸ αὐτὸ, *Eodem modo*, *sic.* vid. infra ad Cap. IV, Reg. 9.

Tertio cum verbo Infinito et praesertim εἶναι Atticum est, ut τὸ νῦν εἶναι, *Inpraesentiarum.* Ita malim vertere quam *Nunc.* Belgice: *voor als nu.* Ita Xen. Exped. Cyri, lib. III, pag. 305 Ὀπισθοφυλακῶμεν δὲ ἡμεῖς οἱ νεώτατοι, ἐγώ τε καὶ Τιμασίων, ΤΟ' ΝΥ'Ν ΕΙ'ΝΑΙ. τὸ δὲ λοιπὸν etc., *Nos autem agminis tergum, ego et Timasion, custodiamus inpraesentiarum, dein vero* etc. Barbare diceremus: *by provisie.* Consentit Lucianus de Merced. conduct p. 312 ΤΟ' δὲ ΝΥ'Ν ΕΙ'ΝΑΙ, ἱκανὸν ἦν ὑποδεῖξαι, *In praesentia satis erit ostendere.* Simili modo τὸ σήμερον εἶναι adfert H. Steph. ad Corinth. art. 29. vid. Alciph. I, Ep. 1. Sic τὸ ἐπ' ἐμοὶ εἶναι, *Quod ad me attinet.* De quo vid. Clariss. Dukerum ad Thucyd. lib. IV, cap. 48 et Nostrum infra, cap. V, Sect. 6, Reg. 11.

Quarto cum Participio, quo pertinet id, quod supra dictum est in τὸ λεγόμενον Reg. 17. Item τὸ νῦν ἔχον, de quo supra, Reg. 6.

Quinto cum Adverbio, ut, τὸ ἀνέκαθεν, *Olim*, *Antea*, apud Nicol. Damasc. de Moribus Gentium. Τὸ μεταξὺ, *Interea*, Lucian. in Tox. Τὸ μέχρι ἐμοῦ, *Ad meam usque aetatem*, apud Herodot. in Thal. cap. 10. Τὸ πάλαι, *Olim*, Plat. Phaedr. pag. 251. lin. 19. Τὸ παραυτίκα, *In praesentia*, Thucyd. lib. I, cap. 134. Τὸ πρίν, *Antea*, Hom. Iliad. Ε, vs. 54. Τὸ πρόσθεν, *Antehac*, Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, pag. 129. Τὸ πῶς, *Modus*, vel etiam *quomodo*, Act. Apost. cap. IV, comm. 21. Euang. Luc. cap. XXII, comm. 2 Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν, *Et quaerebant principes sacerdotum et scribae, quomodo interimerent eum.* Sed tunc nullus τῇ κατὰ locus dari potest. Sed articulus indicium habet accusativi rei patientis, quae pluribus vocibus exprimitur. Cf. comm. 4. Atque ita articulus τὸ praefigitur toti orationi, ut in eodem capite vs. 24 Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων, *Et orta est inter eos aemulatio, quis ipsorum esse videretur praestantissimus.* Hoc in genere rarius est, quod invenitur apud Plat. de Rep. lib. VI, pag. 510, ubi articulus praepositivus in neutro genere praemittitur articulo postpositivo. Verba sunt: Ὡς τὸ δοξαστὸν πρὸς τὸ γνωστὸν, οὕτω τὸ ὁμοιωθὲν πρὸς ΤΟ' Ὧι ὡμοιώθη, *Vt id, quod opinione comprehenditur, se habet ad id quod cognoscitur, ita id, quod assimilatur, ad id, cui assimilatur.*

Sexto cum Praepositione, ut Τὰ ἐς γένους δόξαν, *Quod ad generis splendorem attinet*, Paus. in Arcad. Τὸ ἀπὸ τούτου, τὸ ἀπὸ τοῦδε, τὸ μετὰ τοῦτο, τὸ ἐκ τοῦδε, seu τοὐκτοῦδε, *In posterum*, *Ex hoc tempore*, *Deinceps.* Exempla ubivis obvia. Τὸ ἀπὸ τούτου et τὸ ἐπὶ τούτοις, *Mox*, *statim post haec*, apud Lucian. in Conviv. Tom. III, pag. 427. 433 et 447. Τὸ ἐξ ἀρχῆς, *Initio*, Paus. Achaic. pag. 401. Τὸ ἐξ ὑμῶν, *Quantum*

CAPUT II.

De subiunctivo articulo.

REGULA I.

"Ος μὲν, ὃς δὲ, non tantum apud Poetas, sed interdum apud Oratores, pro ὁ μὲν, ὁ δὲ*· sic καὶ ὃς, verbatim, *et qui:* id est, *tum ille*, supple, *ita loqui coepit*, vel *perrexit:*

in vobis est, Rom. XII, 18 Τὸ ἐπ' ἐκείνῳ, *Quod ad illum attinet*, Isocrat. Paneg. Τὸ κατ' αὐτὸν, *Quantum in ipso est*, Lucian. Dem. Encom. pag. 908 et 922. Καὶ νῦν, Ἀρχία, ΤΟ' ΚΑΤ' 'ΕΜΑΥΤΟ'Ν οὐ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας, *Et nunc, o Archia, quantum in me est, non dedecorabo Athenas.* Confer Rom. I, 15. [Τὸ κατ' ἐμὲ, scil. ὂν, Aelian. V. H. I, 32. Eodem sensu et ellipsi dicitur quoque ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, *per me, quod me attinet*, Lucian. Cataplo, ab initio. Z.] At τὸ καθ' ἑαυτόν, *Privatim*, Thucyd. lib. II, cap. 60. Τὸ καθ' ἡμέραν, *Quotidie*, Plat. Phaedr. pag. 240, lin. 16. Τὸ κατὰ σάρκα, Act. Apost. II, 30, *Quantum ad carnem attinet.* Τὸ πρὸς τὴν ἕω, *Orientem versus*, Herodot. Melp. cap. 19. Τὸ πρὸ τούτου, *Antea*, Thucyd. lib. cit. cap. 15. Τὰ πρὸς πατρὸς Ἀθηναῖος, *Quod ad patrem attinet, Atheniensis.* Vid. Cap. IX, Sect. 8, Reg. 5.

Denique cum praepositione et adiectivo, vel potius praepositione cum adiectivo composita, ut τὸ ἐπίπαν, *omnino, plerumque*, Herodot. in Polyhymn. cap. 157.

Tertius denique usus est, quo in Dandi casu non tantum pro Pronomine οὗτος, sed etiam κατ' ἔλλειψιν Substantivi τρόπῳ apud Poetas Adverbialiter ponitur, et redditur, *sic, ita.* Hom. Iliad. Δ, vs. 290.

Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.
Sic, vel, Hoc modo cito exscinderetur urbs Priami regis.

Est et ubi redditur, *Ideo, Idcirco, Quare.* Id. Iliad. Β, vs. 250 et 254.

Τῷ νῦν Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν,
Ἧσαι ὀνειδίζων. —
Quare nunc Atridae Agamemnoni, ductori militum, sedes convicians.

§ 27.

Pro eodem hoc dixit Flaccus lib. I, sat. 6, vs. 41

At Novius collega gradu post me sedet uno;
Namque est ille, pater quod erat meus. Hoc tibi Paulus
Et Messalla videris —

* Etsi Thomas Magister Eclog. ab initio negat, ἃ μὲν, ἃ δὲ, eleganter dici, cum potius sit dicendum τινὰ μὲν, τινὰ δὲ, si vera est lectio, nec potius cum Laur. Normanno legi debet τὰ μὲν, τὰ δέ: tamen ex multis exemplis omnis generis, quae interpretes ad hunc locum congesserunt, facile apparet, illam dicendi ratio-

pro καὶ ὁ, vel αὐτός[31]. sic ἦ δ' ὅς, *inquit ille*, pro αὐτὸς[32], Dialogistis frequentissimum est. Quibus in locis ἦ pro ἔφη usurpatur, et δὲ abundat. Imo absolute ὅς pro ὁ nonnunquam usurpatur. Plutarch. Public. Ὧν (λόγου καὶ πλούτου) τῷ μὲν ὀρθῶς ἀεὶ χρώμενος, ἀφ' οὗ δὲ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, *Quorum duorum altero recte semper utens, altero indigentibus abunde subveniens:* ubi ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ τοῦ[33].

nem ab usu eleganter scribentium non omnino abhorrere. His addamus unum ex Matthaei Euang. XXI, 35 locum, quem laudat Devarius, ΟΝ ΜΕΝ ἔδειραν, ΟΝ ΔΕ ἀπέκτειναν, ΟΝ ΔΕ ἐλιθοβόλησαν. Z.]

31 In sermonibus τῶν διαλεγομένων referendis tantum non ubivis occurrunt exempla, quae in perpetua oratione sunt rariora. Ita Arrian. Exp. Al. lib. I, cap. 16 (longiorem periodum breviter contraho) Δημάρατος δὲ δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὐτοῦ δόρυ. ΚΑΙ ΟΣ ἀναλαβὼν καταβάλλει τὸν Μιθριδάτην, *Demaratus suam illi hastam porrigit, qua ille arrepta Mithridatem traiicit.*

32 Nihil apud Platonem tritius. Saepe etiam praecedentem personae nominativum sequitur ἦ δ' ὅς· ut lib. I de Rep. init. Καὶ Ὁ ἈΔΕΙΜΑΝΤΟΣ, Ἆρά γε, ἮΔ' ΟΣ, οὐδ' ἴστε etc. Et *Adimantus, Numquid, inquit, nescitis* etc. Nonnunquam et praecedit, ut apud eundem lib. V, pag. 450, lin. 13 Τί δέ; ἮΔ' ΟΣ Ὁ ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ, *Quid vero? inquit Thrasymachus.* Et lib. I, sub initium: Ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἮΔ' ΟΣ Ὁ ΓΛΑΥΚΩΝ, *At expectabimus, inquit Glauco.* Sic Lucian. in Conviv. Tom. III, pag. 440 edit. Amstel. Ἀλλ' οὐ μαστρωπὸς ἐγὼ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός, ἮΔ' ΟΣ Ὁ ΚΛΕΟΔΗΜΟΣ, ὥσπερ σύ, *At ego non sum leno uxoris meae, Cleodemus inquit, ut tu.* Et ibid. pag. 443 Οὐκ, ἀλλὰ σύ, ἮΔ' ΟΣ Ὁ ΖΗΝΟΘΕΜΙΣ, εἰπέ, *Non, inquit Zenothemis, sed tu dic.*

33 In exemplo citato pro τῷ μὲν procul dubio ᾧ μὲν dixisset Plutarchus, nisi ὧν praecessisset. Locus est in Poplicol. in principio. Alias hoc frequens est, ut pro ὁ μέν, ὁ δέ, ponantur ὅς μέν, ὅς δέ. Ita in monumento veteri Ptolemaei Euergetae, ubi gloriatur se multas subegisse regiones, ἃ μέν, inquit, αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἃ δὲ διαπεμπόμενος, *Victoriam referens partim ipse profectus, partim misso sub meis auspiciis exercitu.* Similiter Herodian. lib. III, cap. 8 Πικρῶς κατηγόρησε τῶν Ἀλβίνου φίλων, ὯΝ ΜΕΝ ἐπιστολὰς προκομίζων ἀποῤῥήτους, — ΟἿΣ ΔΕ δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ πολυτελέστερα, *Vehementer Albini amicos incusavit, aliorum arcanas epistolas proferens, aliis exprobrans dona splendida ad eum missa.* Similiter Apostolus scribens ad Romanos cap. IX, comm. 21 Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, Ὃ ΜΕΝ εἰς τιμὴν σκεῦος, Ὃ ΔΕ εἰς ἀτιμίαν; *An non habet potestatem figulus in lutum, ex eadem massa fingendi aliud vas ad decus, aliud ad dedecus?* Interim, quod in οἱ μέν, οἱ δὲ superior

II. Ὅςτις primo redditur *quis*, vel *quisnam*, sine interrogatione, ut, οὐκ οἶδα ὅςτις ἂν τοῦτο ποιήσειεν, *nescio quis hoc fecerit*; sic ἥτις, ὅ, τι, cum virgula post ὅ, (ut distinguatur a coniunctione ὅτι, *quod*:) *quaenam*, *quodnam* per omnes casus. [34] Secundo, *quisquis*, ut ὅςτις ἐντυγχάνει αὐτῷ, *quisquis in eum incidit*. [35] Quo sensu non raro praecedit πᾶς, vel sequitur οὖν, quae particula unicam vocem efficit cum ὅςτις. Sic ὁςτιςοῦν, οὑτινοςοῦν, οἵτινεςοῦν, in omnibus numeris. At πᾶς tantum in singulari, ac fere in nomi-

capite diximus, pro altero saepe τινὲς, πολλοί, vel simile poni, idem hic dictum puta. Vnum id addam, nonnunquam post ὁ μὲν, pro ὁ δὲ, sequi ὃς δέ. Exemplum habet Theognis vs. 205

Ἀλλ' ὉΣ ΜΕΝ αὐτὸς τῖσε κακὸν χρέος, ὉΣ ΔΕ φίλοισιν
Ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν,

Sed alius ipse malorum supplicium luit, alius in damnum carorum liberorum luendum post se relinquit. Addatur Oppian. Halieut. lib. I, vs. 585 — ΤΟΙΣ ΜΕΝ θέρος, ΟἿΣΙ ΔΕ χεῖμα,

ΤΟΙΣ Δ' ἔαρ, ἢ φθινύθουσα τόκον προὖφηνεν ὀπώρη.

Aliis aestas, aliis hiems, aliis ver aut in hiemem inclinans auctumnus subolem parat. [Adde Appian. Punic. pag. 59 καὶ τῶν ἀρχόντων ΤΟΥΣ ΜΕΝ ἐπαινοῦσιν, ΟΥΣ ΔΕ ψέγουσιν. it. Aelian. V. H. VI, 1 — — ΤΟΥΣ ΔΕ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, ΟΥΣ ΔΕ ἀπέδοντο, ΟΥΣ ΔΕ ἀπέκτειναν. Z.] Contra, praemisso ὃς μὲν, sequitur ὁ δὲ in epist. ad Rom. cap. XIV, comm. 2 ὋΣ ΜΕΝ πιστεύει φαγεῖν πάντα, Ὁ ΔΕ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, ***Alius credit omnia edi licere, alius infirmior vescitur oleribus.*** § 28.

34 Plurimum autem locum habet in responsione, praecedente τίς; particula interrogativa. E. g. apud Aristoph. in Avib. vs. 961, ubi, rogante Pisthetaero: Σὺ δ' εἶ τίς; respondet vates: Ὅςτις; χρησμολόγος, *Tu vero, quis es? Quisnam* (scilicet, *sim?*) *Vates*. Eodem modo paulo post, vs. 698 Σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν; ***Quis tu homo?*** Resp. Ὅςτις εἰμ' ἐγώ; Μέτων, *Quisnam ego sim? Meto*. Eadem ratio est in neutro ὅ, τι. Ita apud eundem vs. 1528

ΠΕΙ. Ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς βαρβάροις
Τί ἐστιν; ΠΡΟ. Ὅ, τι ἐστί; Τριβαλλοί.

Pis. ***Nomen vero his Diis barbaris***
Quodnam est? Pro. ***Quodnam sit? Triballi.***

35 At in negatione, οὐδεὶς ὅςτις οὐ, est, ***nemo non***, et more Latinorum duae negationes adfirmant. Nec raro haec in fine sententiae inveniuntur. Plat. Hipp. mai. pag. 299 init. Ὅτι καταγελᾷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅςτις οὔ, ***Quia nemo non nos irridebit.*** Quasi diceret, Οὐδείς ἐστιν, ὅςτις οὐ etc., ***Nemo est, qui non.*** § 29. In plurali numero non raro vertendum, ***nonnulli, quidam***. Ita Arrian. de Exped. Alex. lib. III, cap. 23 Πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν φεύγοντας, οὓς δέ τινας ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, ***Multos illorum fugientes, nonnullos ad arma conversos interfecit.***

nandi casu πᾶς ὅςτις, *quicunque:* in plurali autem πάντες ὅσοι, non πάντες οἵτινες, id est, *quotquot.* Sequi etiam possunt περ, vel δὴ, vel ποτε, vel utrumque simul, vel cum eadem particula οὖν· ut ὅ, τί περ, ὅ, τι δὴ, ὅ, τί ποτε, ὅ, τι δή ποτε, vel ὁτιδήποτε unico verbo: vel ὁτιδηποτοῦν una itidem voce; id est, *quicquid tandem* [36].

III. Falluntur qui putant, κε vel ἂν eodem plane modo addi posse, ita ut ὅςτις ἂν, vel apud Poetas ὅςτις κε, aut κεν, simpliciter usurpentur, pro ὅςτις. Adhibentur enim istae particulae, ut coniungantur cum modis et temporibus sibi propriis, optativo, vel subiunctivo, imperfecto, vel aoristo indicativi, (ut fusius ostendetur cap. de Coniunctione,

36 Nostro idiomate, *Het zy wat het zy*, *Het is was het is*, repetito verbo. A quo nec Graecos omnino abhorruisse, invenio. Ita enim apud Arrianum Epictetus, lib. III, cap. 26 ἨΝ Εὐρυσθεὺς μὲν ὍΣ ἨΝ, οὔτε Ἄργους οὔτε Μυκηνῶν βασιλεὺς, ὅςγ' οὐδ' αὐτὸς ἑαυτοῦ, *Eurystheus*, *qualiscunque is fuerit*, (*hy was*, *die hy was*,) *neque Argis*, *neque Mycenis*, *qui ne sibi ipse quidem*, *imperabat.* Nec omnino dissentit Aristides, orat. fun. in Eteon. pag. 136 ΠΡΟΕΙΛΕΤΟ μὲν διδάσκαλον ἐξ ἁπάντων, ὍΝΤΙΝΑ ΔΗ͂ καὶ ΠΡΟΕΙΛΕΤΟ, *Ex omnibus elegit praeceptorem*, *quicunque is fuit.* Eodem plane modo Aristoph. Thesmoph. vs. 717 Ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις, *Gy koomt van daan*, *daar gy van daan koomt.* Idem in Acharn. vs. 559

— Λέγει γ' ἍΠΕΡ ΛΕΓΕΙ,

Δίκαια πάντα, κ' οὐδὲν αὐτῶν ψεύδεται,

Loquitur, *quaecunque loquitur*, *omnia aequa dicit*, *et nihil eorum mentitur.* Et Heliod. Aethiop. initio lib. V. Ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ Δελφῶν ἐν τούτοις ἦν, καὶ ἜΔΡΑΣΕΝ Ὅ, ΤΙ ΔΗ͂ ΚΑΙ͂ ἔδρασεν, *Et his quidem turbis occupata erat Delphorum civitas*, *fecitque quicquid tandem fecit.* H. ¶ 30.

Res, quae a Vigero in hac sectione traditur, paucis ut dicam, huc redit. Ὅςτις vel simpliciter dicitur, vel pro diversitate sensus adiunctas habet particulas; veluti a) ἂν, vide exemplum ab Hoogev. allatum: b) ποτὲ, Aelian. V. H. II, 13 ἐζήτουν, ὍΣΤΙΣ ΠΟΤΕ (*quis tandem*) οὗτος ὁ Σωκράτης ἐστί: Aristoph. Pac. 180 εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομα, Ὅ, ΤΙ ΠΟΤ' ἐστί σοι: c) δήποτε, Demosth. in Cherson. initio, ἔνιοι τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δ' ἭιΤΙΝΙ ΔΗ͂ΠΟΤΕ αἰτίᾳ προάγονται λέγειν, *Sunt qui partim ambitione*, *partim* quacunque tandem *causa ad dicendum impellantur:* d) οὖν, Plat. Euthyphr. cap. 6 ἐάντε πατὴρ ὢν τυγχάνῃ, ἐάντε μήτηρ, ἐάντε ἄλλος ὁςτιςοῦν, *sive pater fuerit*, *sive mater*, *sive* alius quilibet: it. Aesch. Dial. II, 13 περὶ ἑτέρου οὑτινοςοῦν, *de alia re quacunque:* e) περ, Plat. l. l. ΠΑ͂Ν, Ὅ, ΤΙ ΠΕΡ ἂν μέλλοι ἀνόσιον εἶναι, *quicquid impium esse potest:* f) δὴ, ut Odyss. δ, 400 Ὅςτις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ etc., Qui quidem etc. Z.

Sectione secunda:) non autem ut aliquid ad eam significationem conferant: alioqui diceretur ὅςτις ἂν ποιεῖ, ut ὅςτις ποιεῖ, *quicunque facit*, quod tamen falsum est: dicitur enim ὅςτις ἂν, vel ὅςτις κε ποιήσειεν, aut aliud simile, id est, *quicunque fecerit*. Ita ὅς κε, vel ἂν simul, non significat *quis*, sed ὅς tantum.

IV. Ὅτις Poetice eodem utroque sensu ponitur, quo ὅςτις. [nempe metri gratia: ubi vero haec necessitas non est, adhibent ipsi Poetae vulgare ὅςτις, ut Odyss. θ', 210 ὍΣΤΙΣ ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλων· cf. Odyss. ό, 400, et Callim. in Apoll. 23. 27. Z.] Homerus saepissime, ut Odyss. μ', 39.

— — Αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅτις σφέας εἰςαφίκηται.

Quae quidem (Sirenes) cunctos homines demulcent, quisquis ad eas venerit, ubi tamen ὅτις non sumitur pro οἵτινες, ut nonnulli volunt, etiamsi pluralis praecedat. Imo accusativus Poeticus, ὅτινα pro ὅντινα, et ὅτινας pro οὕςτινας usitatus est, et ὅτινα in neutro plurali pro ἅτινα *.

V. Tertio, ὅςτις est *qui quidem*, in omni genere, numero et casu [37]: Poetice, ὅς τε § 31. male enim diceretur ὅς μέν **· vide cap. de Coniunctione, Sectione octava, Regula prima.

[Interdum ὅςτις ponitur pro τὶς, *aliquis*. V. c. Callim. in Dian. 18 — — πόλιν δέ μοι ἩΝΤΙΝΑ νεῖμον, Ἥντινα λῇς, *urbem aliquam tribue, quamcunque velis*. Cf. de hac significatione Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 320, et Munker. ad Anton. Lib. c. 5, p. 40. Z.] § 32.

* Sic ὅτις pro ὅςτις occurrit Iliad. τ', 260 Ἀνθρώπους τίνυνται (Furiae), ὍΤΙΣ κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. conf. Callim. in Apoll. 10. Deinde ὅτινα pro ὅντινα, Odyss. θ', 204 Τῶν δ' ἄλλων ὍΤΙΝΑ κραδίη θυμός τε κελεύει. Ad quem locum Eustathius sic: ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ ὍΤΙΝΑ, ποιητικὸν ὂν, κεῖται μὲν ἀντὶ τοῦ ὍΝΤΙΝΑ· (uti quoque a quibusdam metri parum curiosis perperam est editum) γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ ΤΙΝΑ, πλεονασμῷ τοῦ Ὁ, καθ' ὁμοιότητα τοῦ ὍΤΟΥ, καὶ ὍΤΩι, καὶ ὍΤΟΙΣΙΝ. Tum ὅτινας pro οὕςτινας, Iliad. ό, 492 Ἠδ' ὍΤΙΝΑΣ μινύθῃ τε καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν. Denique ὅτινα pro ἅτινα, Iliad. χ', 450 Δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ' ὍΤΙΝ' ἔργα τέτυκται. Z.

37 Exempla quaere in epist. ad Rom. cap. XVI, comm. 4. 6. 7. 12.

** Ad vim τοῦ *qui quidem*, si *quidem* explicative pro *nempe* dicitur, Graeci eleganter solent adhibere ὅς δή aut ὅςτις δή. Exempla ubivis facile sunt obvia. Z.

VI. Amant etiam Oratores [Imo omnino scriptores Attici Z.] ὅτου, pro οὗ, vel οὗ τινος· et ὅτῳ pro ᾧ, vel ᾧ τινι· non autem ὅτον, pro ὅν, vel ὅντινα. Ita saepe, ἀνθ' ὅτου, id est, *cuius rei causa*, vel *quamobrem*. Ἐφ' ὅτῳ, *Qua in re:* ubi non raro ἀφορμήν τινα, id est, *commoditatem et occasionem aliquam* significant. Demosth. pro Cor. Οὗτος ὑμῖν τοῖς προδιδοῦσι, τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε, περιποιεῖ, id est, *Efficit, ut vos proditores aliquam semper munerum accipiendorum commoditatem habeatis*; verbat. *in quo*, vel *pro quo munera capiatis*.

VII. Ὅς aliquando sumitur, rarius licet, pro τίς interrogativo, ac praesertim in neutro genere. Sic enim Oenomaus apud Eusebium, lib. VI Praeparation. pag. 257 nov. edit. Ὧν δὲ ἕνεκα ταῦτα προςήνεγκα τῷ λόγῳ; *Quorsum autem ista dicendo persequutus sum?* [38] Tu parce imitari.

VIII. Dativus femininus ᾗ [39], *quatenus*, aut *qua ex parte*, aut *quomodo*, saepe significat, eique fere respondet ταύτῃ· ut ὁ ἄνθρωπος, ᾗ μὲν λογικός ἐστιν, ἐφίεται τῆς ἀρετῆς, ᾗ δὲ σαρκικὸς, ἔχεται τῶν γηΐνων· id est, *Homo, qua ratione praeditus est, virtuti studet, qua vero corpore, ad res terrenas adhaerescit.* Hac ratione coniungitur cum verbo ἐνδέχεται, id est, *qua licet*, et cum verbo παρήκει, *qua contingit, qua fert casus, utcunque*: saepius tamen dicitur ὅπῃ ἂν παρήκῃ vel παρήκοι, ut dicetur infra.

IX. Eodem fere sensu dici potest, καθ' ὅ, παρ' ὅ, vel καθ' ἅ, καθ' ὅ, τι: vel unica voce καθὸ, παρὸ, καθὰ, καθότι: ut καθ' ὃ τοῖς ὤμοις συνέχεται, *qua parte humeris coniungitur.* Aliquando tamen καθ' ὅ, τι significat *ut;* v. g. καθ' ὅ, τι φιλεῖ ἐκ πολλοῦ, id est *ut iam pridem solet:* καθότι πόλις ἄριστα διοικηθήσεται, *quomodo civitas quam optime gubernari possit* †.

38 Confer Matth. XXVI, 50 Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; *Amice, quorsum hic ades?* Vbi ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ τίνι. Vide infra ad cap. IX, sect. 4, reg. 14. H.

Vide quoque locum, quem supra ad not. 28. p. 19 laudavimus ex Xenophonte. Sic ὃν τρόπον pro τίνα τρόπον; *quomodo?* saepenumero apud Lucianum aliosque occurrit. Z.

39 Vel addita syllaba περ, ut fiat ᾗπερ. Plat. in Phaedon. Διαιρεθῆναι ταύτῃ, ᾗπερ συνετέθη, *Eatenus dissolvi, quatenus est compositum.*

† Statuendum potius est ita, Καθὸ, καθὰ, καθότι significare

X. Idem fere significant ἀνθ' ὅτου, ἀνθ' ὧν, ἐξ ὧν: quae tamen saepius reddi debent, *quamobrem*††: estque loquendi ratio perfamiliaris Aphthonio: frequentius tamen dicitur ἐφ' οἷς, vel ἐφ' ᾧ δὴ, ad significandum, *quamobrem*. Saepe tamen ἐφ' οἷς, et ἐφ' ᾧ sumuntur pro ἐπὶ τοῖς, ἐφ' οἷς, et ἐπὶ τῷ, ἐφ' ᾧ, id est, *propter illa, in quibus*, Demosthenes pro Corona, *Αὐτὸς οὗτός μοι μαρτυρεῖ, ἐφ' οἷς οὐχ ὑπεύθυνος ἦν, ἐστεφανῶσθαι*, id est, *Ille ipse testificatur, me propter ea, quorum rationibus reddendis obnoxius non eram, coronatum esse* †††.

Quatenus, *in quantum*, *quoniam*, *prout*, *qua ratione*: sed παρὸ praeter vim particulae *quoniam*, *quare*, habere quoque potestatem excipiendi, *extraquam*, *praeterquam quod* etc. Z.

†† Non satis subtiliter auctor hic praecepisse videtur de vi ἀνθ' ὧν, si tanquam particula est spectanda, h. e. si absolute ponitur, adeo ut non referatur ad antecedens aliquod nomen. Primum quidem enim significat, id quod auctor recte tradit, *quamobrem*, *quare*, *quocirca*, v. c. Luc. Euang. XII, 3 *ἈΝΘ' ὩΝ ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε* etc. it. Lycurg. adv. Leocrat. cap. 18. Deinde vero significat *propterea quod*, *pro eo quod*, velut Aelian. V. H. XIII, 28 *τῷ ὀνόματί τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἈΝΘ' ὩΝ ἀπέδρασεν, cum hero poenas dedisset*, propterea quod *aufugerat*. conf. lib. Iudith. VII, 15. Act. Apost. XII, 23. Luc. Euang. I, 20. XIX, 44. 2 Thess. II, 10. Ezech. V, 11, apud τοὺς ὁ. Z. § 33.

††† De usu particularum *ἐφ' οἷς*, scil. *συμβολαίοις*, *ἐφ' ᾧ*, et *ἐφ' ᾧτε* tenendum est, semper et ubique nil significare, nisi vel *his conditionibus*, *hac conditione* aut *lege*, *ut*, seu gr. *ὥστε*, vel *conditione*, *qua*, quodcunque tempus verbi vel modum adiunctum habeat. Igitur temere videtur Thomas Magister contendere, ἐφ' ᾧ cum tempore praeterito valere διότι, cum futuro ἵνα, et cum infinitivo ἐπὶ τῷ. De singulis aliquot afferamus exempla: sic Xen. Cyrop. I, 6, 11 *ἴσασι γὰρ, ἘΦ' ΟἿΣ αὐτοὺς Κυαξάρης ἄγεται*, h. e. *sub quibus conditionibus*. It. Xenoph. Ages. I, 4 *οἵτε βασιλεῖς οὐδέποτε μειζόνων ὠρέχθησαν, ἢ ἐφ' οἷσπερ ἐξ ἀρχῆς τὴν βασιλείαν παρέλαβον, Reges nunquam maiora concupiverunt*, *quam* ea lege, qua *ab initio regnum acceperant*. Cum praeterito: Synes. Epist. 73 *Τὸν ἥλιον εἶδεν ἐπὶ ῥητοῖς ἄνθρωπος, ἘΦ' ὯΙ Γεννάδιον ἔγραψεν, Solem aspexit homo* hac lege, ut *Gennadium in ius vocaret*. § 34. Cum futuro: Thucyd. I, 113 *Σπονδὰς ποιησάμενοι, ἘΦ' ὯΙ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται, Induciis factis* ea lege, ut *captivos reciperent*. Cum infinitivo: Xenoph. Ages. IV, 1 *ἘΦ' ὯΙ κακόδοξος εἶναι*, hac conditione, ut *male audiat*: it. Xenoph. Hist. Gr. VI, 3, 7 *Ἐψηφίσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, ἘΦ' ὯΙ τούς τε ἁρμοστὰς ἐκ τῶν πόλεων ἐξάγειν, τά τε στρατόπεδα διαλύειν* etc. *Decreverunt Lacedaemonii*, *pacem accipere* hac conditione, ut *et praefectos ex urbibus avocarent*, *et exercitus dimitterent* etc. it. Xen. Exped. Cyr. IV, 2, 12 *Οἱ δ' ἔφασαν*

XI. Idem femininum ᾗ, in dativo, sumitur interdum pro ὡς, ut ᾗπερ ἂν σοι δόξειεν, *ut tibi videtur:* interdum pro ἐξ οὗ, ut ᾗπερ φανερώτατον ἂν γένοιτο τἀληθὲς, *ex quo,* vel *qua ratione veritas clarissime intelligi possit.* Interdum pro ὅσον, tuncque iungitur comparativo; ut ᾗ μακροτέρα ὁδὸς, ταύτῃ καὶ θᾶσσον ἔδραμεν, *quo longior via, eo celerius excurrit*[40].

ἀποδώσειν, Ἐ Φ' Ὧι μὴ καίειν τὰς κώμας, *Illi aiunt sese ea reddituros esse* hac lege, ne *vicos exurerent.* Xen. Hist. Gr. II, 2, 12 Ἐποιοῦντο εἰρήνην, Ἐ Φ' Ὧι — Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι, *Hac lege pacem fecerunt, ut Lacedaemonios duces sequerentur.* Interdum quoque additur particula τε, praesertim si infinitivum adiunctum habet: v. g. Xenoph. Exped. Cyr. VI, 6, 13 Δέξιππον αἱρεθέντα οἶδα, Ἐ Φ' Ὧι ΤΕ πλοῖα συλλέγειν, *Dexippum lectum esse novi* ad hoc, ut *navigia cogeret.* Xen. Hist. Gr. II, 3, 8 Οἱ τριάκοντα αἱρεθέντες, ἐφ' ᾧτε συγγράψαι νόμους. It. II, 4, 28 Οἱ δὲ διήλλαξαν, Ἐ Φ' Ὧι ΤΕ εἰρήνην ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους, *Hi rem composuerunt* ita, ut *pacem inter se mutuo colerent.* It. III, 1, 17 Ἠρώτα, ἐπὶ τίσιν ἂν ξύμμαχος γένοιτο; ὁ δ' ἀπεκρίνατο, Ἐ Φ' Ὧι ΤΕ τοὺς πολίτας ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους ἐᾷν, *Rogat, quibus conditionibus socius fieri velit? Hic respondet,* ut *cives sint liberi et suis utantur legibus.* Aristoph. Plut. 1001 Ἄμητά τε προςέπεμψεν ὑμῖν τουτονὶ, ἘΦ' Ὧι Τ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι, *Hanc placentam misit vobis* ea conditione, ne *unquam illuc venirem ego* etc. Z.

40 Iungitur etiam cum nomine substantivo, pro ὡς, i. e. *Quam.* Plut. in vit. Cic. p. 870, lin. 33 Ἐκέλευσαν ᾗ τάχος χωρεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα, *Iusserunt, qua poterat celeritate, ad virum properare.* Vbi, ᾗ τάχος, pro, ὡς τάχιστα, cum quo adverbio etiam construitur apud Phil. Iud. de Vita Moys. lib. I Ἧι τάχιστα προὔτρεπεν ἀναζευγνύναι, *Quam citissime possent, iubet castra moveri.* H.

De usu particulae ᾗ, poetice ᾗχι (ut Iliad. ά, 608) aut ᾗπερ, haecce fere sunt tenenda. Omnino respondet latinae particulae *Qua,* adeo ut intelligatur Ὁ Δ Ω ῖ, aut *ΜΕΡΙ'ΔΙ.* Semper quoque vim relationis servat, ut ponatur tum, cum vel diserte praecedit, vel certe intelligitur aut nomen aliquod, aut particulae ταύτῃ, τῇδε, ὅπῃ et πῇ. Significat igitur 1) *locum ubi:* v. c. Plat. in Phaedr. pag. 246 Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, Ἧι τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ, h. e. *vis alarum et natura ea est, ut grave quod est sursum tollant,* ubi *deorum natio habitat.* It. Thucyd. IV, 53 Καὶ λησταὶ ἅμα τὴν Λακωνικὴν ἧσσον ἐλύπουν ἐκ θαλάσσης, ἫιΠΕΡ μόνον οἷόν τ' ἦν κακουργεῖσθαι, h. e. *Atque piratae simul Laconicam minus vexabant e mari,* qua *tantum infestari poterat.* 2) *locum per quem,* s. *qua, qua via:* ut Plat. in Phaedr. pag. 251, ubi praecedit nomen diversi numeri, Τὰ τῶν διεξόδων στόματα, Ἧι τὸ πτερὸν ὁρμᾷ, *Meatuum ora,* qua *penna nititur emergere.* It. Plat. in Phaedr. 32 ΤΑΥΤΗι τρέπονται, Ἧι ἡ φιλοσοφία ὑφηγεῖται, h. e.

XII. Subiunctivus articulus, more Latinis ignoto, ita praepositivum aut nomen involvit, ut in eodem casu eleganter ponatur, in quo praepositivus aut nomen poneretur, licet verbum sequens alium post se casum postulet: ut μηδένα ὧν, vel περὶ ὧν ἔπαθεν, ὑπόλογον ποιεῖται, *nullam eorum, quae passus est, rationem habet*, pro μηδένα περὶ τῶν [41], ἃ vel ὧν ἔπαθεν, ὑπόλ. etc.[42] Sic οἷς ἔχει φίλοις

hac revertuntur, qua Sapientia ducit. 3) *Qua ratione, quemadmodum, prout:* v. g. Plat. II de Rep. Μηδαμῶς ἀποκάμῃς, Ἧι σοι δοκεῖ, διεξιὼν, *Ne te ullo modo deterreri sinas, quo minus rem persequaris*, prout *tibi visum fuerit.* It. Xenoph. Cyrop. IV, 24 Πάντ' ἂν πραχθείη, Ἧι ἡμεῖς βουλόμεθα, *Omnia possunt absolvi*, quemadmodum *volumus.* 4) *Quatenus*, sive *ex qua parte*, veluti Aristot. I de Rep. cap. 9 Ὁ ἀλλαττόμενος τῷ δεομένῳ ὑποδήματος, ἀντὶ νομίσματος ἢ τροφῆς, χρῆται τῷ ὑποδήματι, Ἧι ὑπόδημα, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν χρῆσιν, *Qui numo aut cibo permutat calceum cum eo, qui calcei indiget, is utitur quidem calceo*, quatenus *calceus est, sed non et usu proprio.* It. Plat. in Euthyphr. cap. 12 Μανθάνεις, ὅτι ἕτερα ἀλλήλων ἐστὶ, καὶ Ἧι ἕτερα; *Num intelligis, res inter se differre, et* quatenus, (s. cur, διότι) *differant?* 5) Devarius putat ᾗ quoque interdum significare *Quare, Quocirca.* Sed Hoogevenius in Doctr. Partt. pag. 1262 recte hanc significationem ut spuriam damnat. Nam in locis, ubi sic occurrere dicitur, commode reddi potest vel per *quatenus*, vel per *qua ratione* s. *quemadmodum.* 6) Iungitur Comparativis pro ὅσον. Praeter locum a Vigero laudatum, videsis illud Gazae ex lib. de Senect. Τί γὰρ ἀτοπώτερον τοῦ, ταύτῃ πλείω ζητεῖν ἐφόδια, ᾗ ἐλάσσων ὁδὸς καταλείπεται, quo Ciceronianum est expressum, *Quo vitae restat minus, eo plus viatici quaerere.* 7) Iunctum superlativis significatum particulae *Quam*, gr. ὡς, obtinet. Sic Ciceronis illud, *Quam maxime possumus*, reddit Gaza Ἧι μάλιστα δυνατόν, Xenoph. Cyrop. VII, 5, 82 ᾗ ἂν δύνωμαι τάχιστα. cf. Xenoph. Hist. Gr. VI, 3, 4. Quamquam Hoogevenio libenter concedimus, hic quoque primae significationis haberi rationem, *qua via, qua ratione:* tamen hoc ipsum cum superlativo copulatum habet vim intendendi, h. e. particulae *Quam.* Z.

41 Scribe rectius, περὶ ἐκείνων, vel τούτων. Nam περὶ τῶν, non sequente participio, Graecum non est [at Ionicum Z.].

42 Plane ut nos utimur singulari, *Het geen*, v. c. Διὰ μνήμης ἔχει οὐδὲν ὧν ἔμαθεν, *Hy heeft niets onthouden van het geen hy geleert heeft.* Sequens autem exemplum minus ad rem appositum est. Nam articulus οἷς non involvit nomen φίλοις, sed ei additur eodem casu, more Atticorum proprio, licet verbum ἔχει Accusativum poscat: et ordo est, προσφέρεται φίλοις, οἷς ἔχει. Aptius est illud Platonis Apol. Socr. pag. 22 de Poetis: Λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. *Dicunt quidem multa et pulcra, sed nihil eorum, quae dicunt, intelligunt.*

προςηνῶς τε καὶ φιλανθρώπως ἀεὶ προςφέρεται, *quos habet amicos, suaviter eos semper humaniterque tractat.*

XIII. Graecis hoc cum Latinis commune est, ut subiunctivus Articulus Pronomen antecedat elegantius, quam sequatur. Demosth. pro Cor. ipso statim in limine: Ἔπειθ', ὅπερ ἐστὶ μάλισθ' ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, id est, *Deinde, quod vestra maxime interest, id ut Dii vobis in animum inducant*[43]. Est enim hic παραστῆσαι, *mentem iniicere.*

XIV. Neutrum singulare ὃ, maxime apud Thucydid. aut saepe vacat, aut idem est quod καθ' ὅ, *in quo.* Insignis est locus ille lib. II, ubi ὃ in duo membra sic tribuitur, ut per sese vel omnino pendeat, vel utrumque resolvatur in καθ' ὅ. Sic enim ait: Ὃ τοῖς ἄλλοις, ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, *Quo quidem in genere, caeteris audaciam ignoratio, consideratio timiditatem affert.* ubi ὃ duobus nominibus, ἀμαθία et λογισμὸς, explicatur[44].

43 Nec hac elegantia destituuntur sacri scriptores. Sic Marc. VI, 16 Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, *Quem ego decollavi Ioannem, hic est.* Pro *Hic est Ioannes, quem* etc. Confer Matth. XXVI, 48 Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν, *Quem osculatus fuero, is est.* § 35.

44 Optime: sed ob id ipsum Articulus ὃ neque abundat, neque pro καθ' ὃ ponitur, ut Noster et Hudsonus putant. Minus arridet H. Stephani coniectura, pro ὃ legentis ὅπου vel ὅπουγε. Mira est verborum structura, et egregium profundi linguae Graecae idiomatis specimen exhibet. Verba sunt lib. II, cap. 40 Διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ ΤΟΔΕ ἔχομεν, ὥςτε τολμᾷν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα, καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν, ἐκλογίζεσθαι, Ὃ τοῖς ἄλλοις etc. Vbi ὃ refero ad praecedens τόδε, quod ut explicatur per duo verba, τολμᾷν et ἐκλογίζεσθαι, ita ὃ per duo nomina, ἀμαθία καὶ λογισμός. Ipsa verba ita reddo: *Hoc vero prae aliis eximium habemus, ut et iidem quam maxime audeamus, et diligenter ea consideremus, quae adgressuri sumus: id quod aliis non ita usu venit,* vel, *aliis non item, quorum imperitia audaciam, et consideratio cunctationem parturit:* adeo ut τὸ φέρει non modo ad duos Nominativos ἀμαθία et λογισμὸς referatur, sed etiam ad Articulum ὃ, q. d. ὃ, nempe τολμᾷν [ἀμαθῶς scilicet, i. e. μὴ προδιδαχθεῖσι λόγῳ] καὶ ἐκλογίζεσθαι, ἄλλοις φέρει θράσος καὶ ὄκνον, τὸ μὲν ἀμαθία, τὸν δὲ ὄκνον λογισμός, *Quod, nempe audere et deliberare, in illis parturit audaciam et cunctationem: audaciam quidem imperitia, cunctationem vero deliberatio.* Hic si ὃ plane abundaret, inter τοῖς et ἄλλοις necessario coniunctio δὲ interseri, vel si qua alia aptior vocula, quae haec cum praecedentibus, utpote opposita, connecteret, addi debuisset. H.

XV. Neutrum plurale ἅ, cum particula τε, significat *utpote*, vel, *quippe*: ut, ὑπ' ἐνεστῶτος πολέμου, ἅτε κάκιστος ὤν, μέγιστον ἐφοβήσατο φόβον, *propter imminens bellum, utpote ignavissimus, summo timore perculsus est.* Dicunt etiam ἅτε δή, et, οἷα δή, eodem sensu *.

XVI. Idem neutrum in dandi casu numeri utriusque, maximeque pluralis, cum opportuno verbo coniunctum, pro substantivo eiusdem significationis, ac verbum illud, usurpatur. Demosth. pro Corona: *Οἷς γὰρ εὐτυχήκεισαν ἐν*

Observetur triplex usus ὅ in sensu particulae. Significat enim 1) *quod*, i. e. *quantum attinet ad id quod*: ut Xenoph. Exped. V. 5, 20 Ὃ δὲ λέγεις, βίᾳ παρελθόντας σκηνοῦν, ἡμεῖς ἠξιοῦμεν τοὺς κάμνοντας εἰς τὰς στέγας δέξασθαι, *Quod dicis, nos vi urbem ingressos in tectis degere, scias velim, nos voluisse aegrotos in tecta recipi.* 2) *quapropter*, intellecta praep. διά: ut Xenoph. Cyrop. IV, 3, 17 Ὃ δὲ δὴ μάλιστα δοκῶ ζώων ἐζηλωκέναι ἱπποκενταύρους, *Quapropter ex animalibus videor maxime admirari Centauros.* 3) apud Homerum pro ὅτι, *dass*, ut Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας οἴχεται ἄλλῃ, *Videtis enim hoc omnes, praemium a me transferri alio.* Z.

* Ἅτε, cui interdum iungitur περ, aut δή, si vim particulae habet, pendet ab omissa praepositione κατά. Fere construitur cum participio, cuius casus pendet ab antecedentibus: nonnunquam vero sequuntur casus absoluti. Reddi hic potest *utpote*, *quippe qui*, *s. cum*, *propterea quod.* Ad primum genus haec pertinent exempla: Plat. in Phaedr. p. 245 *Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἍΤΕ οὐκ ἈΠΟΛΕΙΠΟΝ ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον*, *Solum id, quod se ipsum movet, quia a se ipso non deseritur, nunquam moveri desinit.* *Ibid.* pag. 275 *Τοῖς μὲν οὖν τότε, ἍΤΕ οὐκ ΟΥΣΙ σοφοῖς, ὥσπερ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη*, *Hominibus illius temporis*, cum *non essent tam sapientes*, *quam vos recentiores*, *sufficit.* It. Aesch. Dial. III, extr. Ἤδη περιφρονῶ τοῦ ζῆν, ἍΤΕ εἰς ἀμείνω οἶκον μεταστησόμενος, *Iam vitam sperno*, quippe qui *in meliorem domum migrabo.* It. Plat. in Phaedr. cap. 35 *Οἱ κύκνοι, ἅτε τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί εἰσιν*, *Cycni*, cum *sint Apollinis*, *vim divinandi habent.* Cf. Plat. ibid. cap. 27. 28. 30. Perraro autem participium omittitur, ut Plat. Rep. VIII, pag. 568 Τοὺς ποιητὰς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα, ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς. Interdum vero haec particula, uti ὡς, cum casibus absolutis reperitur; v. c. Aesch. Dial. III, 19 *Ἐν ᾧ βασίλεια Πλούτωνος οὐχ ἧττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, ἅτε τῆς μὲν γῆς ἐχούσης τὰ μέσα τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ πόλου ὄντος σφαιροειδοῦς*, *Vbi sunt Plutonis palatia non minora*, *quam Iovis aula*, *cum terra medium teneat mundi locum* etc. Si iungitur verbo finito, quod raro fit, significat *ut*, *quemadmodum*, καθάπερ: v. c. Pindar. Pyth. IV Φιλίων δ' ἐπέων Ἄρχετο, ξένοις ἅτ' ἐλθόντεσσιν εὐεργέται Δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον, *Sermones gratos ordiebatur*, quemadmodum *qui benigne advenis hospitibus coenam promittunt primum.* Z.

Λεύκτροις (de Thebanis loquitur), *οὐ μετρίως ἐκέχρηντο*· verbatim, *Iis quibus felices in Leuctris fuerant*, id est, *τοῖς εὐτυχήμασι*, *sua illa apud Leuctra felicitate minus moderate usi erant.* Ibid. *Ἐν οἷς ἡμάρτανον οἱ ἄλλοι, καὶ κακῶς ἐφρόνουν, αὐτὸς παρεσκευάζετο*, pro *τοῖς τῶν ἄλλων ἁμαρτήμασι, καὶ τοῖς ἄφροσι λογισμοῖς*, *Aliorum peccatis stolidisque consiliis instructior fiebat.*

XVII. Hic articulus apud Atticos nomen aliquod diverso in genere sequitur, ita ut sensus pendeat, ac necessario phrasis alias in voces resolvi debeat, ut explicari commode possit. Tale est illud Thucydid. ex lib. II in oratione Periclis, qua parentes eorum consolatur, qui pro patria occubuerant. *Τὸ δ' εὐτυχὲς*, inquit, *οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης*, verbatim, *Felicitas autem, qui honestissimum sortiuntur, ut illi nunc, exitum, vos vero dolorem.* Vbi articulus *οἳ* cum *εὐτυχὲς* nullo modo construi potest. Ita ergo sententiam exple, *τὸ δὲ εὐτυχὲς τούτοις ἂν παραγένοιτο, οἳ ἂν*, etc. vel *τὸ δ' εὐτυχὲς τότε ἂν γένοιτο, εἴ τινες ἂν τῆς εὐπρ.* etc. aut alio simili modo [45]: id est, *Illis autem vere felicitas obvenit, qui honestissimum, vel, ut illi, exitum, vel, ut vos ipsi, dolorem, sortiantur:* vel, *In eo autem sita felicitas est, si qui* etc.

XVIII. *Ἅττα* spiritu aspero saepe Attici, maxime Plato, pro *τινὰ* usurpant [46], partim interrogative, partim indefinite. Interrogative quidem, ut Demosthenes, *Πῶς καὶ ἅττα διελέχθη; Quomodo et quaenam locutus est?* In-

45 Ita ad verbum clarissimus Hudsonus ad hunc locum, qui est cap. 44. Vt ingenue dicam, durior illa videtur mihi Ellipsis. Locus difficultate non caret. Ait Pericles, se parentes eorum, qui pro patria occubuerant, non magis deflere, quam consolari. Comploratìonis caussam subdit in his verbis: *Ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται στραφέντες*, *Nam variis fortunae casibus agitari se sentiunt.* Deinde hanc addit consolationem: *Τὸ δ' εὐτυχὲς*, etc. Quid, si dicamus, esse *μετάθεσιν*, et ita verba transponamus? *οἳ δὲ, τὸ εὐτυχὲς* etc. Et sensus erit: *Variis se fortunae casibus iactari sentiunt, sed qui (quae ipsorum est felicitas) honestissimum, ut illi [mortui sc.], vitae exitum, vel ut vos, dolorem sortiantur.* Quomodo post *εὐτυχὲς* nihil aliud, quam verbum *ἐστὶ*, subauditur. § 36.

46 Dicitur enim *ἅττα* quasi *ἅτινα*. Vid. Harpocrat. Ammon. Suid. et Thom. Mag. in V. *Ἅττα*. H.

definite vero, ut Plato secundo de Rep. *Εἴ τις ἐρωτῴη αὐτὰ, ἅττα ἐστὶν, Si quaesierit quispiam, quaenam ista sint.*

XIX. *Ἄττα* spiritu leni, aliquando significat *nonnulla, quaedam:* ut *ἄλλ' ἄττα, alia quaedam: ὀλίγα ἄττα, pauca quaedam.* Alibi vero ornatus causa tantum adhibetur: ut *πολλὰ ἄττα μάτην διὰ σπουδῆς ἔσχεν, multa studiose frustra curavit.* Aliquando idem valet, quod particula expletiva *nam* apud Latinos; maxime cum *πόσα* vel *ποῖα·* ut *ποῖα ἄττα διεπράξατο; quaenam perfecit? πόσα ἄττα; quotnam?* *

* Non alienum puto, pauca de origine, differentia et usu utriusque particulae ex Grammaticorum nostrisque observationibus attulisse. Eustathius aliique contendunt, hanc particulam conflatam esse ex articulo *ἃ* et Dorico seu Megarico *σὰ*, quod *τινὰ* significet. Hinc apud Homerum et omnino Ionicos scriptores dici *ἄσσα* et *ἅσσα*. Sed Hoogevenus ortam putat ex *ἀοριστολογικῷ* illo *ἂν* et Dorico *σὰ*. At huic rationi obstat, quod saepenumero diserte *ἂν* additur. Quare ne frigidus pleonasmus statuatur, vulgarem opinionem tuendam esse existimo. De scriptura plerique omnes veteres Grammatici, veluti Thomas Magister, Ammonius, Auctor Glossarii *περὶ Πνευμάτων*, quod Ammonio suo adiunxit Valquenarius, Etymologicum M., Suidas, Eustathius, Lucianus in Soloec., Phavorinus etc. consentiunt, *ἄττα* esse *τινὰ*, *aliqua*, et *ἅττα* dici pro *ἅτινα*, h. e. *quaenam.* His repugnant duo, Harpocration in Lex. et Tzetzes ad Lycophr. 8, quorum ille videtur contendere, *ἅττα* promiscue adhiberi, adeo ut et *ἅτινα* sive *ὅσα*, et *τινὰ* significet: hic vero ait, scribendum esse *ἅττα*, sive *ἅτινα* sive *τινὰ* significet, cum *ἄττα* scribi debeat vox *ὑποκοριστικὴ*, qua iuniores compellent seniores. At non est, quod rationem vulgarem, eamque constantem, deseramus, cum locus Harpocrationis sit admodum ambiguus et corruptus, et Tzetzae auctoritas adversus tot veteres eosque doctissimos Grammaticos sit nulla. De usu utriusque particulae haec sunt tenenda: *Ἅττα* a) est *ἅτινα*, sine interrogatione sive recta, sive obliqua: ut Plat. in Phaed. cap. 65 *ἐπιστείλας ἅττα ἐβούλετο*, *cum mandasset quae voluerat.* Sympos. 4 *ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς*, *quicquid de arte medica dixeris.* Sophist. 41 extr. *πραγμάτων, περὶ ἅττ' ἂν κέηται τὰ ὀνόματα*, *quibuscunque rebus nomina sunt indita.* Crit. 12 *ἄρ', ἅττ' ἂν ἡμεῖς σε ἐπιχειρῶμεν ποιεῖν, ταῦτα καὶ σὺ ἀντιποιεῖν οἴει δίκαιον εἶναι; num tibi fas esse videtur, eadem nobis facere,* quae *nos tibi conamur facere?* Iliad. *α*, 554 *τὰ φράζεαι, ἅσσ' ἐθέλῃσθα*, *deliberas ea*, quae *tibi placent.* b) significat *τίνα*, cum interrogatione obliqua: v. c. Iliad. *κ*, 206, ubi Nestor, *quis audet adire Troianorum castra? εἴ τινά που δηΐων ἕλοι, — ἤ τινά πού καὶ φῆμιν ἐνὶ Τρώεσσι πύθοιτο, ἍΣΣΑ τε μητιόωσι μετὰ σφίσιν; quaenam inter se ineant consilia.* Plat. lib. II de Rep. *Ἀλλ' εἴτις αὖ καὶ ταῦτα ἐρωτῴη ἡμᾶς, αὐτὰ ἍΤΤΑ ἐστι, καὶ τίνες οἱ μῦθοι, τίνας ἂν φαῖμεν*; c) valet *τίνα* cum interrogatione recta, sed raro: ut Iliad. *κ*, 409 *εἰπὲ, ποῦ λίπες Ἕκτορα; ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα; ποῦ δὲ οἱ ἵπποι; πῶς*

XX. Eadem vox est ὑποκοριστικὴ, id est, adulantis atque blandientis, qua minor maiorem blande appellat, quo sensu a veteribus quoque Romanis usurpata est, auctore Festo; ut τέττα amici minores, seniores appellando, dicere soliti erant [47].

δ' αἱ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; ἍΣΣΑ τε μητιόωσι μετὰ σφίσιν; it. Demosth. de falsa legat. p. 241 ὁ δὲ πρεσβεύων Αἰσχίνης οὑτοσὶ πῶς καὶ ἅττά (sic haud dubie legi debet pro isto inepto ἄττά) ποτε διελέχθη; *quomodo et quae tandem dixit?* Huc referri possunt alia exempla, ubi haec particula aliis vocibus, vim interrogandi habentibus, additur, v. c. Odyss. τ', 218 ὁποῖ' ἄσσα εἵματα; *qualia* quaeso *vestimenta?* et Plat. in Phaed. 31 ὁποῖα ἅττα. Sed in eiusmodi locis haud dubie rescribendum est ἄττα, nisi malis confugere huc, ut dicas, Graecos interdum duas interrogationes deinceps ponere. vid. cl. Fischer. ad Plat. Soph. 45, et Polit. 36.

Ἅττα reddi potest *quaedam, fere, huiusmodi*. Iungitur a) Adiectivis; v. c. Plat. Phaed. 63 ἢ ταῦτ' ἐστὶν, ἢ ΤΟΙΑΥ͂ΤΑ ἍΤΤΑ, *vel haec eadem sunt, quae dixisti, nec alia, vel certe quam proxime ad eorum vim accedunt.* Sic τοιαῦτ' ἄττα, *haecce fere*, occurrit Plat. Phaed. 3. 42. 44. it. in Sympos. 2. Alia Adiectiva, quibus iungi solet, sunt ἄλλα, Plat. Phaed. 19. 52. 57, et Apol. 18, ubi praemittitur, μέλλω ἄττα ἐρεῖν ὑμῖν καὶ ἄλλα· ὁποῖα, ut Aeschin. Dial. II, 19. πολλὰ, ut Plat. Phaed. 44. 65. ἕτερα, ut Aesch. Dial. II, 36. Lucian. Soloec. ὀλίγα, ut Aristoph. Vesp. 55. σμικρὰ, ut Plat. Polit. 3. τοιάδε, ut ἄττα τοιάδε Plat. Phaed. 4 δεινὰ, ut ibid. 64. οἰκτρὰ, ut Xenoph. Cyrop. II, 2, 6 ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λίνοις ΟἸΚΤΡΆ ἍΤΤΑ λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν, etc. b) Numeralibus; ut Plat. Phaed. 61 τέτταρ' ἄττα ῥεύματα. c) absolute ponitur; ut Plat. Sophist. 30 πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἍΤΤΑ πῃ. it. Rep. V, ab initio, καὶ ἐκείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἍΤΤΑ προςκεκυφώς. d) additur Substantivis interdum, ut Plat. Phaedr. pag. 259 ἡγούμενοι ἈΝΔΡΆΠΟΔΑ ἄττα σφίσιν ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον: et Rep. X, pag. 601 χρώματα ἄττα; et Lucian. Nigr. ἔργ' ἄττα. e) Adverbio πηνίκα apud Aristoph. Avib. 1513 ΠΗΝΊΚ' ἄττ' ἀπώλετο ὁ Ζεύς; h. e. *quando tandem, quo tempore fere*, seu *circiter?* et in eiusdem fragm. apud Harpocrat. Πύθου, χελιδὼν ΠΗΝΊΚ' ἍΤΤΑ φαίνεται, *quaere, quando circiter hirundo adveniat.* Igitur, si sic interpretamur, sensus non abhorret a prioribus exemplis. Nec est, quod cum quibusdam statuamus, hic vel redundare, vel significare πότε. Z. § 37.

47 De origine huius vocis ἄττα nihil certi constat. Etenim neque Heinsii ad Aristarch. Praef. 665. Barnesiique ad Homerum coniectura probabilis videtur, qui contendunt esse Ebraicum אתה *tu:* neque Scholiastae Homer. Odyss. π', 31, qui putat ortum a Macedonico ἄππα, litteris π mutatis in τ. Sufficit tenere, quod idem Scholiastes recte docet, esse ἐπίφθεγμα τιμητικὸν νεωτέρου πρὸς παλαιότερον: seu, uti Hesychius ait, προςφώνησιν φιλοφρονητικὴν νέου πρὸς πρεσβύτερον καὶ τροφέα, ὡς ΠΆΠΠΑ πρὸς τὸν πατέρα. Nam hunc sensum satis comprobant exempla.

Sic Callimach. Epigr. I, 3 est ἄττα γέρον, h. e. *carissime*, seu, *venerabilis senex*, it. Iliad. ι, 603, ubi Achilles Phoenicem nutritorem compellat, Φοῖνιξ, ἌΤΤΑ, γεραιὲ etc. Eodem nomine Telemachus alloquitur Eumaeum senem honestum, Odyss. π', 31. 57. ρ', 6. 599. φ', 369. Sic quoque Menelaus Phoenicem, Iliad. ρ', 561. Z.

Coronidis sit instar id, quod cum Latinis commune est Graecis: nempe Articulum hunc in oratione obliqua in Accusandi Casu poni, more nostratibus inaudito. Ita Aeschin. contra Ctesiph. pag. 288 *Aiebat*, εἶναι πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων, ΟΤ'Σ ΒΟΤ'ΛΕΣΘΑΙ etc. Pro οἳ ἐβούλοντο. *Esse e Graecis alios multos, quos velle.* Pro, *qui volebant.* Et Plato in Phaedr. pag. 272 lin. 41 Τοῦτο δ' εἶναι τὸ εἰκὸς, ὯΙ ΔΕΙ'Ν προςέχειν τὸν μέλλοντα τέχνῃ ἐρεῖν, *Hoc vero esse verosimile, cui attendere eum oportet, qui arte dicturus est.* Aelian. V. H. lib. XII, cap. 35 Ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα [Σιβύλλας], ὯΝ ΕΙ'ΝΑΙ καὶ ΤΗ'Ν ΚΥΜΑΙ'ΑΝ, καὶ τὴν ἸΟΥΔΑΙ'ΑΝ, *Ita ut omnino sint decem, in quibus sunt Cumaea et Iudaea.* Latinis hoc itidem frequens est. Sic Corn. Nep. in Vit. Themistoclis, cap. 7 *Nam illorum urbem, ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam iam bis classem regiam fecisse naufragium.* Et alibi. Et Curt. lib. VII, cap. 4 §. 6 *Venturos autem Chorasmios et Dahas, Sacasque et Indos, QVORVM NEMINEM adeo HVMILEM ESSE, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem aequare.* Sic Suet. Caes. 47 *Britanniam petiisse spe margaritarum, QVARVM amplitudinem conferentem interdum sua manu EXEGISSE pondus.* Tacit. Annal. lib. XI, cap. 15 *Primoresque Etruriae sponte, aut patrum Romanorum impulsu, retinuisse scientiam, et in familias propagasse; QVOD nunc segnius FIERI.* Confer Curt. VI, 3, 10. VIII, 1, 25.

CAPVT III.

De nomine.

SECTIO I.

De nomine in universum: ac primum de substantivo.

REGVLA I.

Notandum est apud Atticos, maximeque Plat. creberrimas esse casuum [48] et numerorum [49] mutationes, imo

48 Sic a Nominativo ad Accusativum temerarius fit transitus apud Aelian. V. H. lib. II, cap. 11 initio, ΣΩΚΡΑΤΗΣ ἸΔΩ'Ν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους, καὶ βαρύτατα τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπιβουλευομένους, Ἀντισθένει φασὶ ΠΕΡΙΤΥΧΟΝΤΑ εἰπεῖν, *Socratem videntem, imperantibus triginta Tyrannis summos viros interfici, et divites gravissimis insidiis a Tyrannis peti, in Antisthenem incidentem dixisse aiunt.* Vbi, Σωκράτης ἰδών, pro, Σωκράτην ἰδόντα. Confer Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, pag. 39 Ὁ δὲ ἈΣΣΥΡΙΟΣ Ὁ Βαβυλῶνά τε ἜΧΩΝ καὶ τὴν ἄλλην Ἀσσυρίαν, ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν ἌΞΕΙΝ οὐ μεῖον διςμυρίων, pro ἄξει, vel τὸν Ἀσσύριον ἄξειν, *Assyrius vero, qui Babyloni et reliquae Assyriae imperat, equitum, opinor, non pauciores viginti millibus ducturus est.* Contra ab accusativo ad nominativum transit Homerus Iliad. *B.* vs. 350

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα ΚΡΟΝΙΏΝΑ
Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
ἈΣΤΡΑΠΤΩΝ ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα ΦΑΙΝΩΝ.

Aio enim, Saturnium potentissimum annuisse illo die, quo citas naves conscenderunt Argivi, Troianis caedem et fata ferentes, fulgurans dextra, fausta signa ostendens. Vbi ἀστράπτων et φαίνων non bene respondent praemisso accusativo Κρονίωνα. Cuiusmodi alia ἀκαταλλήλως posita ibidem refert Eustathius pag. 236. Item Apostolus in epist. ad Rom. cap. II, 8. ubi ait, Deum unicuique dignum factis praemium redditurum, iustis quidem (ut plura in brevius contraham) ζωὴν αἰώνιον, iniustis vero θυμὸς καὶ ὀργή, pro θυμὸν καὶ ὀργήν. A genitivo ad nominativum et dativum simul, et a participio ad verbum transit b. Ioannes Apocalyps. cap. I, comm. 5 et 6 *Καὶ*

ἀπὸ ἸΗΣΟΥ͂ ΧΡΙΣΤΟΥ͂ [sc. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη] Ὁ ΜΆΡΤΥΣ Ὁ ΠΙΣΤΟ͂Σ, Ὁ ΠΡΩΤΟ͂ΤΟΚΟΣ ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ Ὁ ἌΡΧΩΝ τῶν βασιλέων τῆς γῆς ΤΩ͂Ι ἈΓΑΠΗ͂ΣΑΝΤΙ ἡμᾶς καὶ ΛΟΥ͂ΣΑΝΤΙ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ· καὶ ἘΠΟΙ͂ΗΣΕΝ ἡμᾶς βασιλεῖς. Pro τοῦ μάρτυρος τοῦ πιστοῦ, τοῦ πρωτοτόκου, τοῦ ἄρχοντος, τοῦ ἀγαπήσαντος καὶ λούσαντος, καὶ ποιήσαντος. ❡ 37. b. *Gratia vobis et pax a Iesu Christo, teste illo fideli, primogenito ex mortuis, et principe regum terrae; qui nos dilexit, suoque sanguine a peccatis nostris abluit, et fecit nos reges.* Similem casuum ἀνακολουθίαν iam olim in Terentio observarunt, in Hecyr. III, 1, 6

> *Nam NOS OMNES, quibus alicunde aliquis obiectus est labos,*
> *Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est lucro est.*

Vbi *τὸ lucro est* non bene convenit cum superiori, *nos omnes.* Cuiusmodi ἀκατάλληλα, si nemini alii, saltem conveniunt Comicis aliisque familiarem sermonem hominum, qui non raro, dum loquuntur, aliudque animo occurrit, dicendi genus mutant, imitantibus. Plura hac de re habet Th. Linacer de Emendat. structur. Lat. Serm. Consule etiam Sanct. Min. lib. IV, cap. 11 in fin. et Perizonium ibid. Graev. ad Cic. Verr. III, 71. H. ❡ 38.

Inprimis dignissima est, quae de hoc rerum genere legatur, Cel. Ernest. Diatr. de grata negligentia orationis. Z.

49 Numerorum Enallage non tantum trita est in Atticismo, quando Nomen Plurale Neutrum Singulari Verbo cohaeret, vel in Zeugmate, Latinis etiam cognito, sed et Numerale δύο, etiam cum Dualiter declinatur, Substantivum Plurale post se habet. Ita apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 481 ΔΥΟΙ͂Ν τῆς δικαιοσύνης ΜΕΡΩ͂Ν ὌΝΤΩΝ, *Cum sint duae iustitiae partes.* Et apud Theophrast. in Charactere Adulatoris: ΔΥΟΙ͂Ν σοι ἩΜΕΡΩ͂Ν οὐκ ἐντετύχηκα, *Biduo te non conveni.* Adde Hom. Iliad. E, vs. 10

> — ΔΥ͂Ω δέ οἱ ὙΙΕ͂ΕΣ ἮΣΤΗΝ,

Duo illi erant filii. Heliod. Aethiop. lib. X, cap. 6 Τριῶν δὲ βωμῶν τῶν πάντων εἰς ὕψος ἠρμένων, καὶ ΤΩ͂Ν μὲν ΔΥΟΙ͂Ν ΚΕΧΩΡΙΣΜΕ͂ΝΩΝ, *Cum tres omnino arae in altum essent erectae, et duae separatim structae.* Et hanc numeri enallagen etiam citra numerale δυοῖν adhiberi, liquet ex Hom. Iliad. *A*, vs. 338.

> — Τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων.

Vos ipsi testes este. Et Aelian. V. H. lib. I, cap. 15 in fine: ἈΔΕΛΦΩ͂ δὲ ἄρα ἮΣΤΗΝ ΟΥ͂ΤΟΙ ῬΟΔΙ͂Ω, *Nempe fratres erant hi duo Rhodii.* Vel verbum plurale sequitur nominativum dualem: ut apud Hom. Iliad *E*, vs. 275.

> ΤΩ͂ δὲ τάχ' ἐγγύθεν ἨΛΘΟΝ—

Illi vero cito prope accesserunt. Pro ἠλθέτην. Ad Plurale a Singulari transit Homerus Iliad. *A*, vs. 549, ubi Iupiter ait:

> Ὃ͂Ν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε Θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι,
> Μήτι σὺ ΤΑΥ͂ΤΑ ἝΚΑΣΤΑ διείρεο,

Quod [*consilium*] *ego seorsim a Diis volo meditari, ne tu singula haec perscrutare.* Vbi ταῦτα ἕκαστα non bene convenit cum praecedenti ὃν μῦθον. Potest nonnunquam referri ad *Synthesin*, quae sub forma singularis numeri multitudinem comprehendit. Vt in Act. Apost. cap. XV, comm. 46 Κατὰ

ΠΑΣΑΝ ΠΟΛΙΝ, ἐν *ΑΙΣ* κατηγγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, *Oppidatim*, i. e. *per omnes urbes, in quibus nunciavimus verbum Domini.* [Sic post τὶς, cum habet vim pluralem, sequitur τούτοις, Xenoph. Memorab. I, 2, 62. et apud eundem Mem. I, 2, 42 post τὸ πλῆθος ponitur ἐνόμισαν, loco ἐνόμισε. Z.] Latinis talia parciora, quippe qui arctioribus analogiae regulis teneantur. Ita tamen Cicero lib. X ad Att. *Multas a te accepi LITERAS eodem die, omnes diligenter scriptas. EA vero, quae voluminis instar ERAT, saepe LEGENDA, sicuti facio, in QVA non frustra laborem suscepisti.* Pro, *eae erant legendae, in quibus*: nisi mavis intelligere *epistolam:* nam *littera* in sing. num. soli dixere Poetae. Vide sis Martin. Phileticum ad Ciceronis epist. ad fam. quae ordine decima quinta est in edit. Ascensiana ↀIↀIↀX. Nec obstat, quod lib. XIV ad Att. epist. 16 dicit: *Herodi autem mandaram, ut mihi κατὰ μίτον scriberet: a quo adhuc NVLLA LITERA est.* Vbi *litera* elementum verius, quam epistolam notat. Haud absimilis est appositio diversi numeri apud Sil. Ital. lib. XI, vs. 25

> *Iam vero Eridani TVMIDISSIMVS ACCOLA, CELTAE*
> *INCVBVERE malis Italum.*

Aliud est, quod legere est apud Terent. Eun. I, 2, 88

> — *Porro EVNVCHVM dixti velle te,*
> *Quia solae utuntur HIS reginae.*

Vbi non licuit dicere *utuntur hoc;* sic enim intelligeremus, reginas eodem eunucho uti, quem Phaedria mercatus erat: sed numerus pluralis idoneus est toti generi indicando. Confer euang. Matth. cap. XXVII, 44, et Marc. XV, 32, coll. cum euang. Luc. cap. XXIII, 39, Ioann. V, 16, et Act. Apost. VII, 35, coll. cum comm. 27. It. II Chron. XXVIII, 3, coll. cum IV Reg. XVI, 3, Ies. Sirach. cap. XLVIII, comm. 8. Et Virg. Ecl. III, vs. 16

> *Quid DOMINI facient, audent cum talia FVRES?*

Pro, *Quid dominus tuus Aegon faciet, cum tu fur talia audeas?* Imo praecedente singulari dixit idem lib. Aen. VIII, 427

> *FVLMEN erat, toto genitor QVAE PLVRIMA coelo*
> *Deiicit in terras —*

i. e. *Fulmen erat, ex eorum genere, quae* etc. Adde Terent. Heaut. II, 4, 13. Aptissima est haec loquendi ratio, ubi prodest rem amplificare, convenitque iratis, indignantibusque. Ita Hannibal apud Lucianum Dial. Mort. Alexandro sua vitia obiiciens ait: *Καὶ ἐμιαιφόνει ἐν ΤΟΙΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΙΣ ΤΟΥΣ ΦΙΛΟΥΣ, Et in conviviis amicorum caedibus se inquinavit*, cum tamen de uno Clito hoc constet. Intelligit, eum, qui hoc Clito fecit, aliis etiam, si quando ira et vinum iuberet, non parciturum fuisse. Caeterum, quia haec sensum magis, quam verba spectant, non Graecorum propria, sed aliis etiam communis loquendi ratio habenda est, ideoque in hoc commentario proprie locum habere non debent. Liceat tamen ob nobilem hunc enallages usum etiam per Latina exempla paulum excurrere. Sceleris atrocitatem hac enallage augens Simo apud Ter. Andr. V, 4, 7 ait:

> — *Tune hic HOMINES ADOLESCENTVLOS,*
> *IMPERITOS rerum, EDVCTOS libere, in fraudem illicis?*

Solum ille Pamphilum intelligit, innuens huius exemplo Critonis consueta scelera. Similiter Aeneae nuptias suggillans Iuno ait apud Virg. Aen. lib. X, vss. 79 et 81

Quid SOCEROS legere, et GREMIIS abducere PACTAS?

Tu potes Aenean manibus subducere GRAIVM.

de solo Latino, sola Lavinia, soloque Diomede. Irarum furore acta Amata sic loquitur lib. VII, Aen. vs. 359.

EXVLIBVSne datur ducenda Lavinia TEVCRIS?

de solo Aenea, ubi et indignationis indicium est, ut et lib. XII, vs. 799, ubi Iupiter Iunoni:

Mortalin' decuit violari vulnera Divum,
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi TVRNO, et vim crescere VICTIS?

Victis, cum praecedat *Turno;* nisi, quod tamen minus arridet, per *victos* intelligere quis malit *Rutulos*, quorum res, Turno vincente vel cadente, starent caderentve. Sed clarius vs. 947, ubi Aeneas Turno parciturus, nisi conspectus baltei, quem Pallanti interfecto exuerat ante, nunc ipse gestabat, animum ad misericordiam pronum revocasset, ita loquitur *furiis accensus et ira terribilis:*

— Tunc hinc spoliis indute MEORVM
Eripiare mihi? PALLAS te hoc vulnere, PALLAS
Immolat. —

Musae suae audaciam, post recitatam Iunonis apud Superos orationem, hoc modo auget Horatius lib. III, od. 3 in fine:

Non haec iocosae conveniunt lyrae.
Quo, Musa, tendis? Desine pervicax
Referre SERMONES DEORVM, et
Magna modis tenuare parvis.

Quis non maiorem videt verborum emphasin, quam si dixisset *sermonem Iunonis?* Non absimli modo apud Curtium lib. IV, cap. 10, init. milites ob lunae defectum sollicitos, et rerum suarum trepidos, ita querentes audias: *Iam nec flumina posse adiri, nec SIDERA pristinum praestare fulgorem*, Lunam intelligunt, sidera dicunt, quo periculi perspiciatur magnitudo. Sed satis de his multa: confer Virg. lib. Aen. VII, vs. 98. VIII, vs. 379. VI, vs. 616. et Curtium cap. cit. et lib. VIII, cap. 5, §. 18, et cap. 7, §. 8, cap. 8, §. 14, et lib. X, cap. 5, §. 33. Horat. lib. II, od. 13, vs. 3, et lib. IV, od. 12, vs. 8. Sen. in Troad. vs. 328 et 568, vel ex Ed. Scriverii vs. 331 et 570. Ter. Heaut. I, 1, 99. Caeterum haec loquendi forma lucem aliquam adferre potest verbis Apostoli in priori ad Corinth. epist. cap. XV, comm. 29 *Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ ΤΩ͂Ν ΝΕΚΡΩ͂Ν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ ΤΩ͂Ν ΝΕΚΡΩ͂Ν; Alioquin quid facient illi, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non suscitantur? Cur etiam baptizantur pro mortuis?* si per *τοὺς νεκροὺς* intelligimus unum Christum, *νεκρωθέντα* nempe illum; sive *ὑπὲρ θανάτου* vel *εἰς θάνατον τοῦ Χριστοῦ*, ut loquitur idem scribens Romanis cap. VI, comm. 3 *Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ΕἸΣ ΤῸΝ ΘΆΝΑΤΟΝ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ἘΒΑΠΤΊΣΘΗΜΕΝ; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς ΤῸΝ ΘΆΝΑΤΟΝ, ἵνα, ὥσπερ ἠγέρθη ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* Vt sit argumentandi ratio: *Si Christus non resurrexit, qui tamen*

etiam aliquando generum †: quae saepissime fallent, nisi

est ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν (Apoc. I, 5) *et tanquam prodromus piorum semel resurrecturorum: frustra pro eo mortuo baptizantur* (sive baptismum intelligimus proprium, sive metaphorice baptismum martyrii) *quippe nunquam resurrecturi*, ut fere loquitur comm. 4 *Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.* Illud autem *τί ποιήσουσιν* exprimit miserrimam fidelium conditionem, si Christus morte teneretur, ut fere ait comm. 9 *Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν.* Vt autem magis eluceat et amplificetur haec absurditas, utitur plurali numero: *Quid agent illi, qui extrema patiuntur, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;* Haec si recipiatur explicatio, omnis evanescit obscuritas, omne dubium. H.

Interdum vero etiam nomini neutrius generis iungitur verbum plurale: ut Xenoph. Exp. I, 2, 27 τὰ δὲ ἡρπασμένα ἀνδράποδα, ἤν που ἐντυγχάνωσιν, ἀπολαμβάνειν ἔδωκεν, *Concessit ei, mancipia, si reperirentur, recipere.* Memor. II, 4, 7 τὰ ὦτα προακούουσιν. Conf. Xenoph. de Mag. Equit. VIII, 6, et Fischer. Animadv. ad Weller. pag. 306. Z. § 38. b.

† Generis permutationis exemplum habet Thucyd. lib. I, cap. 59 *Τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ τὸ πρότερον ἐξεπέμποντο. In Macedoniam se converterunt, quo antea etiam missi fuerant.* Vbi ἐφ' ὅπερ non bene referri potest ad praecedens *Μακεδονίαν*, nisi substantivum tacite subaudiatur, puta ἔργον, vel aliquid opportunius: ut sensus sit: *Τρέπονται ἐπὶ τὸ ἔργον τὸ ἐν Μακεδονίᾳ*, ut explicat Stephanus hunc locum. Atque huius locutionis ratio ita quidem constare potest, tolliturque omnis ἀταξία. Et sane solent Graeci Articulum Praepositivum Neutrius Generis τὸ vel τὰ praemittere Nominibus propriis locorum, mediante Praepositione. Sic Aristoph. in Avib. vs. 1369 Ἐς τἀπὶ (pro τὰ ἐπὶ) Θρᾴκης ἀποπέτου, *Avola ad ea, quae sunt in Thracia*, vel simplicius, *Avola in Thraciam.* Quae verba sic explicantur convenienter structurae Thucydidis: Ἐς Θρᾴκην ἀποπέτου, ἐφ' ἅπερ vel ἐφ' ὅπερ σὲ πέμπω. At obscurius est illud Thucydidis lib. II, cap. 47 Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, *Morbus primum invadere coepit Athenienses, qui quidem antea dicitur multas regiones invasisse.* Vbi λεγόμενον in Neutro, et praecedens νόσος in Feminino Genere. Scholiastes putat respexisse Auctorem ad vocem νόσημα, et addit simile exemplum ex Homero; quem adi. Atque hoc loquendi genus Thucydidi familiare esse, auctor est Suidas; ita enim ille de Thucydide: *Οὗτος ὁ συγγραφεὺς μεταβαίνειν εἴωθεν ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα, Hic Historicus a Feminino ad Neutrum Genus transire solet.* Additque locum modo a me ex lib. I citatum. § 39. Contra ea a neutro ad femininum transit simili temeritate Lucianus in Dial. Antilochi et Achillis: ΤΟ' ΔΥ'ΣΤΗΝΟΝ 'ΕΚΕΙ'ΝΟ ΔΟΞΑ'ΡΙΟΝ προτιμῶν τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς 'ΕΚΕΙ'ΝΗ μὲν ἀνωφελής. *Infelicem illam gloriolam vitae praetuli: nunc vero didici, quam illa sit inutilis.* Hic τὸ ἐκείνη diverso genere refertur ad δοξάριον. Potuit respicere ad cognatam vocem δόξαν, quae, licet longius, praecedit in verbis Antilochi. H.

caute ac diligenter attendantur [50]; quasque tirones facile imitari non oportebit. Demosth. pro Cor. cum dixisset, *Λέγεις ἃ δεῖ προςεῖναι τῷ δημοτικῷ, ὥςπερ ἀνδριάντα ἐκδεδωκὼς κατὰ συγγραφήν·* id est, *Ea commemoras, quae in homine populari esse debeant, perinde ut si statuam*

Conf. quae praeclare de hac re monuit Cel. Ern. ad Xenoph. Memor. I, 3, 3. Z.

50 Fit enim non raro, ut in scriptoribus constructiones inveniantur, quae prima fronte Enallagen admittere videntur, cum, re propius inspecta, omnia Analogiam sequuntur. Ita Enallagen Casus agnoscit Sylburgius in his Pausaniae verbis, libro Eliacorum posteriori, pag. 352, lin. 35. ubi ait, cladem quampiam accidisse, *Δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον, ΤΑΥ'ΤΗΣ ἔτει δευτέρῳ ΤΗ͂Σ ΟΛΥΜΠΙΑ'ΔΟΣ*, i. e. *Olympiadis centesimae secundae anno secundo, cum Damon Thurius secundum victor extitit.* In quibus primo adspectu *τὸ, ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος* non bene convenire videtur *τῷ, δευτέρῳ Ὀλυμπιάδι.* Res autem sic se habet. Pausanias rem, cuius mentionem facit, ait accidisse Olymp. CII, deinde ubi addidit, quis victor fuerit, quasi per oblivionem annum omisisset, repetens ait, factum fuisse *ἔτει δευτέρῳ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος*. Qualia plurima cum in lectione Auctorum occurrant, plurimorum hoc instar sit. Caeterum *δευτέρᾳ ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν* elegantius quam *δευτέρᾳ καὶ ἑκατοστῇ.* Vide infra ad Sect. 2, Reg. 13. Neque etiam enallagis adnumeravero, cum nomen ad praecedens aliud nomen per appositionem relatum, diverso casu effertur, si verbum additum utrique casui iungitur. V. g. dicitur *λαλεῖν πρός τινα*, et *λαλεῖν τινι*, quae duo coniungit Lucas in Euang. cap. I, comm. 55 *Καθὼς ἘΛΑ'ΛΗΣΕ ΠΡΟ`Σ ΤΟΥ`Σ ΠΑΤΕ'ΡΑΣ ἡμῶν, ΤΩ͂ι Ἀβραὰμ καὶ ΤΩ͂ι ΣΠΕ'ΡΜΑΤΙ αὐτοῦ*, *Sicut locutus est patribus nostris, Abrahamo et ipsius semini.* Vbi *τὸ, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι* non bene consentit *τῷ, πρὸς τοὺς πατέρας.*

Est et alia *ἀνακολουθίας* species, cum claudicat sensus, nec eodem, quo coepta est, pede continuata hiat oratio. Talis est illa Aeliani, lib. IX, V. H. cap. 24. Vbi sic incipit *Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης ἐς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε*, *Smindyrides Sybarita eo luxuriae est prolapsus.* Deinde cum Analogice post *τοσοῦτον* sequi deberet, *ὡς, ὥςτε, ὅσον*, vel simile quid, omnino mutat sententiam, ita pergens: *Καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾷν, καὶ τῷ βίῳ διαῤῥεῖν. Ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον.* *Etenim omnes Sybaritae deliciis et vitae dissolutae deditі sunt, sed Smindyrides adhuc amplius.* Alia huiusce generis *ἀκατάλληλα* omitto, tum quia vix cuiquam sunt imitanda, tum quia praeter plurima, quae *ἀνακολουθίας* falso sunt suspecta, ut iam uno alterove exemplo planum fecimus, caetera perpauca ex imprudentia potius excidisse, quam ornatus gratia orationi inserta videntur. Et sane quod in nobis, qui hanc linguam non vernaculam habemus, sed taedioso labore eiusdem cognitionem comparare debemus, ferula dignum vitium clamarent, id in antiquis scriptoribus elegantiae tribuunt Grammatici.

aliquam elaborandam ex syngrapha locasses: addit, ἢ λόγῳ τοὺς δημοτικοὺς ἀλλ' οὐ τοῖς πράγμασι γινωσκομένους, in accusativo, cum praecedentia in nominat. dixisset [51]: id est, *aut quasi populares homines verbis, non rebus ipsis agnoscerentur:* ὥςπερ enim cum accusat. construi potest.

II. Substantiva membrum eleganter aut periodum terminant, praemisso adiectivo, et verbo interposito: ut, τῆς κατὰ τὴν Ἑλλάδα κυριολεξίας μετὰ πάσης ἔχεσθαι τῆς φιλοπονίας, *omni studio Graecae dictionis proprietatem sectari:* sic, πάσαις δεξιώσασθαι ταῖς φιλοφροσύναις, *omnibus humanitatis officiis colere* [52].

III. Substantiva quaedam, ac praesertim ὁδὸς, *via*, γραμμὴ, *linea*, μερὶς, *pars*, vel *portio*, μέρος, idem, eleganter subaudiuntur. Vt εὐθείας ἐκτραπῆναι, vel ἐξεστηκέναι, vel διαμαρτεῖν, subauditur ὁδοῦ, *a recta via aberrasse:* sic,

51 Non mirum: nam prius participium refertur ad personam immediate praecedentem, sed posterius ad diversam ab hac. Estque eadem ratio particulae ὥςπερ, quae est particulae ὡς. Vide omnino, quae dicemus ad Cap. VI, Sect. 1, Reg. 1, ubi patebit, Demostheni ex recepta apud optimos scriptores et praesertim Atticos, consuetudine non licuisse utrumque Participium per Nominandi vel Accusandi casum efferre. Differentia hoc modo constituatur: *Fratrem persequitur, quasi ab ipso iniuria adfectus*, Καταδιώκει τὸν ἀδελφὸν ὥςπερ vel ὡς ἨΔΙΚΗΜΕΝΟΣ ὑπ' αὐτοῦ. At *Fratrem persequitur, quasi ipsum iniuria adfecisset*, Καταδιώκει τὸν ἀδελφὸν, ὥςπερ ἨΔΙΚΗΚΟΤΑ αὐτόν. Vbi ἠδικημένος in Nominativo convenienter casui, qui latet in Verbo καταδιώκει, et ἠδικηκότα ἀδελφὸν in eo Casu ponitur, sed quia ὥςπερ post se Accusativum habet diversae personae. Vt est apud Aeschin. contra Ctesiph. pag. 301, lin. 34 Οὐδὲ γὰρ Φιλάμωνα φήσει τὸν πύκτην Ὀλυμπιάσι στεφανωθῆναι, νικήσαντα Γλαῦκον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον πύκτην, ἀλλὰ τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀγωνιστάς· ὯΣΠΕΡ ἩΜΑΣ ἈΓΝΟΟΥΝΤΑΣ, ὅτι τοῖς μὲν etc. *Negabit enim Philamonem pugilem in ludis Olympicis coronatum fuisse, cum Glaucum, veterem illum pugilem, vicisset, quasi nos ignoraremus, pugilibus* etc. Si iam dixisset: *Quasi ipse ignoraret*, posuisset in Nominativo, ὥςπερ ἀγνοῶν αὐτός.

52 Fit hoc etiam, adiectivo non praecedente. Arrian. de Exped. Alex. lib. I, cap. 18 in fine: Γνοὺς, ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ καθ' ἁρπαγὴν χρημάτων, ἀποκτενεῖ, ξυγχωρηθὲν αὐτῷ, ὁ δῆμος, *Animadvertens, populum, potestate sibi facta, una cum sontibus etiam quosdam immerito, partim odio, partim spe praedae, interemturum.* In quibus verbis observa obiter, participium ξυγχωρηθὲν impersonaliter usurpari. Vide infra ad Cap. VI, Sect. 1, §. 5.

τὴν ἐπὶ πολυμαθίαν ἰέναι, supple ὁδὸν, *rectam ad eruditionem viam insistere.* Quod etiam uno verbo εὐθυωρεῖν, vel εὐθυπορεῖν dicitur. Sic apud eos creberrimum est, ἐναντίαν ἰέναι, vel ὑπ' ἐναντίας φέρεσθαι, subintellecto substantivo μερὶς, vel ὁδὸς, id est, *contraria via ferri:* ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, id est, *ad mortem rapi* *.

IV. Subauditur etiam δίκη, in rebus forensibus, ut δι' εὐθείας, vel κατ' εὐθεῖαν ἀνταγωνίζεσθαι, *candide, sincere, cum adversario, et quasi recto pede contendere* [53]; quod etiam dicitur εὐθυδικίᾳ χρῆσθαι, vel εὐθυδικεῖν. Sic κρίνεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, subint. δίκην οὖσαν, id est, *capitis caussam dicere.*

V. Subauditur etiam ἡμέρα, *dies:* nam τῇ προτεραίᾳ, id est, *pridie*, quod Plutarchus in Theseo dixit, *Μιᾷ πρότερον ἡμέρᾳ*, cum gignendi casu, τῶν Θησείων, id est, *Pridie festi in Thesei honorem instituti:* et τῇ ὑστεραίᾳ, id est, *postridie*, cum gignendi etiam casu, quod forte dici non possit μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ [54].

[Exemplis reg. hisce subiectis adde, si lubet, sequentia, quae frequenter etiam per ellipsin subintelliguntur: qualia sunt, ἀπόφθεγμα, γωνία, γνώμη, διάστημα, δόμος vel οἶκος, ἐνδύματα vel ἱμάτια, εἷς, ἑορτάσιμοι ἡμέραι, ἡλικία, μοῖρα, ὄντες, ὥρα, πράγματα vel ὄντα, συγγράμματα, τέχνη, τιμωρία, τρίχες, ὕδωρ, ὕπνος, ὑπόνοια vel ὑπόληψις, χεὶρ, χρόνος [55].

* In eiusmodi formis loquendi fere duplex est ellipsis. Nam, praeter ὁδὸν, etiam praepositio κατὰ est intelligenda. Z. Minime. *Herm.*

53. Supplet ellipsin ex veteri poeta Suidas in v. Ἰθεῖα·

— Οὐ γὰρ ἀφαυρῶς
Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.

Non leviter enim novit ex Iove lances rectae iustitiae.

54 Non dubito; nam, quemadmodum dicunt, δευτέρῳ ἔτει τούτων, *Secundo post haec anno:* τρίτῃ ἡμέρᾳ αὐτοῦ ἥκοντος, *Tertio die, postquam venerat:* ut ostendam ad Sect. 2, Reg. 16, cur eadem plane syntaxi non liceret dicere μιᾷ ἡμέρᾳ ὕστερον τούτων; cum genitivus non ab ὕστερον, sed ab adiectivo numerali regatur. Locus Plutarchi non ita longe est ab initio, cui adde, si vis, Herodotum in Vrania, cap. 27.

55 Quae addere his operae pretium visum est, suis quaeque locis, ne ordo turbaretur, addidi, nec ea tamen multa, quia de his peculiarem aureum libellum conscripsit L. Bos, qui consulendus.

Τὸ τοῦ Σόλωνος, scil. *ἀπόφθεγμα Solonis dictum*[56].

Πρὸς ὀρθὴν, scil. *γωνίαν, ad rectum angulum*[57].

Τὴν ἐμὴν συνῆκας, supple *γνώμην*, *meam intellexisti sententiam.*

Διὰ τοσούτου, scil. *διαστήματος*, *tanto intervallo.* Vid. Cap. IX, Sect. 2, Reg. 6.

Εἰς ᾅδου, suppl. *δόμον* vel *οἶκον*, *ad inferos*[58].

Οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, scil. *ἱμάτια* vel *ἐνδύματα*, *qui mollia vestimenta gestant.* Matth. 11, 8[59].

Ὁ Πλάτων ἦν τῶν σοφῶν, scil. *εἷς*[60], *Plato erat sapientum unus.*

56 Huc refer id, quod diximus ad Cap. I, Reg. 17.

57 Vid. Euclid. in Optic. Theor. 24 init. *Πρὸς ὀρθὰς ἤχθω, Ducatur ad angulos rectos.* Idem mox ellipsin supplet: *Ὀρθαὶ ἔσονται αἱ πρὸς τοῖς ΛΝ γωνίαι, Recti erunt ad LN anguli.* Talia apud eundem sunt ubique obvia.

58 Nec tantum hoc modo *ἐλλειπτικῶς ἐν* cum genitivo construitur nominis proprii vel appellativi, sed etiam articuli. Ita Herodot. lib. I, cap. 133 *Ὁ στέγαρχος, ἘΝ ΤΟΥ ἂν ἐόντες βουλεύωνται, Dominus illius domus, in cuius aedibus consultaverint.*

Δρόμον intelligit L. Bos in phrasi, *τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς*, et plenam locutionem probat ex Aristoph. Vesp. vs. 375. Ellipticam invenies apud Aristidem pro Quatuorviris, pag. 430. *Καὶ ταῦτα τὸν περὶ τῆς ψυχῆς τρέχων.* In quo tamen loco, ut et plerisque aliis, accusativi *κίνδυνον* mihi potior ellipsis videtur; atque ita nostro idiomati haec Graeca locutio optime quadrat: nam ut Graeci dicunt *τρέχειν κίνδυνον*, eodem modo nos, *Gevaar loopen.* Nec dedignantur Galli dicere: *Courir danger.* Supplet ellipsin Dionysius Hal. in Isocrate p. 98 in fine: *ΤΟΝ περὶ ψυχῆς ΤΡΕΧΟΝΤΙ ΚΙΝΔΥΝΟΝ ἐν δικασταῖς τὰ κομψὰ καὶ θεατρικὰ καὶ μειρακιώδη ταῦτα οὐκ οἶδα, ἥν τινα δύναιτο ἂν παρασχεῖν ὠφέλειαν, Capitis caussam in iudicio dicenti, sive, capite apud iudices periclitanti nescio quomodo venusta ista et theatrica et iuvenilia possunt aliquid utilitatis adferre.* Et Antiq. Rom. lib. IV, pag. 209, lin. 28, ubi Tarquinius dicitur reliquisse *παιδία ΚΙΝΔΥΝΟΝ οὐ τὸν ἐλάχιστον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ΤΡΕΧΟΝΤΑ, liberos non leviter de vita periclitantes.* Cui simile est illud Euripidis in Phoeniss. vs. 730 *Πρὶν ΚΙΝΔΥΝΟΝ εἰς ἅπαξ ΜΟΛΕΙΝ, Priusquam semel in periculum incurras.*

59 At ibi *ἱμάτια* praecedit eodem versu: atque adeo otiosa praecedentis Nominis est repetitio. H.

Recte. Interdum autem veram illius nominis ellipsin esse, docent exempla a Bosio in libro de Ellipsibus Gr. collecta. V. c. Artemidorus Oneir. II, 3 *ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι* dicit. Sic Io. Euang. XX, 12 reperitur *ἐν λευκοῖς καθέζεσθαι.* Z.

60 Vel *τὶς*. Vide, quae notabimus ad Sect. 2, Reg. 4, et 11, Reg. 11.

Ἐν ταῖς Διονύσου, scil. *ἑορτασίμοις ἡμέραις*, *in Bacchi festis diebus.* Demosth. orat. de pace. vid. Cap. IX, Sect. 3, Reg. 6.

Τὴν ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει, scil. *ἡλικίας*, *virtutem a pueritia exerce.* Synes. [61].

Ἐσύλησε τῆς Κελτικῆς τὴν πρὸς τὰς ἀνατολάς, *Spoliavit Galliae partem, quae spectat ad ortum.*

Οἱ ἐν τῷ τέλει, suppl. *ὄντες· τουτέστιν, ἐν τῇ ἀρχῇ.* vid. infra Sect. 11, § 2. [62]

Lysias pro Erat. *Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς πεύσεται*, *Vide sis, cave sis, ne quisquam haec audiat: ἔλλειψις* Attica: deest enim *ὅρα*. vid. Cap. VII, Sect. 10, Reg. 6.

Τὰ τῶν φίλων κοινά, *Amicorum omnia communia:* scil. *πράγματα* vel *ὄντα* [63]. § 40.

Τὰ τοῦ Ἡροδότου, scil. *συγγράμματα*, *Herodoti scripta.*

Γραμματικὴν ἔμαθε, supple *τέχνην*.

Ἀξίαν ἀποτίνειν, scil. *τιμωρίαν*, *Dignam poenam solvere.*

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτεῖσθαι, *Eiusdem mensae cibis uti*, supple *τραπέζης*.

Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος· αἱ νεότητες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.

Epigr. graec. lib. I, cap. 13.

61 *Μάχη* subauditur apud. Paus. in Atticis, *Πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις*, *Ante pugnam Leuctricam. Μέρος* subauditur in illo Platonis, *Τὸ πολὺ τῆς Ῥητορικῆς*, *Praecipua pars Rhetorices.* Vide, quae notabimus ad finem Sect. 5. Similiter apud Arrian. de Exped. Alex. lib. III, cap. 7 *Τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο*, *Luna maximam partem defecit.* Nomen *μέρος* additur eodem libro, cap. 24 *Ἐπελθὼν δὲ τὸ πολὺ μέρος τῆς χώρας τῶν Μάρδων*, *Cum maximam partem Mardorum regionis invasisset.* Idem nomen, praeterquam quod in multis adiectivis et quibusdam verbis reticetur, quorum magna turba apud L. Bos, desideratur etiam in pronomine *τοῦτο·* ut in illo Platonis in Gorg. pag. 493 *Τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσίν*, *Animae pars haec, in qua cupiditates sunt.*

62 Eodem modo, *οἱ ἐν ταῖς αἰτίαις*. vid. infra ad Cap. IX, Sect. 3, §. 12.

63 Vt apud Latinos vox *Casus* fere omittitur, ita apud Grammaticos Graecos *πτῶσις* subaudiri solet. Ita v. g. Scholiastes Aristophanis in Plut. ad vs. 93 *Ἰστέον, ὅτι ἡ διὰ πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ*, *Sciendum est, praepositionem διὰ non solum cum genitivo construi, quando effectionem significat, sed etiam cum accusativo.*

Ποτήριον ψυχροῦ, scil. *ὕδατος*, *poculum frigidae*, scil. *aquae*. Matth. X, 42.

Lucian. in Dialog. *Cyclop. Neptuni*: *Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, Vt alte dormivisti, fili.* sub. *ὕπνον*.

Μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν φόβους, Infinitos alios metus nobis ipsis temere fingebamus. Dionys. Halicarnass. lib. VI. ubi subaudiri videtur *ὑπονοίας* vel *ὑπολήψεως*, vel al. simile, quod *suspicionem* significet. vid. Cap. IX, Sect. 2, Reg. 3.

Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει, τῇ δ' ἑτέρᾳ δὲ τὸ πῦρ,
Vna manu aquam, altera ignem ferebat.

Marc. IX, 15 *ἐφ' ὅσον*, scil. *χρόνον*[64].

Item apud Latinos substantiva saepe per ellipsin istam subaudiuntur: ut

Aqua deest in his formulis, *calida* lavari: *frigidam* bibere.

Ars vel *scientia* vel *facultas* in *Grammatica*, *Rhetorica*, *Musica*, ut Graecis *τέχνη ars*, *δύναμις facultas*, vel simile.

Arvum in *Novale*.

Caro in *agnina*, *bubula* etc.

Dies in *prima* et *novissima*. Ovid. I. Fast.

Bruma novi prima est, veterisque novissima solis.

Sic Graeci *τῇ προτεραίᾳ*, *τῇ ὑστεραίᾳ*, sive *τῇ ἐπιούσῃ*.

Febris in *tertiana*, *quartana*, *quotidiana*.

Festa in *Agonalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, et similibus.

Finis in *hactenus*, *quatenus*, nam integre fit, *hac fine tenus*.

Frater in *germanus*.

Homo in *adolescens*, *amicus*, *familiaris*, etc.

Manus in *dextra*, *sinistra*.

Nummus in *quinarius*, *denarius*.

Ventus in *favonius*, *subsolanus*, *Africus*. Sic Graecis *ἐτησίαι*, quasi dicas *anniversarii*, puta *ἄνεμοι*, *venti*, *flatus*.

Verba in istis, *paucis* te volo, quid opus est *multis?* *Homeri illud*, ut Graecis *Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο*, nempe *ἔπος*, *verbum*.

64 Addit *χρόνον* Paulus ep. ad Gal. cap. IV, initio.

Vestes in *Sericae*, *Coae*, *Bombycinae.*

Vinum in *mustum*, *merum*, *Falernum*, *Massicum.* Cl. Vossius plura enumerat, sed haec usitatiora.

῞Ημερος *mansuetus.* ἡμέρα non est vocabulum per se, sed subauditur, inquit Eustathius, φάσις vel κατάστασις τοῦ ἀέρος, *illuminatio mitis*, *aut placida aëris constitutio.* Dies ἡμέροις ζώοις, *mansuetis animalibus*, h. e. *hominibus*, *nox feris opportunior* [65]. Ab eodem argumento Latini dicunt *mane* et *immanis.* Varro lib. V, ling. Lat. *mane*, quod tum *manat dies ab oriente:* nisi potius, quod *bonum* dicebant antiqui *manum.* Ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, cum *lumen adfertur*, solent dicere φῶς ἀγαθόν.

Ἐπειδὴ ἦν πρὸς ἡμέραν, *quum luceret.*
— ἑσπέραν, *quum advesperasceret* *.]

VI. Satis dici non potest, quodnam substantivum intelligatur in hoc Plutarchi exemplo, in Fabii Maximi vita: Τὴν ἧτταν ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας οὐκ ἔφρασεν, id est, *Acceptam cladem nuncius*, *uti res erat*, *aperte ingenueque non retulit.* Videtur tamen subintelligi ὁδοῦ, ut tota phrasis sit metaphorica; vel φωνῆς, λέξεως, διηγήσεως. [66]

VII. In dandi casu singulari οὐδετέρᾳ, id est, *neutra*, subauditur etiam aliquid, ut χειρὶ [67], μερίδι, aut aliud simile, cum verbali ληπτὸς, *capiendus:* est enim ἄνθρωπος οὐδετέρᾳ ληπτὸς, *homo tum solers ac providus*, *ut neutra*

65 Aliam etymi rationem monstrat Socrates apud Platonem in Cratyl. pag. 418. ubi docet, antiquos non ἡμέρα, sed ἱμέρα dixisse; et paulo post addit, inde dictum esse, Ὅτι ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἱμείρουσιν ἐκ τοῦ σκότους τὸ φῶς ἐγίγνετο, *Quod desiderantibus hominibus e tenebris lux sit exorta.* Derivatur igitur ex eiusdem sententia ἐκ τοῦ ἱμείρειν. Quia lux est desiderabilis.

* Si quis plura eiusmodi ellipseos desideret exempla, adeat Lamb. Bosii librum de Ellipsibus Gr. qui nuper cura Cl. Schwebelii auctus prodiit. Z.

66 Vel ψυχῆς, γνώμης, διανοίας. Vide Cl. L. Bos, Ellips. in v. ψυχή. Pro defectu genitivi ὁδοῦ facit Terentii locus (si modo Graeca ex Latinis illustrare licet) in Heaut. IV, 2, 28 *Imo et RECTA VIA rem narret ordine omnem.* Pro eodem dicitur ἀπὸ τοῦ εὐθέος. Thucyd. lib. III, cap. 43 Καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν, *Ita humana se habent*, *ut bonae sententiae*, *cum directe et aperte dicuntur*, *nihilo minus sint suspectae*, *quam malae.* Proximum est subaudire θυμοῦ. § 40. b. Confer, quae dicam ad Cap. IX, Sect. 1, Reg. 16.

67 Eandem ellipsin notat, et eodem exemplo confirmat L. Bos in v. χείρ.

parte, aut potius *nulla*, vel (quod melius) *nulla ratione capi possit.* Themistius or. X Καίτοιγε προήγορον εἶχον οὐδετέρᾳ ληπτὸν, *Tamesti patronum habebant, qui nullo modo capi posset,* id est, *omni ex parte tutum, ac tectum.* Huic aliquatenus opponitur θατέρᾳ ληπτὸς, id est, *altera ex parte captu facilis.* Eusebius Demonstrat. lib. IV. cap. 9 de daemone loquens: Δεινὰ δὲ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας θατέρᾳ ληπτοὺς τοῖς προβολίοις ἀνθρώπους εὕρατο, id est, *At gentibus omnibus gravia minatus cum esset, alia ratione suis ipse venabulis captu faciles homines reperit.* Intelligit autem voluptatis illecebram, de qua ibidem.

VIII. Nomina quaedam neutra multitudinis numero fere ἐλλειπτικῶς usurpantur; ac potissimum cum sequentibus verbis iunguntur, ἑορτάζειν, *festum celebrare*, πανηγυρίζειν, *conventu publico aliquid celebrare*, et θύειν, *sacrificare.* Huiusmodi sunt, τὰ σωτήρια, id est, *ea, quae pro salute recuperanda*, vel *recuperata fiunt:* τὰ χαριστήρια, *quae in gratiarum actionem:* τὰ μειλίχια, et τὰ ἱλαστήρια, *quae valent ad placandum et conciliandum numen:* τὰ διαβατήρια, *ad*, vel *ob felicem transitum:* τὰ ἐπινίκια, *ob victoriam:* τὰ εἰσιτήρια θύειν, *ob felicem, Athenis, ingressum in ordinem senatorium sacrificium persolvere:* τὰ εὐαγγέλια, *quae ob felicem nuncium:* τὰ γενέθλια, *quae in natalis diei memoriam:* τὰ γαμήλια, *quae ob laetiorem nuptiarum diem:* τὰ κατοικέσια, *ob sedem aliquam primum ac feliciter occupatam:* τὰ ἐτήσια, *anniversaria:* τὰ κουρόσυνα, *quae in eius diei memoriam, quo inter iuvenes olim Athenienses pueri censebantur.* Quae postrema quinque coniungit b. Gregorius Nazianz. orationis VI initio. Dicunt ergo εὐαγγέλια θύειν, id est, *victimam ob laetum nuncium immolare:* τὰ σωτήρια πανηγυρίζειν, *recuperatam, aut conservatam salutem publica solennique laetitia celebrare*, etc. similiter *.

* Nomina, quae fere in ante commemoratis et similibus exemplis intelliguntur, haec sunt: *ἈΓΩΝΙ´ΣΜΑΤΑ*, ut Ἐπινίκια, Ἴσθμια· *ἎΘΛΑ*, ut νικητήρια· *ἈΝΑΘΗ´ΜΑΤΑ*, ut ἱλαστήρια· *ΔΩ῀ΡΑ*, ut γαμήλια, γενέθλια etc.: *ΘΥ´ΜΑΤΑ*, ut χαριστήρια, ἐπινίκια, ἱλαστήρια etc. In universum enim certo satis definiri non potest, quod nomen sit intelligendum, sed in singulis locis ex serie orationis debet colligi, sitne sermo de *certamine*, an de *sacrificio*, an *dono* seu *munere*, an *praemio*, et quae his sunt similia. Z.

IX. Genitivus etiam interdum apud Atticos, praecipueque Demosthenem et Xenophontem, cum verbo activo coniungitur accusativi loco [68]. Demosthenes I Olynth. *Λαμβάνειν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ*, *Aliquid ex regionis fructibus decerpere*. Xenoph. in Oratione de Agesilao: *Τῶν κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο*, pro *τὰ τῶν τειχέων ἀνάλωτα*· quod affine est gallico idiotismo, *il prenoit des villes par sa courtoisie:* nam particula *des* genitivi nota est. Idem: *Καὶ καταδύειν οὐκ εἴα στρογγύλων πλοίων*, *Il ne permettoit pas, qu'on enfonçast des navires rondes.* Idem, *Ἐς δὲ τῶν μειζόνων ἐμβαίνειν*, ait, pro *εἰς τὰ μείζονα*, *Monter en des grands vaisseaux.* Idem lib. III Hist. *Οἱ δὲ ἔπεμψαν τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευσάντων*, id est, *Illi autem miserunt ex iis, qui sub triginta viris equites fuerant.* Demosth. II Olynth. *Μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων φαίνεσθαι προϊεμένους*, *Non tantum urbes et loca illa palam negligere, ac perdere* [69].

68 Cum scilicet non tota res, sed eiusdem pars intelligitur, ut ex subiectis exemplis patet. Subauditur vel Nomen *τὶς*, vel Praepositio *ἐκ* vel *ἀπὸ*, pro re nata: quam ellipsin suppletam videas in Act. Apost. cap. II, comm. 17 *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου*, *Effundam de Spiritu meo*. v. Ioel. II, 28. H.

Graeci genitivum iungunt verbo non modo tum, cum non nisi pars rei est intelligenda, uti recte Hoogevenus statuit, verum etiam omnino ob vim praepositionis alicuius, quae vel plane est praetermissa, vel certe partem verbi efficit compositi. Sic v. c. genitivus pendet a praepositione *ἐκ* in verbis *ἀκούειν τι τινός*, *ex aliquo aliquid audire: ἔχεσθαί τινος*, *adhaerere alicui, coniunctum esse cum aliquo*, *pendere ex aliquo:* a praepositione *ἀπὸ* in verbis *παύεσθαι τῆς ὀργῆς*, h. e. *se avocare ab ira: κωλύειν τινά τινος*, *coercere a re: ἁμαρτάνειν τινὸς*, *a re aberrare: ἀπολαύειν τινὸς*, *a re fructum percipere: ἄρχεσθαί τινος*, *initium facere a re; ἀμύνειν τινὸς τὸ κακὸν*, *propulsare ab aliquo malum:* a praep. *ἐπὶ* s. *κατὰ* in verbis *ἄρχειν*, *βασιλεύειν*, *δεσπόζειν*, *κυριεύειν*, *στρατηγεῖν*, *ἡγεῖσθαί τινος*. Tum idem casus proficiscitur a praepositione, ex qua verbum ipsum est compositum: v. c. *ἀποπηδᾷν τοῦ ἅρματος*, h. e. *πηδᾷν ἀπὸ τοῦ ἅρματος*· *ἐπιβαίνειν ἵππου*, h. e. *βαίνειν ἐφ' ἵππου*· *ἐκβαίνειν τῆς φύσεως*, h. e. *βαίνειν ἐκ τῆς φύσεως*, *a natura recedere: περιγίγνεσθαί τινος*, h. e. *γίγνεσθαι περί τινος*, *prae aliquo esse, aliquo esse excellentiorem, meliorem, fortiorem: καταφρονεῖν τινος*, h. e. *φρονεῖν κατά τινος*, *contra aliquem sentire, seu contemnere*. Eadem quoque est ratio verborum *καταδικάζειν*, *καταμαρτυρεῖν*, *καταψεύδεσθαι*, *καταγινώσκειν*, *καταψηφίζεσθαι*, *ἐφιέσθαι*, *ἀποπλανᾷν*, *ἀποπλάζεσθαί τινος* etc. Z.

69 Quae de Substantivis in genere, deque eius Casibus observanda putavi, quibusque in

[Saepenumero nominibus verbalibus, quae vocantur, eosdem casus iungere solent Graeci, quos regunt verba

superioribus locus satis commodus dari non potuit, ad huius capitis calcem adiicere visum est. Ac primo quidem nota de Nomine Substantivo, quando coniungitur cum Nomine Possessivo a Proprio derivato, Possessivum illud per Nomen Proprium, Substantivum autem in Adiectivum cognatum verti debere, poetice. Est praecipuus huius idiomatis usus, ubi de persona eximiae dignitatis sermo est. Ex Substantivis illis praecipua sunt *βίη*, *μένος*, *ἶς*, *σθένος*, *φόβος*. e. g. Hom. in Boeot. vs. 173

Υἱέες, υἱωνοί τε ΒΙΉΣ ἩΡΑΚΛΗΕΙΉΣ.

Filii et nepotes roboris Herculei. Pro *Ἡρακλοῦς βιαίου*, *Herculis robusti.* Eodem modo vs. 165

Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια ΒΙΉι ἩΡΑΚΛΗΕΙΉι.

Quem peperit Astyochia robori Herculeo, pro, *Herculi robusto.* Imitatus est Horat. lib. I, od. 3

Perrupit Acheronta HERCVLEVS LABOR.

Pro Adiectivo illo, quod mutua permutatione pro Substantivo Nominis Proprii ponebatur, non raro ipsum Nomen in generandi Casu ponitur, et cum Substantivo regente significat ipsum illum, qui per secundum Casum exprimitur. § 41. Ita modo citatus Homerus in lib. *Γ* Iliad. vs. 105 ait:

Ἄξετε δὲ ΠΡΙΑ΄ΜΟΙΟ ΒΙΉΝ,
Adducite vero Priamum. Vbi *Priami vis* pro ipso Priamo. Eadem significatione vox *μένος* usurpatur eidem lib. Od. *Θ* init.

Ὤρνυτ᾽ ἄῤ ἐξ εὐνῆς ἱερὸν ΜΈΝΟΣ ἈΛΚΙΝΌΟΙΟ,

Surrexit e lecto praestantissimus Alcinous. Et cognata vox *ἶς* lib. *Π* in fine:

Ὣς φάτο· μείδησεν δ᾽ ἱερὴ ἿΣ ΤΗΛΕΜΆΧΟΙΟ,

Sic dixit, et risit praestantissimus Telemachus. Simili ratione nomen *σθένος* construit Q. Calab. lib. VIII, vs. 171.

Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς τάρβησε θρασὺ ΣΘΈΝΟΣ ἘΥΡΥΠΎΛΟΙΟ,

Sed ne sic quidem conterritus est audax Eurypylus. [Plura eiusmodi loca, quae commode possunt referri ad Pleonasmi figuram, reperies apud Cel. Fischerum in Animadverss. super Weller. pag. 295. seq. Z.] Vel Genitivus ille est Nominis Appellativi, ut in illo Hesiodi, in Scut. Herc. vs. 144

Ἐν μέσσῳ δὲ ΔΡΆΚΟΝΤΟΣ ἔην ΦΌΒΟΣ,

In medio vero draconis erat terror, i. e. *draco terribilis.* Nec destituuntur hac elegantia Latini. Ita Maro lib. XII Aen. vs. 199

— Terram, mare, sidera iuro,
Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem,
VIMque DEVM infernam. —

Hinc sunt, qui haec verba apud Virg. Aen. IV, vs. 132

Massylique ruunt equites et odora CANVM VIS,

ita interpretentur, ut *canum vis* idem sit, quod *ipsi canes*: quamvis Servius explicat, *multitudo.* Certe *multitudo* sive *copia* intelligitur in rebus inanimis certius, ut in illo Horatii lib. IV, od. 11

— Est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis,
Est HEDERAE VIS.

ipsa, a quibus illa nomina sunt ducta. V. c. Aelian. V. H. II, 41 extr. *Κλειὼ εἰς ἅμιλλαν ἰοῦσα οὐ γυναιξὶ μόναις, ἀλλὰ*

Huc refero illud Sallustii, B. C. cap. 49. *Quia in tali tempore tanta VIS HOMINIS magis leniunda quam exagitanda videbatur.* Invenitur et per appositionem apud Horat. Epod. od. 6

Nam qualis aut Molossus aut fulvus Lacon,
AMICA VIS pastoribus etc.

Clarius exemplum habet Phaedrus, lib. I, Fab. 13

Tum demum ingemuit CORVI deceptus STVPOR.

Pro, *corvus stupidus.* Est et ubi Graeci per Appositionem efferunt, ut: *ΛΑΙ͂Σ, Ἡ μέγα ΚΛΕ͂ΟΣ, Lais, fama magna,* Strattis apud Athen. lib. XIII, pag. 589, pro *famosissima.*

Huc refer et Substantiva pro Adiectivis posita. § 42. Sic, *ὦ φιλότης*, pro, *ὦ φίλε*, apud Platonem in Phaedr. p. 228, et Aristid. pro IV viris, pag. 434 *Εἶεν, ὦ φιλότης, Esto, amice.* Similiter Herodot. Clio, pag. 32 *Πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος συμφορή, Omnis homo est calamitas:* pro, *calamitosus.* Nec absimile est Latinum illud, *scelus*, pro *scelesto.* Estque haec locutio inter Latinos, si cui alii, Phaedro utique familiarissima. Sic lib. I, Fab. 3

Nec hanc repulsam tua sentiret CALAMITAS.

et Fab. 4 *Decepta AVIDITAS demisit cibum.* Fab. 5

Sic totam praedam sola IMPROBITAS abstulit.

Pro *improbo leone.* Et passim apud eundem. Nec tamen ubique hunc idiotismum assequuntur Latini; perperam enim verba haec Graeca, *Ἀνάγκη δυοῖν θάτερον*, verteres: *Necessitas duorum alterum*, pro, *Alterutrum necesse est.* [Si quis plura huius generis exempla ex Graecis auctoribus desideret: is adeat Cel. Fischer. Observatt. ad Weller. pag. 297. Z.]

Deinde, Nomina Propria urbium, aliorumque locorum, si sunt composita ex duobus declinabilibus, Graeci disiungere saepissime solent. Sic pro *Μεγαλόπολις* dixere *Μεγάλη πόλις. Ἡλίου πόλις, Heliopolis. Κοίλη Συρία, Coelesyria. Κυνὸς κεφαλαί, Cynocephalae.* Imo disiuncta illa Nomina aliquando transpositionem patiuntur, et vocula interponitur. Sic *Συρία ἡ Κοίλη*, apud Arrian. Exp. Alex. lib. II, cap. 13. Similiter Zosim. lib. I, cap. 4 *Ἐπὶ τὴν μέσην διέβη τῶν ποταμῶν*, pro, *ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν, Transiit Mesapotamiam.* At non item hoc fit in Gentilibus inde derivatis, ut, *Ἀρεοπαγίτης, Μεγαλοπολίτης.* Sic lib. II, Machab. cap. 9, comm. 30 legimus *Σκυθοπολῖται*, cum comm. 29 mentio esset facta *τῆς Σκυθῶν πόλεως.*

De Casibus, praeter Enallagen initio huius capitis observatam, sequentia notentur. Et *primo* quidem Nominativus absolute ponitur, ubi tamen sequens vocabulum alium casum exigit, quem tunc pronominum, aut nominum aliquod, relatum ac praecedens Substantivum, adsumit. Exempla rara, nec ubivis obvia. Vide apud Philostr. de vita Apollonii Tyanensis, lib. IV, cap. 28. ubi agit de Milonis statua: *Ῥόαν δὲ*, inquit, *ξυνέχει τῇ ἀριστερᾷ, Ἡ δὲ ΔΕΞΙΑ᾽, ὀρθοὶ τῆς χειρὸς ἘΚΕΙ'ΝΗΣ οἱ δάκτυλοι. Malum Punicum sinistra tenet: dextrae vero digiti sunt recti.* Pro *τῆς δεξιᾶς δὲ οἱ δάκτυλοι.* In

καὶ τοῖς ἀνδράσιν. Dativi hic pendent a nomine ἅμιλλα propterea, quod ἁμιλλᾶσθαι cum dativo copulari solet.

quotidianis sermonibus non raro sic loquuntur nostrates: *Waar zyn regter hand, daer van waren de vingers regt.* Adde Apocalyps. Ioann. cap. II, 26 *Καὶ Ὁ ΝΙΚΩ͂Ν, καὶ Ὁ ΤΗΡΩ͂Ν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω ΑΥ'ΤΩ͂ι ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, Qui vincit et servat usque ad finem opera mea, dabo ei potestatem in gentes.* Pro τῷ νικῶντι καὶ τῷ τηροῦντι, absente αὐτῷ, vel etiam praesente, ut loquitur Idem ibid. comm. 7 *Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν* etc. Adde Daniel. cap. I, 17. Confer etiam geminum locum Exod. XXXII, init., Act. Apostol. cap. VII, 40, et Apocal. III, 21, auctorem libri Tobiae cap. VI, comm. 7. 8, Iudith. cap. XI, 9, Ies. Sirach. cap. X, comm. 22. XX, 30. XL, 29, et XLI, 14 *ΣΟΦΙ'Α δὲ ΚΕΚΡΥΜΜΕ'ΝΗ καὶ ΘΗΣΑΥΡΟ'Σ ἈΦΑΝΗ'Σ, τίς ὠφέλεια ἘΝ ἈΜΦΟΤΕ'ΡΟΙΣ;* Pro, *Τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις, τῇ τε σοφίᾳ κεκρυμμένῃ καὶ θησαυρῷ ἀφανεῖ; Quae utilitas est in utroque, nempe sapientia occulta et thesauro latente?* Qui autem vere Atticum leporem et priscam Graecorum elegantiam amant, ita non locuti sunt: ut nec inter Graecorum elegantias recensere velim nominativum ita absolute positum, ut sensus omnino pendeat. Fit hoc a recentioribus in temporum designatione. Ita in Euang. Lucae cap. IX, comm. 28 *Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους, ὡσεὶ ἩΜΕ'ΡΑΙ ὀκτὼ, καὶ etc. Factum est post hanc orationem habitam, exactis fere octo diebus, ut* etc. H. Eiusmodi constructionis ἀνακόλουθα, ubi nominativus absolutus pro dativo, sequente verbo δοκεῖν, ponitur, occurrunt multa apud Xenophontem: v. c. Cyrop. VI, 1, 31 *ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ δὲ κατάσκοπόν τινα πέμψαι — ἔδοξεν αὐτῷ ἐπιτήδειος εἶναι ὁ Ἀράσπας.* Cf. Cyrop. I, 4, 20: IV, 2, 3: VII, 5, 37: Exped. VII, 6, 37. cf. Kypkius ad Act. Apost. XX, 3. Z. § 43.

Secundo, Genitivo casu Nomen Appellativum ad praecedens (non Substantivum, sed) Adiectivum per Appositionem refertur. Ita Arrian. Exped. Alex. lib. II, cap. 15 *Εὐθυκλέα, Λακεδαιμόνιον ὄντα, ΠΟ'ΛΕΩΣ περιφανοῦς, Euthyclem natum Lacedaemone, urbe celebri.* Vbi πόλεως in secundo Casu refertur ad Λακεδαιμόνιον. Huc refer, cum pronomen, vel adiectivum, praecedens substantivum respicit, quod non additur, sed per cognatum substantivum vel verbum vel adverbium intelligitur. § 44. Vt apud Aelian. V. H. lib. XIV, cap. 15 *Καὶ τὸν Σωκράτην μὴ σαφῶς ΔΙΑΛΕ'ΓΕΣΘΑΙ· εἰ γοῦν τις ΑΥ'ΤΟΥ'Σ στρέψει, ὀρθότατα ἔχειν. Οὐκ ἐβούλετο δὲ ἄρα ἀπεχθάνεσθαι τούτοις, πρὸς οὓς ΔΙΕΛΕ'ΓΕΤΟ, καὶ διὰ τοῦτο αἰνιγματώδεις ΑΥ'ΤΟΥ'Σ παρείχετο καὶ πλαγίους. Et Socratem non perspicue disseruisse: ac si quis eius dicta inverteret, fuisse plana. Nolebat itaque his odiosus esse, inter quos disserebat, et ob eam caussam obscuras et obliquas dissertationes proponebat.* Vbi αὐτοὺς referendum ad nomen διαλόγους, quod non exprimitur, sed in verbo διαλέγεσθαι latet. Λόγους quidem in initio capitis invenitur, verum ad id nomen recurrere, interiecta longior de Pausone vetat narratio. Vid. Periz. ad hunc locum, qui similem addit ex

Sic Plat. Apol. 17 ait, ἡ ἐμὴ τῷ θεῷ ὑπηρεσία, quia verbum ὑπηρετεῖν, unde nomen ὑπηρεσία formatum est, dati-

Anton. Liberal. cap. 37 *Καὶ ἔτι νῦν Ἑλληνικὴ μὲν ἐπὰν καθορμίσηται ΝΑΥΣ, φοιτῶσι πρὸς ΑΥΤΟΥΣ οἱ ὄρνιθες, Atque etiamnum, quum Graeca navis appellit, illac aves ad eos advolant.* Αὐτοὺς dicit, cum ναῦς praecedat, intelligens ναύτας. Sic loquitur Ioannes in Euang. cap. VIII, comm. 44 de diabolo: *ΨΕΥΣΤΗΣ ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ ΑΥΤΟΥ.* Vbi τὸ αὐτοῦ non debet referri ad τὸ ψεύστης, sed a cognatum ψεῦδος, ita ut dicatur *pater mendacii.* Vide, sis, Lucian. in Nigrin. principio: *Ἡ μὲν παροιμία φησί· Γλαῦκα εἰς ἈΘΗΝΑΣ, ὡς γελοῖον ὄν, εἴ τις ἐκεῖ κομίζει γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ παρ' ΑΥΤΟΙΣ εἰσιν. Παρ' αὐτοῖς*, sc. Ἀθηναίοις, cum praecedat Ἀθήνας. *Noctua Athenas, proverbium est: quippe ridiculum sit, si quis eo noctuas apportet, quia multae sunt apud illos.* Consule omnino ibid. τὸν πάνυ Tib. Hemsterh. Adde Euang. Matth. cap. IV, comm. 23 *Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν ΓΑΛΙΛΑΙΑΝ ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς ΑΥΤΩΝ, Et obiit Iesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum.* Vbi αὐτῶν non bene refertur ad Γαλιλαίαν, sed ad cognatum gentile Γαλιλαίους. Hanc loquendi formam non nescivit Cornelius Nepos, cum ait in V. Timoth. cap. 2 *Idem classi praefectus, circumvehens Peloponnesum, LACONICAM populatus, classem EORVM fugavit.*

Similiter adiectivum respicit substantivum, quod praecedenti verbo implicite inest, apud Hom. Iliad. ψ, vs. 561

— *Ἐγὼν αὐτὸς ΔΙΚΑΣΩ, καί μ' οὔτινά φημι*
Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν·
ἸΘΕΙΑ γὰρ ἔσται.

Vbi ἰθεῖα femininum non bene respondet verbo δικάσω, sed ad cognatum substantivum δίκη referri debet. *Ipse ego*, inquit, *iudicabo, neque quemquam Danaorum puto me reprehensurum esse; meum enim iudicium erit iustum.* Vbi Eustathius pag. ed. Rom. 1316 *Τὸ δὲ ἸΘΕΙΑ, ἐλλειπῶς καὶ αὐτὸ εἴρηται· εἴληπται γὰρ ἀπὸ κοινοῦ τὸ ΔΙΚΗ ὄνομα ἐκ τοῦ δικάσασθαι ῥήματος· εἰς δὲ σαφήνειαν τῆς τοιαύτης λέξεως χρήσιμον καὶ Ἡσιόδου τὸ, Ἰθεῖαν ἔνειμαν, ἤτοι τὴν εὐθυτάτην δίκην. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ σχῆμα τοιοῦτον, ἔνθα ἑπταχῆ διαμοιρᾶται ὁ Εὔμαιος.* i. e. *Illud ἰθεῖα elliptice dictum est: assumtum est enim communi sensu nomen δίκη ex verbo δικάσασθαι. Ad huiusmodi locutionis explicationem conducit et hoc Hesiodi, ἰθεῖαν ἔνειμαν, sive τὴν εὐθυτάτην δίκην. Est et in Odyssea talis loquendi ratio.* Locum, quem respicit, invenire est lib. Ξ Odyss. vs. 434

Καὶ τὰ μὲν ἙΠΤΑΧΑ πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων·
ΤΗΝ μὲν ἴαν νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ Μαιάδος υἱῖ
Θῆκεν ἐπευξάμενος, ΤΑΣ δ' ἈΛΛΑΣ νεῖμεν ἑκάστῳ.

Et omnia quidem in septem partes dividens partitus est: unam Nymphis et Mercurio Maiae filio apposuit precatus, alias singulis distribuit. Vbi τὸ, τὴν μὲν et τὰς δ' ἄλλας respondent τῷ μοῖρα implicite intellecto in adverbio ἕπταχα: est enim ἕπταχα idem, quod εἰς ἑπτὰ μοίρας.

Huc refero, cum adiectivum respondet substantivo, non quod

vum postulat. Cf. 2 Cor. IX, 12 διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ. Latina huius generis exempla reperies apud Heusin-

praecedit, sed praecedenti composito inest. Vt cum Achilles ait apud Hom. lib. Iliad. *I*, vs. 383, de Thebis loquens Aegyptiis:

ΑΪ Θ' ΈΚΑΤΟΜΠΥΛΟΙ εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ΈΚΑΣΤΗΝ
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Quae cum centum portas habeant, per singulas ducenti viri egrediuntur cum equis et curribus. Vbi **ἑκάστην** referri debet ad nomen **πύλη**, quod in composito ἑκατόμπυλοι delitescit.

Tertio observetur Dativi Casus usus hic quadruplex. *Primus* est, quo pro Genitivo ponitur, ut: *Τῷ Ἀνδραίμονι ὁ τάφος*, pro, *τοῦ Ἀνδραίμονος*, *Andraemonis sepulcrum*, apud Paus. Ach. pag. 401. Sed et hoc cum Graecis commune habent Latini. Ita enim Virg. Aen. VI, vs. 596, de Tityo,

— Per tota novem CVI iugera corpus
Porrigitur. —

Pro, *cuius corpus*. Similiter Ovid. lib. Met. XV, vs. 46

OMNIBVS e nigro color est mutatus in album.

Pro, *omnium*.

Secundus est, quando Latine redditur per Praepositionem *Propter*, *Ob*. Ita Demosth. ep. III, p. 115 *Μνησίβουλον δὲ τῇ τοῦ βίου σωφροσύνῃ σώσαντες*, *Qui Mnesibulum ob eius vitae frugalitatem servavistis.* § 45.

Tertio Dativus, seu mavis, Ablativus *κατ' ἔλλειψιν* praepositionum adverbialiter usurpatur. Huiusmodi sunt *δημοσίᾳ*, *publice*. *ἰδίᾳ*, *privatim*. *σχολῇ*, pro *μόγις*, *aegre*, *vix*, apud Aelian. V. H. lib. IX, cap. 24. [Ad quem locum laudat Perizonius locum Suidae, qui interpretatur, *οὐδ' ὅλως*, *οὐδαμῶς*, *βραδέως*. Cf. Xenophont. Mem. III, 14, 3. Z.] *σιγῇ*, *silentio*, i. e. *attente*. Plat. Phaedr. pag. 238, lin. 29 *Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε*, *Attente igitur me audi.* Sic *δρόμῳ*, pro *δρομάδην*, apud Arrian. Exped. Alex. lib. I *Ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν*, *Induxit Alexander Agrianas et sagittarios cursim in flumen.* *Χρόνῳ δὲ*, *postea vero*, *interiecto deinde tempore*, Lucian. in Tox. pag. 621. § 46. *Ἡσυχῇ*, *quiete*, *paululum*, Herodian. I, cap. 4. *Ὑπερβολῇ*, *excellenter*, *egregie*, *supra modum*. Coniungitur cum Adiectivo apud Plut. Apophth. p. 183 fin. *Ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολῇ καλὴν φανεῖσαν*, *Sacerdotem videns forma egregie bona.* His adde Adiectivum *τοῖς ὅλοις*, *omnino*, (vernacule, *met allen*) Demosthen. pro Cor. pag. 318, lin. 40 *Τοῖς μὲν γὰρ ὅλοις οὐδὲν μέτριόν μοι δοκεῖτε ποιεῖν*, *Omnino enim nihil moderatum mihi facere videmini.* Pro eodem etiam dicebant *ἅπασι*. Vid. infra ad Sect. X, Reg. 4. Nec abludit illud Maronis, Aen. IV, vs. 337.

— Nec ego hanc abscondere FVRTO
Speravi, ne finge, fugam. —

Vbi *furto* pro *furtim*. His similes sunt Latinorum Ablativi Adverbialiter positi, *recta*, *forte*, *sponte*, *hodie*, *pridie*, *postridie*, *hac*, *illac*. Esse enim hos ablativos substantivorum, evincunt adiectiva, quando adduntur. Sic *sponte sua* frequens est. *Forte sua* dicit Virg. lib. Aen. I, vs. 381

gerum ad Vechneri Hellenol. pag. 264. Vid. Cl. Fischer. ad Weller. pag. 304. Z.] § 47.

Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
Troiae nomen iit) diversa per aequora vectos
FORTE SVA Libycis tempestas appulit oris.

Quartus usus Dativorum rarior est, quando post Substantiva sequuntur, subaudito Adiectivo ad rem apposito. Talis inprimis Thucydidi placuit, apud quem legere est: ἐπιδρομὴ τῷ τειχίσματι, *Oppugnatio muro*, pro *muri*. Supple γενομένη. Quod Clariss. Dukerus pluribus illustrat ad Thucyd. lib. V, cap. 46. Quomodo et Latinos locutos fuisse, probat Perizonius ad Sanct. Min. lib. IV, cap. 4, pag. m. 617. Vid. Sallust. B. C. cap. 32 *Neque insidiae consuli procedebant*, h. e. quae consuli erant structae. Audacius illud Horatii, construentis personam agentem cum Ablativo

— Evulsisque truncis
Enceladus iaculator audax.

Nisi mavis intelligere ablativum absolutum.

Quarto de Accusativo praeter id, quod notavimus ad Cap. I, Reg. 11 observa sequentia. Accusativo Nominis substantivi, praefixo Articulo, Graeci utuntur eleganter post Adiectivum, quod quantitatem vel qualitatem significat, ubi Latini fere duo adhibent Adiectiva, media Coniunctione *Et*. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 285, lin. 22, ubi Demosthenes vocatur τηλικοῦτος τὸ μέγεθος κόλαξ, *Tantus magnitudinem adulator*, i. e. *Tantus et ingens adulator*, vel, ut interpres, *Tam insignis adulator*. Eodem modo Isocrat. Paneg. pag. 133 Τοσαύτας τὸ πλῆθος τριήρεις καὶ τηλικαύτας τὸ μέγεθος δυνάμεις, *Tantas multitudinem triremes, et tantas magnitudinem vires*, i. e. *Tantam triremium multitudinem et tam ingentes exercitus*. Subaudiri debet Praepositio κατά. Talia sunt apud optimos scriptores frequentia. Est tamen ubi pro Accusativo Dativus invenitur, etiam non Articulo vestitus, ut apud Paus. in Arcad. *Μέγιστοι μεγέθει*, *Ingenti magnitudine*. Rarior avis est Accusativus Nominis Substantivi ita absolute positus, ut sensus omnino pendere videatur, et non indoctos viros torserit. Thucyd. lib. II, cap. 62 *ΤΟΝ δὲ ΠΟΝΟΝ ΤΟΝ* κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γένηταί τε πολὺς, καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον. Quae ita reddit interpres: *Quod autem attinet ad belli laborem [et ad vestram opinionem,] qua adducti veremini, ne sit diuturnus, nec tamen ideo magis victoriam obtineamus, vobis et illa sufficiant, in quibus iam saepe alias demonstravi, ipsum non recte suspectum esse.* Adde locum ex Act. Apost. Cap. X, 36 Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, q. d. *Οὗτός ἐστιν ὁ λόγος*. Vid. Kuhnium ad Aelian. V. H. lib. II, cap. 13. Confer Euang. Luc. cap. XXI, comm. 6 *ΤΑΥΤΑ*, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθον, *Quod attinet ad ea, quae spectatis, veniet tempus, quo lapis super lapide non relinquetur.* Additur lib. Ecclesiastic. cap. XL, comm. 2. *ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΥΣ*

SECTIO II.

De Adiectivo, Comparativo, Superlativo, Numerali.

REGVLA I.

Adiectivum neutrum sumitur eleganter pro substantivo feminino, ut τὸ σοφὸν καὶ τὸ Ἀττικὸν τῆς Ἑλλάδος γλώττης, id est, *dignitas et elegantia linguae Graecae.* Sic, τὸ δεινὸν τῆς φράσεως, *vis dictionis* [70].

αὐτῶν καὶ ΦΟ'ΒΟΝ καρδίας, ἐπίνοια προςδοκίας, ἡμέρα τελευτῆς, *Quod attinet ad cogitationes eorum et metum cordis, versatur meditatio circa diem fatalem.* [Adde Aristoph. Nub. 1113 Τοὺς κριτάς, ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι. Xen. Exped. V, 5, 19 Κοτυωρίτας δέ, οὓς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, εἴ τι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοι εἰσίν. Cyrop. II, 1, 5. Cf. Dorvill. ad Charit. pag. 642, Interprr. ad 1 Cor. X, 16, Lamb. Bos. Ellips. Gr. pag. 521, et Kuster. ad Aristoph. Plut. 55. Z.] Denique Accusandi Casus etiam Adverbialiter usurpatur, cum durationem temporis notat. Ita Arrian. Exped. Al. lib. I. pag. 31 ΧΡΟ'ΝΟΝ μὲν δὴ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες — ἡσυχίᾳ εἶχον, *Aliquamdiu porro uterque exercitus in summa fluminis ripa subsistens quiete se tenuit.* Vbi commode subaudias ποιήσαντα, nam ποιεῖσθαι χρόνον dixere pro *morari.* Ita Archimedes de Spiralibus Dositheo scribens in principio: Μὴ θαυμάσῃς δέ, εἰ πλείονα ΧΡΟ'ΝΟΝ ΠΟΙΗ'ΣΑΝΤΕΣ ἐκδίδομεν τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν, *Ne mireris, nos in horum edendis demonstrationibus aliquod tempus trivisse,* sive *aliquamdiu fuisse moratos.* Vbi suppletur ellipsis.

70 Hinc, quia hic idiotismus Graecis longe familiarior est quam Latinis, non raro ad periphrasin in versione confugiendum esse, satis ostendit elegans Thucydidis locus, lib. I, cap. 22, ubi de scriptis suis haec dicit: Ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φανεῖται, *Forsan, quod nulla in illis extant fabularum vestigia, auditu minus iucunda videbuntur.* Aliquando (sed hoc rarius) pro Adiectivo Neutro Masculinum invenies. Epict. Enchir. Τίνα οὖν χώραν ἕξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. pro τὴν πίστιν καὶ αἰδῶ. Ita vertitur: *Quem ergo locum habebo in urbe? Quem poteris, integritate et verecundia conservata.* Nisi mavis subaudire θυμόν. Donatus certe *animum, ingenium, morem* vel *institutum* intelligit in illo Ter. Eun. V, 8, 36

Non cognosco vestrum tam superbum. —

Vt et in illo eiusdem: *Antiquum obtines.* In verbis tamen Epicteti commodius subauditur Pronomen σεαυτόν. Ita enim ille eodem modo in praecedentibus: δύναμαι

II. Aliquando adiectivum diversi generis est a substantivo, cum significationis potius, quam vocis, ratio haberi debet: ut *κόριον καλλίστη*, pro *κάλλιστον*, *puella pulcerrima*. Ita Synesius *μειράκια εὐτυχεῖς* dixit pro *εὐτυχῆ*, id est *beatos adolescentes*. § 49. Quanquam interdum tota significationis ratio negligitur [71]; ut apud Xenoph. *τούτω κτήσασθαι τηρῶν ΈΜΑΥΤΟΝ αἰδήμονα, καὶ πιστὸν καὶ μεγαλόφρονα*. Vt et in verbis Plut. in Caesare pag. 734. *Ἐπεὶ τά γε ἄλλα, τῶν ἐμφυλίων αὐτῷ πολέμων πέρας ἐσχηκότων, ἈΝΕΓΚΛΗΤΟΝ παρεῖχεν*, *In caeteris, compositis bellis civilibus, inculpabilem se praestitit*: pronomen *ἑαυτὸν* intelligitur. At eo modo frequenter *ὁ νεκρὸς* substantive ponitur pro *cadavere*. Paus. in Achaicis, p. m. 399 in fine: *Ἐφέσιοι δὲ ἀνελόμενοι τοῦ Ἀνδρόκλου τὸν νεκρὸν ἔθαψαν*, *Ephesii autem sublatum Androcli cadaver sepelivere*. Et ibid. pag. 397 *Τισαμενοῦ δὲ τὸν νεκρὸν Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων*, *Tisameni autem cadaver cum Achaei Helicae sepeliverant*. Similiter nomen *ὁ νέκυς* construi, evincit locus Appian. Alex. lib. I, B. C. pag. min. 693 *Καὶ ἐφέρετο ὁ νέκυς ὁ τοῦ Σύλλα διὰ τῆς Ἰταλίας*, *Et ferebatur Syllae cadaver per Italiam*. Sed Adiectivum neutrum plurale, articulo praefixo, a nomine proprio derivatum, significat id, quod ei rei, unde deducitur, praecipue accidit. Obscura verba exemplum illustrabit: *τὰ Τρωϊκὰ*, *res Troianae*, i. e. *bellum Troianum*. Talia in auctoribus cum occurrunt adiectiva, legentem in memoriam revocare oportet, si quid illustre ei rei acciderit: e. g. *Πολλῷ ὕστερος τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος*, ad verbum: *Multo posterior Troicis natus*. Rectius: *Multo post bellum Troianum natus*. (Nam, in mentione rerum Troicarum, quid decennali bello magis nobilitatum?) apud Thucyd. lib. I, cap. 3. Sic apud Isocratem in Panegyrico, *Τοὺς περὶ τὰ Τρωϊκὰ γιγνομένους*, *Qui Troiani belli tempore vixerunt*. § 48.

Cum autem pro plurali singularis occurrit numerus, in quibusdam subauditur substantivum *πλῆθος*: qualia sunt, *Τὸ Ἑλληνικὸν*, *Graeci*. *Τὸ Ἰλλυρικὸν*, *Illyrici*. Quod et fit in appellativis: ut *τὸ βάρβαρον*, *barbari*. *τὸ ὑπήκοον*, *subditi*. *τὸ στρατιωτικὸν*, *milites*. *τὸ πεζικὸν*, *pedites*. de quibus consule Cl. Bosii Ellips. Gr. in voce *Πλῆθος*. Sic apud Romanos hos tres ordines, *senatorium* scilicet, *equestrem* et *plebeium*, Dio vocat, *ΤΟ τε βουλεῦον, καὶ ΤΟ ἱππικὸν, καὶ τὸν ὅμιλον*. Sic *τὸ κοινὸν*, *vulgus*; quod imitatur Ovid. lib. Met. XII, vs. 7.

— Coniurataeque sequuntur
Mille rates, gentisque simul
COMMVNE Pelasgae.

Ad quem locum similem citat ex Cicerone IV Verrin. Farnabius: *Statuae a COMMVNI Siciliae datae*. Nonnunquam commodius *ἔθνος* intelligitur. Ita *Τὸ Ἑλληνικὸν*, cum generaliter *Graeca gens* significatur. Integre habet Thucydides lib. I, cap. 24 *Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος*, *Taulantii barbari, Illyricum genus*. Nomen *γένος* addit Max. Tyr. Dissert. VIII, p. m. 45 *Τὸ Δωρικὸν ἐν Λιβύῃ γένος*, *Dores, qui in Libya sunt*.

71 Hoc tamen non fit extra numerum dualem. H.

τὼ ἡμέρα, pro ταύτα τὰ ἡμέρα, *hi duo dies* *. At hoc parce tirones imitentur.

[Huic regulae unum tantum exemplum subiungam, idque a sacris literis petitum, Anabaptistarum errori oppositum. Hi enim ex verbis servatoris nostri, Matth. XXVIII, 19 *Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς* etc., satis fidenter asserunt, relativum αὐτοὺς referri debere ad nomen μαθητὰς in τῷ μαθητεύσατε subintellectum; et nullo modo referri posse ad antecedens ἔθνη. Rationem addunt, quod scilicet τὸ αὐτοὺς sit masculini generis, et τὸ ἔθνη neutrius. Vid. librum Anglicano idiomate scriptum, qui inscribitur *Paedobaptismi vanitas.* Linguae vero Graecae imperiti non animadvertunt, usitatissimam esse in verbis istis enallagen sive heterosin, in qua attenditur solum τὸ σημαινόμενον (ut loquuntur Graeci), non τὸ ῥητόν. τὸ αὐτοὺς vero referri ad suum antecedens ἔθνη, ἀναντιῤῥήτως docent verba b. Pauli Rom. II, 14 Ὅταν γὰρ τὰ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. ubi τὸ οὗτοι manifeste cum τὰ ἔθνη per hanc heterosin sive enallagen concordat sensu, etiamsi genere non concordet. Apud Hom. saepissime usurpatur φίλε τέκνον. Idem etiam legitur apud Dionys. Halicarnass. [72] solutae orationis auctorem, περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, in ipso principio: Δῶρόν τοι ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, etc. ubi φίλε est masculini generis, τέκνον neutrius, et tamen bene concordant κατὰ τὸ σημαινόμενον.

Praeterea, si Anabaptistarum in hunc locum interpretatio admitti debeat, sequeretur hoc absurdi, integrae scilicet aetatis viros (masculinum solum genus) ad baptismum et doctrinam admitti oportere, et penitus excludi sexum

Hoc genus Enallages Grammaticis proprie dicitur *Synesis generum.* De genere quidem masculino, quomodo et quando tribuatur feminis. vide Cel. Ernest. ad Xenoph. Memor. II, 7, 8. Clark. ad Iliad. *E*, 778. § 50. et auctores, quos laudat Dorvillius ad Charit. p. 153 et 571. De aliis generibus huius Syneseos conf. Dorvill. lib. laud. p. 353. Wesseling. ad Diod. Sic. I. 93. XI, 25. Fischer. ad Weller. p. 299 sq. Z.

* At Attici solent constanter τὼ et τούτω etiam in feminino dicere; ut Xenoph. Cyrop. I, 2, 11 τούτω τὼ ἡμέρα: Memor. II, 3, 18 τὼ χεῖρε. Cf. Koen. ad Gregor. de Dial. pag. 304. Z. § 51.

72 Est tamen locus Homeri, qui extat Od. lib. *O*. vs. 125.

femineum et infantes, cum τὸ αὐτὸς, secundum illos, sit tantum masculini generis: hoc autem est ἐσχάτως ἄτοπον, impium, et sacris literis contrarium.

Τὸ ἔθνη vero, cum sit nomen περιληπτικὸν, non solum comprehendit utrumque sexum, sed et omnem aetatem, etiam *infantes*, quod satis apparet ex Gen. XXV, 23, ubi *infantes* adhuc in utero luctantes diserte vocat Dominus *gentes*, et per τὸ ἔθνη οἱ ό interpp. reddunt [73].]

73 Frequens et haec heterosis est apud Graecos in Articulis subiunctivis, qui cum praecedenti substantivo genere, κατὰ τὸ σημαινόμενον, conveniunt, κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν, differunt. Vt apud Dinarch. contra Demosth. p. 97, lin. 29 Ἐκεῖνοι ἦσαν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν, μὰ Δί' οὐ ΤᾺ ΤΟΙΑΥ͂ΤΑ ΚΙΝΆΔΗ, ΟἿ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν, οὐδὲ πράξουσιν, ἀγαθὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως, *Illi erant, o Athenienses, digni consultores et duces vestri, non per Iovem istiusmodi vulpeculae, qui neque quicquam egerunt, neque acturi sunt, pro utilitate reip.* Conf. Machab. lib. I, cap. V, 2 Ἐβουλεύσαντο τοῦ ἆραι ΤῸ ΓΈΝΟΣ Ἰακὼβ, ΤΟΥ͂Σ ὌΝΤΑΣ ἐν μέσῳ αὐτῶν, *Genus Iacobi, qui erant.* Pro, *quod erat.* Imitantur et Latini, ut Tibullus, si modo carmen Tibulli sit, quod est in lib. IV primum, vs. 62

Quamvis illiceret solis GENVS, APTA vel herbis,
APTAque vel cantu veteres mutare figuras.

Genus exprimitur, *filia* intelligitur. Neque a tali Generis permutatione abhorruerunt Latinae aures, ut in illo notissimo: *Pars mersi tenuere ratem.* [Huiuscemodi Graecismorum apud Latinos exempla reperies apud Cortium ad Sallust. Catil. LVI, 5 Z.] At etiam ulterius procedunt Graeci; apud quos articulus praepositivus genere neglecto substantivi appositi, cui iungitur, cum nomine praecedente convenit. Ita apud Athenaeum lib. Deipnosoph. XIII, pag. 589 Λαΐς, ἡ μέγα κλέος.

His addo: Adiectivum eleganter, sui substantivi servato quidem genere atque numero, casu tamen differens, cum substantivum pluralis numeri, Gignendi Casum assumsit. Quod constat ex Plat. Gorg. pag. 519, lin. 41 Νῦν γοῦν συχνοὺς τείνω ΤΩ͂Ν ΛΌΓΩΝ, pro τοὺς λόγους, *Nunc itaque longos produco sermones.* Sic apud Aelian. V. H. lib. I, cap. 12 Τὰ λοιπὰ τῶν σπερμάτων. Talia sunt et Latinorum: *Convexa vallium; alta montium; opaca locorum.* Substantivo vero necessario praemittendus est articulus, ne perperam dicamus συχνοὺς λόγων. § 52. Est et ubi ne genere quidem convenit; sed nulla eius ratione habita in neutro genere ponitur. Ita Thucyd. lib. III, cap. 82 in fine: ΤᾺ δὲ ΜΈΣΑ ΤΩ͂Ν ΠΟΛΙΤΩ͂Ν ὑπ' ἀμφοτέρων διεφθείροντο, *Medii cives* (h. e. qui neutram partem sequebantur) *ab utraque factione perdebantur.* ubi Schol. Ἤγουν, οἱ μέσοι πολῖται. et Aristid. Serm. Sacr. pag. 505 Οἱ γὰρ φίλοι, ΤᾺ ΠΡΩ͂ΤΑ ΤΩ͂Ν τότε ἙΛΛΉΝΩΝ ὄντες, ἀπήντων ἀεί, *Amici enim Graecorum tunc*

III. Adiectivum neutrum, intellecto fere verbo substantivo, eleganter cum omni genere numeroque coniungitur: ut χρησιμώτατον ἡ νηστεία πρὸς τὴν σωφροσύνην, id est, *ieiunium ad conservandam temperantiae virtutem potentissimum est*: sic, ἐνεργητικώτατον αἱ πρὸς θεὸν εὐχαὶ, *nuncupatae Deo preces potentissimae sunt*, pro χρησιμωτάτη, et ἐνεργητικώταται [74].

IV. Genitivus, praesertim adiectivorum [75] neutrorum in plurali, pro nominativo singulari neutro, Attice usurpari solet. Demosthenes II Olynth. Ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, *Turpe enim est*, seu potius *turpis-*

principes, invisebant me continuo. Pro, οἱ πρῶτοι. Potest subaudiri μέρη, ut constet syntaxis. Insolentius hoc in genere illud Propertii lib. III, el. 7, vs. 7

> *OMNIA non pariter RERVM sunt omnibus apta.*

neutrum constructum invenies apud Aristoph. in Acharn. vs. 1115

> Πότερον ἈΚΡΙ´ΔΕΣ ἭΔΙΟ´Ν ἐστιν ἢ ΚΙ´ΧΛΑΙ,

Vtrum locustae an turdi suavius sit: pro *suaviores sint.*

74 Intellige Substantivum χρῆμα. [Adde: modo πρᾶγμα, modo ἔργον, modo ζῶον. Z.] Qualia sunt tritissima illa apud Latinos: Virg. Ecl. III

> *Triste lupus stabulis.* —

Et ibidem:

> *Dulce satis humor.* —

Et Ovid.

> *Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

Simili modo nomini feminini generis subiungit articulum neutrius generis Theognis vs. 317

> Ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα
> ΤΗ͂Σ ἈΡΕΤΗ͂Σ τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ ΤΟ` μὲν ἔμπεδον αἰεὶ,
> Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει,

Sed nos cum illis non permutabimus virtute divitias, quandoquidem illa semper firma est, opes vero alias alius habet. Aliquando χρῆμα additur. Vid. infra, Sect. XIII, init. Cum plurali numero singulare

75 Imo cuiusvis Generis, ut et Substantivorum. Masculini exemplum est apud Plut. in Vit. Cic. pag. 867, lin. 30 Ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ὑπὸ Σύλλᾳ στρατευσαμένων, *Virum nobilem, qui sub Sylla meruerat.* Feminini, ibid. pag. seq. Φουλβία, γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν, *Fulvia, mulier nobilis.* Pro ἐπιφανής. Atque adeo hoc idioma in nulla alia re consistit, quam in defectu voculae τὶς, de quo vide infra, Sect. XI, Reg. 11. Substantivi, apud Plat. Theaet. pag. 201, lin. 3 Οὐκοῦν τοῦτό γε βραχείας σκέψεως; *Hoccine est brevis disquisitionis? vel, Hoccine brevem disquisitionem postulat?* Supple ἔργον. id quod nonnunquam additur. Plena oratio invenitur apud Isocrat. in Nicocl. pag. 68 Ἅπαντα γὰρ ταῦτα σωφροσύνης ἔργα καὶ δικαιοσύνης ἐστὶν, *Omnia enim haec temperantiae et iustitiae opera sunt.* Sed et hoc cum Graecis commune habent Latini. Ita Cicero pro Deiot. in fine: *Quorum alterum optare, illorum CRVDELITATIS est:*

simum: verbatim, *est rerum turpium*, subaudiendo τὶ: sic, ἔστι δὴ τῶν πάνυ θαυμαστῶν, ἐς τοσοῦτον προχωρῆσαι τῆς παιδείας, id est, *summa dignum est admiratione, tantos in doctrina fecisse progressus.*

V. Quaedam Comparativa laudem significantia genus aliquod involvunt excellentiae vel difficultatis, ad quam id, quod gignendi casu coniuncto significatur, aspirare non potest; ut τοῦ λόγου κρείττων, *oratione melior*, id est, *excellentior, quam ut oratione celebrari pro dignitate possit* [76]:

alterum conservare, CLEMENTIAE TVAE. Et in tertia Catilinaria cap. 8 *Quod vix videtur HVMANI CONSILII tantarum rerum gubernatio esse potuisse.* Corn. Nep. in vita Attici, cap. 13 *Non mediocris est INDVSTRIAE.* Tale est illud Sallustii, B. I. cap. 3 *Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quaerere, EXTREMAE DEMENTIAE est.* Alio sensu Graecis magis proprio dicitur quis εἶναι τοῦ λέγοντος, qui vel *ipse* aliquid *dicit*, vel *verbis dicentis persuadetur.* Qua de re vide infra Cap. V, Sect. 6, Reg. 13. Est et alius genitivi usus, quando pro cognato adiectivo ponitur, ut ἔργον ὕβρεως pro ὑβριστικὸν, apud Solonem:

Οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὝΒΡΙΟΣ ἜΡΓΑ πέλει.

Neque enim opera mortalium iniuriosa durant diu.

76 Exemplum habet Athenaeus lib. XIII, Deipnos. p. 588 Ὅτι δὲ καλλίστη εἴη καὶ στέρνα ΚΡΕΙΤΤΩ ΛΟΓΟΥ παντὸς ἔχοι, ἔλεγεν, *Fuisse eam pulcerrimam, et pectore pulcriore, quam ut dici queat, dixit.* Eodem modo dicitur aliquid κρεῖσσον ἐλπίδος, quod *maius est, quam ut sperari queat.* Paus. in Boeot. pag. 563 Ὡς ἑλεῖν τὸν Κερησσὸν σφισὶ πειρωμένοις ἐφαίνετο ἘΛΠΙΔΟΣ ΚΡΕΙΣΣΟΝ. § 53. Verbatim: *Cum capere Ceressum ipsis tentantibus videbatur spe praestantius*, i. e. *Cum capere desperarent.* Eodem modo Cicero dicit, lib. VII, ep. 6 ad Att. *Est illa quidem impudens postulatio, OPINIONE VALENTIOR.* Alio sensu dicitur quis κρείσσων χρημάτων, qui, cum opes possideat maximas, ita se parat, ut iis non serviat, sed imperet. Aristid. pro IV vir. p. 197 ΧΡΗΜΑΤΩΝ τοίνυν τοσοῦτον γενέσθαι ΚΡΕΙΤΤΟΝΑ, *Pecuniae itaque eum adeo imperasse.* Et pag. 290. Παντὸς ΚΕΡΔΟΥΣ ΚΡΕΙΤΤΩ παρέχειν ἑαυτόν. Verbatim: *Omni lucro se praebere praestantiorem*, sive, *Talem se praestare, qui omne lucrum aspernetur.* Contra ἥσσων χρημάτων, ἥσσων γαστρὸς dicitur, *qui a pecunia, a gulositate in servitutem rapitur.* Aelian. V. H. lib. X. cap. 9 init. Φιλόξενος λίχνος ἦν καὶ ΓΑΣΤΡΟΣ ἭΤΤΩΝ, *Philoxenus gulosus erat et ventri deditus.* Sic in Orat. Aristid. modo citata, pag. 243, ubi κέρδους ἥττων est *lucro deditus.* Et Plutarch. in Mario pag. 413, lin. 18. Lusius dicitur ἥττων μειρακίων καλῶν, *adolescentium impotenti amori deditus.* Vtrumque κρείττονα et ἐλάττονα non ineleganter iungit Heliod. Aethiop. lib. V, cap. 4 de Theagene, qui amore captus decori fere fines trans-

κρείττων ὀργῆς, vel ἐπιθυμίας, *iracundia* vel *cupiditate melior*, id est, *moderatior, quam ut vel cupiditate, vel iracundia vinci possit*: κρείττων ἀπειλῶν, καὶ λόγου στεῤῥότερος, id est, *constantior, quam ut minis terreri, aut verbis decipi queat.*

VI. Aliquando tamen Comparativus laudem sonans probro vertitur: ut apud Aristotel. Κρείττων τῆς παιδείας, *Eruditione melior*, id est, *in scelere constantior, quam ut praeceptis ullis inde abduci possit*[77].

VII. Contrario sensu usurpatur ἥττων, et ἐλάττων: dicitur enim ἥττων πάθους, *calamitate minor*, qui ab ea vincitur. Plut. Pompeio[78]: Ταῦτα λέγοντες, ἄνδρα δόξης ἥττονα, καὶ πρὸς τοὺς φίλους αἰδοῦς, τὸν Πομπήϊον ἐβιάσαντο, *Hac illi oratione Pompeium, qui hominum de se opinioni, suoque erga familiares ac necessarios pudori facile succumberet, pepulerunt.*

VIII. Caeterum ea Comparativa aliquando, loco genitivi, cum accusativo iunguntur, et praepositione κατὰ[79], vel πρός· ut ἐλάττω, ἢ πρὸς τὸ κατόρθωμα, νομίζων εἶναι τὴν δόξαν, pro τοῦ κατορθώματος, *gloriam facinore minorem existimans.* χαλεπώτερον ἢ κατὰ, vel πρὸς ἄνθρωπον, *difficilius, quam ut humanis viribus ferri, vel obtineri possit.* Quo sensu male diceretur, ἀνθρώπου χαλε-

grediebatur: Ὁ δὲ, inquit, οὐ χαλεπῶς ἐπανήγετο, καὶ σωφρονῶν ῥᾳδίως ἠνείχετο, ἜΡΩΤΟΣ μὲν ἘΛΑΤΤΩΝ, ἩΔΟΝΗΣ δὲ ΚΡΕΙΤΤΩΝ γιγνόμενος, *Ille quidem haud difficulter retrahebatur, et ad moderationem facile revocabatur, amore quidem victus, sed libidinis pruriginem reprimens.*

77 Huc refer illud Thucyd. lib. II, cap. 50 init. ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΛΟΓΟΥ ΤΟ εἶδος τῆς νόσου, *Genus morbi atrocius, quam ut oratione exprimi possit.* Hoc tamen non adeo mirum videbitur tironibus, si observent, vocabulum κρείσσων, quod natura sua significat *valentior*, tum in bonam, tum in malam partem accipi posse pro natura Genitivi, quem post se habet. Sic νόσος κρείττων φαρμάκων dicitur *morbus nulla sanabilis arte*, seu verbatim, *praestantior medicamine*, i. e. *valentior.* Apposite Ovid.

— *Docta plus valet arte malum.*

Graece:

— Νόσος κρείττων ἐστὶν ἀκεστορίης. § 54.

78 Pag. 655, lin. 4.

79 Scilicet in significatione τοῦ *secundum*: nam quando κατὰ tempus notat, alia est ratio; v. c. Paus. Achaic. p. 399, lin. 14 Τὸ ἱερόν ἐστιν ἈΡΧΑΙΟΤΕΡΟΝ Ἢ ΚΑΤΑ τὴν Ἰώνων ἐςοίκησιν, *Templum iam ante Ionum commigrationem conditum est.*

πώτερον, recte τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως, *humana facultate*[80].

IX. Aliquando idem genitivus per infinitivum resolvitur: ὡς ἔγνωσαν κρείττους ὄντας τοὺς πολεμίους, ἢ ἁλῶναι, pro τῆς ἁλώσεως, id est, *ut cognoverunt, fortiores esse hostes, quam ut vinci capive possent*[81].

X. Alius est Comparativi usus, a quo Latini prorsus abhorrent, cum genitivus Comparativum sequitur, licet alius casus praecesserit: ut, ταῖς τῶν μάλιστα τῷ φρονεῖν διαφερόντων ἁπλαῖς φάσεσι προςέχειν δεῖ οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, ait Aristot. pro ἢ ταῖς ἀποδείξεσιν, id est, *Nihilo minus est nudis sapientum dictis, quam evidentissimis argumentis, adhibenda fides.* Sic, δικαιότερον εὖ ποιεῖν τοὺς οἰκείους τῶν ὀθνείων, pro ἢ τοὺς ὀθνείους, id est, *aequius est domesticis beneficia conferre, quam alienis.* In his et similibus ne Genitivus occurrens, etsi a Comparativo paulum aliquando remotior, sensum perturbet, videndum, an praecedat Comparativum aliquod, tumque Genitivus ille reddendus erit per *quam*, et eum casum, quem verbum Latinum postulabit, ut patet ex superioribus exemplis[82]. § 55.

80 Ita apud Demosth. epist. III, pag. 114 prope finem: Εἰ δὲ Μοιροκλῆς ἀποκρίνεται, ταῦτα μὲν σοφώτερα, ἢ καθ' ἑαυτὸν, εἶναι, *Si vero Moerocles respondet, haec quidem esse argutiora, quam ipse intelligat.* Praepositionem κατὰ in hac acceptione posse omitti, conatur probare Sylburgius ad Pausaniae locum, qui extat in Messeniacis pag. 244, lin. 18 Ἀριστομένην δὲ ἔργα φασὶν ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα. (Vlterius ille non habet.) Huius sententiae sensum hunc esse ait: *Aristomenem talia edidisse facinora, quae hominis vires maxima ex parte superarent.* Et vult, ante ἄνδρα subaudiri praepositionem κατά. Si haec omnino essent Pausaniae verba, potuisset vera coniicere: sed viri diligentiam effugerunt verba sequentia; nam sensus non est absolutus, et accusativus ἄνδρα non regitur a subaudita praepositione κατά, sed omnino dependet a sequentibus, εἰκὸς ἦν. Ita enim ait Pausanias: Ἀριστομένην δὲ ἔργα φασὶν ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα ἕνα εἰκὸς ἦν. Id est: *Aristomenem, aiunt, maiora*, sive, *plura edidisse facinora, quam unum virum verosimile erat*, scil. *facturum fuisse.*

81 Huic infinitivo praecedit particula ὡς. Aristid. ad Capitonem, pag. 529 Εἴτε τι καὶ κρεῖττον ἐν τοῖς λόγοις ἔνεστιν, ἢ ὡς τοῦτο τὸ ἆθλον πρέπειν αὐτοῖς, *Sive melius quid nostrae orationi insit, quam ut hoc praemium mereatur.*

82 Non minus a Latinorum consuetudine abhorret, cum Comparativus post se habet Genitivum unicae vocis, quae per totam sententiam reddi debet. Estque ille Genitivus Substantivi, quod est Subiectum dicti vel pro-

XI. Accidit non raro, maximeque apud Atticos, ut Genitivus ille nonnihil a Comparativo remotior obscuriorem sensum efficiat. Vbi ergo talis Genitivus occurret, qui dubitationis aliquid afferat, vide continuo, num Comparativum aliquod, aut etiam Superlativum praecedat, quo referri possit. Demosth. pro Cor.[83] Ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος, ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης, ubi τῆς εἰρήνης regitur a Comparat. ἀφθονωτέροις, et εὐωνοτέροις, id est, *Bellum enim, quod tum incumbebat, praeterquam quod* (id enim valet ἄνευ) *illustrem gloriam afferebat, in maiore nos rerum ad vitam pertinentium abundantia, et annonae vilitate, quam praesens ista pax, constituebat*[84].

verbii alicuius, quod fertur in primis. E. g. ita Theophrastus περὶ Ἀρεσκείας· Φησὶ ΣΥΚΟΥ ὉΜΟΙΟΤΕΡΑ [sc. τέκνα] εἶναι τῷ πατρί. Verbatim: *Ait, liberos patri esse similiores fico*, h. e. *Ficum non tam similem fico esse, quam filios patri.* Est autem proverbium: Σῦκον σύκῳ οὐδὲν ὁμοιότερον, *Ficus fico non similior est.* Videndum tamen tironibus, ne hac βραχυλογίᾳ utantur, nisi in illis dictis vel paroemiis, quae in omnium ore versantur, et cuivis adeo notae sunt, ut, si vel unicam voculam audiunt, caetera facile coniiciant. Quae nisi cautio adhibeatur, in obscurum aenigma abibit oratio.

83 Pag. m. 325.

84 Comparativorum doctrinae adde sequentia. Nonnunquam comparativus pro superlativo ponitur, ut in Euang. Matth. cap. XVIII, 4 Οὗτός ἐστιν ὁ ΜΕΙΖΩΝ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, *Hic est maximus in regno coelorum.* Ubi μείζων pro μέγιστος. Confer 1 Cor. XIII, 13. Nec absimile illud Virgilii Aen. I

Pygmalion, scelere ante alios
IMMANIOR omnes.

Vbi comparativus pro superlativo ponitur, quidquid contra putat H. Steph. ad Corinth. p. 40, *in Latino sermone hunc comparativi usum apud ullum ex classicis scriptoribus vix inveniri*: cum autem *vix inveniri se putare* dicat, addit tamen, *sicubi apud eorum quempiam inveniatur, non immerito suspectam sibi librarii fidem esse.* § 56.

Contra pro comparativo quandoque superlativum invenies, qui ritu comparativorum genitivum post se habet. Ita in Euang. Ioan. I, 15 Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι ΠΡΩΤΟΣ ΜΟΥ ἦν, *Qui post me venit, antevertit me, quia prior me erat.* pro πρότερος. confer vs. 30. Quae syntaxis etiam servatur in adverbiis; nam, sicut dicitur πρῶτός μου, ita etiam dicitur πρῶτόν μου. Id. cap. XV, 18 Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ ΠΡΩΤΟΝ ὙΜΩΝ μεμίσηκεν, *Si mundus vos odit, scitote, cum me prius quam vos odisse.* Comparativi vis ex particula ἤ cognoscitur in libr. III Machab. VII, 21 ΠΛΕΙΣΤΗΝ Ἢ ἔμπροσθεν ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐξου-

XII. Superlativus etiam usum habet Latinis ignotum, et cum pronomine reciproco iungitur, ideoque per *superandi* verbum latine reddi solet: ut κατ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν ἑαυτοῦ ἐλλογιμώτατος ἐγένετο, id est, *in eo argumento tractando se ipsum eloquentia superavit*[85]: id quod etiam

σίαν ἐσχηκότες, *Plus potestate quam antea in hostes valentes.* § 57. Est quoque, ubi positivus invenitur pro comparativo, qui ex sequenti particula ἢ intelligendus est [sc. ob ellipsin μᾶλλον. Z.]: ut Marci IX, 45 ΚΑΛΟ'Ν ἐστί σοι εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, Ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, *Melius est tibi ingredi in vitam claudo, quam duos pedes habenti in gehennam coniici.* Simile huic illud Phocylidis:

> ΚΑΛΟ'Ν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
> Ἢ πλείσταις, δολίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.

Satius est hospitem excipere tenuibus dapibus statim, quam subdole tergiversando praeter tempus plurimis. Cf. Marc. l. c. comm. 47, et quod infra dicetur in βούλομαι ἢ, Cap. VII, Sect. 8, Reg. 5. Est et ubi contra pro positivo comparativus ponitur, quod frequentissimum est in πρεσβύτερος, γεραίτερος, νεώτερος, de quibus abunde H. Stephanus in lib. de Dialect. pag. 38. § 58.

85 Vel praemisso genitivo ἑαυτοῦ alio pronomine αὐτὸς, utrumque prima fronte abundare videtur, et in Latina versione haud raro omittitur. Sed, si ad vim locutionis respicitur, habet aliquid, quod Latini vix ac ne vix quidem exprimere possunt. Ita Herodot. Euterp. cap. 124 Ὕψος δὲ, τῇ ΎΨΗΛΟΤΑ'ΤΗ ἐστιν ΑΥ'ΤΗ' ἙΑΥΤΗ'Σ, ὀκτὼ ὀργυιαί, *Altitudo vero, qua parte est altissima, octo passuum.* Proprie *Altissima* vel *altior se ipsa.* Ad hunc loquendi morem Belgae proxime accedimus, cum dicimus, *Daar zy op haar hoogst is*, pronomine ἑαυτοῦ patrio more in possessivum mutato. Huic adde Aeschin. Socr. dialog. de Divitiis, ubi vergit ad finem: Ὅταν ἄρα ΑΥ'ΤΟΙ' ΑΥ'ΤΩ'Ν, τυγχάνωμεν ΦΑΥΛΟ'ΤΑΤΑ διακείμενοι, *Cum itaque nos quam pessime habemus.* et paulo post: Ὥςπερ ΑΥ'ΤΟ'Σ ΑΥ'ΤΟΥ' τότε φαίνεται ΒΕ'ΛΤΙΣΤΑ ἔχων, *Vt ipse sibi tunc videtur quam optime habere.* Estque huius idiomatis plenissima gratia, quando compluribus alicuius virtutibus vel vitiis enumeratis, in illo, quo maxime inter omnia excellit, dicitur αὐτὸς ἑαυτοῦ φαυλότατος, κάλλιστος, χρησιμώτατος etc. Ita de Aristodemo Plutarchus de virt. mul. pag. 261 Ἐκ δὲ τούτου γενόμενος τύραννος ἦν μὲν ἐν ταῖς περὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐλευθέρους ἀδικίαις ΑΥ'ΤΟ'Σ ἙΑΥ'ΤΟΥ' ΜΟΧΘΗΡΟ'ΤΑΤΟΣ, *Hinc ut factus tyrannus est, iniuriae, quas in mulieres puerosque ingenuos patrabat, omnia illius superabant flagitia.* Est ubi pronomen αὐτὸς desideratur. Egregium exemplum habet Arrianus lib. III, de Exped. Al. cap. 4. de fonte apud Hammonem, qui meridie aquas habet frigidissimas, vergente ad occasum sole, calidiores, a vespera ad mediam usque noctem, multo calidiores: μέσων δὲ νυκτῶν [τὸ ὕδωρ ἐστὶν] ἙΑΥΤΟΥ' ΘΕΡΜΟ'ΤΑΤΟΝ, *Media vero nocte calidissima est aqua.* H. § 59.

per adverbium superlativi gradus in α desinens, eleganter exprimitur, ut αὑτοῦ τάχιστα ἔδραμεν, id est, *se ipsum cursus velocitate superavit.*

XIII. De numeralibus sex praecipue notanda sunt. Primum est, ἐλλείψει quadam Attica Genitivum absolute usurpari, alio nomine subintellecto, ut ἕν, vel θάτερον. Sic Thucyd. lib. I, pag. 25 *Μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κα-*

His in exemplis genitivus explicari potest recte ita, ut statuamus, superlativum loco comparativi esse positum. Certe hanc sententiam defendit Cel. Ernestius ad Xenoph. Mem. I, 2, 46, ubi est, δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα, h. e. *in hoc genere te ipse superabas.* Conf. Markland. ad Maxim. Tyr. Diss. XXIII, pag. 437. Z.

Idem pronomen eodem modo cum Comparativo constructum perquam scitam habet elegantiam, cuius pulcrum quaere exemplum apud Thucydidem, lib. III, cap. 11 *Ὅσον ΔΥΝΑΤΩΤΕΡΟΙ ΑΥΤΟΙ ΑΥΤΩΝ ἐγίγνοντο.* Verbatim: *Quo potentiores se ipsis facti sunt,* i. e. *Potentiores quam unquam ante fuerunt.* Nam cum antea fuissent iidem, non quidem κατὰ τὸ ποιὸν, sed κατὰ τὸ τί, hinc eleganter dicuntur potentiores iis, qui antea fuerant, i. e. se ipsis. Ita rogat Socrates Plat. lib. IV de Rep. pag. 421 *Πλουτήσας χυτρεὺς ἀργὸς καὶ ἀμελὴς γενήσεται ΜΑΛΛΟΝ ΑΥΤΟΥ ΑΥΤΟΥ;* *An figulus, qui dives evasit, non fiet se ipso pigrior et negligentior?* i. e. pigrior, quam ante fuerat. § 60.

Caeterum pro superlativi terminatione in ότατος etc. aliquando integrae dictioni praefigitur particula ζα, ut ζάπλουτος, *ditissimus,* apud Herodot. Clio. cap. 32 *Πολλοὶ μὲν γὰρ ΖΑΠΛΟΥΤΟΙ ἀνθρώπων ἀνόλβιοί εἰσιν, Multi enim hominum ditissimi infelices sunt.* De aliis praefixis, qualia sunt, ἵππος, βοῦς, πᾶν, vide infra Sect. V, Reg. 1. Pro superlativo μέγιστος non semel Pausanias habet, μεγέθει μέγας vel μέγιστος, ut in Corinthiacis, p. 103 *Κήτους ὀστοῦν μεγέθει μέγα, Balaenae os maximum,* sive, *ingentis magnitudinis.* H.

Quemadmodum vel necessitate vel alia quadam causa commoti Graeci ad Comparativum efficiendum addunt Positivo μᾶλλον, v. c. μᾶλλον παντοδαπά, Aesch. Dial. II, 39, et μᾶλλον φανερόν, ibid. II, 37; ita ad Superlativum circumscribendum a) Positivo iungunt particulam μάλιστα, ut apud Charit. pag. 7 εἰμί σοι μάλιστα εὔνους: b) alias particulas, magnitudinem et excellentiam aliquam significantes, ut πάνυ, πάντως, παντάπασι, μάλα, λίαν, μέγα, ἄγαν, κάρτα, πάμπαν, κομιδῇ, ἰσχυρῶς, τῷ ὄντι, σφόδρα, πολλοῦ, ὑπερφυῶς, εἰς τὰ ἔσχατα μάλα σοφός, Xen. Lac. Rep. I, 2, etc. c) nomen substantivum aliquod, ut μεγέθει, ὑπερβολῇ, v. g. μεγέθει μέγας apud Pausaniam, vid. ante Hoogev. et ὑπερβολῇ καλή, ap. Plutarch. in Apophth. d) idem nomen bis ponunt, ut Aeschyl. Suppl. 532 *Ἄναξ ἀνάκτων, Rex praestantissimus.* Conf. Fischer. ad Veller. Grammat. p. 152, inprimis Staver. ad Nep. Ages. cap. 2. Z.

κῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι, verbatim, *Nec duorum occupare errent,* id est, *nec altero e duobus excidant*; ubi δυοῖν pro δυοῖν θάτερον ponitur, *neu calamitate nos afficiant, neu se ipsos tutiores efficiant.*

Secundum est, quod Latini exprimunt per *unde*, et *duode*, id a Graecis per participium verbi δέω, cum eo numero qui deest, significare. V. c. *undeviginti annos natus,* Graece duobus modis exprimi potest; uno quidem, per Genitivum absol. ἔτη γεγονὼς εἴκοσι, ἑνὸς δέοντος, id est, *annos XX natus uno deficiente,* pro *undeviginti annos;* altero, per Participium cum nomine conveniens, a quo Genitivus regatur numeri, qui deest: ut, ἔτη γεγονὼς εἴκοσιν ἑνὸς δέοντα[86].

86 Prioris exemplum habet Demosthenes adversus Leptinem, pag. 371 Πεντήκοντα, ΜΙΑ῀Σ ΔΕΟΥ῍ΣΗΣ, ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις, *Quadraginta novem captivas abduxit triremes.* Alterius Thucydid. lib. II, cap. 2 Ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα, ΔΥΟΙ῀Ν ΔΕΟ῍ΝΤΑ, ἔτη ἱερωμένης, *Tempore, quo Chrysis duodequinquagesimum sacerdotii annum Argis agebat.* Vbi obiter nota, praepositionem tempus significare, ut suo loco dicam. Eodem modo eius compositum ἀποδέων construitur. Lucian. in Macrob. pag. 831 Περὶ ἔτη, ἑνὸς ἀποδέοντα, ἑκατὸν γεγονώς, *Natus annos circiter nonaginta novem.* Fit tamen, ut idem participium diversam ab his structuram sequatur, et conveniens cum persona praecedenti regat secundum casum numeri, non qui deest, sed cui quid deest. E. g. ita Arrian. de Exp. Al. I, 15 Ξένοι πεζοὶ μισθοφόροι ὀλίγον ἈΠΟΔΕ῍ΟΝΤΕΣ ΔΙΣΜΥΡΙ῍ΩΝ, *Peregrinorum peditum conductitiorum circiter viginti millia.* Similem syntaxin habet participium λείπων, ut apud Polybium, lib. V Πεζοὶ οὐ πολὺ λείποντες μυρίων, *Peditum fere erant decem millia.* Atque haec quidem sufficiant de numero, qui deest. Numerus autem, qui superest, praeponitur numero rotundo in sexto casu posito, praecedente praepositione ἐπί. Sic Pausanias Eliacorum libro posteriori, pag. 352 ΔΕΥΤΕ῍ΡΑι Ὀλυμπιάδι ἘΠΙ῍ ΤΑΙ῀Σ ἙΚΑΤΟ῍Ν, *Secunda Olympiade supra centum.* Pro, *Oympiade centesima secunda.* Vbi obiter observa, numerum principalem poni pro ordinali, ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, pro ἐπὶ τῇ ἑκατοστῇ. Estque haec constructio inprimis frequentissima in numerandis mensium diebus. Ita enim in Calendario: Τρίτῃ ἐπὶ δεκάδι, *Decimo tertio die,* Ἑβδόμῃ ἐπὶ εἰκάδι, *Vigesimo septimo,* et sic deinceps. Pro praepositione ἐπὶ etiam utuntur coniunctione καί, quae simul efficit, ut numerus minor ex ordinali vertatur in principalem. Ita Herodotus lib. V narrat, Atheniensibus ab oraculo imperatum fuisse, ut ab Aeginetis lacessendis triginta annos abstinerent, sed τῷ ἙΝΙ῍ ΚΑΙ῍ ΤΡΙΑΚΟΣΤΩ῀Ι ἄρχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου. Pro πρώτῳ καὶ τριακοστῷ. *Trigesimo primo anno belli contra Aeginetas initium face-*

XIV. Tertium est, Latinum *semi*, quod numeros integros sequitur, Graece per numerum integrum exprimi, sequente nomine pecuniam significante, et cum ἡμὶ ἐκ τοῦ ἥμισυ, ἀποκοπῇ, composito: v. c. *duo talenta cum dimidio*, Graece, τρίτον ἡμιτάλαντον· quod verbatim sonat, *tertium semitalentum:* sic, *quatuor drachmae cum dimidia*, πέμπτον ἡμίδραχμον, *quinta semidrachma*[87].

XV. Quartum est, numeralia in αῖος usurpari solita ad significandum dierum intervallum, quo quis aliquid fecerit: ut, ἀπὸ τῶν Παρισίων ὁρμηθεὶς ἐς τὴν Ῥοτόμαγον τριταῖος ἀφίκετο, *Parisiis profectus triduo Rotomagum pervenit*[88].

rent. plane ut nos vernacule loquimur, siquidem numerus rotundus centenario minor est. Ita enim: *het een en dertigste jaar*, non autem: *het eerste en dertigste.* Sic lib. I Machab. cap. VII init. Ἔτους ἙΝΟΣ ΚΑΙ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΥ ΚΑΙ ἙΚΑΤΟΣΤΟΥ ἐξῆλθε Δημήτριος, *Anno quinquagesimo primo supra centesimum egressus est Demetrius.* Non constat tamen, dixisse Graecos, δυοῖν vel τριῶν καὶ πεντηκοστοῦ ἔτους. *Vno et vicesimo libro* dixit Gellius XIII, 12. Qua de re dignus est, qui consulatur I. Vorstius de Lat. fals. suspecta, cap. 27. Vid. et Gruter. ad Cic. Verr. III, 70. Mira hoc in genere est Graecorum βραχυλογία, quam observavit Casaubonus ad Theophrastum; qua numerus maior omnino subaudiendus relinquitur. V. g. Ἔτη ἑκκαίδεκα ἀπεδήμησε· τῷ δὲ ἙΒΔΟΜῼ ἐπανῆλθεν. Pro τῷ ἑβδόμῳ ἐπὶ δέκα, vel τῷ ἑβδόμῳ καὶ δεκάτῳ, *Sedecim annos peregrinatus est, septimo autem* [*et decimo*] *rediit.* Denique numerum principalem Graeci iungunt adverbiis ex numero ortis. Sic in Euang. Matth. XVIII, 22 Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλὰ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, *Non dico tibi usque ad septies, sed usque ad septuagies septem.* Pro, *septuagies septies.*

87 Nos admodum feliciter: *derd' half, sesd' half*, q. d. *derde hall*, etc. Hesych. Τέταρτον ἥμισυ, τὸ τέταρτον ἡμιστάτηρον.

88 Vide Herodot. in Erat. cap. 106 ΔΕΥΤΕΡΑΙΟΣ ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ. Vbi fallitur interpres vertens: *Iterum Athenis egressus Spartam pervenit.* Verti enim debet: *Postridie quam Athenis egressus est:* ut Stephanus recte corrigit. Ad verbum: *secundanus ex Atheniensium urbe fuit Spartae.* Arrian. Exped. Alex. I, 1 Λέγουσιν, ὅτι ΔΕΚΑΤΑΙΟΣ ἀφίκετο ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Αἶμον, *Aiunt, cum pervenisse ad montem Aemum decimo post die, quam profectus erat.* Caeterum, quo verbo Latine adiectivum illud numerale circumscribendum sit, locus ipse et rei circumstantia suppeditabit. Ita de Lazaro Martha apud Ioan. Euang. cap. XI, 39 Ὄζει ἤδη· ΤΕΤΑΡΤΑΙΟΣ γάρ ἐστιν, *Olet iam; nam quartus hic est dies, ex quo sepultus* vel *mortuus est.* § 61. Sic interrogative, ποσταῖος; *quoto die?* Vt Cyrus rogat apud Xe-

XVI. Quintum est, rarius quidem, aliquando tamen, vocem numeralem secum involvere significationem adverbii *ante*, seu *prius*, quam res aliqua adveniat. Plutarch. in Alexandr. *Αὐτὸς ἡμέρᾳ τρίτῃ κατὰ τοὺς ὕπνους εἶδεν ὄψιν ἄτοπον*, *Ipsimet Alexandro, die tertio*, id est triduo, *antequam ab eo Clitus interficeretur, in somnis foeda species oblata erat*[89].

XVII. Sextum est, spatium temporis, seu numerum dierum, mensium, annorum, quo aliquid fiat, in gignendi[90] casu poni solitum. Demosthenes pro Corona: *Ἐξὸν ἡμερῶν δέκα, μᾶλλον δὲ τριῶν ἢ τεττάρων, εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφῖχθαι*· id est, *Cum liceat dierum decem, imo trium quatuorve spatio, ad Hellespontum pervenire.* Ibid. *Ἀκούσεσθε δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν*, id est, *Audietis intra duos tresve dies.* Vbi etiam obiter notandum est, dualem in numeralibus istis cum plurali posse coniungi, v. c. *δυοῖν* cum *ἡμερῶν*[91].

noph. lib. V. *Κύρ. παιδ.* pag. 129 *ΠΟΣΤΑΓΟΣ ἂν σὺν τῷ στρατεύματι ἐκεῖσε ἀφικοίμην; Quoto die cum exercitu eo pervenire possim?* Tempus, ex quo quis dicitur *δευτεραῖος* etc. in secundo casu ponitur, praecedente praepositione *ἀπό*. Arrian. lib. cit. cap. 3 *Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης τριταῖος ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν Ἴστρον, Tertio post hanc pugnam die pervenit Alexander ad flumen Istrum.*

89 Locum Plutarchi invenies pag. 693. At numerus dierum etc. postquam aliquid fiat vel factum sit, genitivum post se habet eius rei, a qua incipit computatio. Herod. Erat. cap. 46 *Δευτέρῳ δὲ ἔτει τουτέων, Secundo post haec anno.* Thucydid. VIII, 23 *Τρίτην ἡμέραν αὐτοῦ ἥκοντος, Tertio die postquam eo venerat.* H.

Genitivus his in locis pendet a praepositione *ἐκ*, aut *ἀπό*, quae nonnunquam addita reperitur: v. c. Herodot. III, pag. 92 edit. Camerar. *πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τούτων.* Saepe vero sequitur *ἢ*, v. c. Plat. Phaed. 2 *Τῇ ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθοι τὸ πλοῖον, Mihi moriendum est postero die, quam quo navis advenerit.* Cf. Plat. Sympos. 1. Z.

80 Vel in sexto casu, praecedente praepositione *ἐπί*. Q. Calaber. lib. XII, vs. 143

Τετέλεστο δ' ἐπὶ τρισὶν ἤμασι πάντα,
Omnia intra trium dierum spatium erant absoluta.

91 Non satis meo iudicio ex addito exemplo hoc constat. Non enim potuisset dicere Demosthenes *δυοῖν ἢ τριῶν ἡμέραιν*, quod male convenisset cum *τριῶν*. Caeterum, dualem cum plurali posse coniungi, ex planioribus exemplis patet, qualia supra notavi Sect. I initio. Vterque Demosthenis locus extat pag. 317.

His adde septimum, quum numerus ordinalis involvit reliqua numerata, ita ut ipsi singulariter expresso respondeant relata pluraliter; ut epist. poster. Petri cap. III. init. *Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοί, ΔΕΥΤΕΡΑΝ ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν ΑΙΣ διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν,*

Has ego iam, dilecti, alteras vobis literas scribo, in quibus sinceram vestram mentem submonitione excito. Vbi τὸ δευτέραν involvit etiam τὴν πρώτην, quare sequitur ἐν αἷς, pro ἐν ᾗ.

Subiungo octavam numeri ἰδιολογίαν, eamque perelegantem. Vt modo diximus, numerum cardinalem sive principalem pro ordinali poni, ita vicissim ordinali pro principali utuntur Graeci, seu potius ex pluribus unius tantum mentionem faciunt, caeterorum numero in adiectivo ordinali implicite latente. Estque hoc frequens inprimis Thucydidi. Vide sis libro I, cap. 61 Πέμπουσι Καλλίαν τὸν Καλλιάδου ΠΕ΄ΜΠΤΟΝ αὐτῶν στρατηγόν, *Mittunt Calliam filium Calliadis, quintum ipsorum praefectum.* Ita verbatim, pro quo rectius Latini: *Mittunt Calliam praefectum cum quatuor collegis.* Pro αὐτῶν legit Stephanus αὐτὸν, quam genuinam lectionem putat. Et suo quidem iure; nam in huiusmodi occasione pronomen αὐτὸς fere semper adhibetur, et cum substantivo eo, ad quod numerus pertinet, convenit. Vide eodem libro, cap. 116, et lib. II, cap. 13 Περικλῆς ὁ Ξανθίππου στρατηγὸς ὢν ΔΕ΄ΚΑΤΟΣ ΑΥ΄ΤΟ΄Σ, *Pericles Xanthippi filius dux decimus ipse*, i. e. *cum novem collegis.* Cf. cap. 79, et lib. III, cap. 3 Κλεΐππίδης δὲ ὁ Δεινίου ΤΡΙ΄ΤΟΣ ΑΥ΄ΤΟ΄Σ ἐστρατήγει, *Cleippides autem Diniae filius cum duobus collegis exercitui praefuit.* et cap. 19 Ἐξέπεμψαν ναῦς δώδεκα καὶ Λυσικλέα, ΠΕ΄ΜΠΤΟΝ ΑΥ΄ΤΟ΄Ν στρατηγόν, *Emiserunt naves duodecim et Lysiclem cum quatuor collegis.* Atque ita passim apud eundem. Adde Aristidem, orat. pro Quatuorviris, pag. 225 Ἐπὶ Σάμῳ ΔΕ΄ΚΑΤΟΣ ΑΥ΄ΤΟ΄Σ στρατηγῶν, *Ad Samum e decem praetoribus unus fuit.* Vide et ibidem, pag. 286 et alibi saepe. Nec obstant Polybii verba apud Athenaeum, lib. V, pag. 193 Ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίοτε τοὺς θεραπεύοντας, οὗ τύχοι τῆς πόλεως ΑΥ΄ΤΩ͂Ν ἐφαίνετο ΔΕΥ΄ΤΕΡΟΣ καὶ ΤΡΙ΄ΤΟΣ. Nam locus est mendae suspectus, et substituit Casaubonus pro αὐτῶν, ἀλύων, ut sit sensus: *Nonnunquam ex aula ministris se subducens, ubivis per urbem otiose vagans, cum uno alterove comite conspiciebatur.* Adde, quod mihi hactenus observare licuit, consuetudine in legem abeunte, pronomen αὐτὸς post numerum ordinalem semper collocari: et sic dicere debuisset, δεύτερος καὶ τρίτος αὐτός. Iam mutato αὐτῶν in ἀλύων, ipsum quidem pronomen desideratur; sed et absque eo, quamquam rarius, construi is numerus potest. § 62. Exemplum quaere in epist. posteriori Petri II, 5 Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ΟΓΔΟΟΝ ΝΩ͂Ε, δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξεν, *Et prisco mundo non pepercit, sed octavum Noe, iustitiae praeconem, custodivit*, i. e. *Noe cum septem de suis.* Similiter apud Herodotum in Melpomene cap. 113 Τὴν Ἀμαζόνα εὗρε ΔΕΥ΄ΤΕ΄ΡΗΝ, αὐτὸν ὑπομένουσαν. Vbi minus recte interpres: *Reperit Amazonem exspectantem sociam.* Corrigit Stephanus: *Amazonem alteram ipsum exspectantem.* Ego malim: *Amazonem ipsam cum comite, quam unam secum duxerat, exspectantem.* Sic ut ipsa esset altera. In cuiusmodi locutionibus supprimitur numerus principalis, v. c. in verbis Apostoli pro, ὄγδοον Νῶε ἐφύλαξε, intelligas, ἑπτὰ ἐφύλαξε, καὶ ὄγδοον Νῶε. Plenam orationem habet Homerus Iliad. Τ. vs. 246

> Ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας
> ἝΠΤ', ἀτὰρ ὈΓΔΟΆΤΗΝ Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.

Eduxerunt autem statim mulieres formosas, operum peritas, septem,

sed et octavam Briseida pulcram genas. Et lib. *B*, vs. 313

Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα,
Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες,
ὈΚΤΩ· ἀτὰρ μήτηρ ἘΝΆΤΗ ἦν, ἣ τέκε τέκνα,

Ibi erant passeris pulli, parvuli nati, in summo ramo, prae metu foliis occulti, octo: sed mater, quae illos pepererat, nona erat. Simile quid observes apud b. Ioann. Apocal. cap. XVII, comm. 10 et 11 *Καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσι. — Καὶ τὸ θηρίον, ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ ἈΥΤΌΣ ὌΓΔΟΌΣ ἐστι καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, Et reges sunt septem. — Et bestia, quae erat, et non est, et ipse est [rex] octavus, et ex illis septem est.* Et apud Heliod. Aethiop. V, 18 *Παῖδές εἰσί μοι δύο, καὶ ΤΡΊΤΟΣ ἐγώ, Filii mihi sunt duo, et ego tertius.* Nec dubito (nam quo auctore probem, non habeo in praesentia) quin idem idiotismus, ut per adiectivum numerale enunciative, ita per vocem *ποσαπός*; vel *πόστος*; interrogative efferri possit. E. g. quando quis rogat: *Quot collegas habuit imperator?* Gr. *Πασαπὸς ἐστρατήγει;* sive, *Πόστος ἐστρατήγει αὐτός;* Hoc certe Latinis concessum est. Ita enim Horatius scribens ad Torquatum in fine epistolae eum ad coenam vocat, rogatque, ut rescribat, quot convivas simul cum ipso vocari velit:

Tu, QVOTVS esse velis, rescribe —

i. e. *Rescribe* vel, *quot sodales una tecum vocari velis*, vel, *quot umbras adducas.* Quomodocunque intelligas, vocula *quotus* Graecorum idioma plane exprimit. Gr. *Σὺ δὲ, πόστος ἂν θέλοις εἶναι, αὐτὸς ἀντίγραφε.* Certe *ὀλιγοστὸς* eadem *διττολογίᾳ* dixit Berosus apud Ioseph. Antiq. X, 11 *Αὐτὸς ὁρμήσας ὈΛΙΓΟΣΤΌΣ παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα, Ipse cum paucis per desertum properans Babylonem venit.* Vbi praecedens *αὐτὸς* non pertinet ad idioma locutionis, sed ad personam praemissam relatum, necessario in versione exprimi debet: neque enim citra expressum numerum adesse solet pronomen, id quod patet ex gemino eiusdem loco apud Ioseph. contra Appion. p. 1045 *Ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὈΛΙΓΟΣΤΌΣ συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν, Praelio victus, et fugiens cum paucis se Borsippenorum urbe clausit.* Adde lib. I. Machab. cap. III, comm. 16 *Καὶ ἐξῆλθεν Ἰούδας εἰς συνάντησιν αὐτῶν ὈΛΙΓΟΣΤΌΣ, Et egressus est Iudas iis obviam cum paucis.*

Nonus denique usus est, quo numerus cardinalis declinabilis, si centenarium excedit, cum voce collectiva construitur singulariter. Exempla habet H. Stephanus in v. *Ἵππος*, quibus adde lib. I Machab. cap. III, comm. 39 *Καὶ ἀπέστειλε μετ' αὐτῶν τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν, καὶ ἘΠΤΑΚΙΣΧΙΛΊΑΝ ἽΠΠΟΝ, Et misit cum illis quadraginta millia peditum, et equitum quinque millia.* Et cap. IV, comm. 28. Et initio eiusdem capitis occurrit *χιλίαν ἵππον*, pro *χιλίους ἱππεῖς*. § 63.

SECTIO III.

De nominibus[92] ἀποφρὰς, ἄνθρωπος, ἀρετὴ, ἀρχὴν, αὐτόφωρος.

REGVLA I.

FASTI Romanorum dies, a Graecis δικάσιμοι et ἔνδικοι· nefasti vero ἄδικοι, et ἀποφράδες vocabantur, voce

92 Praemitto, ἀγαθὸς, ἄκρος, ἄλλος, ἄμφω, ἀνὴρ, quemadmodum et in sequentibus alia suo loco συντάξίας ergo addam, quorum mihi notandus usus visus est. Ac primum quidem Adiectivum ἀγαθὸς, praeterquam quod *bonum*, *peritum* etc. significat, quando cum praecedente Adverbio ὦ tam stricte coniungitur, ut unam vocem efficiat, in Vocandi Casu positum Latini per *Quaeso*, *Obsecro*, vel etiam *Age*, exponunt. Vide Plat. Gorg. p. 491, lin. 25 Ἀλλ' ὠγαθὲ, *Sed o bone*, i. e. *quaeso* vel *agedum*. Vid. infra ad VII, 11, 5. § 64.

Ἄκρος, *summus*, praeterquam quod Genitivum amat Personae vi comparationis, vel potius superlativi Partitivi, etiam rei, in qua quis dicitur esse summus vel praestantissimus, eundem Casum sequentem habet. Platon. Theaet. pag. 152, lin. 44 Καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, *Et poetarum summi in utroque poetices genere: Comoediae quidem Epicharmus, Tragoediae vero Homerus.*

Adiectivum ἄλλος quosdam habet usus notandos:

I. Comparativorum naturam et constructionem sequens Generandi casum post se habet, qui Latine redditur per, *quam* vel *atque*. Vt Ἄλλο ὂν αἰσθήσεως ἐπιστήμη, apud Plat. Theaet. pag. 186, fin. *Aliud est scientia quam sensus.* Vel, *Diversa est a sensu scientia.* Quae etiam est structura adiectivi cognati ἕτερος. [E. g. Plat. in Phaed. cap. 19 Τὰ ἴσα ἕτερά ἐστιν ἐκείνου τοῦ ἴσου, *Aequalia* diversa *sunt ab illo aequali.* Caeterum aliud exemplum de vi ἄλλον extat Xen. Mem. IV, 4, 25 Πότερον οὖν τοὺς θεοὺς ἡγῇ τὰ δίκαια νομοθετεῖν, ἢ ἄλλα τῶν δικαίων; *Num existimas, a Diis proficisci iusta, an* quae a iustis differunt, h. e. *iniusta?* Z.] Eodem modo Latini suo adiectivo *alius* utuntur. Ita Horat. lib. I, ep. 16, vs. 20

Neve putes ALIVM SAPIENTE
BONOque beatum.

Et lib. II, Epist. 1, vs. 240

Edicto vetuit, ne quis se praeter
Apellem
Pingeret, aut ALIVS LYSIPPO
duceret aera.

[it. Phaedr. Prol. libri III, 41 *Quod si accusator* alius *Seiano foret.* Plura eiusmodi loca latina reperies apud Interpretes ad locum illum Phaedri. Z.]

II. Plurale neutrum τὰ ἄλλα positum ἐλλειπτικῶς redditur: *Aliis de causis*, ap. Plat. eundem Apol. Socr. pag. 41. lin. 25 Τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν, *Etenim aliis de causis sunt feliciores.* Pro eodem dicitur, Ἔς τ' ἄλλα et ἔς τε τὰ λοιπά. Paus. Ach. pag. 401. § 65.

III. Aliquando cum Nomine, inprimis regionis proprio, con-

composita ab ἀπὸ, *sine*, vel, *procul*, et φράζω, *loquor*, (quasi procul a verbis semoti,) quibus causae non discepta-

iunctum, partitionem notat. Sic Σικελία ἡ ἄλλη, *Reliquae Siciliae partes*, apud Plat. ep. 8, p. 307, lin. 6. Similiter apud Thucyd. lib. I, cap. 114, in fine: *Καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο, Ἑστιαίας δὲ ἐξοικίσαντες, αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον, Et Athenienses rursus in Euboeam traiicientes, Pericle duce omnem in suam potestatem redegerunt; et reliquas quidem eius partes certis conditionibus in fidem acceperunt: sed, Hestiaeensibus sede sua pulsis, ipsi regionem tenuerunt.*

IV. Ἄλλοτε ἄλλος, sive ἄλλος καὶ ἄλλος dicitur ille qui sibi non constat, sed variabilis est. Hinc Plato in Gorg. pag. 482, lin. 9 *Ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων, Modo hoc ait, modo illud.* [Sic Plat. Phaed. cap. 25. composita dicuntur ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν, h. e. uti a Platone ipso explicantur, *non ὡσαύτως ἀεὶ ἔχειν κατὰ ταὐτά.* Z.] Aristid. pro Quatuorviris, pag. 393 *Οἱ δ' ἄνδρες ἄλλοι καὶ ἄλλοι παρὰ τοὺς χρόνους, Hominum mores pro variis temporibus variantur.*

Habet vocabulum ἄμφω hoc peculiare, quod, ubi duorum mentio fit, in Neutro Genere absolute, nulla casus ratione habita, adiungitur sententiae, sic ut omnino pendere videatur. Ita Q. Calaber *Παραλειπ.* lib. I, vs. 20

Ἤλυθε Πενθεσίλεια, Θεῶν ἐπιειμένη εἶδος,
ΑΜΦΩ, καὶ στονόεντος ἐελδομένη πολέμοιο,
Καὶ μέγα αἰδομένη στυγερὴν καὶ ἀεικέα φήμην.

Venit Penthesilea, Deorum praeferens speciem, quam luctuosi belli desiderium incesserat, una cum pudore odiosae turpisque famae. Potest intelligi παθοῦσα, vel huic simile. Similiter Orpheus de Lapidibus in Chabazio:

ΑΜΦΩ γὰρ, καὶ νοῦσον ἀναψύχεις πυρόεσσαν,
Καί μοι σκορπιόθεν βεβλημένῳ ἦρα κομίζεις,

Vtrumque enim (scil. *praestas,*) *et morbum refrigeras ignitum: et mihi a scorpio vulnerato opem fers.* Eandem structuram sequitur cognatum ἀμφότερα, ut in illo Platonis, Gorg. p. 542, lin. 20, *Εἴ τινος μέγα ἦν τὸ σῶμα φύσει, ἢ τροφῇ ἢ ΑΜΦΟΤΕΡΑ, Si cuius magnum esset corpus, vel natura, vel alimento, vel utrumque*, pro, *utroque*. [Casus regitur ab ellipsi κατά. Est forma dicendi Homerica: v. c. Iliad. γ', 179 *Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής, Duabus virtutibus praeditus, et rex bonus et bellator fortis.* Iliad. ν', 166 *Χώσατο δ' αἰνῶς ἀμφότερον, νίκης τε καὶ ἔγχεος, ὃ ξυνέαξε, Gravi commotus est ira ob utramque causam, ob victoriam et hastam fractam.* Z.]

Vocabulum ἀνὴρ iunctum substantivo hominis, studium vel artem aliquam exercentis, in versione Latina commode omittitur. Vt, *Λατόμοι ἄνδρες* apud Q. Calabr. *Lapicidae. Βουκόλος ἀνὴρ, Armentarius*, apud eundem lib. VI, vs. 347. Eodem modo ἄνθρωπος construitur. Vid. Luc. II, 15 et Matth. XVIII, 23. Deinde, quemadmodum ἄνθρωπος, etiam ponitur pro τὶς, *aliquis;* quod tamen magis poeticum est. Theogn. vs. 199.

bantur. Lucianus eosdem vocat ἀπράκτους, *quibus agitur nihil*, ἐπαράτους, quasi *execrandos*, μιαροὺς, *sceleratos*, ἀπαισίους, *infaustos*.

II. Ἀποφράδες etiam ἄνθρωποι nuncupabantur, id est, *scelerati:* qui et μιάστορες, παλαμναῖοι, ἀλιτήριοι, ἀλάστορες, κατάρατοι, ἐναγεῖς, ἐξάγιστοι, ἀποτρόπαιοι, qui a Latinis *sacrilegi* plerumque nuncupabantur. Caeterum vox ἀλιτήριος cum gignendi casu iungitur eius, aut Numinis, cuius sacer aliquis erat, aut rei, cuius pestis esset: ut ἀλιτήριος τοῦ Διὸς, *Iovi sacer*: ἀλιτήριος τῆς πόλεως, *reipublicae pestis:* ὦ τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριε, *o Graeciae pestis!*

[De hac voce ἀποφρὰς[93] vide Luciani Pseudologistam, sive περὶ τῆς ἀποφράδος.

De dictione ἄνθρωπος observandum, quod aliquando significet *feminam*, licet rarius. Dionys. Halicarnass. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων· Γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν, *Nudam videre hominem*, id est, *feminam:* scilicet Candaulis uxorem[94].

Εἰ δ' ἀδίκως παρὰ καιρὸν ἈΝΗ'Ρ φιλοκερδέϊ θυμῷ
Κτήσεται, —

Si quis vero iniuste praeter tempus avaro animo paraverit. Homer. Iliad. E, vs. 770.

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἈΝΗ'Ρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν,

Quantum late patentis aeris spatium oculis aliquis perlustrat. Habet etiam hunc usum nomen *vir* apud Latinos, suaviorem tamen, si cum altero diverso casu iungitur. Horat. lib. III, od. 1

Est ut VIRO VIR latius ordinet
Arbusta sulcis. —

Quod tamen poetis, quam oratoribus convenientius. Iunguntur ἀνὴρ et τὶς in Act. Apost. Cap. V, init. Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, *Vir autem quidam, nomine Ananias.* Xenoph. Cyrop. II, 3, 5 Ἀποπειρώμενον, εἴτις ἄρα ἔσται ἀνὴρ, *Periculum faciens, sitne quisquam futurus.* § 66.

93 Moeris Attic. Ἀποφράδες ἡμέραι, Ἀττικῶς· ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν· ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι. ἀπηγορευμέναι δὲ πρὸς πράξεις, Ἑλληνικῶς. i. e. *Nefasti dies Attice, quibus mortuis libamina offerunt: vel qui ad actiones non sunt idonei. Communiter: Quibus nefas agere.* Ita Hesychius: Ἀποφράδες ἡμέραι ἑπτὰ, οὕτως ὀνομαζόμεναι, ἐν αἷς ἐναγίζουσι τοῖς νεκροῖς· μεταφέρουσι δὲ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τοὺς πονηρούς· ἢ ἀπαγορευόμεναι πρὸς τὰς πράξεις. i. e. *Nefasti dies septem, ita dicti, quod illis parentant mortuis. Transfertur etiam vocabulum ad sacrilegos. Vel etiam dicti, quia his nefas agere.* Ex quibus verbis clare patet triplex huius vocis notio.

94 Non adeo raro: exempla enim passim obvia. Adi Plutar-

Aliquando de *viro* κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur, et opponitur feminae, non quidem adverse, sed relate: ut Aeschines, Ἄνθρωπος καὶ γυνή, *Vir et femina.* Sic Matth. XIX, 10 Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι· hic ἄνθρωπος ponitur pro *viro*, quem ἄνδρα Graeci κυριολέκτως nuncupant.

Interdum ἄνθρωπος vertitur *quidam:* ut Marc. XII, 1 Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, *Quidam vineam plantavit.*]

III. Ἀρετὴ[95], apud Thucyd. maxime, usus aliquot observandos habet. Primo, sumitur pro *benignitate*, *beneficentia*, *liberalitate*, ut lib. II Καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν, ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς, id est, *Praeterea, benignitatem quod attinet, alia longe nostra, quam vulgi hominum, ratio est.* Sequitur enim, Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους, id est, *Nec enim accipiendis, sed dandis ultro beneficiis, amicos paramus.*

Et paulo post clarius: Ὁ δ᾽ ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος· εἰδὼς οὐκ εἰς χάριν, ἀλλ᾽ ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, id est, *At referendae gratiae debitor, minus alacer est quod sciat, eam se beneficentiam rependere, non cui habendae gratiae sint, sed qua contractum nomen dissolvat*[96].

IV. Secundo, affini admodum acceptione, *humanitatem cum pietate coniunctam* significat, qua laborantibus ultro succurrimus. Idem eodem lib.[97], ubi diram luem, quae Athenis incubuerat, luculente describit: Καὶ μάλιστα (sub. διεφθείροντο) οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι· αἰσχύνῃ γὰρ

chum de Aud. Poet. p. 26, lin. 47, ubi sermo est de Agamemnone Chryseida dimittente: Οὗτος δὲ αὐτὸς εἰς τὴν ναῦν ἐμβιβάζων καὶ παραδιδοὺς καὶ ἀποπέμπων τὴν ἄνθρωπον, *Hic autem ipse eam navi imponens et tradens et dimittens* etc. Et Athen. lib. XIII, p. 576. Adde Demosth. pro corona, pag. 518, lin. 43. Aelian. V. H. XII, 1. XIII, 33. Xenoph. Κυροπαιδ. lib. V non longe ab initio. Dionys. Hal. lib. 1, pag. 64, lin. 8. H.

Sic quoque ἡ θεὸς de femina dici, satis notum est. Z.

95 Ἀρετὴν Socrates apud Platonem in Cratylo significare primo dicit εὐπορίαν, i. e. *facilem et expeditam rerum et consiliorum facultatem.* Deinde λελυμένην τὴν ῥοὴν τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς, i. e. *solutum, et quasi secundo alveo manantem bonae animae fluxum.* Loca Thucydidis invenies lib. II, cap. 40.

96 Sic pro *Deorum benignitate* dixit *Deorum virtute* Plaut. in Mil. glor. III, 1, 82 *Deûm VIRTVTE, ut transeuntem hospitio accipiam, est apud me comitas.* Et paulo post: *Nam mihi, Deûm VIRTVTE dicam, propter divitias meas licuit uxorem dotatam genere summo ducere.*

97 Cap. 51.

ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, id est, *Maxime vero* (sub. *interibant*) *qui humanitatis ac pietatis sensu ducebantur: eos enim sibi parcere suppudebat.* Sic lib. IV[98] Brasidas, Acanthios ab Atheniensibus abducere dum conatur, metum illis omnem amittendae libertatis eximit: alioqui enim, αὐτοὶ ἂν, inquit, φαινοίμεθα ἐχθίονα (sub. ἀρχὴν), ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετὴν, καταχτώμενοι, id est, *infestius palam imperium nobis pararemus, quam qui nullam omnino virtutem* (id est, *nullum in conservanda, vel asserenda Graecorum libertate studium*) *ostenderunt.* Profitebantur enim Lacedaemonii, se Graeciam ab Atheniensium tyrannide liberare velle.

V. Tertio, *nominis celebritatem* et *gloriam* significat. Idem lib. I, ubi Corcyraei Atheniensium opem efflagitant, cuius ea sit opportunitas, ἡ φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετὴν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε, χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχὺν, id est, *quae cum apud homines gloriam conciliet, tum etiam eos, quorum defensionem suscipietis, obstringat beneficio, vobis denique novam potentiam novasque vires adiungat.*

VI. Quarto, quod minus rarum est, de *bonitate* cuiusque rei propria dicitur, ut de bonitate soli: Thucyd. initio lib. I Διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς, αἱ δυνάμεις τισὶ μείζους ἐγγινόμεναι, στάσεις ἐνεποίουν, id est, *Nam propter soli bonitatem, opes nonnullorum auctae seditiones excitarunt.* Plat. de legib. Ἀρετὴ τῆς χώρας, *Soli bonitas, foecunditas*[99].

VII. Quinto, *virtutis* omnis et honestatis officium significat: ut apud eund. III[1] Mytilenaei Lacedaemonio-

98 Cap. 86.

99 De bona corporis habitudine utitur Plato in Gorg. pag. 517 in fine. Vbi ait, Medicinam praestare caeteris artibus, διὰ τὸ εἰδέναι, ὅ, τι χρηστὸν καὶ πονηρὸν τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστιν εἰς ἀρετὴν σώματος, *Quia novit, quid in cibis obsit vel conferat ad bonam corporis constitutionem.* H.
Vide omnino Aeschinis Dialogum 1 περὶ τῆς ἀρετῆς, ubi hoc nomen dicitur de arte coquinaria, arte medica, arte opificis, rei equestris, musicae tractandae peritia etc. Sic apud Aelianum V. H. IX, 16 occurrit quoque ἡ τῆς χώρας ἀρετὴ, *agri bonitas*, ib. V, 21 ἡ τοῦ ποιητοῦ ἀρετὴ, *ars et praestantia poetae*, et II, 13 ἡ ἐν τοῖς μέτροις ἀρετὴ, h. e. *rei metricae peritia*, etc. Sic Xenoph. Cyrop. III, 1, 16 ἀρετὴ comprehendit *corporis robur, fortitudinem animi, rei equestris peritiam, divitias, potentiam.* Omnino ἀρετὴ est quicquid sive in corpore sive in animo sive in re est, quod placet quacunque de causa. Z.

1 Loca Thucydidis extant lib. III, cap. 10, et lib. II, cap. 45.

rum societatem expetentes, *Περὶ γὰρ τοῦ δικαίου, καὶ τῆς ἀρετῆς πρῶτον τοὺς λόγους ποιησόμεθα, Primum enim de aequi et honesti officiis dicemus.* Hoc modo proprium cuiusque officium, viri, mulieris, senis, adolescentis, magistratus, privati, ἀρετὴ optime dicitur. Sic idem Thucydid. lib. II *Εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι,* id est, *Quod si de mulierum officio, quae viduae nunc futurae sunt, mentionem fieri abs me oporteat;* ubi etiam notandum, ὅσαι, perinde ut αἱ, sequi post γυναικείας ἀρετῆς, ac si praecessisset γυναικῶν, ut paulo ante observatum est in appendice 3 ad articul. subiunctivum.

VIII. *Τὴν ἀρχὴν*, et *τὸ καταρχὰς*, significat *initio.* Quod etiam rarius dicitur *ἀρχὴν*, sine articulo. Xenoph. VII expedit. *Ὅσῳπερ χαλεπώτερον, ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι· καὶ ὅσῳ λυπηρότερον, ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι, Quo gravius est, ex divite pauperem fieri, quam ab initio divitem non fuisse; quantoque molestius, ex rege privatum fieri, quam regem fuisse nunquam*[2].

2 Quandoque ita fert sententia, ut τὴν ἀρχὴν exponatur, *prorsus*, Plat. Apol. Socr. pag. 29, lin. 21 *Ὅς ἔφη, ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰςελθεῖν, ἢ, ἐπειδὴ εἰςῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με, Qui dicebat, aut me prorsus non debuisse huc venire, aut, quandoquidem veni, me non posse non occidi.* Et sine articulo apud eundem in Gorg. pag. 478, lin. 24 *Ἆρ' οὖν οὕτως ἂν περὶ σῶμα εὐδαιμονέστατος ἄνθρωπος εἴη ὁ ἰατρευόμενος, ἢ ὁ μηδὲ κάμνων ἀρχήν; Itane, quod ad corpus attinet, felicissimus homo esset is, qui sanatur, an is, qui prorsus non aegrotavit?* Adde Sophocl. Philoct. vs. 1232, ubi Neoptolemo dicenti: *Vis eadem me bis terve repetere?* respondet Vlysses:

Ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην,
Vellem ne semel quidem nec omnino audivisse. § 67. Pausanias addit praepositionem ἐς in Laconicis pag. 211, lin. 16 *Οὕτως οὐδὲ ἐγχωροῦν ἐστιν ἐς ἀρχήν, Ita omnino absurdum est.*

Alia etiam est huius voculae significatio, cum construitur cum praepositione κατὰ in quarto casu, sequente adverbio ὅτε. Sic *Κατ' ἀρχὰς ὅτε*, proprie, *Initio, quum*, elegantius vertitur, *Quamprimum.* Vid. Plat. ep. 3, pag. 310, lin. 19 *Κατ' ἀρχὰς, ὅτ' ἦλθον, Quamprimum venissem.* H.

Τὴν ἀρχὴν pertinet ad ea nomina, quae, propter ellipsin praepositionis *εἰς*, s. *κατὰ*, vim adverbiorum accipiunt: qualia sunt, *ἀκμὴν, adhuc, δίκην, more, ut, ad modum, σύντονον, intense, vehementer, ὅλον, omnino, τὸ τέλος, plane, δωρεὰν, gratis, προῖκα, gratuito, τὴν πρώτην, ab initio, ὄναρ, per quietem, μακρὰν,*

IX. In flagranti delicto deprehensus dicitur ἑαλωκὼς ἐπ' αὐτοφώρῳ, vel simpliciter αὐτόφωρος, vel περίφωρος, vel εὐπερίφωρος, a verbo Graeco φωρᾷν, quod est *luce palam deprehendere.* Coniunguntur autem tria ista cum verbo εἶναι, vel γίνεσθαι [vel ἁλίσκεσθαι, vel φανῆναι· Z.], ut ὁ φεύγων ἐπ' αὐτοφώρῳ γενόμενος, id est, *reus in flagranti delicto deprehensus.* Dicunt etiam ἁλίσκειν παρ' αὐτὸ τὸ ἀδίκημα.

Φὼρ, ὁ κλέπτης. φωρίον, τὸ κλέμμα. φωρῶ, τὸν κλέπτοντα καταλαμβάνω· ἀφ' οὗ τὸ ἐπαυτοφώρῳ, ἤγουν ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ. Μοσχόπουλος περὶ σχεδῶν. Vsurpatur igitur hoc vocabulum proprie de iis, qui in ipso furto sunt deprehensi, habentes in manibus τὰ φωρία, quae furati sunt, a se ipsis proditi. Transfertur postea etiam ad alia facinora et scelera, in quibus quis deprehenditur: Ioh. VIII, 4 ἐπαυτοφώρῳ, *in ipso facto*, i e. adulterio.

S E C T I O IV.

De Nominibus ἀφορμὴ, δείλη, δῆλος, δίαιτα, δίκαιος, ἐξούλης, ἐπίδοξος, ἔργον, ἐτεὸν, ἕτοιμος.

R E G V L A I.

De hac voce: ἀφορμὴ notanda quae sequuntur. Primum enim significat *vim naturae quandam ad perniciosa fugienda*; quemadmodum ὁρμὴ utilium appetentia est. Beatus Damascenus ait Christum ostendisse, ἐν τοῖς συστατικοῖς τῆς φύσεως, τὴν ὁρμὴν, ἐν δὲ τοῖς φθαρτικοῖς, τὴν ἀφορμὴν, id est, *In iis, quae ad naturae conservationem pertinent, vim appetendi, in iis, quae eandem perimunt, vim aversandi.*

II. Secundo apud Atticos idem est quod *res familiaris* et domestica [3]: imo et *ars quaelibet tolerandae vitae ido-*

longe, ὃν τρόπον, *quomodo*, ἅπαντα, *omnino*, *ex toto*, etc. Caeterum haud scio, an (h. e. annon) Vigerus sit reprehendendus, quod dixit, τὴν ἀρχὴν etiam significare *initio*. Certe in omnibus locis, ubi occurrit, si reddatur *prorsus*, *omnino*, ab orationis serie non abhorret. Z.

3. Ita Xenoph. Memorab. lib. III, pag. 786, in fine: Τοῖς ἑαυτῶν παισὶ καλλίους ἀφορμὰς εἰς

nea, quam alii passim Graeci, maximeque recentiores *προβολὴν εἰς τὸ ζῆν* vocant; ut, *μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχει τοῦ βίου*, id est, quod vulgo dicitur, *il n'a aucun moyen de vivre*. Hinc pro *opibus*, *subsidiis*, et *commoditatibus* sumitur. Cicero, *Amicitia*, inquit, *plurimas et maximas commoditates habet*, Ἡ φιλία πλείστας ἔχει καὶ μεγίστας ἀφορμάς. Itemque pro *occasione rei gerendae*, quae inter praecipuas commoditates numerari solet: ut, *τοιαύτας λαβὼν τὰς ἀφορμὰς τοῦ τὸν ἀντίδικον ῥαδίως ὑποσκελίσαι*, *Eiusmodi nactus supplantandi adversarii occasiones.* Huc pertinet illud Demosth. Olynth. II [4], *Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς, εἰς τὸ τὴν παρὰ θεῶν εὔνοιαν ἔχειν, ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ*, *Que vous avez beaucoup plus de moyens que luy, d'obtenir la bienveillance des Dieux* †.

III. Tertio, iisdem Atticis, pecunia erat, quae ad mensam dabatur, vel inde sumebatur: unde, quod Galli dicunt, *mettre de l' argent à la banque*, Graeci, *ἀφορμὴν αὐτῷ παρασκευάζειν πρὸς τῇ τραπέζῃ·* quam Graeci recentiores *ἐνθήκην* vocare solent; tametsi apud illos *ἐνθήκη* sit etiam id omne, quod reponitur ac reconditur, ut sunt *τὰ κειμήλια*, *lautior*, *pretiosiorque suppellex*, et *carior*.

IV. Quarto, idem penitus est quod *ὁρμὴ*, ut cum Plutarchus Homerum ait *πάντων ζώων ἀφορμὰς ἢ διαθέσεις ὑπογράψαι*, id est, *omnium animantium affectiones et proprias conditiones expressisse.*

Quinto, Budaeus existimat, significare argumenta cuiuscunque disputationis: sed meo iudicio, ex locis iis, quae profert, intelligere quivis poterit, significare potius eiusdem argumenti, quas Graeci Rhetores *περιστάσεις*, Latini *adiuncta* nominant: v. c. cum Dionys. Halicarn. ait de Lysia Rhetore: *Ὅταν δὲ μηδεμίαν ἀφορμὴν παρὰ τῶν πραγμά-*

τὸν βίον καταλείπουσι, Liberis suis pulcriora ad vitam sustentandam subsidia relinquunt.

In hac acceptione non raro additur *ἰδία*. Demosth. pro Phormione pag. 601, lin. 6 *Οὐδὲ τούτοις παρέδωκεν ἰδίαν ἀφορμήν, Ne his quidem de suo quidquam dedit. H.*

4 Pag. 8, lin. 51.

† Sic Xenoph. Mem. II, 7, 11 *Ἔργων ἀφορμὴ, opportunitas, occasio operis suscipiendi.* Huc pertinet locus Schol. Euripid. quem laudat Cl. Hindenburgius ad Xenoph. *ἣν ἡμεῖς προβολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν, Ἀττικοὶ ἀφορμὴν καλοῦσι.* Atque Suidas ita: *Ἀφορμὴ, ἀφ' ἧς ὁρμώμενός τις σώζεται κ. τ. λ.* Z.

των τοιαύτην λάβῃ· sensus videtur hic, *Vbi vero nullam eiusmodi ansam ex rebus ipsis arripere potest.* Plutarchus in Homero etiam clarius, *Πάσης δὲ διηγήσεως ἀφορμαὶ γίνονται, πρόςωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος* etc., id est, *Omnes autem narrationis circumstantiae, sunt persona, causa, locus, tempus,* etc. Verum tamen est, ex illis adiunctis Rhetores novas argumenta cudendi occasiones arripere [5].

5 De Nomine βασιλεὺς observa, illud praeter vulgarem *regis* denotationem, sane κατ' ἐξοχὴν, inprimis apud Atticos, notare regem Persarum. Probent hoc duo exempla, alterum e Demosthene, alterum e Platone petitum. Ita ille in orat. de Rhodiorum libert. pag. 81, lin. 5 Ὁρῶ δ' ὑμῶν ἐνίους, Φιλίππου μὲν, ὡς ἄρα οὐδενὸς ἀξίου πολλάκις ὀλιγωροῦντας· ΒΑΣΙΛΕΑ δ' ὡς ἰσχυρὸν ἐχθρὸν, οἷς ἂν προέληται πολεμεῖν, φοβουμένους, *Video autem vestrum quosdam, Philippum quidem, ut hominem nullius pretii, saepenumero negligentes, REGEM vero* [Persarum] *ut potentem hostem, si quando bellum moliatur, formidare.* Hic in Gorgia pag. 524 prope finem, inquit: *Rhadamanthum omnium animas intueri, et cuius quaeque sit ignorare,* ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος ἢ ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως, et quae sequuntur: *Sed saepe prehendens magni regis* [Persarum] *animam, vel alius cuiusdam regis.* In exemplo priori diserte a rege Philippo rex Persarum distinguitur nudo nomine βασιλέως: in posteriori ab aliis sub nomine τοῦ μεγάλου βασιλέως, praemisso articulo, certum illum regem significante. Et Magni cognomen Persarum regibus apud Graecos peculiare fuisse, docet nos Aristides, orat. in Romam pag. 352 H (scilicet τῶν Περσῶν ἀρχὴ) πάνυ ποτὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβόητο, καὶ ΜΕΓΑΝ παρέσχε τὸ ἐπώνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν ΒΑΣΙΛΕΑ, *Persarum imperium maxime olim inter Graecos celebratum fuit, et ei, qui id teneret, MAGNI REGIS cognomen tributum esse effecit.* Hinc reprehenduntur Persarum reges apud Arrianum, lib. VII, de Exped. Alexand. cap. 1, utpote qui immerito hoc sibi cognomen vindicarunt. Verba haec sunt: Τοὺς γάρ τοι Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας, οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ μέρους τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, οὐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφᾶς ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΑΣ, *Persarum enim ac Medorum reges, ne multesimae quidem Asiae parti imperantes, immerito sibi nomen MAGNORVM REGVM vindicasse.* Alias additur τῶν Περσῶν, ut apud Dinarch. in Dem. pag. 96, lin. 26 et alibi. H.

Illis exemplis de hac potestate βασιλέως adde haec: a) βασιλεὺς simpliciter significat Persarum Regem. Xenoph. Mem. IV, 2, 33 ἄλλους δὲ πόσους οἴει διὰ σοφίαν ἀναρπάστους πρὸς ΒΑΣΙΛΕΑ γεγονέναι, καὶ ἐκεῖ δουλεύειν; *Quot alios existimas ob famam prudentiae repente et vi abreptos ad* Regem *perductos esse, ut ibi servirent?* it. Aelian. V. H. I, 22 Δῶρα τὰ ἐκ ΒΑΣΙΛΕΩΣ διδόμενα τοῖς παρ' αὐτὸν ἥκουσι πρεςβευταῖς. Conf. Aristoph. Acharn. 647. Sic quoque Corn. Nepos in Ages. 2

V. *Δείλη* absolute quidem tempus significat, quo lux aut decrescit, aut paulo ante desiit, aut nondum coepit:

bellum Regi *facere* dixit. b) *βασιλεὺς ὁ μέγας* eundem significat, ut Ael. V. H. XII, 1 *Καὶ εἰς ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ἧκεν ἡ δόξα*, *Fama perlata est ad ipsum* Regem magnum. it. Aesch. Dial. II, 4 *Οὐδεὶς γὰρ ἂν οὖν, ὅςτις οὐχὶ προτιμήσειεν ὑγιαίνειν ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον μᾶλλον, ἢ τὰ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ χρήματα κεκτημένος νοσεῖν*, *Nemo est, quin malit recte valere quamvis pauper, quam in adversa valetudine* Regis magni *possidere divitias.* Causa huius appellationis quaerenda est in potentia et amplitudine regni Persici, quod complectebatur multas regiones et fere totam Asiam, quae quidem tunc Graecis cognita erat. Hinc Eustathius ad Dionys. Perieget. vs. 1056 *Μόνοι οἱ Πέρσαι*, inquit, *ἔθνος ἔχουσιν Ἀσίας βασιλεύτατον. καὶ ΜΕΓΑΣ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ὁ τῶν Περσῶν.* Ad hanc appellationem haud dubie contulit quicquam etiam hoc, quod Reges ipsi parebant Regibus Persarum. Quare Cyrus dicitur *βασιλεὺς βασιλήων*, in Epigr. apud Eustath. ad vs. 1069 libri laudati. Etenim Satrapas Persarum ipsos *βασιλεῖς* esse appellatos, fit clarum ex Aeschyl. Pers. vs. 24. Conf. Scheffer. in Indice ad Aelian. et Staveren. ad Corn. Nep. l. l. Z.

Βούλημα praeter vulgarem *voluntatis* significationem etiam aliquando *mentem*, *sensum*, vel *scopum* alicuius dicti notat. Ita postquam Aristides, in orat. pro Quatuorviris, p. 423. verba Homeri exposuerat, addit: *Τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ τῶν ῥημάτων τὸ βούλημα εἶναι*, *Huc enim verba eius tendere mihi videntur.* *H.*

Ad eiusmodi prosopopoeiam quoque referenda puto verba ipsa *βούλεσθαι* et *ἐθέλειν*, quando usurpantur de rebus vita, adeoque ipsa voluntate carentibus. V. c. Plat. in Phaed. cap. 19 *Ὅταν τίς τι ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι ΒΟΥΛΕΤΑΙ μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων· ἐνδεεῖ δὲ, καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἀλλ' ἔστι φαυλότερον*, etc. *Si quis intellexerit, rem aliquam visam* velle *quidem esse talem, qualis est idea rei in mente iam formata* (h. e. spectare, tendere quidem et accedere ad similitudinem ideae abstractae), *sed eam carere partibus nonnullis, et esse deteriorem, quam ut possit plane respondere ideae illi* etc. It. Plat. in Phaedr. pag. 230 *Συγγίγνωσκέ δή μοι, ὦ ἄριστε, φιλομαθὴς γάρ εἰμι. Τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἘΘΕΛΕΙ διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι.* Conf. Xenoph. Mem. III, 12 extr. Z.

Substantivum *βία* praeter *violentiae* significationem etiam in Dandi Casu positum Genitivum post se requirit, et redditur *Invitus.* Thucyd. I, 43 *Βίᾳ ἡμῶν· Nobis invitis.* Plut. in Caes. pag. 719 *Τὴν μὲν Ἰουλίαν ΒΙΑι ΤΩΝ ΔΗΜΑΡΧΩΝ ἀράμενον τὸ πλῆθος εἰς τὸ Ἄρειον ἤνεγκε πεδίον*, *Iuliam, invitis tribunis plebis, populus in campum Martium extulit.* H. § 68.

Interdum idem nomen, eodem sensu, absolute ponitur, adeo ut genitivus sit intelligendus: v. c. Plat. Symp. 32 *ΒΙΑι οὖν, ὥςπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὦτα, οἴχομαι φεύγων.* Z.

ideoque pro crepusculo sumitur, tam matutino, quam vespertino. Saepe tamen iungitur cum nominibus, varias temporis differentias significantibus: nam δείλης ἑῴας est, *summo mane*, quod etiam ἀρχομένης ἑῴας dicitur: contra δείλης ὀψίας, id est, *sero*, vel *sub vesperum*: δείλης μεσημβρίας, *sub meridiem* †.

VI. Δῆλος, φανερὸς, et alia significationis eiusdem [6], cum Participiis cuiuslibet temporis eleganter coniunguntur, tumque resolvuntur per accusativum, et infinitivum, aut particulam ὡς, vel ὅτι, et indicativum: sic δῆλός ἐστι παρανομήσας, pro δῆλόν ἐστιν αὐτὸν παρανομῆσαι, *Certum est eum contra leges fecisse*. Demosth. pro Corona, Φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, id est, *Constabat omnibus, coactum eos iri ad vos confugere*: pro Φανερὸν πᾶσιν ἦν αὐτοὺς ἀναγκασθήσεσθαι καταφ. etc. Sic compositum et privativum ἄδηλος, ut apud eund. Demosth. in Midiam, Ἔστι δὲ οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, *Dubium non est, quin dicturus sit*: pro οὐκ ἄδηλόν ἐστιν, ὡς ἐρεῖ [7]. § 69.

[Δίαιτα non solum est τρόπος τοῦ βίου, *vitae degendae ratio*; sed etiam τόπος. ἀνδρωνῖτις, δίαιτα τῶν ἀνδρῶν, ut γυ-

† Thomas Magister, et Moeris negant, δείλης simpliciter, sine adiecto nomine ὀψίας, apud Atticos dici. Verum horum errorem Interpretes ad Thomam exemplis Xenophontis et Thucydidis satis refutarunt. Z.

6 Sunt tamen diversae significationis Adiectiva quae hoc modo, licet rarius, cum Participiis iunguntur. Ita eleganter dicas: Ἀμείνων εἰμὶ σιγῶν ἢ πολλὰ λαλῶν, *Melior sum tacens quam multa loquens*. Pro *melius est*, sive, *praestat mihi tacere, quam multa loqui*. Exemplum auctoritate firmabimus infra ad Cap. VI, Sect. 1, Reg. 13. Eodem modo construitur δίκαιος, paulo post, Reg. 17, et ἐπίδοξος, Reg. 10.

7 Dicitur etiam Δῆλός ἐστιν, ὅτι vel ὡς ποιεῖ. Exemplum exhibet Plat. in Euthyph. pag. 14, lin. 20 Ἀλλὰ γάρ, ὡς οὐ πρόθυμός με εἶ διδάξαι, δῆλος εἶ, *Sed apparet, te non esse promtum*, vel, *quam non sis promtus ad me docendum*. [Atque cum ὅτι occurrit Xenoph. Cyrop. III, 3, 12 Ἀλλὰ δῆλοι ὦμεν, ὅτι οὐκ ἄκοντες μαχούμεθα. Conf. Xenoph. Oecon. VII, 8. Z.] Similiter construitur contrarium eius ἄδηλος cum εἰ dubitativo. Plutarch. in Caes. pag. 710 Οἷς εἰ μὲν κρύφα παρεῖχέν τι θάρσους καὶ δυνάμεως ὁ Καῖσαρ, ἌΔΗΛΟΝ ἘΣΤΙΝ, *Quibus* [*Lentulo et Cethego*] *utrum confidentiae quid aut virium Caesar ministraverit, non constat*. Rarum admodum est, quod Aristophanes τὸ δῆλος εἶ addat non Participio, sed alii verbo. Ita enim ille in Avibus vs. 1408 Καταγελᾷς μου, δῆλος εἶ: pro, καταγελῶν, *Irrides me, manifestus es*. Pro, *Irrides me manifeste*. H.

γυναικωνῖτις, γυναικῶν. Sic Plutarchus τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας famulorum cubicula dixit. Plin. lib. II, ep. 17 *Hinc turris erigitur, sub qua diaetae duae.* ἐνδιαίτημα a Logd: Pontus est ἐνδιαίτημα τῶν ἰχθύων· στρατόπεδον *castra*, ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ, Schol. Aeschyl. *]

VII. Δίκαιος, eodem fere modo usurpatur, quo δίκαιον, vel ἄξιόν ἐστιν· ut, Δίκαιος εἶ κἂν ἅπαξ ἀντευεργετεῖν τόν σε πολλάκις εὐεργετήσαντα· pro δίκαιόν ἐστί σε, id est, *Aequum est, cum tot eius erga te meritis unum saltem beneficium abs te compensari.* Demosthenes pro Cor. Τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν. verbat. *Huius causam hic est iustus habere*, id est, *aequum est, in istum huius rei culpam omnem conferri.*

VIII. Δίκαιον κατηγορεῖν, Dem. in Leptinem accipere videtur pro τὸ ἄδικον ἐλέγχει, *iniustitiam coarguere:* sic enim ille: Πάνυ ἀχθοίμην ἄν, εἰ τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου, *Ferrem admodum moleste, si hoc uno legis huius iniustitiam coarguere posse viderer*, vel, *hoc solum ius adversus legem afferre:* nam τὰ δίκαια sunt iura, et rationum atque argumentorum momenta, seu defensionum capita.

['Εγκύκλια παιδεύματα, *liberales artes.* Plutarchus in aureo isto libello περὶ παίδων ἀγωγῆς[8], Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων, μήτε ἀνήκοον, μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, etc., *Oportet igitur ingenuum adolescentem nullam disciplinarum, quas vocant, liberalium, inauditam incognitamque praeterire:* ubi interpres ob vulgarem usum, ἐγκύκλια dici videtur asserere: vel idcirco fortasse, quod universim *totum artium* κύκλον, ab ovo, quod dicunt, ad mala, a Grammatica et Logicis, quas in scholis vocant, disciplinis, et deinceps Mathematicas complecterentur. Has simul connexas Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Fabius lib. I *orbem disciplinarum* vertit: Seneca ep. 88 ἐλευθερίας artes nominat. Hor. in arte poetica,

* In iure Attico δίαιτα est κρίσις πρὸ δίκης, uti Moeris Atticista interpretatur, seu *arbitrium*, cum lis, antequam ad iudices itur, ab arbitris, qui διαιτηταὶ appellantur, ex aequo componitur. De διαιτηταῖς vid. Valckenar. ad Ammon. I, 15. Z.

8 Pag. 7.

Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.
Per *orbem patulum* poema κύκλος dictum intelligit, quod Cyclicus ille scriptor τὰ Ἰλιακὰ κύκλῳ scripserit, quasi a gemino ovo belli Troiani reliqua καθολικῶς, universe, complectens: *vilem* vocat, quia proiecti est animi κατὰ πλάτος καὶ παχυλῶς docere. Schottus Obs. Hum. II, 1.]

IX. Ἐξούλης δίκη, verbatim, *expulsionis iudicium*, Latinis, *iudicium unde vi.* Sic vocabatur Athenis iudicium publicum, in gratiam eius constitutum, qui missus in bonorum quorundam possessionem, ea per vim a debitore pellebatur: a verbo ἐξείλλω, id est, *eiicio;* licet apud Suidam legatur ἐξίλλω, per simplex ι, apud Harpocrationem ἐξέλλειν, [apud Hesych. ἐξούλλειν, ὅ ἐστιν, ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν]. Demosth. in Midiam, Τί δή ποτε, ἄν τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησε τὴν ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ προςτιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ; *Cur tandem, si quis damnatus iudicio, mulctam indictam non solveret, iudicium unde vi privatum esse noluit* (legislator,) *sed eum iussit aerario publico solvere?*

Metaphorice et eleganter Aristides in Panathen. Οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τέ ἐστιν εἰπεῖν, οὐδ᾽ ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρός τινι, *Quare solis quidem nobis, si ita loqui fas est, nemo huius terrae causa, iudicium unde vi iure intenderit, nihilo sane magis, quam alicui matris suae causa.* Loquitur de Atheniensibus, qui αὐτόχθονες essent, nec aliunde primum eam in regionem immissi.

X. Ἐπίδοξος eleganter is dicitur, de quo vulgo aliquid opinentur; adeoque cum infinitivo iungitur, non tantum in futuro, sed etiam in praesenti, et aoristo, sed tamen cum significatione futuri: ut, ἐπίδοξός ἐστι μάλα ὀξέως ἅψεσθαι τοῦ καιροῦ, *eum opinantur oblatam occasionem avide arrepturum.* ἐπίδοξός ἐστιν, ὧν ἤδη πέπονθεν, πλείω ἔτι καὶ δεινότερα παθεῖν, *illum existimant, plura adhuc atque graviora, quam quae passus est, deinceps esse passurum* *.

XI. Ἔργον, id est *opus*, aliquando sumitur pro lucro ex pecunia foeneratitia proveniente. Demosthen. adversus

* Ammonius: Ἐπίδοξος. ὁ προς- ὁ ἔνδοξος, ὥς τινες, ἀλλ᾽ ὁ προςδοκώμενος, καὶ ἐλπιζόμενος: Et δόκιμος. De usu et exemplis vid. Thomas Mag. ita: Ἐπίδοξος, οὐχ Oudend. ad Thomam. Z.

Aphobum [9], Τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν (supple ταλάντων) πεντήκοντα μναῖ, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, id est, *Lucrum autem ex illis talentis proveniens minarum quinquaginta est, in annos singulos.* Vide infra, Sectione 13, Regula 5. Aliquando *munus*, et *officium* est: ut τὸ λοιπὸν δὴ ἔργον ἡμέτερον, ἀνδρείως κρίνειν περὶ ὅλων· *quod superest, nostrarum iam partium fuerit, de summa rerum fortiter dimicare.* Quo in exemplo notandum, elegantius sine verbo ἐστὶν usurpari [10].

Aliquando pro ἐργῶδες sumitur, ut *opus* apud Virgilium VI Aeneidos: *Hoc opus, hic labor est.* Aristoteles VI de historia Animalium: Ἔργον μὴ συνήθει ὄντι, καταμαθεῖν ταῦτα, id est, *Difficile est rerum istarum insolenti eas perdiscere:* ubi etiam absque verbo usurpatur, licet verbum adiungi possit.

XII. Aliquando τὰ ἔργα in plurali significant *loca culta,* et *arva.* Ita Xenoph. passim. In Κυνηγετ. [11] Τὰ μὲν ὄρη

9 Oratione I, pag. 548.

10 Hinc Philippus, fusis ad Chaeroneam Atheniensibus, ne hac victoria elatus, contumeliosius se iactaret, voluit, ut quidam ex pueris singulis diebus mane se hominem esse moneret, καὶ προςέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ἜΡΓΟΝ, *Et hoc officium iniunxit puero,* narrante Aeliano V. H. lib. VIII, cap. 15. Hinc σὸν ἔργον, ubi aliquid imperamus, sive aliquem hortamur, cum imperativo orationi inseritur et non male redditur, *Hoc age.* Ita Aristoph. in Avibus:

Ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θῦε τοῖς καινοῖς Θεοῖς.

Sacrifice, hoc age, sacrifica novis Diis.

Hinc redditur *Decet.* Aristoph. Lysistr. vs. 615

Οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν, ὅςτις ἔστ' ἐλεύθερος.

Non amplius decet dormire, quicunque est liber.

Non plane absimile est, cum in quibusdam occasionibus accipitur pro ἔθος. Ita Aeschines, Epist. XII. Ὑμεῖς οὐδὲν ἄλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον, ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι, ἐποιήσατε, *Nihil aliud fecistis, quam Atheniensium morem:* hoc est: *plane, ut Atheniensium mos est, fecistis, quum illorum miserti estis, illisque condonastis.* Similiter in malam partem, Aelian. V. H. lib. IX, cap. 24 Συβαρίταις πᾶσιν ἜΡΓΟΝ ἦν τρυφᾶν, *Omnium Sybaritarum opus,* h. e. *consuetudo erat genialiter vivere.* Quo sensu non raro ipsum nomen ἔργον dissimulatur. Ita Aristid. orat. Leuctr. II, pag. 72 init. Ἠδικοῦμεν ἂν ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐχ ἡμῶν ἐποιοῦμεν, *Iniuste ageremus re vera, nec pro nostro more faceremus.*

11 Pag. 978. Solon de vento:

Ὥςτ' ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν

Ἠρινὸς, ὃς πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο

Πυθμένα κινήσας, γῆν κατὰ πυροφόρον

οἷόντε ἐστὶ καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα οὐδέτερα, διὰ τοὺς τριμμούς, id est, *Montes et pervestigari, et transcurri sine offensione possunt: arva neutrum patiuntur, ob tramites limitesque crebros.* Contra ὀργάς, ἄδος, id est, ἄνετος γῆ, *terra inculta*, qualis est saltus.

Ἔργα ἀργύρεια, vel ἀργύρια apud Demosth. Chers. sumi videntur pro *argenti fodinis*, cum ex Vlpiano loquatur de Laurio, qui locus erat, ἔνθα ἄργυρος τίκτεται· quae una voce ἀργύρια Xenophonti dicuntur Memorab. II, 5, 2, et ἀργυρεῖα passim †. Male sumunt nonnulli pro *vasis ac poculis argenteis*, de quibus infra, Sectione XIII, Reg. 7, ubi de nomine χρυσός.[12]

Δῃώσας καλὰ ἜΡΓΑ, *θεῶν ἕδος αἰπὺν ἱκάνει Οὐρανόν.* —

Vt ventus vernus cito nebulas dissipat, qui agitans fundum ponti undosi sterilis, per terram triticiferam vastans arva culta, attollit se ad Deorum sedem, coelum altum H.

Fundus huius significationis quoque est Homerus; v. c. Iliad. μ', 283 occurrunt ἀνδρῶν πίονα ἔργα, et Odyss. β', 22 πατρώϊα ἔργα. Atque Odyss. ξ', 222 ἔργον δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν, interpretes accipiunt κατ' ἐξοχὴν de γεωργίᾳ μόνῃ. Z.

† Sic apud eundem Xenoph. Mem. III, 6, 12 εἴς γε μὴν τἀργύρια οἶδ' ὅτι οὐκ ἀφῖξαι. Conf. Xenoph. de Reditibus, cap. IV, 1. it. IV, 5, ubi ἀργυρεῖα ἜΡΓΑ diserte dicuntur: it. §. 11. 13. 14 etc. De argentifodinis Atticae Ernestius ὁ πάνυ laudat Casaubonum ad Strab. lib. IX, et Caryophilum de Marmor. ant. pag. 4. Z.

12 Habet et alios usus observatione dignos, quos non abs re fuerit addere. Construitur cum substantivo per appositionem, sequente verbo γίγνεσθαι, ubi res aliqua dicitur ad effectum perduci, ut apud Plutarch. qui ita in Caesare pag. 739 Ὁ δὲ δεξάμενος τὸν φόνον ἐκεῖνον χῶρος — παντάπασιν ἀπέφηνεν, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ ΤῊΝ ΠΡΑ͂ΞΙΝ ἜΡΓΟΝ ΓΕΓΟΝΈΝΑΙ, *Locus, ubi illa caedes [Caesaris] patrata est, manifesto est argumento, ductu alicuius Numinis [eum illuc tanquam] vocantis, negotium esse confectum.* Aliquando, licet raro, nomen hoc ἔργον cum verbo γίγνεσθαι constructum non tantum usurpatur, cum aliquis dicitur aliquid effectum dare, sed etiam aliud admittit substantivum, secum casu conveniens, addito dandi casu personae agentis. E. g. Lucian. Dem. encom. p. 904 Πρὶν ἢ τὴν ὙΠΌΣΧΕΣΙΝ ἜΡΓΟΝ ΣΟΙ ΓΕΝΈΣΘΑΙ, *Priusquam* (ita ad verbum) *promissum opus tibi fiat*, i. e. *Priusquam promissum praestiteris.*

Cum eodem verbo γίγνεσθαι, si quod substantivum addatur in secundo casu, redditur Latine per solum Ablativum, substantivo ἔργον omisso. Exemplum habet idem Lucianus ibid. pag. 910 Τάχα τῆς ὑμετέρας ΓΈΓΟΝΕΝ ἜΡΓΟΝ ὀλιγωρίας. Non amant Latini dicere: *Forsan opus neg-*

XIII. *'Ετεὸν*, quod ex se *verum* significat, adverbialiter sumtum saepe *παρέλκει* apud Poetas, maxime Comicos, explicarique potest per *tandem*, *obsecro*, gallice, *en verité, en bonne foy*: idque fere interrogando. Aristoph. Nubib. sub fin. Socratem inducens, Strepsiadi, e summo tecto do-

ligentiae vestrae est, sed pro eo: *Forsan hoc vestra negligentia factum est.* Non plane absimile est illud Aeliani lib. VII, cap. 2 in fine: *Βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο*, *Violentae mortis opus facti sunt*, id est, *Violenta morte perierunt.* Placuit inprimis haec locutio Heliodoro, cui dicuntur *ἔργον βελῶν γίγνεσθαι*, qui sagittis confodiuntur: vid. Aethiop. I, 1 *Οἱ δὲ πλεῖστοι ΒΕΛΩΝ ἜΡΓΟΝ καὶ ΤΟΞΕΙ'ΑΣ ΓΕΓΕΝΗΜΕ'ΝΟΙ*, *Plurimi autem iaculis arcu missis confossi.* Verbatim, *opus sagittarum et arcuum facti.* Similiter II, 4 *Κεῖται Χαρίκλεια, καὶ ΠΟΛΕΜΙ'ΑΣ ΧΕΙΡΟ'Σ ἜΡΓΟΝ ἡ φιλτάτη ΓΕΓΕ'ΝΗΤΑΙ*, *Iacet Chariclea, et hostili manu peremta est.* Et VI, 13 *ΠΟΛΕ'ΜΟΥ γοῦν ἜΡΓΟΝ μαχομένους γενέσθαι*, *Bello certe pugnantes occubituros.*

Praeterea non tantum peculiariter usurpatur de bello, ut *Τρωϊκὸν ἔργον*, *Bellum Troianum*, apud Arrian. Exped. Alex. I, 11 in fin., sed etiam, si quid magnum vel calamitosum acciderit, et praesertim novissime. Ibidem cap. 18, postquam narraverat, quomodo Alexander Thebas oppugnavisset, cepisset, et solo adaequavisset, subdit, quosdam Thebanos venisse ad Athenienses *ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου*, *Ex ipsa clade;* vel, *Illico post acceptam cladem.* Eodem modo, quoniam inter res a Miltiade gestas pugna Marathonia nihil clarius, eadem haec vocatur *κατ' ἐξοχὴν*, *ἔργον*. Paus. in Achaicis pag. 425 *Ἀθηναίων βούλευμα πρὸ τοῦ ἜΡΓΟΥ τοῦ ἐν Μαραθῶνι μιμούμενος*, *Atheniensium consilium (quod ceperant) ante pugnam illam Marathoniam imitatus.* § 70. In malam partem facinus denotat. Thucyd. II, 29 *Καὶ τὸ ἜΡΓΟΝ τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἔπραξαν*, *Et facinus illud in Ityn mulieres in hac terra perpetrarunt.* Monendi praeterea tirones, ut veram huius nominis versionem ex praecedentibus coniiciant. V. c. Quum Alexander apud Arrianum praemittit, qui Mallorum urbem obsidione tenerent, mandans simul, *ἜΡΓΟΥ μὴ ἔχεσθαι, ἔστ' ἂν ἀφίκετο αὐτός*, facile ex re ipsa coniici potest, *ἔργον* vertendum esse per *oppugnationem* ita: *Nec oppugnationem aggrederentur, donec advenerit ipse.*

Non plane absimili modo dixit Virgilius navem *urbis opus*, lib. V Aen. vs. 119

Ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
Vrbis opus. —

Ad haec *μέγα ἔργον* per Appositionem Nomini cuipiam additum rei magnitudinem significat. Ita eleganter Hom. Iliad. Ε, 503

— *Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, ΜΕ'ΓΑ ἜΡΓΟΝ.*
Lapidem vero prehendit manu
Tydides, ingentis magnitudinis, vel ponderis.

Dixere etiam pro eodem, *μέγα πρᾶγμα*, *μέγα χρῆμα*. De quibus vide sis infra suis locis. H.

mum eius inscendenti, loquentem: Οὗτος, τί ποιεῖς ἐτεὸν οὐπὶ τοῦ τέγους; id est, *Heus tu, quid agis rerum, obsecro, istic supra tectum?* *

XIV. Ἕτοιμος, *promtus*, *paratus*, usum aliquem habet, quo sumitur pro eo, quod est *velut in penu repositum*, unde facile promi possit: idque duobus fere modis.

Primo sine ulla praepositione. Plutarch. in Aemil. [13] Καθάπερ οἱ μαστοὶ τῶν γυναικῶν οὐχ, ὥςπερ ἀγγεῖα, πλήρεις εἰσὶν ἐπιῤῥέοντος ἑτοίμου γάλακτος, *Quemadmodum ubera mulierum non vasorum instar plena sunt affluente ac velut reposito lacte.* Ibid. Οἱ πιδακώδεις τόποι οὐκ ἔχουσι κόλπους, ῥεύματα ποταμῶν τοσούτων ἐξ ἑτοίμης καὶ ὑποκειμένης ἀφιέντας ἀρχῆς,* *Scaturientia loca sinus aliquos non habent, qui tantorum fluviorum cursus ex innato quodam interiusque reposito fonte profundant.*

Secundo, cum praepositione et gignendi casu: Isocr. ad Phil. Στρατιώτας ἐξ ἑτοίμου λήψῃ τοσούτους, id est, *Tot milites, sic tanquam e penu expeditos, promtosque sumes.*

Aliquando tamen ἐξ ἑτοίμου videtur esse *sponte*, *ultro*: Xenophon [14], Ἐξ ἑτοίμου τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς φίλον εἶναι, *Sponte et naturali quadam propensione bonorum ac proborum amicum esse.* Vtrovis sensu illud Philonis de legatione ad Caium sumi possit: Ἐξ ἑτοίμου τἀγαθὰ ἀθρόα σωρηδὸν κεκληρονομηκότα, id est, *Eum, qui bona sponte, quasi*

* Quae Hoogevenus in Corpore partt. pag. 421 de hac voce tradidit, eorum summam hic recensere non alienum erit. Ἐτεὸν, quod originem haud dubie duxit ab ἔω, seu εἰμὶ, sua natura est Adiectivum. Vnde ab Hesychio redditur ἀληθές. Iliad. β', 300 Ὄφρα δαῶμεν, εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἦε καὶ οὐκὶ, *Vt intelligamus, utrum Calchas verum vaticinetur, nec ne.* Verum fere vim Adverbii obtinet, et significat a) *vere*, *revera*, *serio*, *ex animo*, ut Iliad. η', 359 Εἰ ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις, *Si vere et serio hoc loqueris.* Aristoph. Vesp. 8 Ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς. Iliad. ο', 53 Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Ad quem locum Eustathius, Τὸ δὲ ἐτεὸν, inquit, καὶ τὸ ἀτρεκέως, τῇ ἐκ παραλλήλου θέσει ἕν τι δηλοῦσιν ἐπὶ ἀπαντήσει ἀληθείας ἄκρας. b) Inprimis adhibetur in petitionibus seriis et interrogationibus, ubi reddi potest *obsecro*. V. c. Aristoph. Vesp. 832 Τί δ' ἐστὶν ἐτεόν; in Equit. 730 Σὺ δ' εἶ τίς ἐτεόν; in Nub. 93 Τί οὖν τοῦτ' ἔστιν ἐτεὸν, ὦ πάτερ; etc. Z.

13 Vterque Plutarch. locus extat pag. 262.

14 Lib. Memorab. II, 6, 16. In hoc loco Xenophontis ἐξ ἑτοίμου potius reddi debet, *facile*, *statim*, *sine ulla difficultate.* Z.

unum in cumulum coacervata, haereditario iure obtinuerat: vel, *bona tanquam ex penu facile confertimque promenda* [15].

15 Sectionem isthanc claudant duo vocabula, εὐώνυμος et θάτερον. Priore, cuius significatio propria est, *qui est boni nominis*, veteres, ad evitandum malum vocis omen, superstitiose admodum pro ἀριστερὸς, i. e. *sinister*, usi sunt: et Graeci v. c. in acie struenda *cornu dextrum* vocarunt δεξιὸν κέρας, utpote boni ominis; at *sinistrum cornu*, non ἀριστερὸν, sed pro eo εὐώνυμον κέρας dicebant, q. d. cuius infelicem appellationem Dii in melius omen vertant. Exempla quaere apud Arrianum de Exped. Alex. lib. I, pag. 6, lin. 1 et 6, pag. 7, lin. 26, pag. 14, lin. 7, pag. 31, lin. 5, 19 et 34, et pag. 57. lin. 2, 4 et 7. Thucyd. lib. I, cap. 48, et lib. III, cap. 107, prope fin. Atque haec vocabuli acceptio tanto valuit usu, ut postea citra superstitiosam cautionem hoc modo uterentur Graeci. Ita non semel occurrit in literis sacris. Adi Matth. XX, 21 et 23, XXV, 41, XXVII, 38. ubi de latronibus, qui una cum Christo cruci adfixi erant, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, *alter ad dextram, et alter ad sinistram.* Addatur Apocal. X, 2. Act. Apost. XXI, 3. Caeterum de hac veterum sollicita cautione vid. Hudson. ad Thucyd. I, 126.

Vocabuli θάτερον, conflati ex τὸ ἕτερον, in dilemmatibus maximus est usus, praecedente δυοῖν. Et δυοῖν θάτερον absolute dicitur et elliptice, subaudito ἀνάγκη, ἀληθὲς, σαφές ἐστιν, aut simili. Nos totidem verbis dicimus, *een van tween.* Ita contra Platonem argumentatur Aristides, pro Quatuorviris, p. 469, quem oratores adulationis accusare ait, et tamen unum Aristidem laudavisse. Verba sunt: *Πάλιν δ' αὖ τῶν ῥητόρων ἕνα τῶν Ἀθήνησιν ἐπαινῶν — τὸν Ἀριστείδην, λέγω, καὶ ΔΥΟΙ͂Ν ΘΑ΄ΤΕΡΟΝ, ἢ μὴ προςήκοντα ἐπαινούμενον, ἢ, κείνους δεικνύντα, ἃ μὴ προςῆκεν, ἀκηκοότας, Rursus unum ex Rhetoribus Atheniensibus laudans, Aristidem, inquam. Hinc alterutrum constat, vel eum, quem non oportuit, esse laudatum, vel caeteros immerito male audivisse.* Haec verba nonnunquam mediae sententiae ita interseruntur, ut, iisdem sublatis, integer maneat sensus.

SECTIO V.

De nominibus ἵππος, ἱππογνώμων, ἴσος, καιρὸς, κακὸς, κάκωσις ἐπαρχίας, κλοπὴ τῶν δημοσίων, κοινὸς, κατάχρεως, κυρία, κύριος.

REGVLA I.

Ἵππος feminino genere pro *equitatu* sumitur: ἵππον προςήγαγε μυρίαν ὅσην, id est, *infinitam vim equitatus immisit.* § 71. Eadem vox in compositione vim augentem et amplificantem habet. Sic enim ἱππογνώμων dicitur, qui *grandia statuit, et magnifice admodum de se sentit.* Sic apud Aristoph.[16] ἱπποβάμονα ῥήματα, id est, *grandia verba*, quae Horatio *sesquipedalia*, quasi non nisi equo vecta incedere videantur. Haec tamen, ac reliqua id genus, poetica magis, quam oratoria sunt. § 72.

[Atque ita ἱππογνώμων idem esset quod μεγαλογνώμων· sic Stephanus, eumque secuti alii Lexicographi, atque ipse Vigerus hoc in loco. Istius vero significationis exemplum non reperitur apud ullum probatum auctorem. Extat quidem verbum apud Aeschylum in Iaculatricibus, sed in alio sensu:

Ἄδην γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀτρέπτη βλεμμάττων ῥέπει βολή·
Νέας γυναικός τ' οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾗ γεγευμένη·
Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

Purae tororum namque nuptialium
Acies immota virgini defigitur,
Nec me puellae lumina ardescentia
Fallant, solent quae prodere expertam virum.
Mens mi perita dignoscendi huiusmodi.

16 In Ran. vs. 839. Quae et verba ἱππόκρημνα vocantur ibid. vs. 960. Idem paulo post ἱππαλεκτρυόνα nominat, quem nonnulli explicant *Magnum gallum.* H. Eiusmodi ἱπποβάμονα ῥήματα a Luciano in de Conscrib. Hist. cap. 45 dicuntur ἱπποτυφία, *tumor verborum ineptus et vanus.* Z.

Rectius Salmasius ad artem illam alludi autumat, qua ex dentibus aetas equorum dignoscitur. γνώμονες enim Xenophonti de re equestri sunt dentes equini ἡλικίας γνωριστικοί, *aetatis indices*, ut Pollux l. I, cap. 11, sect. 1, unde ἀγνώμονες et λιπογνώμονες equi, quorum aetas ex dentibus amplius cognosci non potest, postquam γνώμονας illos amiserunt. Sicut ergo γνώμονες hi in equis aetatem eorum produnt: sic etiam signa sunt, quibus virgines et nuptae discernantur, aeque in oculis plurimum sita. Horum autem peritiam sibi singularem arrogat is, quisquis est, qui apud Tragicum ista profatur. Aeschylus in Agamemn. hanc vocem ἱππογνώμονα usurpavit pro simplici minimeque vafro: cuius vocabula haud pauca, e quibus et istud, H. Stephanus, aliique Lexicographi omiserunt. Hesychius ἱππογνώμονα vult dici τὸν ἵππους διαγινώσκοντα κυούσας, ἢ μή· *eum qui equas internoscit, foetaene sint, necne*; prior autem expositio magis arridet; neutra tamen τὸ ἵππος in voce ἱππογνώμων pro intendendi particula agnoscit. Hoc autem, (aliaque eiusmodi plurima) animadversum est a Cl. V. *Tho. Gatakero*, Theologo praestantissimo: et in Philologiae studiis κριτικωτάτῳ, Adv. Misc. Post. cap. X, pag. 503.

Ἵππος et βοῦς in compositione τὸ μέγα significant, εἴωθε γὰρ ἡ προσθήκη τῶν τοιούτων ζώων τὸ μέγεθος τοῦ ὑποκειμένου δηλοῦν, οἷον, βούλιμος, ὁ μέγας λιμός· βούπαις, ὁ μέγας παῖς. Etym. Magn.[17]

17 Atticum esse adfirmat Moeris: *Βούπαις, Ἀττικῶς· Ἔξακμος, Ἑλληνικῶς*. Consentit Triclin. ad Sophocl. in Ai. v. 232 additque de epitatico βοῦς, unicum tantum esse exemplum in βούπαις. De altero, ἵππος, duo adfert: de ἱππογνώμων altum silentium. Sed ipsius hic verba addere non taedet. Ἱππονόμος γὰρ, inquit, ὁ τῶν ἵππων νομεὺς, ἢ ἱππονόμους, τοὺς μεγάλους νομεῖς καὶ φύλακας τῶν ποιμνίων. ἵππος γὰρ τὸ μέγα παρ' Ἀττικοῖς, ὥσπερ καὶ τὸ βοῦς· καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς παράδειγμα τὸ βούπαις· τοῦ δὲ ἑτέρου τὸ ἱππόβινος καὶ ἱπποβούκολος. i. e. *Ἱππονόμος enim est agaso, vel ἱππονόμους, magnos pastores et custodes gregum. Nam ἵππος apud Atticos magnum significat, ut et βοῦς· huius unum exemplum habemus in βούπαις, illius sunt ἱππόβινος [valde libidinosus] et ἱπποβούκολος [insignis equorum domitor]*. Sic βουλιμιᾷ utitur Aristophanes pro *vehementi fame* in Plut. vs. 874. Est et ubi epitaticum illud βοῦς vel βοῦ resolvitur in adiectivum βόειος, unde βόεια ῥήματα apud eundem in Ran. vs. 955, id est, ut ipse explicat, Ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δεῖν' ἄττα, μορμορωπά, *Verba bubula, supercilia et cristas habentia, grandia, terrifica*. H.

Graeci etiam adverbio τρὶς adiectiva intendere solent, ut τρισμακάριος, *ter felix:* τριβάρβαρος, *valde barbarus*] [18].

II. Habet ἴσος usus aliquot observatione dignos. Primum, quod Latini dicunt *par pari referre*, Graeci ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν [19]; quod etiam dicebatur, μετρεῖν τὴν ἴσην, supple μοῖραν, quasi *aequam portionem metiri:* vel τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, cum accusativo rei, vel personae, ut τὴν εὐερ-

Ad classem nominum ex βοῦς compositorum pertinent quoque haec: βούβρωστις, *fames ingens et dira*, Iliad. ω', 532 et Callim. Cer. 103. βούπεινα, *fames ingens*, Callim. Cer. 24. βουγάϊος, *homo ingentis staturae et plumbeus*, Iliad. ν', 824. Odyss. σ, 8. Ad locum priorem Eustathius ita: Ὅτι δὲ — ὁ βοῦς πολὺ μέγεθος παρεμφαίνει ἐν ταῖς συνθέσεσι, δηλοῖ καὶ ἡ βοῦς ἐπίτασις, ἣν ἐκ τοῦ ζώου τούτου εἰλῆφθαι λέγουσιν· ἐξ ἧς ἐπιτάσεως καὶ ἡ βούβρωστις, καὶ ἡ βούπεινα, καὶ ὁ βούλιμος (*ingens fames*), καὶ ὁ βουθοίνας (*homo edax*), καὶ ὁ βούπαις. Item βοῶπις, *femina magnis oculis augusta:* sic solet Iuno vocari apud Homerum. Refer huc quoque illum Βουκέφαλον Alexandri: it. βούνεβρος, *magnus hinnulus*, Aesop. Fab. 39. βουθερής, *multa herba obsitus*, Sophocl. Trachin. 191. Z. ∫ 73.

18 Eadem ratio est Adiectivi πᾶς, quod Neutro Genere per Compositionem Nomini vel adverbio adhaerens, superlativi vim habet, ut πάνσοφος apud Platonem, item πάγκαλος, *pulcerrimus*, et παγκάλως apud eundem in Phaedro pag. 171. Παγγέλοιον, *Perridiculum*, ibid. pag. 260. Et πάγχρηστος, *utilissimus*, apud Aristoph. Achar. 934. Παμπόνηρος, ibid. 854. Πάμμεγα apud Plat. in Phaedro pag. 273. Sic πάγκακος, *nequissimus*, apud Theogn. Παμμίαρος et Μιαρώτατος coniungit Aristoph. in Ran. 469 Καὶ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, καὶ μιαρώτατε, *O hominem impurum, et perquam impurum, et impurissimum!* Πανόλβιος, *Felicissimus*, Theogn. 441. Quomodo nos eodem sensu utimur nostro *al* vel *aller*, ut *allerwyst*, *allerschoonst*, *allerondeugenst*. Cui tamen nostro idiomati magis respondent Graeci, cum ipsum adiectivum in superlativo ponitur; ut παμμέγιστος, *allergrootst*, Aelian. V. H. lib. X, cap. 2. Πάμπρωτος, *allereerst*, Pindar. Isthm. Od. 6. Hom. Il. *I*, 93. Πανύστατος, *Vltimus*, unde adverbialiter Aristoph. in Acharn. vs. 1133 Νῦν πανύστατόν σ' ἰδὼν, *Nunc extremum te conspiciens.* Euripid. Orest. 367 et 1021.

19 At ἴσον ἴσῳ in compotationibus apud veteres solenni tanquam formula κράσεως vocabatur genus, quo par vini portio pari aquae mixtura temperabatur. Adeoque receptus erat hic loquendi mos, ut etiam, nulla structurae ratione habita, haec absolute medio sensu insererentur. Ita ex Alexide Athenaeus lib. Deipnosoph. X, pag. 431. Τῇ φιλοτησίας ἐγὼ μεστὰς προπίνω ἼΣΟΝ ἼΣΩι κεκραμένας, *Huic ego amicitiae pocula plena propino, vino pari aquae portione temperato*, i. e. *eo potionis genere, quae vocatur* ἴσον ἴσῳ. Ita absolute pro οἶνον ἴσον κεράσας ὕδατι ἴσῳ. In hanc sententiam vide alia ex aliis poetis exempla ibidem collecta.

γεσίαν, *beneficium*; vel τὸν *εὐεργετήσαντα*, *beneficii auctorem*.

III. Deinde quod Latini, *aequo iure*, Graeci ἀπὸ τοῦ ἴσου· vel ἀπὸ τῆς ἴσης· vel ἐπὶ τῇ ἴσῃ· adduntque nonnunquam huic feminino καὶ τῇ ὁμοίᾳ [20], quo fere sensu plurale neutrum, τὰ ἴσα καὶ ὅμοια, frequentissimum est: unde τῶν ἴσων τυγχάνειν is dicitur, *quocum agitur aequa et pari conditione*, vel *qui poenam scelere, aut praemium virtute dignum consequitur* [21]. Similiter in dandi casu, cum praepositione ἐπὶ, ut ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις πολιτεύεσθαι, id est, *aequis in republica conditionibus*, vel *aequo iure vivere*.

IV. Coniungitur etiam in eodem plurali cum μετέχειν, vel μετεῖναι, sed in gignendi casu, sequente dativo personae. Demosth. in Midiana, Οὐ μέτεστι τῶν ἴσων οὐδὲ τῶν ὁμοίων πρὸς τοὺς πλουσίους τοῖς πολλοῖς· id est, *Non gaudet multitudo eodem iure, quo divites*. Idem, Τῶν ἴσων οὐ μετεῖχε τοῖς ἄλλοις· *Eodem, quo nos, iure non gaudebat*. Quibus in exemplis duo breviter observanda sunt. Alterum est, si verbum impersonale sit, adhiberi πρὸς cum accusativo eius personae, quacum fit comparatio, ut in superiori ex-

20 Exemplum habet Thucyd. I, 26. Καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον, ΕΠΙ ΤΗι ΙΣΗι ΚΑΙ ΟΜΟΙΑι τὸν βουλόμενον ἰέναι, *Simulque coloniam Epidamnum edixerunt, ut, si quis vellet, pari iure atque aequa conditione eo proficisceretur*. Pro eodem dicitur ἐκ τοῦ ἴσου apud Iulian. Misopog. pag. 359 Ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως ΕΚ ΤΟΥ ΙΣΟΥ πᾶσι προσφέρεσθαι, *Simpliciter et libere cum omnibus aequo iure vivere*. At ἐξ ἴσου, vel ἐξίσης Latine vertitur *aeque ac; iuxta et; cum, tum*. Ibid. pag. 358 Ὅθεν, οἶμαι, συμβαίνει νέους καὶ πρεσβύτας ΕΞΙΣΗΣ εἶναι φιλομύθους, *Hinc, puto, fit, ut iuvenes iuxta et senes fabulis delectentur*. Eodem sensu adhibetur ἐπίσης. Antoninus εἰς ἑαυτ. lib. II, cap. 8 Θάνατός γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδοξία, πόνος καὶ ἡδονὴ, πλοῦτος καὶ πενία, πάντα ΕΠΙΣΗΣ συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, *Mors et vita, gloria et dedecus, dolor et voluptas, opes et inopia, omnia haec bonis aequa sorte ac malis obtingunt*. In cuiusmodi locutionibus substantivum μοῖρα subaudiri, ostendit Cl. Bos.

21 Hinc ἐπ' ἴσης iunctum adverbio ἀξίως notat, *Pro rei dignitate*. Lucian. Dem. Enc. Tom. III, pag. 498. Ed. Amst. pag. 891 Νόμων δὲ καὶ δικαστηρίων, καὶ Πειραιῶς etc. οὐδ' ἂν εἰς ΕΠ' ΙΣΗΣ ΑΞΙΩΣ ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ ὁ Δημοσθένης, *Legum autem, et iudiciorum, et concionum, et Piraeei ne ipse quidem Demosthenes dignitatem oratione assequi posset*, i. e. *de legibus* etc. *pro dignitate dicere*.

emplo, πρὸς τούς· sin vero personale, melius dativum eiusdem personae usurpari: ut τῶν ἴσων μετέχω σοι, *eadem qua tu conditione sum.* Alterum est, peculiaris usus pronominis ἄλλος, quo, more prorsus Gallico, cum pronominibus ἡμεῖς, et ὑμεῖς coniungitur. Dixit enim τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, ut nos vernacule, *à nous autres:* sic, ἀλλὰ πάντα ἐπίκειται τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, *mais tout tombe sur nous autres* [22].

Ἐν ἴσῳ cum gignendi casu, *quod aequaliter ad omnes alios pertinet.* Lucianus de iudicio vocalium, initio: Ὡς, ὀλίγου δεῖν, ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου· id est, *Ita dum quiescerem, parum abfuit, quin nullus mihi deinceps inter literas locus relinqueretur: atque adeo meus iste metus ad omnes literas aequaliter pertinet.* [Errat. Vid. Hemsterh. ad Lucian. pag. 84. *Herm.*]

VI. Praeterea ἴσον et ἴσα cum dandi casu, maxime apud Poetas, significant *perinde ac, aeque atque* [23]. Apud Homerum Iliad. Γ. de Paride:

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

Gallice, *car ils le haissoient tous comme la mort* [24]. Quo sensu dicitur apud Oratores ἐν ἴσῳ [25], sequente dandi casu; vel particulis εἰ καὶ, cum verbo neutro: ut ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μηδὲν ἂν ᾔσθετο, *ac si nihil omnino sensisset:* quod etiam

22 Ita Lucian. in Dial. Mort. Καὶ ὙΜΕΙ͂Σ ΟἹ ἎΛΛΟΙ, πολὺ ἀμείνονες ὄντες, ἀπείπασθε τὸν ἀγῶνα; Gallice: *Et vous autres qui etiez beaucoup meilleurs, avez quitté le debat.*

23 Simili modo apud oratores construitur cum dativo τῷ, materialiter, ut vocant, sumto et convenit exponenti sive docenti, qui verba alicuius interpretatur. V. g. verba Dei ad Moysen Exod. III, 5 Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, hoc modo explicantur: Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε ἾΣΟΝ ΤΩ͂ι, Μὴ πρόσιθι τοιαύτῃ διασκέψει, etc. *Ne huc propinques, quasi dicat: Ne accedas tali mente.*

24 Vel in plurali numero ἴσα, apud Hom. Iliad. Ε, vs. 70.

Ὅς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανώ,
ἼΣΑ ΦΊΛΟΙΣΙ ΤΈΚΕΣΣΙ,

Qui quidem spurius erat, sed quem studiose educavit diva Theano, perinde ac caros liberos. In soluta oratione exemplum occurrit in iureiurando Hippocratis. [item apud Lysiam pag. 3 ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω. Z.]

25 Cui simile est ἐν ὁμοίῳ. Vtrumque occurrit, sed extra regimen, apud Thucyd. II, 25 Θεῶν δὲ φόβος καὶ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἘΝ ὉΜΟΙ͂Ωι, καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. *Deorum vero cultus, vel hominum lex neutiquam eos arcebat; non ille, quia iudicabant perinde esse Deos colere, et non colere, quoniam omnes aequa sorte mori videbant* etc.

recte diceretur, ἐν ἴσῳ μηδὲν ᾐσθημένῳ, *perinde, ut qui sensisset nihil:* vel neutrum plurale usurpatur cum particula καὶ, ut: *hanc artem perinde ac filiolam carissimam deosculatur*, τήνδε τὴν τέχνην ἴσα καὶ τεκνίδιον ἥδιστον καταφιλεῖ [26]. Sic: *plerique ita respondent, ac si nihil omnino audierint*, Πολλοὶ οὑτωσί πως ἀποκρίνονται, ἴσα καὶ μὴ ἀκοῦσαι μήτε ἕν· quo in exemplo cum infinitivo iungitur [27].

VII. Dicebant, ἴσα τοῖς λόγοις ἔργα καταστῆσαι, vel ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους καθιστάναι, cum verborum fidem operibus implebant; quasi, paria facere verba inter et opera. Thucydid. lib. I Ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα, id est, *Sed eum, qui ante disceptationem omnem verborum fidem factis impleverit* [28].

26 Exemplum quaere apud modo cit. Thucyd. III, 14 Ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἼΣΑ ΚΑΙ ἱκέται ἐσμὲν, *In cuius templo supplicibus similes sumus.* Vbi subauditur praepositio κατά. Ad hunc idiotismum formata videtur Latinorum locutio, nisi quod hi adiectivum *aequus* in constructione cum suo substantivo coniungunt, poetice. Ita Horat. lib. II, Od. 18.

— *AEQVA tellus*
Pauperi recluditur
RegumQVE pueris.

Pro, *Aeque ac.* Similiter lib. I, od. 4, vs. 13.

Pallida mors AEQVO pulsat pede pauperum tabernas
RegumQVE turres. —

Et lib. III, od. 1, vs. 13.

— *AEQVA lege necessitas*
Sortitur insignes ET imos.

27 Pro iisdem dicitur etiam ἴσον, ὅπερ vel ὅπερ ἄν. Ita Aeschines Socr. dialogo περὶ πλούτου: Καταμαθὼν δὲ αὐτὸν ἐγὼ, ὅτι ἼΣΟΝ ἂν εἴη πεῖσαι, ὍΠΕΡ ἊΝ, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι. *Ego autem animadvertens, illum (velle) persuadere perinde esse ac, quod dicitur, laterem coquere, sive, lavare.*

28 Cum de numero mentio est, redditur *Totidem.* Thucyd. I, 115 Ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἼΣΟΥΣ δὲ ἄνδρας, *Obsides a Samiis acceperunt, quinquaginta quidem pueros, et totidem viros.* Eodem modo Arrian. de Exp. Alex. lib. II, cap. 2 Πληρώσαντες πεντήρεις μὲν τρεῖς, καὶ τετρήρεις ἼΣΑΣ, *Instruentes tres quinqueremes, et totidem quadriremes.* Hoc sensu aliquando Dandi casum regit, qui in versione commode omittitur. Plat. Sympos. pag. 189 in fine: χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἼΣΑ ΤΑΙ͂Σ ΧΕΡΣΙ΄, *Manus quatuor habuit, totidemque crura.* Additur et accusativus ἀριθμόν. Ita Arrianus Exp. Al. lib. I. p. 12 in fine narrat crudelia Illyriorum sacrificia, quippe qui mactabant παῖδας τρεῖς καὶ κόρας ἼΣΑΣ ΤΟ`Ν ἈΡΙΘΜΟ´Ν, *Pueros tres et puellas numero pares.* At cum quantitas significatur: *Tantumdem, aequali portione:* quo sensu eleganter duplicatur, et alterum in Dativo ponitur. Hippocr. de Nat. Mul. pag. 570, lin. 48 Ἀδιάντου ἴσον στατῆρα Αἰγιναῖον, ἐν οἴνῳ λευκῷ

VIII. *Καιροὶ*, in plurali, maxime apud Atticos, absolute ponuntur, pro *commoda*, vel *incommoda occasione*, quasi *ἀφορμῇ*, in utramque partem. Thucyd. lib. I, p. 26 *Χωρίον προςλαβεῖν, ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦται καὶ πολεμοῦται*, id est, *Locum eum sibi adiungere, qui et summa cum utilitate nobis concilietur, et summo incommodo hostilis fiat*, vel *momentis in utramque partem maximis aut amicus reddatur, aut hostis.*

IX. Vt *ἀρετὴ* de rebus etiam inanimis dicitur; sic *εὐτελῆ* [29] omnia, vel *οὐτιδανὰ*, hoc est, *vilia, nulliusque pretii*, *κακὰ* dici solent. Demosth. orat. de Chers. *Ὥςτε ὑπολαμβάνειν, τὸν Φίλιππον τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν, (τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειρον, καὶ ἃ νῦν ἐξαιρεῖ, καὶ κατασκευάζεται;) τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν*, *Vt existimet, Philippum vilium quorundam Thraciae locorum, (quo enim alio nomine Drongilum, Cabylam, et Mastirum adpellemus, ac caetera, quae nunc in potestatem redigit?) horum, inquam, cupiditate teneri.*

X. Quod Latinis *repetundarum crimen* dicitur, (id est, repetundarum pecuniarum, quibus provinciam magistra-

ἼΣΟΝ ἼΣΩι κεράσας δίδου πίνειν, *Adiantum stateris Aeginaei pondere, ex vino albo aequali* [aquae] *portione temperato, bibendum dato.*

At *τὸ ἴσον* substantive redditur *Ius*. Thucyd. I, 34 *Πολέμῳ μᾶλλον ἢ ΤΩ͂ι ἼΣΩι ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν*, *Bello magis, quam iure voluerunt crimina persequi.* Sed, addito generandi casu, in versione redditur per adiectivum. Sic eodem lib. cap. 39. *ΤΗ͂Σ ἀφ᾽ ἡμῶν ΑἸΤΊΑΣ ΤΌ ἼΣΟΝ ἕξετε*, *Parem apud nos culpam habebitis.*

Nominis huius Compositum Plurale *ἡμίσεες* (q. d. *semitotidem* i. e. *pars alteri numero aequalis*, seu simpliciter, *pars altera*), more Latinis incognito, cum Substantivo personae Adiective construitur. Vitiose enim Latine diceres: *Dimidii nautae perierunt*, pro *Nautarum pars altera.* Graece: *ΤΩ͂Ν ΝΑΥΤΩ͂Ν ΟἹ ἩΜΙΣΕΕΣ ἀπώλοντο.* Ratio huius in utraque lingua differentiae est diversa vocum, ex quibus conflatio fit, significatio. Arrian. Exp. Al. lib. III, cap. 12 *Κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας ἐχόμενοι τῆς βασιλικῆς ἴλης τῶν Ἀγριάνων ἐτάχθησαν ΟἹ ἩΜΙΣΕΕΣ*, *Ad dextrum cornu proxima regiae turmae Agrianorum collocata erat pars altera.* Proprie, *Agriani dimidii.* Et paulo post, *Καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι ΟἹ ἩΜΙΣΕΕΣ*, *Et ex his dimidia fere pars ex equitatu sociorum.* Sic, *ἡμίσεων πλείους*, *pars maior*, apud Hom. Od. *Ω*, vs. 463.

29 *Ἐντελῆ* habent editiones Argentoratensis, Leidensis et Parisiensis, sed in manifesto errore; hoc enim nunquam notat *vilia*, sed contra *perfecta*: quare non dubito, quin Auctor dederit *εὐτελῆ*.

tus spoliaverat) Graecis, κάκωσις τῆς ἐπαρχίας, quasi *vexatio provinciae.* At peculatus crimen, κλοπὴ τῶν δημοσίων, supple χρημάτων, id est, *pecuniae publicae furtum.* Exempla passim obvia, maximeque apud Plutarchum, aliosque rerum Romanarum Graecos Historicos [30].

XI. Τὰ κοινὰ, id est, *communia*, idem aliquando sunt, quod χάριτες· id est, *morum congressusque facilitas cuilibet obvia*, ut in praeposit. ἀπὸ diximus [31], ἀπὸ πασῶν τῶν χαρίτων ὁμιλεῖν. Plutarch. in Publicola pag. 99. b. Μάλιστά πως τοῖς κοινοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπαχθεὶς τοῦ ἀνδρός· id est, *Obvia hominis facilitate, ac morum suavitate maxime conciliatus.*

XII. Κατάχρεως, ὑπόχρεως, ὑπέγγυος οὐσία, *nexu obligata bona;* quemadmodum *soluta nexu*, ἀνέπαφος οὐσία· quae postrema vox saepe cum ὑποθήκῃ, id est, *pignore* coniungitur, significatque pignus ab omni manus iniectione liberum: οὐσία autem φανερὰ videtur *bona immobilia* significasse. Demosth. de pace, Ἐπειδὴ διὰ τὴν εἰρήνην ἀδείας ἔτυχεν, ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο οὐσίαν φανερὰν, ταύτην ἐξαργυρίσας· *Ille pacis beneficio securitatem nactus, quae hic possidebat, immobilia bona cum vendidisset.* Quare οὐσία ἀφανὴς, *bona mobilia, quaeque minus oculis pateant*, significabit.

XIII. Quod Latini *vadimonium* accipiunt pro *die certo et dicto*, vel pro *sponsione conveniendi ac sistendi se dicto die*, Graecis fere ἡ κυρία dicitur; intellecto substantivo ἡμέρα, quasi dicas *domina*, vel *propria dies* [32], ut *vadimonium promittere*, τὴν κυρίαν ὁμολογεῖν. *ad vadimonium venire*, seu

30 Adiectivum καλὸς, *Pulcer, Honestus*, in neutro genere pluralis numeri significat, quicquid in aliquo est illustre et egregium, et explicatur per *Virtutes.* Ita Lucian. Dem. Encom. pag. 900 Οὐκοῦν οὐδ' ὁ Δημοσθένης αἰτιάσεται, καθ' ἓν ΤΩ͂Ν αὐτοῦ ΚΑΛΩ͂Ν ἐπαινούμενος, *Itaque ne Demosthenes quidem aegre feret, si singulae eius virtutes non laude praedicantur.*

31 *Dicemus*, reponerem, sed in capite de praepositionibus altum silentium. Caeterum haec regula in edit. Paris. collocatur ordine decima quarta: malim duodecima, ut servetur literarum ordo alphabeticus.

32 Ita Electra apud Euripid. in Oreste vs. 48. ubi ἡμέρα additur:

Κυρία δ' ἥδ' ἡμέρα,
Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις.

Haec autem dicta dies est, qua feret sententiam Argivorum civitas. H.

Sic apud Achillem Tat. VIII, 405 Ἠκούσης τῆς κυρίας, *cum dies iudicii adesset.* Z.

potius *obire vadimonium*, ἀπαντᾷν εἰς τὴν κυρίαν· sic *vadimonium deserere*, τῆς κυρίας ἀπολείπεσθαι, vel ὑστερεῖσθαι. Caeterum κυρία absolute ponitur pro quocumque die stato ac fixo, qui etiam ἀφωρισμένη, τακτὴ, ἀποτεταγμένη, νενομισμένη dicitur.

XIV. Eodem fere modo sumitur ἡ προθεσμία· unde ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας dicitur, *qui in mora est, nec dicto die aut sistit sese, aut rem iudicatam facit.* Is etiam ὑπερήμερος [33] absolute vocari potest, vel ἐκπρόθεσμος, vel ὑπερπρόθεσμος. Hinc apud Athenienses dicebatur aliquis ὑπερήμερόν τινα λαβεῖν, quando mittebatur in possessionem bonorum eius, qui vel intra diem non adfuisset, vel rem iudicatam non fecisset [34], et ὑπερημερία dicebatur suprema dies alicui obeundo muneri concessa: unde ἀναβάλλεσθαι τὴν ὑπερημερίαν, *diem illum prorogare:* et μέλλει μοι ἐξήκειν ὑπερημερία, *iam vergit illa dies, in quam iudicatum facere debeo.* Qui vero dicta se sistit, ἐμπρόθεσμος dicitur.

XV. Ab eadem significatione non est alienum, quod ἐρήμη δίκη, vel ἐρήμη simpliciter dicebatur pro *causa et iudicio, cui alterius praesentia defuisset*, aut pro *vadimonio deserto.* Hinc ἐρήμην λαβεῖν, aut ἑλεῖν, adversarius dicebatur, cum is, altero vadimonium deserente, causam vincebat, aut etiam iudicata causa damnabat, vulgo, *gagner sa cause, ou faire condamner sa partie par defaut* [35]. Vno quoque verbo dicebatur ἐρημοδίκιον, in neutro, *desertum vadimonium.*

33 Ita narrat Demosthenes advers. Mid. pag. 386. sub finem, non licere legibus, diebus festis, μήτε ἐνεχυράσαι, μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρου, μηδὲ τῶν ὑπερημέρων, *Neque pignori accipere, neque, quod alterius est, capere, ne ab illis quidem, qui rem iudicatam non fecere.*

34 Et ὑπερημέρους εἰςπράττειν, *ab iisdem ea exigere, quae ex iudicis sententia debent.* Vtitur Dem. l. c. H.

Ἡ προθεσμία omnino est dies certa atque rei agendae alicui destinata. Hinc apud Lucianum in Nigr. dicitur de *die, ad quem quis statuit redire ad meliorem mentem.* Ibidem quoque adhibetur de *die fatali, quo mors est subeunda.* Cf. Epist. ad Galat. IV, 2. Z.

35 At ἐρήμην κατηγορεῖν videtur Plato dicere pro *Absentem accusare.* Exemplum quaere in Apol. Socr. p. 18. lin. 28 ἘΡΗ͂ΜΗΝ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥ͂ΝΤΕΣ, ἀπολογουμένου οὐδενὸς, *Absentem accusantes, defendente nemine.*

XVI. *Κύριος νόμος*, *lex domina*, id est, *quae vim ac robur suum obtinet:* unde populus τὸν νόμον τοῖς ψηφίσμασι κύριον ποιῆσαι, vel κυρῶσαι, id est, *suffragiis suis sancire* dicebatur. Contra vero ἄκυροι, *abrogatae*, vel etiam οὐκ ὄντες νόμοι, *non amplius existentes* dicebantur: quemadmodum ἡ μὴ οὖσα δίκη, *lis extincta penitusque composita.* Ἄκυροι denique τῶν ἑαυτῶν, vel τῶν πρὸς αὐτοὺς illi dicebantur, *quibus ius et potestas in suas facultates adimebatur:* cuiusmodi erant οἰκοφθόροι, id est, *qui patrimonium misere consumsissent*, aut *qui domum et familiam perdidissent:* quod vitium οἰκοφθορία dicebatur [36].

36 Κύρωσις est *primaria et princeps alicuius rei virtus et facultas*, i. e. *id, quod in aliqua arte dominatur et praecipue tractatur.* Plat. Gorg. pag. 450, lin. 20 Τῆς δὲ ῥητορικῆς — πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ΚΥΡΩΣΙΣ διὰ λόγων ἐστὶ, *Rhetorices vero omnis actio et princeps primariaque facultas circa orationem versatur*, vel *in oratione dominatur.* Apposite minus mea sententia Scapula explicat per *comprobationem, quae fit auctoritate alicuius, vel confirmationem et ratam fidem.* Sed, quia paulo post per τὸ πολὺ, i. e. *principalem partem* et *opus* eius artis, eandem vocem κύρωσιν explicat (his verbis: Πᾶσαι δὴ οἶμαι τῶν τεχνῶν, τῶν μὲν ἐργασία ΤΟ ΠΟΛΥ ἐστὶ, καὶ λόγου βραχέος δέονται· ἔνιαι δὲ, οὐδενὸς, *Ex omnibus arbitror artibus, in aliis quidem opus principatum obtinet, et brevi oratione indigent: aliae nulla.*) ita ut ἡ κύρωσις καὶ τὸ πολὺ τῆς Ῥητορικῆς sit illud, quod eius artis summam efficit, nempe λόγος vel oratio; priori adhaeremus explicationi. Paulo post in eadem significatione utitur κῦρος, lin. 40 Καὶ τοπαράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ τὸ ΚΥΡΟΣ αὐταῖς διὰ λόγων ἐστὶ, *Atque omnino omnis illarum actio et primaria virtus in oratione versatur.* Alibi, nempe pag. 453, idem effertur per τὸ κεφάλαιον: Ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα, καὶ τὸ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ εἰς τοῦτο τελευτᾷ, *Omnisque illius actio, et summa caputque in illud desinit.* Et ut mira Graecorum in dicendo copia et felicitas appareat, possunt etiam praecedentia per Participium vel etiam per Verbum exprimi, non minus eleganter. Prioris exemplum exstat ibid. pag. 451, lin. 17 Εἰ δ' αὖ ἔροιτο· τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἂν, ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγων τὸ πᾶν ΚΥΡΟΥΜΕΝΩΝ, *Si vero iterum interroget, ecquam artem Logisticam appellem? responderem, eam quoque esse ex illis, in quibus oratio dominatur*, i. e. *priores partes obtinet;* vide et paulo post lin. 32. Posterioris exemplum est ibid. lin. 27 Καὶ αὐτὴ (scilicet ἀστρονομία) λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα, *Et haec quoque maxime in oratione consistit.*

SECTIO VI.

De nomine λόγος.

REGVLA I.

Λόγος nonnullos habet significatus notatione dignos [37]. Primum enim λόγον αἰτεῖν, *dicendi veniam et locum poscere:* cui respondent λόγον διδόναι, *dicendi facere potestatem;* et λόγον λαβεῖν, sive λόγον τυχεῖν, id est, *dicendi facultatem accipere:* hinc passim apud Oratores, λόγον κατὰ μέρος δοῦναί τε καὶ λαβεῖν· hoc est, *loqui vicissim, et vicissim audire.*

II. Secundo, λόγον διδόναι [38], idem est, quod εὐθύνας ὑπέχειν, id est, *rationes reddere.* Aliquando *locum interroganti vicissim dare:* ut, ἐπειδὰν ἱκανῶς ἐρωτήσῃς, δίκαιος εἶ λόγον ἐν μέρει δοῦναι, id est, *ubi abunde interrogaveris,*

37 Tres praecipuas λόγου significationes explicat Plato Theaet. pag. 206 et 208.

1 Prima, inquit, λόγου significatio est διανοίας ἐν φωνῇ ὥσπερ εἴδωλον, *Cogitationis in voce tanquam simulacrum.*

2 Altera διὰ στοιχείου ὁδὸς ἐπὶ τὸ ὅλον, *Per elementum progressio ad ipsum totum.*

3 Tertia est Ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ εἴποιεν, Τὸ ἔχειν τι σημεῖον εἰπεῖν, ᾧ ἁπάντων διαφέρει τὸ ἐρωτηθέν, i. e. *Quod multi explicarent, posse signum aliquod enunciari, quo id, quod interrogatum est, ab omnibus differat.* Id est: Certa quaedam explicatio, quae rem definit et ab aliis distinguit. § 74.

38 Vel ἀποδιδόναι et ὑποσχεῖν. Exempla quaere apud Platonem in Cratylo, pag. 426 *Αὗται γὰρ ἂν πᾶσαι ἐκδύσεις εἶεν καὶ μάλα κομψαὶ τῷ μὴ ἐθέλοντι ΛΟΓΟΝ ΔΙΔΟΝΑΙ περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων. Haec enim sint subterfugia, et quidem admodum speciosa, nolentis rationem reddere de primis nominibus.* Et in Phaedone pag. 63 Ὑμῖν τοῖς δικασταῖς βούλομαι τὸν ΛΟΓΟΝ ἈΠΟΔΟΥΝΑΙ, *Vobis iudicibus volo rationem reddere.* Id. in Gorg. Τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφισβητεῖς, ἐθέλω ὙΠΟΣΧΕΙΝ ΛΟΓΟΝ, *His de rebus si dubitas, volo reddere rationem.* At λόγον ζητεῖν, λαμβάνειν παρά τινος vel ἀπαιτεῖν τινα, est, *requirere rationem ab aliquo.* Exempla invenies apud Demosthenem, Philipp. I Τῶν πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, *Rerum gestarum ab imperatore rationem exigentes.* Et Philipp. IV Δεῖ τὸν μὲν τῶν χρημάτων λόγον παρὰ τούτων λαμβάνειν, τὸν δὲ τῶν ἔργων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, *Ab his* (sc. *quaestoribus*) *pecuniarum, ab imperatore vero rerum gestarum rationes exigendae.* Et de Cherson. Εἰ λόγον ὑμᾶς ἀπαιτήσειαν οἱ Ἕλληνες, *Si a vobis reposcerent rationes Graeci.*

aequum est, te alteri vicissim interrogaturo locum dare [39]. Aliquando denique est, *colloqui cum aliquo*: ut, μηδενὶ παρ' ὁδὸν, ὅτι μὴ ἑταίρῳ προσφιλεστάτῳ, λόγον ἔδωκεν, id est, *cum nemine prorsus in via, nisi cum amicissimo socio, collocutus est.*

III. At λόγον διδόναι cum dativo casu pronominis reciproci est *rem diligenter expendere, ratiocinari, et argumento aliquid colligere*: ut, λόγον ἑαυτῷ δοὺς, τῷ τῆς πολυμαθίας ἀξιωματικῷ τὴν φιληδονίαν ἀπέκρουσεν· id est, *dignitas eruditionis ab eo diligentius aestimata, omnem ei voluptatis cupiditatem excussit* [40]. Συμφρονῆσαι idem significare potest: de quo infra, Cap. V, Sect. 11, 3.

IV. Λόγον παρέχειν, sequente ut plurimum ὡς, id est, *occasionem loquendi, aut ea dicendi praebere, quae sequentibus verbis significantur*: ut, λόγον παρεῖχεν, ὡς ἀποδεδειλιακὼς, καὶ καταπεπληγμένος τὸν κίνδυνον, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀνεβάλλετο· *dictitandi occasionem praebuit, se periculi metu ac formidine, diem ex die trahere.*

Tullius ad Varronem scribens, prope verbatim *sermonem dare* dixit: gallice, *apprêter à parler*. *Dabimus*, inquit ille, *sermonem iis, qui nesciunt, nobis, in quocumque loco simus, eundem cultum, eundem victum esse*: λόγον παρέξομεν τοῖς ἡμᾶς οὐκ εἰδόσιν, ὡς τὴν αὐτὴν, ὅπουπερ ἂν εἴημεν, τήν τε περιβολὴν, καὶ τὴν δίαιταν φυλάσσοντες διατελοῦμεν. § 74. b.

V. Λόγοι in plurali fere significant *genus aliquod orationis*. Nam ποιούς τινας λόγους λέγειν, id est, *certo quodam orationis genere uti*. Demosthenes passim in Oratione pro Corona [41]: ut τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες; *quaenam ergo tum huius hominis erat oratio?* verbatim, *quinam ergo erant ab eo sermones tunc dicti?* ubi no-

39 Exemplum habet Demosth. Olynth. II, pag. 9. lin. 44. Similis farinae est, διδόναι ἔλεγχον, *Arguendi locum dare*, apud Plat. Gorg. pag. 474, lin. 11 Ὅρα οὖν, εἰ ἐθελήσεις ἐν τῷ μέρει ΔΙΔΟ'ΝΑΙ ἜΛΕΓΧΟΝ, *Vide igitur, an velis vicissim arguendi partes tribuere.*

40 Ita Plut. de Orac. Def. pag. 419 Τοῦτ' ἀκούσαντας ὁ Ἐπιθέρσης ἔφη πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ ΔΙΔΟ'ΝΤΑΣ ἙΑΥΤΟΙ͂Σ ΛΟ'ΓΟΝ, εἴτε ποιῆσαι βέλτιον, εἴη τὸ προστεταγμένον, εἴτε μὴ πολυπραγμονεῖν, *His auditis, aiebat Epitherses, exhorruisse omnes, et inter se rem diligenter perpendisse, utrum exsequenda essent mandata, an nihil curiose perquirere melius esset.*

41 Pag. m. 317.

tandum, optime hoc nomen cum verbis ἐρεῖν, et λέγειν coniungi solitum esse.

Alias λόγοι eodem sensu, quo *verba* Latinis. Demosthenes passim, λόγοι ταῦτα καὶ σκῆψις, vel πρόφασις, *verba ista sunt, vanique praetextus.*

VI. *Εἰς λόγους ἐλθεῖν*, vel *ἰέναι*, vel καταστῆναι, vel συνελθεῖν, vel συνιέναι, vel ἀφικέσθαι, *in mutuum colloquium venire:* ut, ἐν μεθορίῳ τῶν ἑκατέρωθεν δυναστειῶν κατέστησαν ἐς λόγους, id est, *ad utriusque regni confinia in mutuum de rerum summa colloquium venerunt.* Herodot. lib. II *Τῶν Ἑλλήνων, τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων* (Ionice pro ἀφικομένων) ἐς λόγους, οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, *Ex Graecis, qui mecum ea de re locuti sunt, nemo se nosse professus est.* Eodem pertinet, quod dicebatur, ἐν λόγῳ εἶναι, id est, *in mutuo versari colloquio;* idque cum dandi casu personam significante, Gallice, *être en propos avec quelqu'un*, quemadmodum εἰςιέναι εἰς τοὺς λόγους, *entrer en propos.*

VII. At vero ἐν λόγοις εἶναι, verbatim *in sermonibus esse*, id est, *hominum ore famaque celebrari:* quo sensu fere additur πολὺς, ut, πολύς ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ἐνδοξοτάτων λόγοις, id est, *hominum clarissimorum fama maiorem in modum celebratur*; vel, ut Latini Graeco propius, *in clarissimorum hominum ore multus est* [42].

VIII. Iam λόγος per se sumtum significat idem quod λόγος ἐστὶ, vel λόγος κατέχει, *fama est*, quo sensu praemittunt aliquando particulam ὡς, tuncque significat, *ut fama est, ut ferunt.*

IX. At λόγος cum pronomine *opinionem* significat, ut, κατ' ἐμοῦ γε λόγον, id est, *quemadmodum sentio, ut mea fert sententia* [43].

42 Contra aliquis dicitur οὐκ εἶναι ἐν λόγῳ, cuius nulla habetur ratio, et qui nullius pretii est. Sic in oraculo, quod citat Suidas de Aeginetis:

Ὑμεῖς δ' Αἰγινέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἘΝ ΛΌΓΩι, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Vos autem, Aeginetae, neque tertii neque quarti, neque duodecimi, neque in sermone, neque in numero.

43 Sic ὡς σὸς λόγος, apud Plat. in Gorg. pag. 477.

X. *Λόγος πεζὸς*, Stephano quidem est *oratio soluta:* sed longe meo iudicio melius, *oratio vulgaris* [44], eique opposita, quam *λόγον ἱπποβάμονα* ante nominavimus: nam *καταλογάδην εἰπεῖν* est proprie *soluta oratione uti;* quemadmodum *ἔμμετρος λόγος stricta oratio* dicebatur. Hinc *sermo pedestris* Horatio, *λόγος πεζὸς*, id est, *humilis.* Sic enim in Arte Poetica, vs. 93.

Interdum tamen et vocem Comoedia tollit,
Et Tragicus plerumque dolet sermone pedestri.

An soluta oratione Tragicus utitur? Significat utique, praeter morem accidere nonnunquam, uti et Comoedia graviori, et Tragoedia humiliori dicendi genere utatur [45].

44 Non tamen omnino improbanda est Stephani explicatio. Nam soluta oratio sic vocari potest, quatenus stilus est humilior. Certe *πεζῇ λέγειν καὶ μετὰ μέτρων* opponit Plato. Verba sunt in Sophista, pag. 237 *Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας ἡμῖν τοῦτο ἀπεμαρτύρετο ΠΕΖΗ͂ι τε ΛΕ'ΓΩΝ καὶ ΜΕΤΑ' ΜΕ'ΤΡΩΝ*, *Magnus ille Parmenides nobis hoc testatus est, soluta et stricta oratione.* Adstrictam magis oppositionem habet Strabo lib. I, pag. 18 *Ἆρα γὰρ οὐδ᾽ ὁ λόγος ἐστὶ γενικὸς, οὗ εἴδη ὁ ἜΜΜΕΤΡΟΣ καὶ ὁ ΠΕΖΟ'Σ; Nonne oratio est genus, cuius species sunt oratio ligata et soluta?* Imo nomen *λόγος* simpliciter, non adiecto *πεζὸς*, opponitur carmini a Platone in Gorg. pag. 502 *Φέρε δὴ, εἴτις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό τε μέλος, καὶ τὸν ῥυθμὸν, καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ ΛΟ'ΓΟΙ γίγνονται τὸ λειπόμενον; Age iam, si quis ex universa poesi detrahat et modulationem, et numeros, et metrum, ecquid aliud praeter sermonem pedestrem supererit?* § 75. [Cf. Lucian. de Conscribenda Hist. ubi Historia, ob fictionem et adulationem, vocatur *πεζή τις ποιητικὴ*, cum careat metro caeterisque virtutibus carminis. Z.] Aequiorem sibi habuisset Vigerum Stephanus, si in Horatii verba incidisset, lib. II, od. 12, ubi Maecenatem alloquitur:

— Tuque PEDESTRIBVS
Dices historiis praelia Caesaris
Maecenas melius. —

An humili dicendi genere Maecenatem usurum esse, ausus fuisset dicere Flaccus? Verum *pedestrem Musam* pro *humili* dicit idem lib. II, Sat. 6, vs. 17.

Quid prius illustrem satyris,
MVSAQVE PEDESTRI?

Nec *λόγος πεζὸς* ex Stephani sententia est *soluta oratio*, sed *pedestris*: addit tantum: *Quae et soluta oratio, item prosa oratio secundum quosdam.* Dignus est, qui legatur in v. *Πεζὸς λόγος*, ubi etiam Horatii verba, modo ab Auctore et me citata, ad partes vocat.

45 Tria hic addam:

I. *Ἐν λόγῳ* cum quibusdam Genitivis significat Latine *Titulo*, Belgice *Onder den naam.* Sic apud Herod. Erat. cap. 23 *Τοὺς μὲν δὴ πλεῦνας* (pro *πλέονας*) *τῶν Ζαγκλαίων αὐτὸς ἘΝ ἈΝΔΡΑΠΟ'ΔΩΝ ΛΟ'ΓΩι εἶχε δήσας*, *Et quidem plerosque*

XI. Quod Latini dicunt, *mentis compotem esse*, hoc Graeci ἐπὶ λογισμῶν εἶναι, vel ὑπάρχειν, quasi *in ratiocinationibus esse*. Ita enim Basilius, Οὐκ ἄν ποτε ἐπὶ λογισμῶν ὑπάρχων, τοιοῦτό τι ποιήσαιμι, id est, *Neque enim unquam id agerem, si mentis compos essem.*

S E C T I O VII.

De nominibus μέρος, μοῖρα, μηδεὶς, μηχανὴ, μικρὸν καὶ μέγα, νεανικός.

R E G V L A I.

De nomine μέρος, id est, *pars*, nota quae sequuntur. Primo, quae a Latinis *singularia* dicuntur, ea Graecis τὰ ἐν μέρει, vel τὰ ἐπὶ μέρους, vel τὰ κατὰ μέρος dici solent: verbatim, *quae in parte*; idemque omnino sunt, quod τὰ καθ' ἕκαστον.

II. Secundo, ἐν μέρει, vel κατὰ μέρος[46], aliquando significat, non tantum *sigillatim*, sed etiam *vicissim*: ut, ἐν

Zanclaeorum ipse captivorum titulo constrictos habebat.

II. Ἑνὶ λόγῳ, *Vt verbo dicam*, apud Plat. Gorg. p. 524, lin. 31. [et in Phaed. cap. 45, quae formula idem significat, quod ὡς ἔπος εἰπεῖν, de qua infra dicetur. Z.]

III. Quod Latini efferunt per *Magnus mihi dicendi campus patet*, id Graeci Ἱκανός μοι λόγος, apud Plat. Gorg. pag. 512, lin. 23. Cum Latino magis convenit illud Lucian. Dem. Encom. pag. 894 Καὶ τουτὶ μὲν, ἔφη, σοὶ τὸ χωρίον τοῦ λόγου, *Et hic quidem, inquit, tibi dicendi campus.*

Construitur hoc sensu cum infinitivo. Ita Graeci dicunt, Ταῦτα λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν, *Haec longum esset narrare.* Simili modo dicitur ἄλλος λόγος, pro, *Alius erit dicendi locus.* Ita Plato: Ἀλλ' εἰ μὲν θαῤῥαλέως ἐγὼ ἔχω πρὸς θάνατον, ἢ μὴ, ΑΛΛΟΣ ΛΟΓΟΣ, *Sed ad mortem obeundam constanti sim animo, nec ne, alius est dicendi locus.* Et Athenaeus, lib. Deipnosoph. XIII, p. 587 Ὅτι δὲ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον, οὐδ' ὅλως Ἀθηνᾷ θύεται, ΑΛΛΟΣ ἔσται ΛΟΓΟΣ, *Thallum capras in deliciis habere, ideoque in Acropolin nec adscendere, nec omnino Minervae immolari, hac de re alias agemus.* § 76.

46 Quando Auctor hanc regulam nulla auctoritate munit, eam confirmabimus exemplis, probantes alterum ex Platone, ex Thucydide alterum. Prior locus est in Gorg. pag. 462 in initio: ἘΝ ΤΩ͂Ι ΜΕΡΕΙ ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, *Per vices rogans et rogatus.* Vide an hoc Horatii ad-

τῷ μέρει τὰ καθήκοντα ποιεῖσθαι, *vicissim munus suum obire*: ἐν μέρει πάντα διεξελθεῖν, *omnia sigillatim percensere*. Gallice, *à part*.

III. Tertio, μέρος eodem interdum sensu accipitur, quo *pars* apud Latinos, id est, pro loco: ut apud Tullium Philipp. 11 *Mors in beneficii parte numeratur*. Graece, Ὁ θάνατος ἐν εὐεργεσίας μέρει τίθεται. Demosthenes Olynth. II Παρεωρᾶσθαι, καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον, *Qui talis sit, eum negligi, nulloque in numero haberi* [47]. Sic, μέρος ἂν μοι τοῦτο γένοιτο τῆς εὐσεβείας, *id ego pietatis loco ducam*. Ita fere Virg. Aeneid. VII

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

IV. Quarto, μέσος ἐστὶ, vel γίνεται, aliquando idem est, quod apud Latinos, *unus e numero*, ut Virg. Aeneid. II

Et quorum pars magna fui.

Graeci: ὧν δὴ καὶ πλεῖστον μέρος γέγονα [48].

modum sit dissimile Epod. II, 39

Quod si pudica mulier IN PARTEM iuvet
Domum atque dulces liberos.

Posterior ex Thucyd. lib. III, cap. 49 Οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο ΚΑΤᾺ ΜΈΡΟΣ, οἱ δὲ ἤλαυνον, *Per vices alii somnum capiebant, alii remigabant*. Alias κατὰ μέρος dicuntur fieri res, quae non universae simul, sed per partes et diversis temporibus confiunt: Belg. *by stukken, en brokken*. Vt cum v. c. dicimus: *Idololatriam per partes in Ecclesiam irrepsisse*: Gr. Τὴν εἰδωλολατρείαν ΚΑΤᾺ ΜΈΡΟΣ εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεισδῦναι. Huc refer illud Plutarchi Caesare pag. 715 Μυριάσι παραταξάμενος ΚΑΤᾺ ΜΈΡΟΣ τριακοσίαις, *Collatis signis diversis temporibus cum tricies centenis millibus*. At ἀπὸ μέρους redditur *partim*, *ex aliqua parte*, *aliquatenus*. vid. Epist. ad Rom. Cap. XV, comm. 15 Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους, *Audacius aliquatenus vobis scripsi, fratres*. et comm. 24 Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ, *Si praesentia vestra prius ex parte fuero expletus*. Dicitur pro eodem et ἐκ μέρους, ep. poster. ad Cor. II, 5.

47 Hoc modo cum Praepositione ἐν, et sequenti Genitivo notat statum vel conditionem alicuius: e. g. apud Isocr. in Euag. p. 382 Ἡγουμένους, οὐχ οἷόντ' εἶναι τὸν τοιοῦτον τὴν φύσιν ἘΝ ἸΔΙΏΤΟΥ ΜΈΡΕΙ διαγαγεῖν, *Ducentes, fieri non posse, ut is, qui tali natura praeditus erat, privato habitu vitam degeret*. Huc pertinet ἐν οὐδενὸς μέρει τίθεσθαι, *Nullo in numero habere*. Vide infra, Cap. V, Sect. 11, Reg. 7.

48 Confer Aen. lib. X, vs. 427

At non caede viri tanta perterrita Lausus
PARS ingens belli.

Et vs. 737

PARS belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.

Ovid. Her. ep. III, vs. 46

Et fueram patriae PARS ego magna meae.

V. Aliquando etiam μέρος cum aliis quibusdam particulis *facultates cuiusque ac vires proprias* significat. Ac primum quidem Graeci dicunt τὸ ἐμόν γε μέρος, [τὸ σὸν μέρος, *per te, quantum in te est*, Plat. Crit. Sect. 5 et 11. Huc refero quoque τὸ γοῦν ἐμὸν, scil. μέρος, Aelian. V. H. I, 32. Z.] intellecta praepositione κατὰ, id est, *pro mea virili parte*[49]. § 77. Secundo, τὸ ἐπ' ἐμὲ, vel εἰς ἐμὲ ἧκον

Ep. VIII. vs. 46
Hic PARS militiae; dux erat ducum.

Lib. IV de Pont. ep. I, in fine:
Sic ego PARS rerum non ultima, Sexte, tuarum.

49 Mira est huius Nominis μέρος, sive expressi, sive subauditi, elegantia, si Adiectivum additur conveniens, non cum Persona, de qua sermo est, sed cum Substantivo μέρος. Exemplum dabit Plato in Theag. pag. 128, lin. 20 ΤΌ Γ' 'ΕΜΟ'Ν "ΕΤΟΙΜΟΝ, ἐὰν οὗτος ἐθέλῃ. Verbatim: *Pars mea est parata*, i. e. *Quod ad me attinet, ego sum paratus, si ille velit.* Alii dicerent: *Τό γε ἐμόν, ἕτοιμός εἰμι.*

Post μέρος operae pretium videtur varios et elegantes admodum usus Nominis μέσος addere:

I. Hoc Nomen cum suo Articulo in Neutro Genere Graeci adhibent pro ἐμποδὼν, et cum verbo Substantivo εἰμὶ constructum Latine redditur, *Impedit, obstat*, sequente Particula ἀλλά. v. c. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 287, lin. 24 *Οὐδὲν γὰρ 'ΗΝ ΤΟ' ΜΕ'ΣΟΝ, 'ΑΛΛ' ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν ἐκ Χαλκίδος, ἢ τεθνάναι, Nihil enim obstabat, quin ei aut Chalcide exulandum, aut moriendum esset.* Vbi obiter observa, ὑπῆρχεν poni, pro ἀνάγκη ἦν. Vide Nostrum infra, Cap. V, Sect. 12, Reg. 5.

II. Construitur et in sexto Casu, praemissa Praepositione ἐν, varia acceptione: primo, Articulo neglecto, et sequente Genitivo τοῦ cum Infinitivo, idem significat. Ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, pag. 113 *Τί δ' 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ἔφη, ἐστὶ ΤΟΥ' ΣΥΜΜΙ'ΞΑΙ; Quid in medio, i. e. Quid obstat, quo minus coniungantur?* [Conf. Dorvillius ad Charit. pag. 601. Z.]

III. Deinde, subaudito itidem Verbo substantivo, et sequente Coniunctione καὶ, redditur per Verbum *Intercedere.* Sic modo citata orat. Aeschin. pag. 284, lin. 36 *Νὺξ 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ΚΑΙ' παρῆμεν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.* Ad verbum: *Nox in medio*, i. e. *Nox intercessit, et postridie convenimus in concionem.* Et Euseb. Hist. Eccl. lib. III, cap. 23 *Χρόνους 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ΚΑΙ' τινος ἐπιπεσούσης χρείας, ἀνακαλοῦσι τὸν 'Ιωάννην, Aliquo post tempore, cum aliqua incidisset necessitas, revocant Ioannem.* Prope accedit Propertius lib. III, el. 14 init.

Nox MEDIA, ET dominae mihi venit epistola nostrae.

Et Ovidius lib. Met. IV, vs. 167

Desierat, MEDIVMque fuit breve TEMPVS, ET orsa est
Dicere Leuconoe.

Et lib. III. Fast. vs. 809

Vna DIES MEDIA est, ET fiunt sacra Minervae.

Pro quo, ut ad Graecismum propius accedat oratio, dicere licet:

μέρος, *partem ad me venientem*, id est, *quantum in me situm est*, quod etiam dicitur ἧκον, subaudito nomine μέρος· ut,

In medio una dies, et fiunt sacra Minervae.

Dixit enim Maro lib. Aen. IX, vs. 395

Nec longum IN MEDIO tempus, cum clamor ad aures
Pervenit.

i. e. *Non longum tempus intercessit*, ut loquitur Cic. or. I in Cat. cap. 2 init. *Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius COS. videret, ne quid resp. detrimenti caperet: NOX NVLLA INTERCESSIT, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus.*

Eodem ferme modo apud Photium in Excerptis Herodiani: Οὐ πολὺ ΤΟ' ἘΝ ΜΕ'ΣΩι ΚΑΙ' οἱ στρατιῶται στασιάσαντες ἐξάγουσι τῶν βασιλείων Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον, *Non longo adeo temporis intervallo tumultuantes milites palatio educunt Balbinum et Maximum.* Quod etiam efferri potest, Μετὰ οὐ πολὺν τὸν χρόνον μέσον. Vid. Aristid. pro Quatuorv. pag. 500.

IV. At, non sequente Coniunctione καὶ, τὸ ἐν μέσῳ substantive pro τῷ διαφέρον ponitur, v. c. *Magna est differentia*, Πολὺ τὸ ἐν μέσῳ. Ibid. pag. 478 et 502. Affinis huic usus est metaphoricus, deductus a certamine cursus, in quo qui vincit, adversarium aliquo intervallo post se relinquere dicitur: ita in aliis quibuslibet, puta forma vel virtute, dicitur aliquis alium οὐ μικρῷ τῷ μέσῳ superare. Exemplum habet Heliod. lib. VII Aethiop. cap. 10 Οὐ γὰρ ΜΙΚΡΩ͂ι ΤΩ͂ι ΜΕ'ΣΩι τοὺς ἄλλους τῷ κάλλει κατήστραπτεν, *Non enim exiguo intervallo pulcritudine praestantior reliquos tanquam fulgore obruebat.*

V. Alias ἐν μέσῳ sine Articulo redditur *Publice.* [reddi interdum debet, *palam.* Vid. Dorvillius ad Charit. pag. 547, ubi etiam exempla reperiuntur, in quibus Articulus est additus. Z.] Aristid. pro Quatuorv. p. 495 Σὺ δὲ τῶν Ἑλλήνων κωμῳδεῖς τὰ ἀγάλματ' ἘΝ ΜΕ'ΣΩι, *Tu vero eos, qui Graecorum sunt ornamenta, viros publico scripto laedis.* Conf. Plutarch. in Caes. p. 721 Πολλοὶ δὲ ἦσαν οἱ καὶ λέγειν ἘΝ ΜΕ'ΣΩι τολμῶντες, *Et multi erant, qui publice etiam dictitare sustinerent.* Sic οἱ λόγοι ἘΝ ΜΕ'ΣΩι κείμενοι, *sunt scripta in lucem publice edita.* H.

Saepe ἐν μέσῳ εἶναι dicuntur ea, *quae adsunt, in promtu sunt, quibus uti pro arbitrio possis.* Sic Theocrit. Idyll. XXI, 17 Οὐδεὶς ἐν μέσῳ γείτων, *Non adest vicinus.* Sic apud Terent. Adelph. III, 4, 7 occurrit, *Mater virginis in medio est*, h. e. adest, quae potest igitur consuli, ut res inde eliciatur etc. Sic οἱ καρποὶ ἐν τῷ μέσῳ Xen. Oec. V, 7 sunt *fructus, qui facile rapi possunt:* et Xen. Exped. III, 1, 21 est ἐν μέσῳ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ, ἆθλα. Conf. Bergler. ad Alciphr. III, 3. pag. 235. Z.

VI. Idem Adiectivum cum suo substantivo conveniens construitur cum duobus Genitivis, qui, mediante Coniunctione καὶ, duos temporis, loci vel conditionis terminos notant, inter quos quid esse vel accidisse dicitur; tuncque commode per μεταξὺ explicatur. Aristid. pro Quatuorv. pag. 474 ΤΗ͂Σ δὲ ἐν Κορίνθῳ μάχης ΚΑΙ'

τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον, *quantum in se fuit.* Tertio, dicunt etiam ὅσον ἔμοιγε μέρος ἐπιβάλλει, eodem plane sensu: vel bre-

ΤΗ͂Σ ἐν Λεχαίῳ ΜΕ͂ΣΟΣ ἄρχων Εὐβουλίδης, *Eubulides imperavit inter pugnam Corinthiacam, eamque, quae in Lechaeo commissa est.* Sic Ἐν γράμμασι τὰ ἡμίφωνα ΜΕ͂ΣΑ ΤΩ͂Ν ἈΦΩ͂ΝΩΝ ἐστὶ καὶ ΤΩ͂Ν ΦΩΝΗΕ͂ΝΤΩΝ, *In literis semivocales mediae sunt inter mutas et vocales.* Nec abludit illud Nasonis, lib. Met. X, vs. 174

Iamque fere MEDIVS Titan
VENIENTIS ET ACTAE
NOCTIS erat, spatioque pari
distabat utrimque.

Simile quid habet idem, lib. eod. vs. 233

— *Si quid MEDIVM MORTISQVE FVGAEQVE.*

Graece

— Εἴ τι μέσον θανάτου τε φυγῆς τε.

Nec abludit Flacci de Baccho lib. II, od. 19

— *Sed idem*
PACIS eras MEDIVSque BELLI.

VII. Contrarius Latinorum consuetudini usus est, quo Adiectivum μέσος relatum ad praecedens substantivum, post se regit generandi Casum eius rei, in cuius medio versatur. Ita in Euang. Matth. XIV, 24 Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη ΜΕ͂ΣΟΝ ΤΗ͂Σ ΘΑΛΑ͂ΣΣΗΣ ἦν, *Navis autem iam erat in medio mari.* Ad verbum: *erat media maris.* Gregor. Naz. Carm. de se ipso, vs. 52 Ὡς ΝΑΥ͂Ν ΜΕ͂ΣΗΝ ΚΑΤΑ͂ΔΩΝΟΣ, *Vt navim mediis in fluctibus.* Non tamen omnino alienum illud Virgilianum:

Vrbis ubi captae casum convulsaque vidit
Limina tectorum, et MEDIVM in penetralibus HOSTEM.

Confer lib. X, vs. 56, 379, et lib. XII, vs. 564.

VIII. Latinorum quoque consuetudini adversatur, cum regit Genitivum eius rei, quae contra Genitivum regere debuisset. e. g. *Erat tempus mediae aestatis,* Ἦν τῆς ὥρης μέσον θέρος, apud Herodot. Vran. cap. 12.

IX. Deinde, διὰ μέσου, pro ἐν τῷ μέσῳ, utitur Scholiastes Thucydidis, quoties aliqua verba *in Parenthesi posita* significat. Ita enim ille ad lib. III, cap. 20 in initio ad haec verba: *Οἱ Πλαταιῆς* (ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν Βοιωτῶν) ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ ἐπιλιπόντι ἐπιέζοντο, ait: *Οἱ Πλαταιῆς.* τὸ ἑξῆς οὕτως· *Οἱ Πλαταιῆς ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ.* τὰ γὰρ ἄλλα ΔΙΑ͂ ΜΕ͂ΣΟΥ, supple, ἐστίν. *Nam caetera in medio,* i. e. *in Parenthesi posita sunt.* At ἐν τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, *Interea temporis,* apud Herodot. Vran. cap. 27.

X. Eidem Thucydidi μέσος δικαστὴς non tam est *iudex medius,* qui neutri parti favet, quam *arbiter,* cuius opera in dirimenda controversia adhibetur. Vid l.b. IV, cap. 83. Quo refer illud Ovidii lib. V. Met. vs. 564

At MEDIVS FRATRISque sui, moestaeque SORORIS
Iupiter ex aequo volventem dividit annum.

Eidem Thucydidi μέσος πολίτης *civis* est *mediae conditionis* inter πένητα et πλούσιον. Diversa acceptione μέσος dicitur *mediae aetatis homo,* ut in illo, ut fertur, Hesiodi:

vius, *τό μοι ἐπιβάλλον*, subint. *μέρος*. Vide infra de nomine *ὅσος*, Sect. 9, Reg. 6 etc. Cap. V de verbo, Sect. 8, Reg. 1 [50].

VI. Substantivum *ἡ μοῖρα* saepe idem est, quod *μέρος*, praesertim ea significatione, qua *locum* significat. Dicunt enim, *ἐν ἐξαιρέτου εὐτυχήματος μοίρᾳ τιθέναι*, *summae felicitatis loco ducere:* tametsi vulgo *fatum* significet: quod enim Latini, *divino quodam fato*, hoc Graeci, *θείᾳ τινὶ μοίρᾳ* [51].

Εργα νέων, βουλαὶ δὲ ΜΕΣΩΝ, εὐχαὶ δὲ γερόντων.
Opera sint iuvenum, consilia perfectorum virorum, preces senum.

XI. Agmen claudat *μέσον λαμβάνειν*, proprie, *medium capere*, sed aliquando scite admodum, *Intercipere*, q. d. *Aliquid, dum medium est inter eum, qui mittit et accepturus est, capere.* Plut. *Παραλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ.* pag. 305 et 307. Vbi, *Πορσίνας — ἐπολέμησε Ῥωμαίοις καὶ τὴν ἀπὸ σιτίων φερομένην εὐθηνίαν Ῥωμαίοις ΜΕΣΗΝ ΛΑΒΩΝ, λιμῷ τοὺς προειρημένους ἔτρυχε*, *Porsena bellum contra Romanos gessit, interceptoque, qui ad eos portabatur, commeatu, fame illos vexavit.*

50 Locus posterior frustra citatus.

51 Qui sunt *in summa aestimatione*, Graece dicuntur *εἶναι ἐν μεγάλῃ μοίρᾳ*. Vid. Plat. in Critone pag. 51. lin. 10. Quin etiam qua sancti post hanc vitam fruuntur, beatissima sors hoc nomine insignitur, apud eundem in Cratylo, pag. 398. lin. 20 *Ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην ΜΟΙΡΑΝ καὶ τιμὴν ἔχει*, *Postquam aliquis probus vita functus fuerit, is beatissima sorte et honore fruitur.*

Per *μοῖραν* Graeci etiam intellexerunt, quidquid *aequum*, *iustum*, *rectum*, *concinnum*, *elegans* etiam, et *honorificum* est. Dicunt enim Poetae *πράττειν* vel *εἰπεῖν τι κατὰ μοῖραν*, *Vt aequum est facere. Eleganter dicere.* Ita Hom. Od. *I.*

Ἐπεὶ οὐ ΚΑΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ἔρεξας.
Quoniam praeter ius aequum egisti. Sic alibi apud eundem in Odyss.

Ἐκέλευον
Πεμπέμεναι τὸν ξεινὸν, ἐπεὶ ΚΑΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ἔειπεν.
Iubebant dimitti hospitem, quoniam recte dixerat, sive, *honesta eius erat oratio.* Et lib. *Θ.*
Αἴκεν δή μοι ταῦτα ΚΑΤΑ ΜΟΙΡΑΝ καταλέξῃς.
Siquidem haec eleganti ordine recensueris. Vbi *κατὰ μοῖραν* idem est, quod paulo ante dixerat *κατὰ κόσμον*. Similiter lib. *M*, vs. 35. H.

Oeconomia nominis *μοῖρα* sic fere tenenda est. a) Est *sors*, seu, *quicquid consilio divino est tributum et stabilitum.* V. c. Odyss. *τ'*, 592 *Ἐπὶ γάρ τοι ἑκάστῳ μοῖραν ἔθηκαν ἀθάνατοι θνητοῖσιν.* Aesch. Dial. I extr. *Οὕτως ἔοικεν οὔτε διδακτὸν εἶναι, οὔτε φύσει ἀρετὴ, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίγνεται κτωμένοις.* Xen. Mem. II, 3, 18 *Τὼ πόδε θείᾳ μοίρᾳ πεποιημένω πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀλλήλοιν.* Odyss. *υ'*, 171 *Οὐδ' αἰδοῦς μοῖραν ἔχουσιν*, h. e. *Nec pudor ipsis obtigit*, s. *pudorem natura sortiti sunt nullum.* b) Quia, quod illi sorti, consilio divino, seu, uti Eustathius ait, *τῇ καθ' εἱρμὸν βίου*

VII. *Μηδεὶς*, cum *μήτε* vel *μηδὲ* repetito, efferri Attice solet in eius tantum substantivi genere, quocum proxime coniungitur, licet alterius generis alia substantiva sequantur. Demosth. *περὶ παραπρεσβ. Δεήσομαι πάντων ὑμῶν*, inquit, *μηδεμίαν μήτε χάριν, μήτε ἄνδρα ποιεῖσθαι περὶ πλείονος, ἢ τὸ δίκαιον, καὶ τὸν ὅρκον*, id est, *Vos omnes obsecrabo, nullam ut gratiam, hominemque nullum, pluris, quam aequitatem ac iusiurandum, faciatis:* ubi *μηδεμίαν* respondet nominibus *χάριν*, et *ἄνδρα*.

VIII. *Μηχανὴ*, aliquando per sese ponitur, aliquando cum interrogativo *τίς*. *μηδεμία μηχανὴ* significat, *fieri non potest*, vel *causae nihil est*; v. g. quod Latinus diceret, *nunquam efficies, ut hoc in argumento acquiescam:* Graecus ita redderet, § 77. b. *μηδεμία μηχανὴ, τό μ᾽ ἐπὶ τῷδε ἀτρεμεῖν ἐνθυμήματι.* [Plat. Sympos. cap. 6 *Εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο, ὥςτε πόλιν γενέσθαι ἐραστῶν* etc. *Quare si fieri ullo modo posset, ut civitas aliqua constaret amatoribus* etc. Conf. Plat. Apol. cap. 15, et Phaed. cap. 36. Z. [52]]

IX. At cum interrogativo *τίς* aliquando negatio coniungitur, significatque, *quomodo fieri posset?* vel *quid causae esse queat?* v. c. *Τὸν ὑπὸ ῥαθυμίας κατατηκόμενον, τίς*

διανεμέσει, convenit, bonum, rectum, honestumque est: illud *κατὰ μοῖραν* Homericum, et *ἐν μοίρᾳ* Odyss. χ΄, 54 significat *recte, ordine, decore*. c) *Statio vitae et, conditio, quam quis sortitus est.* Vid. antea Hoogeveni exempla et Vigeri. d) Ipsae *Parcae*, seu praesides fatorum humanorum, hoc nomine appellantur: ut Iliad. ω΄, 49 *Τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν.* Z.

52 Hinc *ἀμηχανία*, *consilii inopia*, et *ἀμηχανέω*, *nulla ratione possum*, quod verbum cum infinitivo construitur apud Aelian. V. H. lib. I, cap. 3 *Ὁ δὲ ἈΜΗΧΑΝΕΙ ΚΑΤΑΠΙΕΙΝ αὐτὸν αὐτῷ τῷ καλάμῳ*, *Ille vero eam* [ranam] *una cum calamo deglutire nullo modo potest.* Vbi obiter notare liceat verbum *καταπιεῖν* sive *καταπίνειν* a simplicis *bibendi* significatione degenerans; vix enim usquam invenies extra *absorbendi, deglutiendi*, vel *devorandi* notionem. Sic de Saturno filios devorante Apollodorus lib. I Biblioth. et eod. lib. non semel. 1 Pet. V, 8 *Ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ ζητῶν τίνα ΚΑΤΑΠΙΗι*, *Adversarius vester diabolus, ut rugiens leo, obambulat, quaerens, quem devoret.* Conferenda loca Matth. XXIII, 14, 1 Cor. XV, 54, 2 Cor. II, 7, et V, 4, Hebr. XI, 29. Huius verbi usus ratio est, quod, cum citius per gulam demittatur liquor quam solidus cibus, qui avide vorat, solidum cibum instar liquoris absorbet, et per fauces agit, adeoque cibum non tam comedere, quam combibere videtur.

ἂν μηχανὴ πολυμαθέστατόν ποτε γίνεσθαι; *Qui fieri possit, ut qui veterno contabescit, doctissimus unquam evadat?* quod exemplum Graeca negatione caret.

Contra negatio adhibetur in exemplo sequente, τὸν πάντα κινοῦντα λίθον, τίς μηχανὴ οὐδ' ὁτιοῦν αὐτὸν προχωρεῖν; *Qui lapidem omnem moveat, qui fieri potest, ut nihil omnino promoveat?* quo sensu duae negationes saepe iunguntur, μὴ οὐχί. [53]

X. *Μικρὸν* et *μέγα*, vel *μεῖζον*, *parvum* et *magnum*, vel *maius*, eleganter saepe coniunguntur, tam affirmando quam negando: et affirmando quidem reddi possunt, *funda et infanda.* Sic apud Demosth. in Midiana, Ἐπηρεάζων ἐμοὶ συνεχῶς, καὶ μικρὰ, καὶ μείζω· verbatim, *Probra in me assidue coniiciens, parva et maiora*, id est, *horrenda et infanda.* Negando significant, *nihil penitus in argumento proposito esse illius rei, quae negatur:* v. c. οὐδὲν ὄφελός ἐστι μήτε μικρὸν, μήτε μέγα, § 78. *nihil prorsus utilitatis est.* Galli Graecos secuti: *il n'y a aucun profit, ni petit, ni grand.* [54]

Idem Demosthenes pro Cor. μεῖζον et ἔλαττον coniungit, id est, *maius et minus:* Οὐδ' ἐστὶν, οὔτε μεῖζον, οὔτ' ἔλαττον ψήφισμα οὐδὲν, Αἰσχίνη, περὶ τῶν συμφερόντων τῇ πόλει, *Nec ullum est maius, minusve decretum* (id est, *nullum penitus*) *de reipublicae commodis.*

53 Ita Plato in Phaedone, *ΤΙ'Σ ΜΗΧΑΝΗ' ΜΗ' ΟΥ'ΧΙ'* πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι; *Quomodo fieri potest, ut non omnia morte absumantur?*

54 Ita Plato in Philebo pag. 32 in fine: Ἆρ' οὐ πᾶσα ἀνάγκη, πᾶν ἐν τῷ τότε χρόνῳ ζῶον μήτέ τι λυπεῖσθαι, μήτε ἥδεσθαι, *ΜΗ'ΤΕ ΜΕ'ΓΑ, ΜΗ'ΤΕ ΣΜΙΚΡΟ'Ν; Nonne omnino necesse est, omne animal in tali occasione nulla prorsus ratione contristari aut laetari?* Et interiectis paucis: *Μηδὲν δεῖν ΜΗ'ΤΕ ΜΕ'ΓΑ, ΜΗ'ΤΕ ΣΜΙΚΡΟ'Ν* χαίρειν τῷ τὸν τοῦ νοεῖν καὶ φρονεῖν βίον ἑλομένῳ, *Eum, qui prudentem sapientemque vitam elegerit, nulla prorsus laetitia affici oportere.* Similiter in Apol. Socr. pag. 19 Ὧν ἐγὼ οὐδὲν, οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαΐω, *Quorum ego nulla prorsus cognitione valeo.* *Οἱ ό* Num. XXII, 18 *Ἐὰν δῷ μοι Βαλὰκ πλήρη τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀργυρίου καὶ χρυσίου, οὐ δυνήσομαι παραβῆναι τὸ ῥῆμα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ποιῆσαι αὐτὸ ΜΙΚΡΟ'Ν ἢ ΜΕ'ΓΑ, Si dederit mihi Balac suam domum argento et auro plenam, non possem transgredi verbum Domini Dei, ut illud faciam*, (scil. quod Balac petit) *sive magnum est, sive parvum.* Quam locutionem satis usitatam multis exemplis confirmant Steph. Bergler. ad Alciphr. II, Ep. 4, pag. 260, et Io. Conr. Schwartz in Anim. ad Io. Olear. de Stil. N. T.

XI. *Μικροῦ*, interdum absolute ponitur, pro *μικροῦ δεῖν*, id est, *parum abest:* et *ὀλίγου*, pro *ὀλίγου δεῖν*. Plutarch. Pomp. *Ὥςτε ἅπαξ μικροῦ συντριβῆναι, καὶ τὴν στρατιὰν ἀποβαλεῖν*, *Vt semel parum abfuerit, quin et ipse contereretur, et exercitum amitteret* [55].

XII. *Μέγας* et *πολὺς*, eleganter et Attice cum verbis quibusdam adverbiorum loco usurpari solent: v. c. *μέγας αὔξεσθαι*, apud Demosthen. in II Olynth. quasi *μεγάλως αἴρεσθαι*, vel *αὔξεσθαι*, id est, *maiorem in modum efferri*, vel *augeri*. Sic, *πολὺς ῥέειν ποταμὸς*, verbatim *multus fluere fluvius* dicitur, id est, *vehementer*. Exempla passim. Demosth. pro Corona, *Ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν, οὐκ εἶξα*, *Equidem Pythoni, cum audacius ac vehementius in vos inveheretur, non cessi*. Philo de Legat. ad Caium, ubi de invidia loquitur, *πολὺς* iungit cum *ἄγαν*, id est, *vehementer*, et *πνέω*, *spiro: Ἰοβόλου*, inquit, *τρόπον ἑρπετοῦ φωλεύει, βραχέσιν εἰςερπύσας χωρίοις, ἀνδρὶ ἑνὶ, ἢ οἴκῳ ἑνὶ, ἢ εἴποτε πολὺς ἄγαν πνέοι, πόλει μιᾷ*, id est, *Venenati serpentis more latitat, angustis quibusdam adrepens locis, viro uni, uni familiae, aut, si quando vehementius spiraverit, uni certe urbi* [56].

XIII. *Νεανικὰ* (*iuvenilia*) eleganter dicuntur *σφοδρὰ* omnia, id est *acria, et vehementia*, ut *νεανικὴ ὁρμὴ*, *vehemens impetus: νεανικὴ φιλοτιμία*, *vehemens ambitio: νεανικὴ σπουδὴ*, *acre studium* [Herodian. I, 7, 3. Z.]: *νεανικῶς*

55 Alterius exemplum quaere apud Plat. in Phaedr. pag. 258, lin. 44 *Ὃ δὴ ὈΛΙΓΟΥ πᾶσαι αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι*, *Cui rei fere omnes corporeae voluptates sunt obnoxiae*. Vel, *cui rei, parum abest, quin omnes* etc. Eodem modo Lysias contra Alcibiadem: *Διὰ τὰ πατρὸς ἁμαρτήματα ὈΛΙΓΟΥ τοῖς ἕνδεκα παρεδόθη*, *Ob patris delicta, parum abfuit, quin undecimviris traderetur.*

56 Eodem modo iungitur cum Adiectivo, sed non, nisi Genere Neutro, ut *μέγα ὄλβιος*, *Praedives*, apud Herod. Erat. cap. 24. Et Aelian. V. H. lib. VIII. cap. 17 *Μέγα ὄλβιος ὤν, γήρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον*, *Summa felicitate peracta vita, in senectute diem obiit supremum.* Cum comparativo construit Hom. Iliad. Ψ, vs. 315

Μῆτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι,

Arte lignarius multo praestantior quam viribus. Cum superlativo apud Hom. Boeot. vs. 275. ubi *μέγ' ἄριστος*, *Longe praestantissimus.* Cum verbo paulo post vs. 291

— Μέγα στοναχίζετο γαῖα,
Valde gemiscebat terra.

Quomodo et dicunt *τὰ μεγάλα σοφός· τὰ μέγιστα ὠφελεῖν*, sed dissimulata praepositione *κατά*.

ἐνίστασθαι, *vehementer obniti:* νεανικὴ διαφορὰ, *ingens controversia.* Plutarch. in Numa, Ἔστι δὲ καὶ περὶ τοῦ Νουμᾶ χρόνων, καθ' οὓς γέγονε, νεανικὴ διαφορὰ, *Ingens praeterea de tempore, quo natus Numa fuerit, controversia est.* [νεανικῶς μαίνεσθαι, *immanem in modum furere, rationis plane esse expertem*, Aelian. V. H. XIV, 37. Z.][57]

SECTIO VIII.

De Nominibus ὁδὸς, οἰκονόμος, οἶος, ὀργή.

REGVLA I.

Ὁδὸς, non tantum pro *via*, sed etiam pro *itinere* sumitur, id est, ἀντὶ τῆς πορείας, vel ὁδοιπορείας. Nam ἐν ὁδῷ εἶναι, est, *in itinere esse.* Synes. epist. 54 Ὀνήσομαι τοῦτο τῆς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ὁδοῦ, id est, *Hunc fructum capiam ex itinere Athenas suscepto.* [it. Aelian. V. H. XIV, 33 ἡ τοῦ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν ὁδός. Z.]

Quo sensu Eustathius Ἰλιάδ. *A* notat εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν (verb. *in viam ire*) sumi pro εἰς πρεσβείαν ἐλθεῖν, id est, *legationem obire:* cuius nullum exemplum affert, nec mihi ullum occurrit.

Hoc certius, ὁδὸν ποιεῖν, et ὁδὸν ὁδοποιεῖν, esse proprie *viam munire:* quae frequentissima sunt. Hinc ὁδὸς ὁδοποιουμένη, *via munita, strata, unde summota sunt impedimenta:* et ὁδοποιεῖν, unico verbo, id est, *alicui viam munire*, aut *praeire:* cum dativo casu, vel etiam (quod familiare Xenophonti est) cum accusat. ut lib. III de expedit. Καὶ ὁδοποιήσειέ γ' ἂν αὐτοὺς, καὶ εἰ σὺν τεθρίπποις βούλοιντο ἀπιέναι, id est, *Imo viam quoque illis praeiret*[58], *etiamsi quadrigis abire vellent.* Dicitur et προοδοποιεῖν, ac fere cum dativo personae et accusativo rei: nam προοδοποιῶ σοι τοῦτο, est, *viam tibi hanc ad rem praeeo*, vel *auctor tibi sum:* et

57 Ablativus νόμῳ generandi casum post se regens reddendus est Latine per *instar*, vel *in morem.* Vt τετράποδος νόμῳ, *quadrupedis in morem*, apud Plat. in Phaedr. p. 250, in fine. Potest subaudiri participium χρώμενος. vide infra ad Cap. V, Sect. 14, Reg. 7.

58 Locus est pag. mihi 303. Praecedentia omnia apud eundem occurrunt in lib. IV, p. 340. et V, pag. 345 et 349. H.

προοδοποιεῖσθαι dicuntur, quae ad aliquid suapte natura promtiora sunt, in bonam et malam partem †.

II. Ὁδὸς in gignendi casu, cum praepositione πρὸ, et verb. εἶναι, vel γίνεσθαι, idem est quod *opportunum et commodum*, vel etiam *in promtu et obvium*; ut, Μηδὲν ἂν μᾶλλον τοῦ φιλομαθοῦς πρὸ ὁδοῦ γένοιτο ἐς τὸ πολυμαθὲς, *Nihil est quod magis ad eruditionem conferat, quam eruditionis studium* ††.

III. Idem Genitivus cum voce πάρεργον videtur παρέλκειν· nam idem penitus est quod πάρεργον, *obiter*. Tullius ad Atticum: *Nam*, inquit, ὁδοῦ πάρεργον, *volo te hoc scire.* Sic: *At haec quidem obiter dicta sint*, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁδοῦ πάρεργον εἰρήσθω.

IV. In dandi casu, cum βαδίζειν, προϊέναι, aut simili verbo, significat, *recta via et ordine progredi*: ut, *recta se perditum eunt*, ὁδῷ εἰς ὄλεθρον βαδίζουσι· cum praepositione ἐν, ut, ἐν ὁδῷ βαδίζειν, id est, *aller par chemin*: at ὁδῷ βαδίζειν, absolute, est *sese modeste sapienterque gerere*.

Affinis est significatio accusativi, cum praepositione κατὰ, ut apud Lucianum in Dialogo de Gymnasiis: Καθ' ὁδὸν γὰρ ἂν ἡμῖν ὁ λόγος μᾶλλον προχωροίη. ubi Interpres pessime, *Inter eundum vero nobis in longum profluxit oratio.* Atqui Solon et Anacharsis sedebant eo tempore, non ambulabant. Verto igitur, *hoc enim modo rectiorem ac faciliorem cursum nostra tenebit oratio.* Sic, οὑτωσὶ δὴ καθ' ὁδὸν ἡμῖν ἂν προχωροίη τὸ πρᾶγμα, *sic enim res bene nobis feliciterque procedet*, id est, κατορθώσεται.

V. Aliquando λόχον significat, id est, *insidias*. Demosth. advers. Aristocrat. Ἐν ὁδῷ καθελὼν, id est, *cum ex insidiis confecisset.* Quo sensu Poetis frequentius est: dicunt enim ὁδὸν ἔρχεσθαι, vel ἰέναι (verbatim, *ire viam*), pro *insidias ponere:* Homer. Iliad. *A*, vs. 149 Ἠ ὁδὸν ἐλθέμεναι ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι, id est, *Aut insidias struere, aut cum hostibus strenue dimicare:* quod ibid. vs. 224 di-

† Praeterea ὁδὸς quoque dicitur de *vitae genere*, ut Aesch. Dial. III, 8 ἡ τοῦ βίου ὁδός. Item de *morte*, uti de eadem re *supremum iter* adhibuit Horatius II. Od. 17. Conf. Dorvillius ad Charit. pag. 522. Z.

†† Sic reperitur apud Plat. Sympos. cap. 2 Σύν τε δύο ἐρχομένω, πρὸ ὁδοῦ βουλευσόμεθα ὅ τι ἐροῦμεν, h. e. *cum nos soli ambulaturi simus*, facile *deliberabimus, qua excusatione nobis sit utendum.* Z. [At scribendum ibi πρὸ ὁ τοῦ ex Iliad. κ, 224. *Herm.*]

cit, λόχονδ' ἰέναι, *in insidias ire.* [Sed vulgo ὁδὸν ἐλθεῖν est *iter facere*, seu, *ire*, Aelian. V. H. VI, 5. Z.]

Eustath. autem observat, universe ὁδὸν sumi posse πρὸς διαστολὴν ἀντιπροςώπου παρατάξεως, id est, *ut distinguatur a pugna, quae instructa et adversa hinc atque hinc acie committitur.* Itaque ὁδὸν ἐλθεῖν (*venire viam*), erit, τὸ ἐπὶ λείᾳ ἀπελθεῖν που, id est, *praedae causa aliquo proficisci:* vel ἐπὶ κατασκοπεύσει, id est, *ad explorandum:* vel ἐπὶ τείχους ἀναμετρήσει, *ad metiendos hostiles muros* [59].

[Ὁ οἰκονόμος est dispensator rei familiaris, villicus, ὁ νέμων τὸν οἶκον· οἶκος autem τὰ χρήματα καὶ κτήματα, res familiaris: οἰκία aedificium. Vsurpatur vero Attice pro *femina*, Lysias pro Erat. Οἰκονόμος καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα, *Materfamilias sedula erat, et parsimoniae dedita, et diligenter omnia administrabat:* paucissimis verbis, bonae matrisfamilias virtutes atque officia complectitur.]

VI. Οἷος primum cum infinitivo eleganter iungitur, ἐλλειπτικῶς, idque sive praecedat τοιοῦτος, sive reticeatur. Et quidem praecedente, ut, τὸ τῆς ἀγγελίας τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ἅπασαν εὐφρᾶναι τὴν πόλιν, id est, *eiusmodi nuncius hic est, ut civitatem universam laetitia complere possit:* ubi εὐφρᾶναι pro εὐφραίνοι ἂν vel εὐφρᾶναι δύναιτ' ἄν. Demosth. Olynth. II Τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι, *Eiusmodi homines, qui ebrii eo saltationum genere utantur, quod nunc apud vos referre me pudeat.* Subintellecto vero eodem nomine, ut, τὸ στεῤῥὸν ἔχει τῆς ψυχῆς, οἷον μὴ μεταβάλλειν· verbatim, *robur habet animi, quale non mutare,* id est, *ea est animi constantia, quae mutari non possit* *.

59 Nomen οἰκεῖος, praeter caetera notissima, etiam in neutro genere substantive positum, alicuius χαρακτῆρα, significat, i. e. mores caeterasque in homine naturae ἰδιότητας. Exemplum est in Platonis Phaedro pag. 232 in fine: Καὶ μὲν δὴ τῶν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθύμησαν, ἢ τὸν τρόπον ἔγνωσαν, καὶ τῶν ἄλλων ΟΙΚΕΙΩΝ ἔμπειροι ἐγένοντο, *Quin etiam amantium multi prius corpus expetere solent, quam mores noverint, et caeteram indolem animi* (scil. *amasiorum*) *perspexerint.* H.

* Vtriusque rei alia exempla sunt haec: Plat. Phaed. cap. 28 Οὐ δοκεῖ σοι τὸ μὲν θεῖον, οἷον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν, πεφυκέναι; *Nonne videtur tibi divinum quod est, ita natura sua esse comparatum, ut regnet principatumque obtineat?* it. Xenoph. Cyrop.

VII. Hoc sensu eleganter cum nomine χρόνος coniungitur, vel praecedente, vel sequente, tuncque pro ὅσος usurpatur. Plutarch. Alexand. Οὔτε τὴν Ἑλλάδα κρατήσας τοῖς ὅπλοις ὁ Φίλιππος, οἷον καταζεῦξαι καὶ τιθασσεῦσαι, χρόνον ἔσχεν, *Nec Philippus, armis subacta Graecia, satis habuit temporis ad eam omnino pacandam atque cicurandam:* ubi ordo postulabat, χρόνον ἔσχεν οἷον καταζ. id est, ὅσον, vel ὡς, ut dicetur Sect. 9, Reg. 9.

Rarum etiam illud est, quod habet idem Demosthenes Olynth. II Εἰ μὲν γάρ τις ἀνήρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, οἷος ἔμπειρος πολέμου καὶ ἀγώνων· ubi οἷος vel omnino abundat, vel explicari debet per τοιοῦτος, οἷος ἔμπειρος εἶναι, id est, *eiusmodi, qui belli ac certaminum peritus sit.* [60]

II, 2, 16 Δοκεῖ γάρ μοι τὸ μὲν πολὺ τῶν στρατιωτῶν εἶναι, οἷον ἕπεσθαι, ᾗ ἄν τις ἡγῆται. Xenoph. Mem. I, 4, 6 Τοὺς μὲν πρόσθεν ὀδόντας πᾶσι ζώοις. οἵους τέμνειν, εἶναι, h. e. *omnibus animantibus esse dentes priores*, qui secent. Xenoph. Mem. II, 6, 37 Τοιοῦτός μοι φίλος εἶ, οἷος συλλαμβάνειν, *Is mihi es amicus, qui mihi possis succurrere.* Cf. Xen. Mem. II, 9, 3. III, 11, 1, et Schwarzius ad Theophr. Charact, cap. 1. Sunt qui putent, Infinitivum regi a praetermisso verbo εἰμὶ, quod interdum addatur. At haec ratio mihi quidem non satis probatur propterea, quod hoc solet fieri post οἷός τε. Deinde, si vel maxime concederemus, hoc ferri posse tum, cum οἷος in casu recto ponitur, at quomodo haec res ferri potest in casibus obliquis, uti ex quibusdam antecedentibus exemplis patet? Potius statuendum est, οἷος per se regere infinitivum, uti alia nonnulla adiectiva. Caeterum sciendum est, interdum idem nomen cum tempore finito poni, ut Xen. Mem. III, 6, 16 Ἐνθυμοῦ δὲ τῶν ἄλλων, ὅσους οἶσθα τοιούτους, οἷοι φαίνονται etc. Cf. ad Xen. Cyrop. I, 2, 3. Z.

60 Hoc quia rarum est, simile et cognatum ex Platone exemplum addam. Ita ille in Theaet. pag. 197, initio: Εἰ μέν τοι ἦν ἀντιλογικὸς ΟΙ῞ΟΣ ἀνήρ. Sic vertitur: *At si quis modo adesset homo contentiosus.* Vbi intellecto τοιοῦτος, haec est sententia: *si talis vir hic adesset, qualis est contentiosus.* Hoc modo eleganter Accusandi casum post se habet substantivi, qualitatem alicuius notantis. Redditurque tunc vel per *Tam*, mutato illo substantivo in Adiectivum, vel, retento eo, per *Tantus*. Sic apud Lucian. in Encomio Demosthenis reprehenditur ille, quod vitam suam in discrimina adduxerat ὑπὲρ ΟΙ῞ΩΝ ὄντων Ἀθηναίων ΤΗ῍Ν ἈΧΑΡΙΣΤΙ῍ΑΝ, *pro Atheniensibus tam ingratis.* Verbatim: *pro qualibus existentibus Atheniensibus ingratum animum.* Quae verba apud Latinos nullum plane sensum habent. Verba Graeca sic possunt resolvi: ὑπὲρ οὕτως ἀχαρίστων, οἷοί εἰσιν οἱ Ἀθηναῖοι, *pro tam ingratis, quales sunt Athenienses.* H.

VIII. Interdum per se sumitur, pro ὡς, ut, ἀλλ', οἷοι πάντες γε ἀπράγμονες καὶ φιλοπράγμονες τυγχάνουσιν, id est, *verum, ut otiosi fere omnes, curiosi pariter esse solent.* [61]

Per se quoque sumitur apud Atticos, subintellecto articulo praepositivo eiusdem casus. Thucydides lib. II. pag. 125 *Καὶ μόνη* (sub. *Ἀθηναίων πόλις*) *οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει, ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν, ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται*, id est, *Solaque* (sub. *Atheniensium civitas*) *nec hosti bellum inferenti indignationem moveat, a qualibus male habetur:* (id est, *eorum ex conditione ortam, a quibus male habetur:* quasi dicat, Athenienses eiusmodi esse, a quibus vinci neminem pudeat) *nec sibi subditis querelam,* (id est, *querendi occasionem praebet*) *sibi ab indignis imperari.* [62]

[Quemadmodum Latini ad rem distinguendam et accuratius definiendam adhibent nomen *Is*, cum particula *et*, s. *que*, v. c. Cic. Epist. IX, 21 *Privatas causas*, et eas *tenues*, *agimus subtilius:* ita quoque interdum eandem ob causam Graeci utuntur illo οἷος. V. g. Plat. Apol. cap. 9 *Πολλαὶ μὲν ἀπέχθειαί μοι γεγόνασι, ΚΑΙ ΟΙ͂ΑΙ χαλεπώταται καὶ βαρύταται*, h. e. *Multae offensiones mihi sunt*

Sic quoque idem nomen accipi debet, nec est, quod cum Devario ad novam significationem τοῦ ὅμοιος comminiscendam fugiamus, cum ponitur in casu obliquo; v. c. Xenoph. Mem. II, 9, 3 *Πολλῷ ἥδιόν ἐστι, χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνδρὶ, ἢ ἀπεχθανόμενον, ὠφελεῖσθαι.* Nam si resolveris, uti leges linguae postulant, *ἀνδρὶ τοιούτῳ, οἷος σὺ εἶ*, res redit ad exemplorum Vigeri et Hoogeveni similitudinem. Vide Graevii Lect. Hesiod. ad Ἔργ. 814. Z.

61 Nec sic tantum, verum aliquando, modo Latinis inaudito, Adiectivo praeponitur pro ὡς i. e. *quam.* Dicunt enim Graeci, οἷος μέγας, οἷος χαλεπός. Verbatim, *Qualis magnus, Qualis difficilis*, pro, *Quam magnus, Quam difficilis.* Exemplum habet Lysias in Orat. Funebri: *ΟΙ͂ΟΣ ΜΕΓΑΣ καὶ ΔΕΙΝΟ͂Σ τῇδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἠγωνίσθη; Quanto et quam gravi periculo haec urbs est iactata pro libertate Graecorum?*

62 Hic observa, phrasin ἔχω σοι ἀγανάκτησιν, poni pro παρέχω, nec esse vertendam: *Ego indignor tibi:* sed, *Indignationis causam praebeo.* Sic ἔχω φόβον verbatim, *Habeo timorem*, non est, *Timeo*, sed potius, *Timeor*, vel κυριολέκτως, *Habeo aliquid terribile in me, quod alicui timorem incutit.* Vide Clariss. Dukerum ad Thucydidis locum citatum, qui extat cap. 41 et Nostrum Cap. V, Sect. 7, Reg. 12. [V. not. ad Gregor. Cor. ed. Schaeferi pag. 863. *Herm.*]

ortae, eaeque (ad verbum, *quales sunt*) *molestissimae et gravissimae*. Z.]

IX. Aliquando significat *promtum*, *expeditum*, ac *suapte natura in aliquid propendentem*: ut, δεινόν τι παθὼν, οἷος ἦν ἐπεξιέναι τῷ φεύγοντι, *incommodo graviore suscepto, reum peragere vehementius cupiebat.* Sic οἷός εἰμι κἀγὼ πάνθ' ὑπὲρ πατρίδος κίνδυνον κινδυνεύειν, *paratus sum ipse quoque nullum non pro patria subire periculum.* [63]

Affinis huic significatio, qua sumitur ἀντὶ τοῦ δύνασθαι: nam et οἷός τέ ἐστιν, et οἷός ἐστι, sine τε, significat δύναται, *potest* [64]. Et in neutro, οὐχ οἷόν τέ ἐστιν, *fieri non potest.* Herodot. οἷά τε dixit pro οἷόν τε, ut lib. II. Χοιράδες πολ–

63 Exemplum habet Theophr. Charact. περὶ Μικρολογ. Τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, ΟΙ'ΟΣ μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. Vertit Casaubonus: *Quod si uxor trichalcum amiserit, ille vero omnem supellectilem, lectos etiam, atque capsas loco movebit, et omnia stragula scrutabitur.* Confer Platonem in Gorg. pag. 493 Τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὂν ΟΙ'ΟΝ ἀναπείθεσθαι, *Animae pars haec, in qua cupiditates sunt, eiusmodi est, ut persuasionibus facile impellatur.* Non dissimili modo dicitur res οἷα εἴς τι, *quae apta, commoda, opportuna, accommodata est alicui rei:* sic eidem in Euthydemo, λόγοι ΟΙ'ΟΙ ΕΙ'Σ τὰ δικαστήρια, sunt orationes forensibus *negotiis accommodatae.*

64 Non minus elegans quam frequens hic est loquendi mos apud Graecos; quem si tirones clare percipere velint, intelligant locutionem esse ellipticam. V. g. Οὐχ οἷός τέ ἐστι φιλοσοφεῖν. Proprie: *Non est qualis philosophari.* Haec verba ita supplentor: Οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οἷον δεῖ εἶναι τὸν μέλλοντα φιλοσοφεῖν, *Non est talis, qualem illum esse oportet, qui vult philosophari.* Vel simpliciter, ut Nominativus casus constet, Οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οἷος ὁ μέλλων φιλοσοφεῖν. [Simplicius haud dubie est, quod ante diximus. Infinitivum nomini οἷος eodem modo iungi, quo aliis Adiectivis, adeo ut intelligatur praepositio κατά: v. g. δεινὸς εἰπεῖν, λέγειν, πίνειν, φαγεῖν, ἰσχυρὸς ἰδεῖν, ὀξὺς βλέπειν, εὐπρεπὴς ἰδεῖν, μοχθηρὸς ἰδεῖν etc. cuius rei exempla ubivis facile occurrunt. § 79. Z.] Soletque verbum ἐστὶ ultimum locum obtinere, praeterquam quod primo loco ponitur, si nova inchoatur periodus, ut apud Isocrat. Panegyr. p. 131 b. "ΕΣΤΙ δ' ΟΥ'Χ ΟΙ'Ο'Ν ΤΕ ἀποτρέπειν τῶν ἁμαρτημάτων, *A peccando autem deterreri non possunt.* Rarius in media periodo. Paus. in Achaicis pag. 418, in initio, ubi ait, Gallo a Senatu Romano mandatum esse, πόλεις ὁπόσας "ΕΣΤΙΝ ΟΙ'Ο'Σ ΤΕ ὡς πλείστας ἀφεῖσθαι συλλόγου τοῦ 'Αχαιῶν, *Ut urbes quam posset plurimas ab Achaeorum conventu disiungeret.* Non minus naturalis huius adiectivi virtus perspicitur, quando solum per se sine verbo substantivo ponitur, ut in illo Platonis de Rep. lib. III, init. 'Αρ' οὐ ταῦτά τε λε–

λαί εἰσι, δι' ὧν οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν, Saxa multa sunt, per quae navigari non potest: ubi *οὐκ οἷα* Ionice pro *οὐχ οἷα.*

X. *Οἷον* praecedente *οὐδὲν*, vel *μηδὲν*, absque ullo verbo significat, *nihil vetat: οὐδὲν οἷον περὶ τοῦ κρείττονος ἐλπίζειν, τὸν ἐλάττονος οὐκ ἀποτυχόντα, nihil vetat, quo minus, qui minora consecutus sit, maiora speret.* § 80.

Quanquam videtur interdum significare quod gallice dicitur, *il n' y a rien de tel.* Demosthen. in Midiam, *Οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου, Car il n' y a rien de tel, que d' entendre la loy même.* Alii [65] minus solerter, ut existimo, *nihil vetat, quo minus legem audiamus.* § 82.

XI. *Οὐχ οἷον*, et *μὴ οἷον*, *non solum non*, vel *ne dum.* Polyb. *Οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' αὐτὴν σώζειν*, id est, *Non solum amicos iuvare non potest, sed ne se ipsam quidem servare.* § 83. Idem lib. V *Μὴ οἷον τυχεῖν ἐπὶ τούτοις χάριτος, ἀλλὰ τοὐναντίον παρ' ὀλίγον κινδυνεύεσθαι τῷ βίῳ*, id est, *Non solum gratiam proptera tulisse nullam, sed contra vitae ipsius fere periculum adiisse.*

XII. *Οἷον* per se solum non raro significat, *verbi causa, exempli gratia.* Crebra passim exempla, maximeque apud Platonem, apud quem etiam reperitur, *οἷον δὴ λέγω*, vel *φημὶ*, eodem significatu. Apud alios: *οἷόν τι λέγω.*

Denique *οἷον*, vel, quod frequentius est, *οἱονεὶ*, idem est quod *ὡςεὶ, ὡςανεὶ, ὡςπερεὶ, ὡςπερανεὶ*, id est, *tanquam* vel *quasi.* [66]

κτέον, καὶ ΟἽΑ αὐτοὺς ποιῆσαι ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι; Nonne talia dicenda sunt, quae mortis metum illis omnino eripere possunt? Eleganter aliquando verbum substantivum omittitur, et infinitivus ex praecedenti oratione est supplendus; ipsum autem adiectivum *οἷος* variat casus pro ratione structurae. Sic Aeschin. Socr. Dialogo *περὶ πλούτου*, pag. 72 *Ἢ δύναιτο ἀκούειν ἐκ ΤΟΥ͂ ΜΗ͂ ΟἽΟΥ ΤΕ, vel an recuperaret auditum, cum antea audire non posset?* Nam non est, quod Latine verbatim vertas: *vel posset audire ex non quali.* At sequente substantivo dativi casus, pro *intelligere*, etc. ponitur Plat. Ion. *Εἰ γὰρ τέχνῃ οἷός τε ἦσθα, Si enim arte valeres.*

65 In his Budaeus, cui quomodo occurrat Devarius in aureo suo de particulis Gr. libello, vide. § 81.

66 His simile est *οἱόνπερ εἰ*, praecedente *ὅμοιον*, pro, *Quasi, Perinde ac si.* Xenoph. *Κύρου παιδ.* lib. I, cap. 19 *ὍΜΟΙΟΝ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ΟἹΌΝΠΕΡ ΕἸ τις δεδεμένα ζῶα θηρῴη, Perinde enim videtur mihi esse, ac si quis vinctas venetur feras.* Eodem modo *ὡςπερανεὶ* vel coniunctim, vel tribus voculis

XIII. Neutrum vero plurale οἷα, vel οἷά γε, vel οἷα δή, idem est, quod ἅτε δή, *utpote*, *quippe*[67]. Sic intelligendus Herodotus lib. II, p. 111. b. cum ait, Οἷα δὴ ἐμβαλόντος τοῦ ὕδατος τοῖσι οὔρεσι, μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπειρατηρίην ἐς βυσσὸν ἰέναι, id est, *Vtpote autem aqua in montes illabente*, (vel, *quod autem aqua in montes illabatur*) *demissam bolidem ad fundum usque pervenire non posse:* ubi male Interpres, *quemadmodum e montibus praecipitantis aquae.*

ὥσπερ ἂν εἰ, vel etiam ὡς adiectivum ὅμοιον ante se habent, ut in illo Aeschinis, Epist. XI Τὴν ἰσχὺν πάλαι ποτ' ἐσχηκέναι μεγάλην, ὍΜΟΙΟ͂Ν γε φαίνεται, ὩΣΠΕΡ ἊΝ ΕἸ τις Ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις, etc. *Habuisse olim magnam potentiam perinde mihi videtur, ac si quis saepius in ludis Olympicis victor*, et quae sequuntur. Aeschin. Dialog. de Morte, cap. 14 Καὶ ὍΜΟΙΟΝ ὩΣΕἸ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τὶς ὀδύροιτο, *Et perinde ac si quis de Scylla vel de Centauro lugeret.* Contra οὐχ ὅμοιον, sequente καί, proprie, *Non simile*, utuntur Graeci, ubi Latini *Aliud* geminant. E. g. *Aliud est in medio mari de rebus nauticis disserere et suam ostendere fortitudinem, aliud extra procellam intra parietes sedentem*, ΟΥ̓Χ ὍΜΟΙΟΝ ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ λέγειν, καὶ τὴν εὐψυχίαν τὴν αὐτοῦ δεικνύναι, ΚΑἸ καθήμενον ἔξω τῆς ζάλης ὑπὸ τῷ τειχίῳ, Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 225. H.

De vi et usu *particulae* οἷον haec, ut summatim dicam, sunt tenenda. a) Significat *quemadmodum*, *ut*, gr. ὡς, ὥσπερ, οἵως, ut Plat. Phaedr. pag. 225 ΟἿΟΝ πνεῦμα ἤ τις ἠχὼ ἀπὸ λείων καὶ στερεῶν ἁλομένη πάλιν, ὅθεν ὡρμήθη, φέρεται· ΟὝΤΩ τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων ἰὸν κ. τ. λ. b) *veluti*, *exempli gratia:* ut Plat. ibid. pag. 340 Τίς ἔμιξε δαίμων τοῖς πλείστοις κακοῖς ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονήν; ΟἿΟΝ κόλακι, δεινῷ θηρίῳ, καὶ βλάβῃ μεγάλῃ, ὅμως ἐπέμιξεν ἡ φύσις ἡδονήν τινα οὐκ ἄμουσον. c) *circiter:* ut Thucyd. IV, 90 Τὸ στρατόπεδον προαπεχώρησεν ἀπὸ τοῦ Δηλίου ΟἿΟΝ δέκα σταδίους. d) habet vim intendendi et admirandi, lat. *quam.* Vt Odyss. β', 239 ΟἿΟΝ ἅπαντες ἧσθ' ἄνεῳ, *Quam muti sedetis omnes!* et Aristoph. Pac. 33 ΟἿΟΝ δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθίει! *Quam vorat pronus iste perditus!* Z.

67 Vel, *quatenus*, ut apud Greg. Naz. Carm. XIII. qui ibidem de Christo ita loquitur:

> Ὅστις ἐπὶ σταυροῖο μόρον τέτληκας ἐπισπεῖν,
> ΟἿΑ βροτός· ΤΡΙΤΆΤΗι δὲ πύλας λίπες Ἀϊδονῆος,
> ΟἿΑ Θεός. — —

Qui in cruce mortem sustinuisti subire, quatenus homo (es): tertio vero post die portas reliquisti Orci, quatenus Deus (es). H.

Atque apud Plat. in Critia, pag. 113 Αὐτὸς δὲ τὴν ἐν μέσῳ νῆσον ΟἿΑ ΔἨ θεὸς (*utpote Deus*) εὐμαρῶς διεκόσμησεν. Z. § 84.

Aliquando tamen οἷα reddi potius debet per τοιάδε, *talia*, vel οὕτω δή, *sic*, *ita*, ut apud Aristidem Panathen. *Οἷα τὴν ναῦν ἀεὶ κύκλῳ περιΐσταται κάλλη παντοδαπά*, id est, *Ita navim istam omnia ornamentorum genera in orbem perpetuo circumsistunt* [68].

XIV. Ὀργή, vulgo, *ira*. Non raro tamen sumitur pro τρόπος, § 85. vel ἤθη, id est, *mores*, *ingenium*, *indoles*, vel ὁρμή, id est, *nativus quidam impetus et appetitus*, vel διάνοια, *cogitatio*, *sensus*: Gallice, *naturel*, *humeur*, *affection*: ὀργή enim, quasi ὀρεγή, ab ὀρέγω, *appeto*, καὶ συγκοπῇ, ὀργή. Ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις. Phocyl. vel a ῥέζειν, id est, *facere*, cuius praet. med. ἔοργα. Thucyd. lib. I, pag. 92 *Καί περ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας*, *Licet probe norim*, *homines non eodem sensu et animo ad bellum gerendum induci*, *et illud re ipsa gerere*, id est, *non eodem sensu gerere*, *quo ad gerendum inducuntur*.

Hinc εὐοργήτως, id est, μετρίως, *moderate*. Idem ibid. pag. 79 [69] *Ἐν ᾧ, ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας βεβαιότερος· ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἐλάσσω πταίει*, *In quo quidem qui moderate se gerit*, *is firmior est*: *qui*

68 Singularis apud Homerum formula, οἷ' ἀγορεύεις, *Qualia loqueris*, elliptice pro τοιάδε ἐστὶν, οἷα ἀγορεύεις. fere in malam partem. Latine dicas: *Pro*, vel *cum istis dictis*. Ita in Od. *Ρ*, Vlyssem Antinous monens, ut taceat et mittat male loqui, ait:

Μή σε νέοι διὰ δώματ' ἐρύσσωσ', ΟΙ'' ἈΓΟΡΕΥ'ΕΙΣ,

Ne te iuvenes per aedes trahant pro istis dictis. Similiter Od. *Σ*, sub finem:

— *Ἦ τάχα τοι τελέω κακὸν, ΟΙ'' ἈΓΟΡΕΥ'ΕΙΣ*,

Certe illico mihi pro dictis supplicium dabis. Verbatim: *Certe cito tibi perficio malum*, *qualia loqueris*.

Idem patitur (ut illud hac quoque regula complectar) nomen ὅσος in neutro plurali, apud Q. Calabr. *Παραλειπ.* lib. IX, vs. 424

Ἔκπαγλον τοπάροιθε χολούμενος, ὍΣΣ' ἘΠΕΠΟ'ΝΘΕΙ,

Supra modum antea iratus ob tanta, *quanta passus erat*.

Vtrumque coniungit Homer. Iliad. *Ε*, vs. 758

Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε καρτερὰ ἔργα, ὉΣΣΆΤΙΟ'Ν τε καὶ ΟΙ'ΟΝ ἀπώλεσε λαὸν Ἀχαιῶν;

Iupiter, *nonne te irritant haec a Marte atrociter patrata*, *quodque tantum ac talem populum Achivorum perdiderit?* In quibus verbis si Grammaticae legis ratio habeatur, haec plenior erit oratio: Ὅ Τ Ι τόσον καὶ τοῖον λαὸν ἀπώλεσεν, ὅσος καὶ οἷός ἐστι λαὸς Ἀχαιῶν.

69 Cap. 122.

autem iracundius, is non leviter offendit: ubi εὐόργητος, et ὀργισθεὶς opponuntur. Id. lib. III, pag. 227. ait, Τὸν πόλεμον πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς ὁμοιοῦν, id est, *Hominum mores praesenti rerum statui similes efficere* [70]. Eod. modo χόλος, id est, ὀργή, sumitur: unde δίχολοι γνῶμαι, a Zenobio, Adagiorum Centuria III, Adag. 25. explicantur διχῇ ἰδιότροποι, *homines duplicibus moribus praediti:* ubi male Erasmus reponit δίχωλοι, quasi *utrinque claudicantes.*

XV. Eadem vox in plurali maxime cum verbo ἐπιφέρειν, et dativo personae, idem est quod Poetis τὸ, ἦρα φέρειν, id est, χαρίζεσθαι, *gratificari, indulgere, oblectare.* Qui tamen usus antiquiorum Atticorum proprius videtur. Thucyd. lib. VIII, pag. 610 Πάντων τε Ἀστύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ ἴδια κέρδη, *Omnium porro causam Astyochum esse, qui sese privati lucri studio ad Tissaphernis voluntatem accommodaret.* Ita Cratinus Comicus dicebat, Τὴν Μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσι, id est, *Musicam moderatis hominibus oblectationem afferre sine fastidio.* [Apud schol. ad locum Thucyd. qui exstat cap. 83. *Herm.*]

SECTIO IX.

De Nomine ὅσος.

REGVLA I.

Adiectivum ὅσος perelegantes in omni genere significationes habet. Primum ergo in plurali numero sumitur saepe pro articulo subiunctivo, ut τῶν ἀσχολουμένων περὶ τὴν Ἑλλάδα, ὅσοι μέλλουσιν εἰς ἄκρον ἐλαύνειν τῆς γλώττης, *quotquot ex iis, qui linguae Graecae operam dant, ad eius perfectionem aspirant.* Quo sensu plerumque iungitur cum nomine collectivo πᾶς, πᾶσα, πᾶν, ut πάντες ὅσοι, πᾶσαι ὅσαι, πᾶν ὅσον, πάνθ' ὅσα· ut, πάνθ' ὅσα διὰ τιμῆς ἄγεται, *quaecunque honori ducuntur.*

70 Clarius Theognis ὀργὴν, ῥυθμὸν et τρόπον coniungit vs. 958
Μήποτ' ἐπαινέσσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς,
Ὀργὴν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ.
Nunquam laudaveris aliquem, priusquam manifeste noveris, quo sit affectu, ingenio vel moribus. Primus Thucydidis locus est lib. I, cap. 140, init. ad quem omnino consulatur Wasse.

Solet etiam verbum substantivum omitti, ut πάντες ὅσοι φιλολόγοι, *omnes eloquentiae et eruditionis amantes*, supple εἰσὶ vel τυγχάνουσιν [71]. Eodem modo usurpatur ὁπόσος per omnia genera et casus pluralis numeri; sed rarius [72].

II. Ex eadem significatione nata sunt quae sequuntur, ἐφ' ὅσον, ἐφ' ὅσα, παρ' ὅσον, καθ' ὅσον, id est, *quatenus*, vel *eo quod*, ut ante diximus, ἐφ' ὅ, παρ' ὅ, καθ' ὅ. Quo sensu aliquando τοσοῦτον cum eadem praepositione quasi ex adverso respondet: ut, καθ' ὅσον ἂν ἔχοιμι, [immo σχῶ. *Herm.*] κατὰ τοσοῦτον βοηθήσω, *quatenus mihi licebit, eatenus auxilium feram* [73].

III. Aliquando παρ' ὅσον significat differentiam aliquam, ac veluti exceptionem: ideoque recte verti potest per *nisi quod*, vel *praeterquam quod*; ut, ταυτὸ πρὸς τόνδε πέπονθα, ὅ καὶ πρὸς ἕτερον, παρ' ὅσον τουτουῒ ῥᾷον ἀπήλλαχα, *Eo-*

71 Exemplum habet Philo Iudaeus, de Confusione linguarum pag. 251 *Λέγεται γάρ, ὡς ἄρα ΠΑ´ΝΘ' "ΟΣΑ ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα καὶ πτηνὰ τὸ παλαιὸν ὁμόφωνα ἦν, Aiunt itaque, quotquot in terris, et in aquis, et in aëre degunt, omnium animantium eandem fuisse vocem antiquis temporibus.* Caeterum, intelligi verbum substantivum, inde patet, quod, quocunque casu praecedens vox πάντες occurrit, sequens vocula ὅσοι cum suo substantivo constanter in *nominativo* manet. Vide eundem de Monarchia lib. I, in initio: *"Αρχοντας μὲν (ἔχει κόσμος) τοὺς ἐν οὐρανῷ ΠΑ´ΝΤΑΣ "ΟΣΟΙ ΠΛΑ´ΝΗΤΕΣ καὶ 'ΑΠΛΑΝΕΙ͂Σ 'ΑΣΤΕ´ΡΕΣ, Magistratus habet mundus in coelo, quotquot vel errantes vel fixae stellae sunt.* Idem fit in partitivis, in quibus pro genitivo nominativus sequitur, praecedente ὅσοι. Ita Homerus Iliad. *Ι*, vs. 55

Οὔ τις τὸν μῦθον ὀνόσσεται, "ΟΣΣΟΙ 'ΑΧΑΙΟΙ´.

Pro οὔτις 'Αχαιῶν, *Neque quisquam Achivorum hoc verbum carpet.* Quomodo et Latini suo *Quisque* uti solent. Sallustius B. C. cap. 43. *Caetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequeretur.*

72 Vsurpat Hippocrates, de Insomn. paulo post init. *'Οκόσαι τοῦ σώματος ὑπηρεσίαι ἢ τῆς ψυχῆς· ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπρήσσεται, Quaecunque corporis atque animae sunt ministeria: haec omnia in somno anima peragit.* Illa autem πάντα ταῦτα, referenda ad ea, quae superius dixerat.

73 Alias ἐφ' ὅσον, in primis sequente Superlativo, notat, *Quam fieri potest.* Ita Lucian. in Navig. *"Υπνος, ἐφ' ὅσον ἥδιστος, Somnus, quam fieri potest, suavissimus.* Idem observa in εἰς ὅσον, de quo mox. [Interdum ὅσον, pro ἐφ' ὅσον, seu εἰς ὅσον, simpliciter Superlativis iungitur, ut in his, ὅσον μάλιστα, ὅσον πλεῖστον. it. Iliad. α', 516 ὅσσον ἀτιμοτάτη ἐγώ εἰμι θεός. § 86. Z.] Crebro etiam temporis durationem notat. Vid. Cap. IX, Sect. 4, in fine.

dem erga eum, quo adversus alterum animo fui, nisi quod me ab isto citius liberavi.

IV. Significat etiam *idcirco*, *ideo*, quemadmodum et παρ' ὅ, ut, πανστρατιᾷ ὤσαντο, παρ' ὅσον καὶ ῥαδίως αὐτὸν ἡρπάσαντο, *exercitum in eum universum egerunt, ideoque facile ipsum oppresserunt:* ubi notandus usus verbi ὠθεῖσθαι, pro *impressionem facere:* qua in significatione fere iungitur cum praepositione εἰς et accusandi casu.

Nec absimiliter εἰς ὅσον, id est, *quatenus*. Aristid. Panathen. Πλὴν εἰς ὅσον αὐτοὺς ἄν τις ἐπιμαρτύραιτο, *Nisi quatenus*, vel *nisi si quis ipsos testes appellarit.* [74]

V. Est etiam παρ' ὅσον, *extra quam*, ut loquitur Cicero, vel *contra quam*, ut χρήσασθαί τινι, παρ' ὅσον, vel παρ' ὃ πέφυκε, *uti re aliqua extra quam eius natura postulet.* Quo sensu addi etiam potest εἰ, cum optativo, et particula ἄν: ut, παρ' ὅσον εἰ τοιοῦτό τι γένοιτ' ἄν, *extra quam si quid eiusmodi contigerit.* Sic dicitur, παρ' ὃ vel παρ' ὅσον δεῖ, *supra modum*, vel *supra quam oporteat.*

VI. Ὅσον, et ὅσα in neutro, cum dativo et praepositione ἐπὶ, significat, *pro viribus*, ut, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, *quantum in me situm est* [75]: ὅσα ἐπ' αὐτῷ, *pro virili eius parte*, supple, ἐστὶ, vel aliud simile. Eodem sensu iungitur cum verbo ἥκω, et accusativo, quem regat ἐπὶ, vel εἰς: ut, ὅσον, vel ὅσα γε ἥκει ἐπ' ἐμὲ, vel εἰς ἐμὲ, vel εἰς ὅσον ἥκω δυνάμεως, id est, κατὰ τὴν ἐμοῦ δύναμιν, *pro viribus meis.* [76]

74 At ἐς ὅσον superlativo iunctum intendendi vim habet. Ita Arrian. de Exp. Alex. lib. II, cap. 19, initio: Δύο ἱστοὺς ἐπὶ τῇ πρώρᾳ καταπηγνύουσι, καὶ ἐν κύκλῳ περιφράσσουσιν ἘΣ ὍΣΟΝ ΜΑΚΡΌΤΑΤΟΝ (Al. μακρότερον). *Duos malos in prora constituunt, et quam latissime possunt, in orbem circumsepiunt.*

75 Lucian. in Asino: Ἀφελομένην ἡμᾶς χρήματα πολλά, ὍΣΟΝ ἘΠ' ΑΥ'ΤΗ͂Ι, *Quae nos multa pecunia privavit, quantum in ipsa fuit.*

76 Simili idiomate construitur cum praepositione ἀπὸ, sequente vel suppresso verbo infinitivo. Lucian. in Lexiphane: Σὺ δὲ ὍΣΟΝ ἈΠΟ' τοῦ συμποσίου, τὸν Πλάτωνά μοι δοκεῖς λέγειν, *Tu autem, quantum ex symposio colligere licet, Platonem mihi narrare videris.* Vbi supprimitur infinitivus εἰκάσαι, τεκμαίρεσθαι, vel similis, cum verbo ἐστὶ, quae ellipsis suppletur in libro Sapient. cap. ult. comm. 18 Ὅπερ ἘΣΤΙ'Ν ἘΙΚΆΣΑΙ ἐκ τῆς τῶν γεγονότων ὄψεως, *Quod coniicere licet ex contemplatione earum rerum, quae factae sunt.*

Vide supra in nomine *μέρος* Sect. 7, Reg. 5 et infra cap. V, de Verbo, Sect. 8, Reg. 1. [77]

Licet *ὅσον ἥκει* aliquando significet potius, *quod attinet.* Demosth. pro Corona: *Ὅσα τῆς τῶν Φωκέων σωτηρίας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἧκε*, pro *ὅσα πρεσβείας ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ἧκε*, *Quatenus ea legatio Phocensium ad salutem pertinebat*, verbatim, *quotquot Phocensium salutis in hanc legationem veniebant.*

VII. Aliquando *ὅσοι* et *ὅσα παρέλκουσιν*, et solius ornatus causa adhibentur, ut *μυρίοι ὅσοι*, *infiniti*, *πλεῖστα ὅσα*, *plurima;* nisi substantivum verbum intelligas, ut, *μυρίοι ὅσοι ἐς ταυτὸ συνεῤῥυήκασιν*, *eundem in locum infiniti confluxere*, subaudi *εἰσὶ*, vel *τυγχάνουσι*. Quod etiam in fine membri aut periodi eleganter usurpatur, ut, *πράγματα αὐτῷ παρέσχε μυρία ὅσα*, *plurimum ei facessivit negotii.*

Similiter post enumerationem aliquam rerum vel partium affinium ita concludunt, *καὶ ἄλλοι ὅσοι*, *et caeteri id genus*, *καὶ ἄλλα ὅσα*, *et reliqua eiusmodi:* ut, *τοιαῦτα δὴ προφασίζεται, καὶ ἄλλα ὅσα*, *his atque aliis eiusmodi excusationibus utitur.*

Dicunt etiam *θαυμαστὸν ὅσον*, *mirum quantum*, tam in principio quam in fine periodi, licet in fine rarius: ut, *δι' ὀλίγου προὐχώρησε θαυμαστὸν ὅσον*, id est, *mirum, quantum brevi tempore profecerit.* [78]

77 Locum posteriorem quaerere supersedeto; nam huc remittere.

78 Exemplum exhibet Plato Hipp. mai. pag. 282, lin. 27 *Χρήματα ἔλαβε ΘΑΥΜΑΣΤΆ ὍΣΑ*, *Mirum, quantam* (i. e. *ingentem*) *pecuniae copiam corraserit.* Estque haec locutio etiam Latinis concessa. Clarissimus Terentii locus, Eunuch. *Mira vero, militi quae placeant!* Graece ita possis: *ΘΑΥΜΆΣΙΑ ὍΣΑ τῷ στρατηγῷ ἀρέσκει.* Adde Horat. I Od. 27, 6. *Vino et lucernis Medus acinaces* Immane quantum *discrepat.* De coniunctione *ὡς* eodem modo adhibita vide infra Cap. VIII, Sect. 10, Reg. 10. Pro eodem dicitur: *θαυμαστὸν ἡλίκον*. Demosth. pro Phormione, pag. 605, lin. 34 *Ἔστι δ' ἐν ἐμπορίῳ καὶ χρήμασιν ἐργαζομένοις ἀνθρώποις, φίλεργον δόξαι καὶ χρηστὸν εἶναι τὸν αὐτὸν ΘΑΥΜΑΣΤῸΝ ἩΛΊΚΟΝ*, *Est autem in mercatu et inter homines rem pecuniariam exercentes, sedulum videri et probum esse ingens miraculum.* Habetque magnam emphasin, quod haec verba *θαυμαστὸν ὅσον* vel *θαυμαστὸν ἡλίκον* in fine ponuntur. H.

His adde *ὑπερφυὴς ὅσος*, ut Aristoph. Nub. 750 *Ἦν περὶ αὐτὸν ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος.* Atque

VIII. Ὅσον et ὅσα cum particula καὶ accusativo et infinitivo coniunguntur, loco subiunctivi, vel optativi: ut, ὅσα κἀμὲ εἰδέναι, *quod quidem sciam;* ubi coniunctio καὶ vel παρέλκει, vel sumitur pro γε[79], id est *saltem, quidem:* sic ὅσα κἀμοὶ δοκεῖν, *ut mihi quidem videtur:* ὅσα κἀμὲ δύνασθαι, *quantum possum.*

IX. Contra nonnunquam ἐλλειπτικῶς usurpatur, ut, περιέμεινε χρόνον, ὅσον καταστῆσαι τὰ κινούμενα τῶν πραγμάτων, *tamdiu expectavit, donec res turbari coeptas componeret;* verbatim, *expectavit tempus, quantum componere;* ubi subauditur ἐχρῆν, vel ἔδει, et particula quaedam, ut εἰς, vel ὡς: § 88. ut, ἀλλήλων διέστησαν ὅσον οὐκ ἐν ἐμβολαῖς γενέσθαι τῶν ὑσσῶν, id est, *tanto spatio disiuncti sunt, quantum, ut extra telorum iactum esse possent, necessarium erat.* Thucyd. lib. I Νεμόμενοί τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν, *Sua singuli colligentes, quantum modice vivere,* id est, ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν μετρίως ἄν που ἀρκέσειεν[80], *quantum ad modice vivendum satis esset.* v. Sect. 8, Reg. 7.

πλεῖστος ὅσος, v. c. Heliodor. VI, 8 *Θυγατέρα ταυτηνὶ τὴν ἐμὴν ἁρμόζω Ναυσίκλειαν, προῖκα ἐπιδιδοὺς πλείστην ὅσην.* Z. § 87.

79 Haec particula additur in illo Luciani in Iove Tragoedo: *Οὐχ ὍΣΑ ΓΕ κἀμὲ ὁρᾶν, Non, quantum quidem ego video.*

80 Huc refer tritissimum illud, quod Eueno tribuitur, epigramma:

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὍΣΣΟΝ ἘΠΙΣΠΕΙΣΑΙ σοί, τράγε, θυομένῳ.

Vbi ὅσον ἐπισπεῖσαι, pro τοσοῦτον ὅσον ἀρκέσει ἐπισπεῖσαι vel εἰς τὸ ἐπισπεῖσαι. Ipsum epigramma Latinum reddit Ovidius lib. VI, Fast. vs. 357.

Rode, caper, vitem; tamen huic, cum stabis ad aram,
In tua quod fundi cornua possit, erit.

Supplet ellipsin Arrianus lib. VII, de Exp. Alex. cap. 1, in fine: *Καὶ οὖν ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΝ καθέξεις τῆς γῆς, ὍΣΟΝ ἘΞΑΡΚΕΙ͂ ἘΝΤΕΤΑ͂ΦΘΑΙ τῷ σώματι, Quin igitur brevi post tempore moriturus tantum terrae possidebis, quantum cadaveri sepeliendo sufficiat.* Ἔξεστιν, vel δυνατὸν, vel, si quid his simile, subaudi in illo Aeliani V. H. I, 4. de canibus, qui currentes e Nilo flumine πίνουσιν, ὅσον ἁρπάσαι, *bibunt, quantum rapiendo possunt.* [Item Hippocr. de Morb. p. 496 Ὑσσωπον, ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι λαβεῖν, μέλιτι μίξας. Interdum quoque Hoogeveno in Doctr. Partic. pag. 1278. videtur Infinitivus pendere ab omisso εἰκός ἐστι, ut in illo Luciani adv. Indoct. *Ὅσα γε κἀμὲ, Σύρον ὄντα, εἰδέναι, Quantum quidem me, Syrum natione, scire aequum est.* Z.]

X. *Οὐχ ὅσον*, id est, *οὐχ οἷον*, *nedum*, vel *non solum non*. Aristid. Panathen. *Μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι τοῦ προέχειν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, οὐχ ὅσον λανθάνειν· Ingens ac perspicuum argumentum est, eam statim ab initio excelluisse, nedum ut lateret.*[81] § 89.

XI. *Ὅσον* aliquando *circiter* significat, ut, *στρατιώτας ὅσον δισχιλίους ἀνάγεσθαί φασιν*, id est, *milites ad duo millia navigasse ferunt.*[82]

XII. Interdum sumi videtur pro *μόνον*. Plutarch. in Publicola: *Καὶ δᾷδά τις ἡμμένην λαβὼν ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται*, id est, *Facem ardentem aliquis tantum subiicit, mox eandem retrahit.*[83] § 91.

XIII. *Ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη*, id est, *iam iam*, de futuro potissimum: ut, *Ὅσον αὐτίκα τοῦ*

81 Ex Budaeo pag. 479. Verba Aristidis sunt Tom. I, pag. 202. Est et ubi *οὐχ ὅσον* pro *μόνον* ponitur. Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 319 *Πράγματα αἴσχιστα ἔμελλε συμβήσεσθαι, καὶ ΟΥΧ ὍΣΟΝ τὸ τῆς δουλείας, ἀλλ' ἀποδρᾶναι πρῶτον, εἶτα δουλεύειν*, *Res turpissimas moliebantur, nec servitutem tantum, sed etiam post fugam servitutem.* Vide infra, Reg. 12.

82 Exemplum quaere apud Arrian. lib. I, pag. 36, lin. 22 *Ἀπέχοντος αὐτοῦ ὍΣΟΝ ἑβδομήκοντα σταδίους Σάρδεων*, *Cum circiter septuaginta stadiis abesset a Sardibus.* Item Plat. in Phaedr. pag. 229 *Ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια*, *Circiter duo aut tria stadia.* Hoc sensu coniunctum cum praepositione *ἐς πλεονάζει*. Pausanias in Achaicis, pag. 421, lin. 35 *ὍΣΟΝ μὲν ἘΣ χιλίους οἱ ἡλικίᾳ μάλιστα αὐτῶν καὶ τόλμαις ἀκμάζοντες πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ*, *Ex illis, qui prae caeteris aetate et fortitudine maxime florebant, circiter mille in praelio cadunt.* § 90.

83 Clarius Pausanias in Arcad. pag. 457 *Ἐπ' ἐμοῦ δὲ οὔτε θεὸς ἐγίνετο οὐδεὶς ἔτι ἐξ ἀνθρώπου, πλὴν ὍΣΟΝ λόγῳ καὶ κολακείᾳ πρὸς τὸ ὑπερέχον*, *At mea aetate nemo adhuc ex homine factus est Deus, nisi nomine tantum et immoderata adulatione.* Et p. 462 *Καὶ τῷ μὲν ἐπιφανὲς συμβῆναι παρὰ τὸν βίον φασὶν οὐδὲν, πλὴν ὍΣΟΝ οὐκ ἐν Τεγέᾳ τὴν βασιλείαν κατεστήσατο, ἀλλ' ἐν Τραπεζοῦντι*, *Huius aetate nihil aiunt memorabile accidisse, nisi tantum quod non Tegeae, sed Trapezunte regni sedem collocavit.* Hic sequente *μήποτε* vertendum, *Tantummodo ne*, *Dummodo non*, ut in illo Sophoclis, Trachin. vs. 1221.

ὍΣΟΝ γ' ἂν αὐτὸς ΜΗ' ΠΟΤΕ
ψαύω χεροῖν,

Dummodo ipse manus non admoveam. H.

Recte et caute Vigerus dixit *videtur*. Nam existimamus cum Hoogeveno in Doctr. Partt. posse quidem *ὅσον* in eiusmodi locis latine reddi per *solum*: veruntamen hic quoque servari propriam significationem *quantitatis*, adeo ut commode reddi possit, *quatenus*, *quantum attinet* etc. Z.

πράγματος ἅψομαι, *Iam iam me ad opus accingam.*[84] Interdum etiam de praeterito: ut, Ὅσον οὐκ ἤδη ἀπῆλθεν, Gallice, *Il ne fait que de partir.* Thucyd. etiam unica voce, ὁσονού: ut lib. I, pag. 26, ait, Τὸν μέλλοντα, καὶ ὁσονοὺ παρόντα πόλεμον, *Bellum futurum, ac paene iam praesens.* § 92.

XIV. Eadem significant aliquando ὅσον et σχεδὸν, id est, *fere, prope;* ut, Αὐτοῦ δὴ ὅσον οὐδέπω τὸ παράπαν ἀπεγνωκότος, *Cum is fere iam omnino desperasset.* Quod etiam dicunt, ὅσον οὐ, ut, ὅσον οὐκ αὐτόπτης γενόμενος, verbatim, *quantum non oculatus testis factus*, id est, *suis fere oculis usurpavit:* quasi dicatur, *si hoc unum excipias, quod oculis non viderit, tam praesens fuit, quam qui maxime.*

XV. Imo iungitur cum σχεδὸν, tuncque παρέλκει. Euseb. Praeparat. 13 Εἰς ἀλόγου δὲ ζώου σχεδὸν ὅσον παρατροπὴν ἥκοντος, *Cum prope in bruti animantis naturam degeneraret.*

XVI. Ὅσον, ἡλίκον, et οἷον, ὁποῖον, in neutro genere conveniunt potius cum praecedente substantivo neutro, quam cum sequente alterius generis: ut, Πάχος ὅσον, vel ἡλίκον ὁ δάκτυλος, pro τοσοῦτον, vel τηλικοῦτον, ὅσος, vel ἡλίκος ὁ δάκτυλος, *Crassities qualis unius digiti*, vel *digitalis.*[85]

84 Herodian. lib. I, cap. 13 Ὀλέθρου τοσούτου τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ΟΣΟΝ ΟΥΔΕΠΩ, *Tanti exitii illis iam factum auctorem, nobis vero iam iam futurum.* Verbatim: *Quantum nondum*, q. d. *Nondum quidem nobis auctor fuit, sed mox est futurus.* Differunt tamen ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω etc. ab ὁσονοὺ, seu ὅσον οὐ, quae hic et regula sequenti confunduntur. Illa reddenda, *tantum nondum*, *iam iam.* Haec, *tantum non*, *fere*, *pene.* E. g. Qui e summo vitae periculo est liberatus, ait, ὅσον οὐκ ἀπόλωλα, *Tantum non*, i. e. *pene perii:* cui vero praesens mors intentatur, dicit: Ὅσον οὔπω ἀπόλωλα, *Tantum nondum perii*, i. e. *Mox*, vel *iam iam periturus.* Illud enim notat rem iam cessantem: hoc adhuc durantem. Concedo, Adverbium *fere* saepissime utrique quadrare, sed hinc non sequitur, hanc esse huius vocabuli significationem; alioqui nihil certum esset, et confunderentur omnia. Vtcunque enim in exemplo priori Regulae sequentis, *fere*, commode reponitur pro ὅσον οὐδέπω, in sequenti tamen exemplo, pro ὅσον οὐκ αὐτόπτης, non licet reponere ὅσον οὐδέπω αὐτόπτης, quia hoc tempus notat rei quam proxime instantis, in illo vero omnis temporis significatio abest.

85 Graecis, ubi quantitatem rei indicant, familiare est ὅσον usurpare absolute in neutro genere; idque quadruplici modo.

Primo ponitur inter duo substantiva, casu sibi convenientia, nulla aut generis aut numeri ratione habita. Exempla huius, ut et sequentium, ex uno Hippocrate petita sufficiant. Primus hic modus ei est familiarissimus: vide eum de Natura Mul. pag. 570 *Μίξας ΤΟ´Ν ’ΟΠΟ´Ν σιλφίου ''ΟΣΟΝ ΤΡΙΩ´ΒΟΛΟΝ*, *Admixto laseris succo ad tres obolos.* Et paulo superius in plurali: *ΤΡΙΒΟ´ΛΟΥΣ ''ΟΣΟΝ ΚΟ´Γ-ΧΗΝ*, *Tribulis maritimis, quantum concha capit, una cum radice tritis.* [Adde Xenoph. Cyrop. III, 3, 15 *ἀπεῖχον ὅσον παρασάγγην*, *ad parasangae intervallum aberant*, s. *tantum spatium, quantum parasanga comprehendit.* Z.]

Secundus modus est, quo prius substantivum in genitivo ponitur, ut paulo post: *ΔΙΚΤΑ´ΜΝΟΥ Κρητικοῦ ''ΟΣΟΝ ’ΟΒΟΛΟ´Ν*, *Dictamnum Creticum oboli pondere.*

Tertio construitur cum participio, ibidem: *Λευκοΐου καρπὸν*, *''ΟΣΟΝ ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις ΛΑΒΩ´Ν*, *Violae albae semen, quantum tribus digitis capere potes.*

Quarto pro Participio est Infinitivus. Idem de Morbis, pag. 495 *Καππάριος καρποῦ*, *''ΟΣΟΝ τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι ΛΑΒΕΙ´Ν*, *Capparis semen, quantum tribus digitis capitur.*

Porro videtur et hoc nomen per se sumi pro ὡς, i. e. *ut*. Pausan. in Arcad. pag. 527 *Τῷ λόφῳ δὲ τῷ ὑπὲρ τῆς πόλεως*, *''ΟΣΑ ἀκροπόλει, τὸ ἀρχαῖον ἐχρῶντο*, *Colle, qui urbi imminet, antiqui pro arce utebantur.* [Pro ὡς seu ὥςπερ, *tanquam*, adhibetur quoque ὅσαπερ. Xenoph. Ages. VI, 6 *Νυκτὶ μὲν, ὅσαπερ ἡμέρᾳ, ἐχρῆτο.* Z.] Vel etiam ponitur pro ὡς, quando praeponitur substantivo superlativi loco. Sophocl. Ai. Flag. vs. 1009:

— *Οὐχ ''ΟΣΟΝ ΤΑ´ΧΟΣ Δῆτ’ αὐτὸν ἄξεις δεῦρο;*

Quin ipsum quam primum huc adducito. Vide infra Cap. VIII, Sect. 10, Reg. 8. Caeterum observa, in his verbis futurum, praecedente negativo, pro imperativo poni. De quo vide infra, Cap. V, Sect. 2, Reg. 7.

Praeterea quemadmodum ὅσον in quarto casu significat temporis durationem, ita in tertio casu redditur *dum*, et notat temporis intervallum, quo sensu frequenter sequitur ἐν τοσούτῳ, quod tum vertendum est, *interea*. Pausanias in Messeniacis pag. 228, lin. 33 *''ΟΣΩι δὲ οὗτοι συνεστήκασιν, ’ΕΝ ΤΟΣΟΥ´ΤΩι τοὺς οἰκέτας ἐκέλευεν ὁ Εὐφαής* etc. *Dum autem hi ex adverso steterunt, interea servos iussit Euphaes.* Hoc sensu additur et praepositio ἐν, ut apud Thucyd. lib. III. cap. 28 *’ΕΝ ''ΟΣΩι δ’ ἂν πάλιν ἔλθωσι, Πάχητα μήτε δῆσαι Μιτυληναίων μηδένα, μήτε ἀνδραποδίσαι, μήτε ἀποκτείνειν*, *Interea, dum redirent, Paches neque in vincula coniiceret Mitylenaeorum quemquam, neque in servitutem redigeret, neque occideret.*

Denique *''Οσα ἔτη*, ad verbum, *Quotquot anni*, vel adverbialiter, *Quotannis*, vel, si referri potest ad praecedens substantivum, adiective redditur, *Annuus*. Arrian. de Exp. Al. lib. I, pag. 55, lin. 36 *Καὶ* (subaudi, *ἐκέλευσε*) *φόρους ἀποφέρειν ''ΟΣΑ ''ΕΤΗ*, *Et iussit quotannis*, sive, *annua tributa pendere.* Et lib. III, cap. 17, et IV, cap. 8. Huic germanum est ὁσημέραι, conflatum ex ὅσαι ἡμέραι, *Quotidie*. Apud eundem lib. III, cap. 26 *Καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ‘ΟΣΗΜΕ´ΡΑΙ τὴν ’Αλεξάνδρου φοιτῶν*, *Quamvis bis quotidie ad tabernaculum Alex-*

S E C T I O X.

De nominibus οὖρος, παῖδες, εἰς πᾶσαν, πλόϊμος, πολιτεία, πολὺς, πρᾶγμα, πρᾶξις, πρόσχημα, πρόφασις, πρῶτα.

R E G V L A I.

Qvi Latinis *secundus ventus* est, is Graecis vel simpliciter οὖρος, vel οὔριος ἄνεμος, dicitur; quas voces tametsi plerique ab ὄρω, id est, *incito*, derivare soleant; fortasse tamen ἀπὸ τῆς οὐρᾶς derivare liceat. Nam οὐρὰ in navi idem est quod πρύμνα, *puppis*: favetque phrasis gallica, qua ventum illum dicimus *le vent en pouppe*. Ergo κατ' οὖρον φέρεσθαι, *secundo vento ferri*, qui ab Homero dicitur Διὸς οὖρος, vel etiam ἴκμενος οὖρος. At Oratoribus etiam φορὸς, et ἐπίφορος· quod Virgilius expressit hoc versu:

Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.

II. Dicebant etiam ἐς οὖρον καταστῆναι, vel οὐρίῳ πλῷ χρήσασθαι, vel ἐξ οὐρίας πλεῖν, intelligendo πνοῆς, id est, *flatu, vento*, vel unica voce, οὐριοδρομεῖν aut κατουρῶσαι, Aristo-

andri ventitare solitus esset. Sic Aristoph. in Plut. vs. 1007.

Καὶ μὴν προτοῦ γ' ὁσημέραι, νὴ τὼ θεὼ,
Ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν αἰεὶ τὴν ἐμήν.

Tamen antehac quotidie, per Deos, domum meam semper frequentabat. Similiter autem ut ὅσα ἔτη, eadem quoque forma dicere licet ὅσαι ἡμέραι· vid. Thom. Mag. in V. ὅσαι ἡμέραι· Thucyd. VIII, 64, et ὅσαι νύκτες, quod adfert L. Bos de doctrina Ellips. pag. 228. sine exemplo, apud Lucian. in Philops. pag. 479, B. Vtraque iunxit Damasc. in Biblioth. Photii pag. 568, *Συνδιήγομεν ἀλλήλοις ὍΣΑΙ τε ἩΜΈΡΑΙ καὶ ὍΣΑΙ ΝΥΚΤΕΣ. Ὅσοι μῆνες* ex Demosth. affert H. Stephanus, cuius locus extat Orat. in Timocr. pag. 480, lin. 32. Locutio plane elliptica, hoc modo supplenda: *Ὅσαι ἡμέραι* et *ὅσα ἔτη ἐστὶ, τόσοις* vel *τοσούτοις* etc. Integram orationem legas apud Hom. Odyss. Ξ, vs. 92.

ὍΣΣΑΙ γὰρ ΝΥΚΤΕΣ τε καὶ ἩΜΈΡΑΙ ἐκ Διός ΕἸΣΙΝ,
Οὔποθ' ἓν ἱερεύουσ' ἱερήϊον, οὐδὲ δύ' οἴω,

Quotquot enim noctes et dies a Iove sunt, nunquam unam victimam aut duas solas sacrificant. Non multum hinc abit Horatius lib. II, od. 14, vs. 5.

Non, si tricenis, QVOTQVOT eunt DIES,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris.

Atticismum esse, affirmat Moeris: *Ὁσημέραι, Ἀττικῶς, καθ' ἡμέραν, Ἑλληνικῶς.* § 93.

phanes vero, *οὐρίᾳ θεῖν*, *secunda currere*, id est, *secunda navigatione uti.* Hinc fit *ἐπουρίζειν*, *secunda aura provehere:* quod etiam metaphorice de secundo rerum et negotiorum statu dici potest. Imo etiam *ἐπουριάζειν* Lucianus dixit eodem sensu.

Denique Polybius secundam et velocem navigationem describens: *Λαβὼν*, inquit, *οὖρον, καὶ λαμπρὸν ἄνεμον, ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις, καὶ κατουρώσας, ἐπ' αὐτὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν*, *Ventum secundum, eumque vehementem nactus, velis omnibus passis, felicique vectus cursu, ad ipsum portus ostium appulit*; ubi λαμπρὸς est *vehemens et incitatus: πᾶσι* vero *τοῖς ἀρμένοις*, vel *ἱστίοις*, idem est quod Galli dicunt, *à pleines voiles*, quod etiam Graeci unico verbo *ἱστιοδρομεῖν* dicere solent.

III. *Παῖδες*, in plurali, cum genitivis, *Artifices, Populos*, aut certam hominum conditionem, ac professionem significantibus, pro nominibus ipsis, convenienti casu positis, Hebraeo more usurpantur. Sic, *Ῥητόρων, Ἰατρῶν, Φιλοσόφων, Γραφέων παῖδες, Rhetorum, Medicorum, Philosophorum, Pictorum filii:* elegantius multo, quam *Ῥήτορες* etc. Sic *Κελτῶν παῖδες*, id est, Galli †: *Δυστήνων παῖδες*, *miseri.* Ita Psalmo IV. *Filii hominum usque quo gravi corde?* id est, *homines.* Alibi *Filii Prophetarum*, id est, *Prophetae.*[86]

IV. *Πᾶσαν* praecedente *εἰς* idem est quod *πάντως*: id est, *omnino*, vulgo, *en tout:* ut, *Διακοσίους εἶχε στρατιώτας εἰς πᾶσαν, Milites ducentos omnes habebat.*[87] Plutarch.

† Sic apud Aelianum V. H. occurrunt *Κώων παῖδες* I, 29. *Θετταλῶν παῖδες* III, 1. et *παῖδες Δηλίων* IV, 28. Sed animadvertendum est, in his locis omnibus homines induci narrantes rem aliquam olim gestam, et a maioribus adeo sibi traditam. Z.

86 Notanda praeterea haec vox, non tantum quod cum praepositione *ἐκ* constructa pro *παιδία*, *Pueritia*, ponitur, quo modo et Latini dicunt *a puero*, sed eodem plane modo in sexto casu cum praepositione *ἐν* invenies, ut *ἐν παιδὶ*, *in pueritia*: sicut etiam dicunt *ἐν μειρακίῳ*, *in adolescente*, pro, *in adolescentia*. Philostrat. de Vit. Sophist. in Hermocr. *Ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλιστὼ ἀφεῖναι, ἘΝ ΜΕΙΡΑΚΙ'Ωι ἀποθανόντι*, *Adeo ut ne lacrymam quidem Callisto ob eum fuderit, in adolescentia exstinctum.*

87 Exemplum ex Plutarcho diversum quid a superiori confirmat. L. Bos agnoscit ellipsin substantivi *χρείαν*, ut sit *εἰς πᾶσαν χρείαν*, *ad omnem usum:* et citat eundem Plutarchi locum. vide eum in voce *χρεία*. At multo frequentius est Graecorum

Pompeio, Ὧι δελεασθεὶς ὁ δῆμος, εἰς πᾶσαν ἤδη τιθασὸς

idioma, cum in priori acceptione nomen πᾶς cum articulo praepositivo convenit cum praecedenti substantivo. Ita ut dixerint, Διακοσίους εἶχε στρατιώτας ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ. Athenaeus lib. VI, de Iulio Caesare in Britanniam traiiciente: Τρεῖς οἰκέτας ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ συνεπήγετο, *Tres omnino famulos secum ducebat.* Et Arrian. de Exp. Al. lib. II, cap. 5 'ΕΝ ἑπτὰ ΤΑΙ'Σ ΠΑ'ΣΑΙΣ ἡμέραις τοὺς μὲν βίᾳ ἐξελὼν, τοὺς δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος. *Cum intra septem in universum dierum spatium illos partim vi, partim pactionibus in suam potestatem redegisset.* Et cap. 13. Darius, recolligens copiarum reliquias, dicitur habuisse milites ἐς τετρακισχιλίους ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ, i. e. *Quatuor in universum millia.* Eodem modo de Corcyraeis Thucyd. lib. III, cap. 85 Διέβησαν ἐς τὴν νῆσον ἑξακόσιοι μάλιστα ΟΙ' ΠΑ'ΝΤΕΣ, *Traiecerunt in insulam circiter sexcenti universi.* Plura addere exempla, supervacaneum. [Plura exempla de nomine πᾶς, numerum exactum significante, reperies apud Clarkium ad Hom. Iliad. η', 161 et κ', 570. Atque a Latinis quoque eodem sensu adhiberi *Ipse* et *Omnis*, docet Burmannus ad Grat. Cyneg. 16. Z.] Id tamen addam, quod mihi hactenus observare licuit, nomen πᾶς cum articulo, addito numero, fere postponi: quo minus dicam *semper*, obstat Plutarchi locus in Caesare sub finem: Θνήσκει δὲ Καῖσαρ, ΤΑ' μὲν ΠΑ'ΝΤΑ γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ, *Obiit Caesar annos quinquaginta sex natus.* Eodem modo in Act. Apost. XXVII, 37 Ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ ΑΙ' ΠΑ'ΣΑΙ ΨΥΧΑΙ' διακόσιαι ἑβδομηκονταέξ, *Eramus in navi ducentae septuaginta sex omnes animae.* Et XIX, 7 Ἦσαν δὲ ΟΙ' ΠΑ'ΝΤΕΣ ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο, *Erant omnino viri circiter duodecim.* Aelian. quoque V. H. XII, 35 Ὡς εἶναι ΤΑ'Σ ΠΑ'ΣΑΣ ΔΕ'ΚΑ, supple Σιβύλλας: *Ita ut omnino sint decem.* Articulum neglegit Herodotus lib. I, cap. 163. de Arganthonio: Ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδοήκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ ΠΑ'ΝΤΑ εἴκοσι καὶ ἑκατόν, *Tartessiis imperavit octoginta annos, vixit vero omnino viginti supra centum.* § 94. Graecissat Cicero de Inventione L. I, c. 9. *Relinquitur ergo, ut OMNIA tria genera sint caussarum.* Nec etiam necesse est, ut πᾶς conveniat cum substantivo; nam potest cum articulo τὸ neutro genere constanter addi: ita enim de Lycurgo Plutarchus pag. 41. Ἐβασίλευσε μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν, *Regnavit menses omnino octo.*

Est et diversus ab hoc huius adiectivi usus, quo in Dativ. plural. neutr. gen. positum significat, *omni studio* vel *cura.* Ita Herodian. lib. III, cap. 13 ἍΠΑΣΙ γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας τῆς ἐν Ῥώμῃ διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν, *In id enim omni studio incumbebat, ut liberi sui bona institutione Romae uterentur.* Ita malo, quam, quod interpres habet, *In primis:* et in ἅπασι subaudienda velim σπουδὴν, φροντίδα, νουθετήματα, τέχνην, vel similia, quae ad bonam institutionem facere possunt. Pro eodem dicitur etiam πάσῃ τέχνῃ. Vid. quae infra dicemus, Sect. 11, Reg. 2.

Tertius huius adiectivi usus est, quo in Accusativo Plurali Neutro Genere ponitur elliptice. Lu-

αὐτοῖς ἐγεγόνει, id est, *Quo populus semel inescatus, iis se rebus in omnibus facilem deinceps et flexibilem praebuit.*

cian. in Asino: *Τί γὰρ ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον, ΠΑ'ΝΤΑ καταπίπτοντα; Cur nobis videtur hunc asinum alere ubique collabentem?* Intelligitur procul dubio praepositio *κατά*. Vt in illo Hom. Iliad. Ε, vs. 807 *Πάντα δ' ἐνίκα Ῥηϊδίως, Et omnibus modis, omni ratione*, vel *ubivis facile erat victor*, i. e. *κατὰ πάντα*. Adde Aristoph. in Nub. vs. 1432 *Ἐπειδὴ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἅπαντα μιμεῖ, Quandoquidem gallos per omnia imitaris*: et in Ran. vs. 1248 *Οὐκ ἔστιν, ὅςτις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ, Nemo est ab omni parte beatus*. Consentit et verbo et re Theog. vs. 441 et 1159.

Οὐδείς τοι ΠΑ'ΝΤ' ἐστὶ πανόλβιος. —

Aelian. V. H. XII, 25 *Σωκράτει δὲ εἰ προςεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, ΠΑ'ΝΤΑ ἂν ἐγένοντο εὐδαίμονες, Socrati vero si aures praebuissent Athenienses, omni ratione felices fuissent.* Et Aegisthus apud Sophocl. in Electr. vs. 297. vocatur *πάντ' ἄναλκις, Prorsus ignavus.* Ellipsis suppletur in Act. Apost. XVII, 22 *ΚΑΤΑ' ΠΑ'ΝΤΑ ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ, Omnibus modis vos ego religiosiores video.*

Quartus usus observandus, quo itidem in Neutro Plurali construitur cum Substantivis Generis diversi; et commode redditur, *Nihil aliud, quam.* Exemplum habet Philo Iud. de vit. Moys. lib. I. *ΠΑ'ΝΤΑ γὰρ ἦσαν ἢ τραχεῖαι πέτραι, ἢ ὄρη λιθωδέστατα, ἢ ψάμμοι βαθεῖαι. Nihil illic aliud erat, quam* [verbatim, *Omnia erant*] *vel rupes asperae, vel montes maxime saxosi, vel altissimae arenae.*

Quintus usus est, quo cum Substantivo coniungitur, et in versione per Adverbium redditur, Substantivo in Adiectivum mutato cognatae significationis, sequente infinitivo: v. g. *Τὸ καὶ τὸ ποιεῖν πᾶσα ἀνάγκη, πᾶς πόνος, πᾶς κίνδυνος, Hoc vel illud facere, est omnino necesse, maxime laboriosum, prorsus periculosum.* Verbatim, *omnis necessitas, omnis labor, omne periculum.* Epict. Enchir. c. 38 *ΠΑ͂ΣΑ ἈΝΑ'ΓΚΗ, ὅταν ἀποτυγχάνῃς, ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς, οἷς μὴ θέλῃς, μέμφεσθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους, Omnino necesse est*, sive, *Fieri aliter non potest, quin, cum iis, quae vis, fueris frustratus, et in ea, quae non vis, incideris, culpes et oderis auctores.* Et cap. 18 *Τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι ΠΑ͂ΣΑ ἈΝΑ'ΓΚΗ, Sed omnino necesse est*, sive, *Aliter fieri nequit, quin, qui alterum curat, alterum negligat.* Aristoph. in Pace vs. 372. Similiter Pindarus Nem. Od. 8 *Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἍΠΑΣ ΚΙ'ΝΔΥΝΟΣ, Nova vero inventa examinanda dare, ut explorentur, omnino periculosum est*; seu, *periculosae plenum opus aleae.* Sic Aegisthus apud Sophocl. l. c. dicitur *πᾶσα βλάβη, Omnino perniciosus.* Similiter, *πᾶν τοὐναντίον ἐστίν, Omnino contrarium est*, apud Platonem in Sophista. In hoc graecissat Maro, lib. Aen. V, vs. 800.

FAS OMNE est, Cytherea, meis te fidere regnis. § 95.

Addo sextum illud: quod Latini dicunt, *apertum* vel *medium mare*, Graecis est *τὸ πᾶν πέλαγος.* Et *ἐκπλεῖν εἰς τὸ πᾶν πέλαγος*, vernacule est, *In volle zee steken.*

V. *Πλόϊμος*, vel *πλώϊμος*, non tantum coniungitur cum substantivo, ut *πλόϊμος θάλασσα*, *mare navigabile: ναῦς πλόϊμος*, *navis ad navigationem idonea:* sed etiam in neutro fere, vel masculino, *τὸ πλόϊμον*, et *πλώϊμον*, vel *πλόϊμος* sumitur, vel pro *tempore ad navigandum opportuno*, vel pro *omni loco, qui navigatione tuto adiri possit*, idque duobus praecipue modis.

Primo, absolute, in gignendi casu plural. num. cum participio *ὄντων*. Philo in Legat. *Διαγγελείσης οὖν τῆς, ὅτι νοσεῖ, φήμης, ἔτι πλοΐμων ὄντων, ἀρχὴ γὰρ ἦν μετοπώρου*, id est, *Itaque morbi eius vulgata fama, cum adhuc tempus ad navigationem opportunum esset, auctumni enim initium erat*; subaudiendo vel *καιρῶν*, vel *χωρίων*. Thucyd. comparativum usurpat lib. I, pag. 5 *Καὶ ἤδη πλωϊμωτέρων ὄντων*, id est, *Cumque iam tutior esset navigatio:* nullum enim ibi nomen exprimitur, quo genitivus iste referatur.

Secundo, *πλόϊμόν ἐστι*, dicitur; id est, *tuta*, vel *opportuna navigatio est:* et *πλωϊμώτερόν ἐστι*, *tutior*, vel *opportunior*. Idem Thucydid. paulo post, *Καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ, πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους*, *At, postquam a Minoe instructa classis est, facilior deinceps ac tutior ultro citroque navigatio esse coepit.*

VI. *Πολιτεία*, non modo vel *rempublicam*, vel *certam reip. formam* significat; sed etiam certum aliquem modum, quo quis in gerenda repub. versetur. Demosth. pro Coron. *Οὐ μόνον τὸ τιμᾶσθαι τὴν πόλιν ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ, καὶ ἡ πολιτεία διεπράξατο*, id est, *Non tantum ut civitas in honore esset, institutum illud meum, ac propria gerendae reipubl. ratio in causa fuit.*

VII. *Πολὺς*, praeter id quod annotatum est in nomine *μέγας*, Cap. III, Sect. 7, Reg. 12, est aliquando idem, quod *δυνάμει πολλῇ*, id est, *cum ingentibus copiis*. Plutarch. de fortuna Romanor. *Εὑρὼν δὲ τὸν Πομπήϊον ἄθρουν, καὶ πολὺν μὲν ἐν γῇ, πολὺν δὲ ἐν θαλάσσῃ*, *Vbi Pompeium invenisset densis, et ingentibus copiis instructum, seu terrestribus, seu maritimis.* At Demosth. orat. de Cherson. *Φίλιππος δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλήσποντον ὤν*, *Philippus, qui circa Hellespontum cum ingentibus copiis versabatur.*[88]

88 Alio sensu dici quis potest *πολὺς*, de quo scilicet *multa narrare possumus*. Lucian. Dem. Encom. pag. 892, ubi, quum dixe-

VIII. De nominibus πρᾶγμα et πρᾶξις haec notatione digna et selectiora accipe. Primum quod Latini dicunt,

rat Thersagoras, de Homeri institutione pauca dici posse, subdit: *At tibi* (scil. *Demosthenem laudanti*) *ΠΟΛΥΣ* μὲν ὁ Καλλίστρατος, *Multus quidem est Callistratus*, i. e. *Multa de Callistrato praedicare potes;* vel, *Multam Callistratus tibi dicendi copiam ministrat.* Sic, cuius subinde mentio fit, πολὺς dicitur. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 306, lin. 9. *ΠΟΛΥΝ* μὲν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Φίλιππον ἐν ταῖς διαβολαῖς φέρων. Ad verbum ita: *Multum quidem Alexandrum et Philippum in suis calumniis ferens*, i. e. *subinde Alexandrum et Philippum in suis calumniis nominans.* Confer Aeschin. in Timarch. pag. 193, lin. 45. et Nostrum, Cap. III, Sect. 6, Reg. 7. Non absimili sensu apud Curtium legimus *multa vita*, cui opponitur *longa*. vid. lib. IX, cap. 6, §. 22. *Vt MVLTAM prius, quam LONGAM vitam debeam optare.*

Idem illud adiectivum neutro genere in plurali fere positum et articulo vestitum secundum casum post se habet rei eius, cuius partem siguincat. Vt, Πελοποννήσου τὰ πολλὰ, *Peloponnesi magna pars*. Thucyd. I, 2. Et in superlativo gradu, eodem libro cap. 12. Καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ ΝΗΣΙΩΤΩΝ ΤΟΥΣ ΠΟΛΛΟΥΣ ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ ΣΙΚΕΛΙΑΣ ΤΟ ΠΛΕΙΣΤΟΝ Πελοποννήσιοι, *Et in Ioniam quidem et magnam insularum partem Athenienses colonos miserunt; in Italiam vero et maximam Siciliae partem Peloponnesii.* Sed et servat nonnunquam genus substantivi, cui iungitur, ut in illo Demosthenis in Philipp. III. pag. 50. lin. 13. Ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας, ἧς ἄγειν καὶ φέρειν ἐστὶ ΠΟΛΛΗΝ, *Natura regionis ipsius, cuius magnam partem hostiliter diripere et vastare possumus.*

Formati ex hoc Adiectivo Comparativi, in primis quando Genitivum post se habet, observandus est elegans usus, poniturque pro πλεονέκτημα, i. e. pro eo, quo si quis augetur, inde maius emolumentum, maiorem potentiam, vel simile acquirit in faciendo, vel fugiendo rem, aut aliud quidpiam agendo. Ita de muro in Isthmo structo Aristides, Orat. pro Quatuorv. p. 315. Ὅπου γὰρ ἐξῆν τοῖς βαρβάροις περιπλεύσασι κατὰ πόλεις ἑλεῖν αὐτοὺς, τί ΠΛΕΟΝ ΤΟΥ ΤΕΙΧΟΥΣ ἦν; *Vbi enim barbari circumnavigantes oppidatim eos expugnare poterant, quid murus prodesse poterat?* Similiter absque Genitivo Arrian. Exped. Alex. III, 27 Ὥστε οὐδὲν ΠΛΕΟΝ αὐτῷ γίγνεται τὴν κρίσιν ἀποφυγόντι, *Ita ut nihil ei profuerit crimine absolutum fuisse.* Adde Isocrat. Paneg. non longe ab initio. Similiter pro πλέον μοι γίνεται, dicunt etiam πλέον ποιῶ. Plat. in Theaet. Οὕτω δὴ ἀναγκασθήσεσθε εἰς ταὐτὸν περιτρέχειν μυριάκις, ΟΥΔΕΝ ΠΛΕΟΝ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ, *Sic sane cogemini sexcenties eodem recurrere, nihil promoventes.*

Adhaec, praeter tritissimum illud οἱ πολλοὶ, i. e. *Vulgus*, § 96. sunt multa elegantissime dicta, quae de hoc Nomine cumulate proferre possemus, si nostri id esset instituti, quae omnia una, quan-

Nihil est molestiae vel incommodi, Graeci, οὐδὲν πρᾶγμά ἐστι, *nihil refert*, vulgo, *il ne m'en chaut:* ut cum Demosth. ait, Ὅτι αὐτῷ ΟΥ'ΔΕ'Ν 'ΕΣΤΙΝ ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὰς συνθήκας ταύτας, id est, *Quod eiusmodi pacta nihil iam ad eum pertineant.* Galli propius, *n'ayant plus que faire de ces pactes.* Plato in Symposio, Ἐὰν δὲ ψευδῆ, οὐδὲν δὴ πρᾶγμα, *Et encore qu'elles fussent fausses, il n'importeroit pas.*[89]

tum id fieri potest, regula complectimur hoc modo: Huius Adiectivi non minus elegans quam frequens usus est in illis occasionibus, ubi magnitudinis, multitudinis, atrocitatis, celeritatis, vel in summa cuiuspiam in re quacunque exsuperantiae significatio est; e. c. Ποταμὸς πολὺς, proprie, *Flumen multum*, i. e. *magno impetu et aquarum vi celeriter fluens.* Quo sensu dixit Virg. Aen. VI, vs. 659

PLVRIMVS Eridani per sylvam volvitur AMNIS.

Πολὺ κακὸν, *Multum malum*, i. e. *Morbus vehementissimus.* Thucyd. II, 51 Ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι, *Mali violentia victi.* Homo dicitur πολὺς τῇ ἐπιστήμῃ, *qui aliqua in re excellit.* Ita Suidas de Thucydide: Οὗτος ὁ Θουκυδίδης ἀνὴρ ἦν ΠΟΛΥ'Σ ΤΑΙ'Σ ΤΕ'ΧΝΑΙΣ, κάλλει λόγων etc. *Thucydides hic vir fuit excellens, artibus, elegantia orationis* etc. Amator apud Aelian. V. H. XII, 14 dicitur παρὰ πότον πολὺς λαλῶν, *Inter pocula loquacissimus.* Τόπος πολὺς, est *locus amplus* apud Aeschin. in Timarch. pag. 184, lin. 9. Ποίησίς ἐστί τι πολὺ, *Vocabuli ΠΟΙ'ΗΣΙΣ usus late patet*, Plat. in Sympos. Ὥρα πολλὴ, *Tempus serum.* Quomodo et Latini dicunt, *Multa nox.* Et quod Marco est VI, 35 Ὥρα πολλὴ, id Matth. XIV, 15 est Ὀψία γενομένη, et Luc. IX, 12 ἡμέρα ἀρξαμένη κλίνειν. [Interdum πολὺς pro adverbio πολλάκις ponitur: v. c. Callim. Dian. 27 πολλὰς τανύσασθαι χεῖρας, h. e. *crebro manus tendere*, et Heliodor. VI, 4 πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖν, *diligenter et crebro intueri.* Sic malim nomen accipi his in locis, quam explicari per *Cupidus*, uti Abresch. Lect. Aristaen. pag. 165, et Cl. Loesn. Ind. ad Callim. Z.]

89 Πρᾶγμα ποιεῖσθαι eo sensu usurparunt Graeci, quo Latini suum Verbum *Curare.* Herodot. Erat. cap. 63 Πρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο, *Tamen id nihil curarunt.* Plane ut nos: *zy maakten 'er geen werk van.*

Ponitur etiam in plurali hoc Nomen pro *Reip. administratione.* Sic οἱ ἐν πράγμασι Thucydidi sunt, *qui Remp. administrant, Magistratus.*

Significat et excessum aliquem eodem modo, quo cognatae significationis substantivum χρῆμα, infra Sect. 13 initio. Ita ex Eubulo Athenaeus, Deipnosoph. lib. XIII, pag. 559.

— — Εἰ δ' ἐγίγνετο
Κακὴ γυνὴ Μήδεια· Πηνελόπεια δὲ
Μέγα ΠΡΑ'ΓΜΑ.

Fuerit mala mulier Medea: at Penelope eximia erat mulier.

IX. Secundo, quae a Iurisperitis *obligatio in solidum* vocatur, apud Graecos πρᾶξις est; e. g. quod Galli, *être obligé un seul pour le tout*, Graeci, πρᾶξιν εἶναι ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμφοῖν, verbatim *actionem esse ex uno et utroque:* id est, *duo simul, et utrumque seorsim integra obligatione teneri.*

X. Tertio, πρᾶξις in malam partem sumitur[90], ut apud nos, *practique*, id est, *versutum fraudulentumque consilium, quo adversarius circumvenitur*; quae *calumnia* Ciceroni dicitur. Et aliquando pro ipsa proditione sumitur: unde πραξικοπεῖν τινα, *dolo aliquem circumvenire.* Quod tamen saepius cum locis iis iungitur, quae dolo capiuntur. Nam τὴν πόλιν πραξικοπῆσαι, est *urbem dolo et proditione capere:* quo pertinet Gallicus idiotismus, *practiquer,* de eo, qui vel in urbe, quam oppugnat, vel in negotio, quod gerit, proditores aut promissis, aut muneribus comparat: quod Polybius dicit, πρᾶξιν συστήσασθαι, vel κατασκευάζειν.

XI. Quod Latini *decus et ornamentum* dicunt, Graeci fere πρόσχημα, quasi προέχον σχῆμα· sic τὴν βουλὴν πρόσχημα τῆς πόλεως, id est, *Senatum reipublicae decus*, et τὴν πόλιν πρόσχημα βασιλείας, *urbem regni decus* appellant. Plutarch. Alexand. Ὥςτε καὶ Σάρδεις, τὸ πρόσχημα τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ τῶν βαρβάρων ἡγεμονίας, παραλαβεῖν, *Ita ut ipsas quoque Sardes, maritimi barbarorum imperii metropolim, sedemque primariam, deditione acciperet.*

XII. Eadem vox *colorem* saepe, ac *praetextum* significat: quam etiam Latini *speciem* aliquando dicunt: ut Τὸ ἀνδρεῖον τοῦ προπετοῦς πρόσχημα ποιήσασθαι, id est, *Fortitudinis colorem temeritati praetendere,* Galli, *faire semblant.* Thucydid. lib. I, pag. 64 Πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον (id est, ὑπὲρ, vel ἀνθ᾽ ὧν ἔπαθον), δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν, id est, *Praetextus enim erat, quo ad vastandum Regis agrum utebantur, quasi acceptas a barbaris ulciscerentur iniurias.*

XIII. Quo sensu ponitur etiam ἐλλειπτικῶς, id est, aliquid subaudiendo: tuncque fere duo membra sic inter se

90 Quemadmodum et πρᾶγμα. Quo sensu occurrit apud Gregorium Cyprium in epist. *Τοὐμὸν πρὸς σὲ εἰλικρινές ἐστι καὶ ἀνόθευτον, καὶ ΠΡΆΓΜΑΤΟΣ τοσοῦτον ἀπηλλαγμένον, ὅσον γῆς τε καὶ σελήνης τὸ μεταξὺ, Tam sincere et candide tecum egi, et a fallacia tantum absfui, quantum a luna terra distat.*

opponuntur, πρόσχημα μὲν, τὸ δ' ἀληθές· ut, *specie quidem, vel per causam illi honorem exhibendi, re autem ipsa, ut eum omni spe honoris spoliaret*: πρόσχημα μὲν, ὡς τιμήσων αὐτὸν, τὸ δ' ἀληθὲς, ἅπασαν τὴν αὐτοῦ τιμὴν καταστρέψων· ibi πρόσχημα μὲν, id est, πρόσχημα ποιούμενος, vel κατὰ πρόσχημα. sequitur autem ὡς, id est, *quasi*.[91]

XIV. Τὰ πρῶτα, in neutro plurali, id est, ὁ πρῶτος, ὁ πάνυ, ὁ παρευδοκιμῶν, *Princeps*. Lucianus in Timone, ubi Mercurius ad Timonem, Ἴσθι τῶν Ἀθηναίων τὰ πρῶτα, *Esto Atheniensium Princeps*. Sic τῶν συμμαθητευόντων τὰ πρῶτα, *Princeps condiscipulorum*.[92] § 97.

SECTIO XI.

De nominibus σημεῖον, σῶμα, τεκμήριον, ἀπόδειξις, ῥαδιούργημα, τέλος, τέχνη, τίς.

REGVLA I.

Σημεῖον, *indicium*, τεκμήριον, *coniectura*, ἀπόδειξις, *demonstratio*[93], saepe initium dant periodis, idque ἐλλειπτικῶς, id est, *vocibus quibusdam subintellectis*: tuncque adiungitur particula δὲ, et particula γὰρ membri sequentis initio adhibetur. Quod ergo Latini dicerent, *Cuius rei argumentum illud est, quod assidue cum improbis ver-*

91 Eodem plane sensu construitur et accusativus πρόφασιν. Ita Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag. 309. ubi Themistocles dicitur iussisse classem aedificari, ΠΡΟ'ΦΑΣΙΝ ΜΕ'Ν, 'ΩΣ ἐπὶ τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας, ΤΗ͂ι ΔΕ' 'ΑΛΗΘΕΙ'Αι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προορῶν, *Per caussam quidem, quasi ad bellum cum Aeginetis gerendum, re autem vera, ea, quae futura erant, praevidens*. Et Pausanias in Corinth. pag. 132 Φλεγύαν Ἐπιδαύριοί φασιν ἐλθεῖν ἐς Πελοπόννησον, ΠΡΟ'ΦΑΣΙΝ μὲν ἐπὶ θέᾳ τῆς χώρας, ἜΡΓΩι ΔΕ, κατάσκοπον πλήθους τῶν ἐνοικούντων, *Phlegyan in Peloponnesum venisse aiunt Epidaurii, verbo quidem visendae regionis gratia; re autem vera, ut specularetur, quanta esset incolarum frequentia*. Subaudi κατά.

92 Vide generaliorem regulam, quam notavimus supra, Sect. III, Reg. 2.

93 Adde μαρτύριον, *testimonium*. Herodot. Polymn. cap. 221 ΜΑΡΤΥ'ΡΙΟΝ ΔΕ' μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε· οὐ ΓΑ'Ρ etc., *huiusce rei non minimum id mihi testimonium est; non enim* etc.

setur: Graeci, τεκμήριον, vel σημεῖον δὲ, ὅλος γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν μοχθηρῶν συνουσίᾳ. Itaque subaudiri potest τούτου ἂν εἴη τὸ ἑπόμενον, *eius sit quod sequitur*, vel λεχθησόμενον, *quod dicetur*, aut aliquid simile.[94] Sic, *Atque hoc certo inde*

94 Exemplum habet Demosth. adversus Androtion. prop. fin. *Πρὸς μὲν χρημάτων κτῆσιν οὐδὲ δόξης, ὡς οὐδὲ πρὸς ἓν τῶν ἄλλων· ΤΕΚΜΗ'ΡΙΟΝ ΔΕ'· χρήματα μὲν ΓΑ'Ρ πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ποτὲ σχὼν, τὰ πάνθ' ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσεν* etc., *In pecuniis possidendis nullum unquam studium posuit populus, in gloria autem tantum, quantum in re aliqua alia. Cuius rei indicium est, quod, cum inter Graecos plurimum opibus polleret, has omnes in honoribus tribuendis consumserit.* Maioris confirmationis gratia saepe additur μέγα vel μέγιστον. Exempla quaere apud Aristidem, Orat. pro Quatuorviris, pag. 353 *Ἀλλ', οἶμαι, κἀκείνοις ταυτὸν ἦν, ὅπερ τοῖς Ἕλλησι τοῖς περὶ Θεμιστοκλέα· κατὰ γῆν μὲν γὰρ ἔδει κρατεῖσθαι, κατὰ θάλατταν δὲ ὑπῆρξε καὶ σώζεσθαι καὶ κρατεῖν. ΜΕ'ΓΑ ΔΕ' ΣΗΜΕΓΟΝ· ἕως μὲν ΓΑ'Ρ δι' Ἰσθμοῦ τῆς εἰςβολῆς ἐπειρῶντο, ἠτύχουν· ἐλθόντες δὲ ἐπὶ τὸν πόρον τὸν Ἀχαϊκὸν, εὗρον αὐτὸν πόρον ὄντα τῆς σωτηρίας αὐτοῖς. At idem, opinor, quod Themistoclis militibus, illis etiam evenit. In terra enim non poterant non vinci, mari autem et servari et superare contigit. Cuius rei magnum hoc est argumentum. Donec enim per Isthmum invadere conabantur, adversa fortuna usi sunt. Cum autem venissent ad traiectum Achaicum, eum sibi traiectum salutarem invenerunt.* Alterius exemplum suppeditat eadem oratio p. 247 *ΜΕ'ΓΙΣΤΟΝ ΔΕ' κἀκεῖνο ΣΗΜΕΓΟΝ τῆς Περικλέους ὀρθότητος ἄνευ τῶν εἰρημένων, καὶ ὡς οὐκ ἐκεῖνος ἦν ὁ διαφθείρας οὐδ' ἐθίσας Ἀθηναίους φιλαργύρους εἶναι, οὐδ' ἐκ παντὸς τρόπου τὸ πλέων ζητεῖν ἔχειν· οὔτε ΓΑ'Ρ τοὺς φόρους Περικλῆς εἰς ἄπειρόν ἐστιν ὁ ἐσαγαγών. Praeter ea, quae superius diximus, maximum et illud est argumentum integritatis Periclis, eumque non fuisse, qui Athenienses corrupit et avaros reddidit, neque quovis modo plura semper concupiscere assuefecit, quod nec tributa in infinitum auxit* etc. Vbi obiter observa voculae ἄνευ cum participio constructionem, de qua vide infra, ad Cap. IX, Sect. I, Reg. 18. itemque participii διαφθείρας cum articulo et verbo substantivo, de quo ad Cap. VI, Sect. I, Reg. 18. His adde Isocratem Areopag. pag. 283, et Helen. laud. pag. 411. Particula δὲ membro priori aliquando abest. Plat. Apol. Socr. pag. 40 *ΜΕ'ΓΑ μοι ΤΕΚΜΗ'ΡΙΟΝ τοῦτο γέγονεν· οὐ ΓΑ'Ρ ἔσθ' ὅπως οὐκ* etc., *Huiusce rei hoc mihi magnum fuit argumentum; nam procul dubio* etc. Nec semper particula γὰρ adiungitur, sed semper caussalis particula ὅτι, vel τῷ cum infinitivo. Alterius exemplum habet Aristoteles, lib. Eth. VI, cap. 5 *ΣΗΜΕΓΟΝ ΔΕ', ῞ΟΤΙ καὶ τοὺς περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπουδαῖον εὖ λογίσωνται, Huius rei argumentum est, quod in re quapiam aliquem prudentem dicimus, quando ad finem aliquem bonum consequendum recte secum pendit.* Alterius exemplum non occurrit in praesentia, nisi in cognato δῆλον δέ.

constat, Graece, ἀπόδειξις δέ. Eodem modo alia quoque substantiva usurpari possent: ut ῥαδιούργημα, ab Oenomao, apud Eusebium lib. V, de Praeparat. Euang. pag. 220 novae edit., ubi carpens oraculum Cnidiis editum, Τὸ δὲ ῥαδιούργημα, inquit, ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βέβαιος ἀποφυγὴ ὀρύξασι, id est, *Versutiae autem ratio haec fuit; quod cum ne suffosso quidem Isthmo, certum propterea receptum habituri essent.*[95]

Ibid. cap. 2 ΔΗ͂ΛΟΝ ΔΕ, ΤΩ͂ι τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν, *Hoc inde constat, quod bruta sensum quidem habent, sed actione sunt destituta.* Ellipsin supplet Philo Iudaeus, de Nom. Mut. Σημεῖα δὲ τοῦ λεγομένου καὶ αἰσθήσεις ἐναργῆ περιφέρουσι· γεύσεως γὰρ ὄσφρησις προκαθημένη etc., *Signa eorum, quae dicta sunt, sensus etiam manifesta exhibent; sapori enim olfactus praecedens* etc. Superioribus addi potest μαρτύριον, sed quo citra δὲ aut γὰρ utitur Aelian. V. H. II, 5, ubi de temporis parcimonia apud Lacedaemonios agens, ita ait: ΜΑΡΤΥ'ΡΙΟΝ τούτου πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο· Ἀκούσαντες οἱ Ἔφοροι etc. *Cuius rei testimonium praeter alia hoc est. Quum Ephori cognovissent*, etc. H. Eodem modo et sensu adhibetur ἐδήλωσε. Xen. Cyrop. VII, 1, 30 Πολλαχόθι μὲν οὖν καὶ ἄλλοθι δῆλον, ὡς — καὶ ἐν τούτῳ ἘΔΗ'ΛΩΣΕΝ· οἱ μὲν γὰρ etc. Conf. Memor. I, 2, 31. Z.

95 Nomen σῶμα notandos in primis quatuor usus habet. Primo est *salus*, apud Dinarch. contra Dem. pag. 93, lin. 31 Ὧι τὴν τῶν ΣΩΜΑ'ΤΩΝ φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν, *Cui civium salutem populus commisit.* § 98.

Secundo pro *toto homine* ponitur: ut, ἐλεύθερα σώματα, pro *hominibus liberis.* Sic in eadem Orat. pag. 94, lin. 54 Οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρῶντες εἰς τὰ ἘΛΕΥ'ΘΕΡΑ ΣΩ'ΜΑΤΑ γινομένας, *Neque servitutem sufferre, neque contumelias, quas liberis hominibus fieri viderent.* Clarius Aeschines in Timarch. pag. 173, lin. 28 Ἐνταῦθα ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται αὐτῷ ΤΩ͂ι ΣΩ'ΜΑΤΙ τοῦ παιδός, *Hic legislator nondum sermonem in ipsum puerum dirigit.* Eodem modo Virg. II Aen. 18

Huc delecta VIRUM sortiti CORPORA furtim
Includunt coeco lateri. —

Et lib. V, vs. 318

Primus abit, longeque ante omnia CORPORA Nisus
Emicat. — § 99.

Tertio ita totum hominem designat, ut vivum praesentemque intelligamus. *Personam* Belgae dicimus. Sic, quam iuridici nostri vocant *persooncele apprehensie*, hanc Graeci vocarent τὴν τοῦ σώματος σύλληψιν, cum scilicet vivus comprehenditur. Sic opponit τὸ σῶμα τῷ τεθνηκότι Lycurgus in orat. adv. Leocratem cap. 30 Ἐκεῖνοι μὲν τὰ τοῦ προδότου ὀστᾶ ἀνορύξαντες ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἐξώρισαν. Tum post pauca: Ὑμεῖς δ' αὐτὸ τὸ ΣΩ͂ΜΑ, τὸ προδεδωκὸς τὴν πόλιν, ζῶν καὶ ὑποχείριον ἔχοντες, τῇ ψήφῳ ἀτιμώρητον ἐάσετε; *Illi proditoris ossa effossa ex Attica exportaverunt: et vos hunc ipsum,*

II. *Τὸ τέλος*, proprie *finis*, interdum *magistratum*, et *dignitatem* significat: unde *οἱ ἐν τῷ τέλει*, supple *ὄντες*, id est, *qui magistratu funguntur*, *qui sunt in Republica principes.*[96]

qui urbem prodidit, vivum et in potestatem redactum, suffragiis vestris impune abire patiemini? Et paulo post *τὸ σῶμα* opponitur alicuius effigiei: *Ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ καθελόντες* etc., *Quoniam ipsum tanquam flagitii obsidem capere non potuerunt, ipsius statuam deiicientes* etc. Et mox: *Ἐπειδὴ καὶ τὸ ΣΩ῀ΜΑ οὐκ ἠδύναντο ὑποχείριον τοῦ προδότου λαβεῖν, τὸ μνημεῖον τοῦ προδότου ἀνελόντες, ταῖς ἐνδεχομέναις τιμωρίαις ἐκόλασαν*, *Quoniam proditoris corpus non potuerunt apprehendere, ipsius invadentes sepulcrum, quibus licuit, suppliciis affecerunt.*

Quarto pro *Vita*. Sic apud Demosth. pro Megal. *Τοῖς σώμασι κινδυνεύειν*, est *Capitis periculum adire*, Belg. *zyn lyf waagen.*

Quinto pro *servo* sive *mancipio*. Ita Graeci dicunt: *Σώματα πολλὰ τρέφειν*, pro *Multos servos alere*. Ita absolute *σώματα ἀντὶ τῶν δούλων* expressa legimus in libro Tobiae X, 11. ubi Raguel dicitur Tobiae dedisse *Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων, ΣΩ'ΜΑΤΑ, καὶ κτήνη, καὶ ἀργύριον*, *Saram, uxorem suam, et dimidiam partem bonorum, servos, scilicet, et iumenta, et argentum.* § 100.

96 Exemplum habet Thucyd. I, 10 *Ἔξω τῶν βασιλέως καὶ ΤΩ῀Ν μάλιστα 'ΕΝ ΤΕ'ΛΕΙ*, *Exceptis regibus et summae dignitatis viris.* Eidem hoc nomen *turmam* notat, lib. II, cap. 22 *'Ιππομαχία τις ἐγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις τῶν τε 'Αθηναίων ΤΕ'ΛΕΙ ἑνὶ τῶν ἱππέων καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν, πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας*, *Levis quaedam equestris pugna in Phrygiis inter unam equitum Atheniensium turmam, quibus Thessali erant adiuncti, et Boeotorum equites commissa est.* [Thom. Mag. *Τέλη καὶ τὰ στρατιωτικὰ τάγματα*, et laudat locum Herodoti, qui reperitur lib. IX, cap. 31 *Μεταπεμψάμενος ὧν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων.* Z.] Quin et *Optimates*, *Principes*, urbisque *magistratus* non tantum *οἱ ἐν τέλει*, sed et *τὰ τέλη* vocantur. Videndus Max. Tyr. Dissert. VII *Τῶν Λακεδαιμονίων ΤΑ' ΤΕ'ΛΗ*, *Lacedaemoniorum magistratus.* [Thom. Mag. *Τέλη, πληθυντικῶς, καὶ αἱ τῶν Λακεδαιμονίων καί τινων ἄλλων ἀρχαί.* Z.]

Est et alius huius substantivi usus, quo absolute positum, sequente Particula *δὲ*, adverbialiter sumitur pro *Tandem*, § 101. dissimulata, ut videtur, praepositione *κατά*. Herodot. Erat. cap. 66 *ΤΕ'ΛΟΣ ΔΕ' ἐόντων περὶ αὐτέων νεικέων*, *Tandem his de rebus contentione orta.* Et Lucian. Dem. Encom. p. 923 *ΤΕ'ΛΟΣ Δ' ἐμοῦ τὰ μὲν δεομένου, τὰ δὲ ἀπειλοῦντος*, *Tandem me partim precante, partim minante.* Xenophon lib. II Instit. pag. 51, lin. 11 *ΤΕ'ΛΟΣ ΔΕ', τὰς τρίτας σπονδὰς ποιήσαντες, καὶ εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἀγαθὰ, τὴν σκηνὴν εἰς κοίτην διέλυον*, *Tandem post tertiam libationem, a Diis fausta precati, dissoluto contubernio, cubitum iverunt.* Vel praecedente

III. *Τίς* (quod ab aliis in nominum, ab aliis in pronominum classe reponitur:) sive interroget, sive indefinite

Coniunctione *καί*. Thucyd. lib. I, cap. 109 *ΚΑΙ' ΤΕ'ΛΟΣ ἐς Προσωπίτιδα τὴν νῆσον κατέκλεισεν*, *Et tandem in Prosopitide insula conclusit.* Adde Plut. de Aud. Poet. pag. 35 *ΚΑΙ' ΤΕ'ΛΟΣ ὁ Θερσίτης ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, οὐ χωλὸς, οὐ φαλακρὸς, οὐ κυρτὸς, ἀλλ' ἀκριτόμυθος λοιδορεῖται*, *Denique Thersitae Vlysses convicians, non claudum eum, non calvum, non gibbosum, sed garrulum vocat.* Est et ubi *τέλος* solum eodem officio fungitur. Ita Xenoph. *Κύρ. παιδ.* lib. I, pag. 25 *ΤΕ'ΛΟΣ, ἔφη, τί δεῖ λέγειν ἔτι;* *Tandem, inquit, quid pluribus opus est?* Et lib. II, pag. 42 *ΤΕ'ΛΟΣ, εἶπεν, ἀκηκόατε πάντα*, *Tandem, inquit, audivistis omnia.* § 102.

Eodem modo Adiectivum *τελευταῖον* vel *τελευταῖα* in neutro Genere adhibetur, quod plerumque vestitum est articulo. Lucian. lib. cit. pag. 902 *Δεδιέναι, μὴ ΤΟ' ΤΕΛΕΥΤΑΙ'ΟΝ πάθοιμι τὸ τοῦ Πρωτέως*, *Metuere, ne ad extremum idem mihi accidat, quod Proteo.* Vbi obiter observa phrasin, *πάθοιμι τὸ τοῦ Πρωτέως*, de qua supra ad init. huius libri. Dicunt etiam unica voce *τοτελευταῖον*. vid. Plat. Phaed. p. 91, lin. 35. Plurali *τὰ τελευταῖα* utitur Demosthenes Olynth. II, pag. 6 in fine. [Eodem sensu Attici adhibent participium *τελευτῶν*, *τελευτῶσα*, *τελευτῶντες*. De hac re infra. Z.]

Huic affine est substantivum *πέρας*, quod sine Particula *δὲ* etiam construitur, ut *τέλος*. Aeschin. in Timarch. pag. 119, lin. 29 *ΠΕ'ΡΑΣ πείθουσιν ἀναστῆναι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ*, *Tandem persuadent homini, ut ab ara surgat.* Item *τέρμα*, quod fortasse extra Poesin non invenies Phocyl. vs. 131

Ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ ΤΕ'ΡΜ' ἐπιδεύῃς,

Parce omnibus in principio, ne tandem egeas. At *τὸ τέλος* nonnunquam absolute pro *τὴν ἀρχὴν*, i. e. *prorsus*, *omnino*, positum videtur. Ita Phocylides:

Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω ΤΟ' ΤΕ'ΛΟΣ,

Quicunque volens iniuste agit, is est homo nequam; sed, qui necessitate, non dico, cum omnino esse iniustum. § 103.

Nominis *τέχνη* elegantior usus est, quam ut hic omittatur, quum scilicet in Dandi casu ponitur, addito Adiectivo *πάσῃ*, quoties singulare in agendo studium, dexteritatem, aut celeritatem indicare volunt Graeci. Quod itaque nostrates dicunt: *Loop uw best, Haal metter haast*, id Graeci, *Τρέχε πάσῃ τέχνῃ*, *Μετάπεμπον πάσῃ τέχνῃ*. Ita Aristoph. Ἐκκλ. vs. 530

— *Ἐδεῖτο δὲ,*
Ἥπερ μεθῆκε, μ' ἐξιέναι ΠΑ'ΣΗι ΤΕ'ΧΝΗι,

Petiit vero, quae me arcessivit, ut curriculo exirem. Ibidem vs. 366

Ἀντισθένην τὶς καλεσάτω ΠΑ'ΣΗι ΤΕ'ΧΝΗι,

Antisthenem huc quispiam evocet quam celerrime. Quibus in verbis latere videtur Participium *χρώμενος*, quasi quis dicat: *Ad id, quod agis, omni arte utere, ut celerrime, dextere etc. perficias.* Nec absimile modo dixit Virgilius, Aen. V

ponatur, varios usus habet. Ac primum quidem, cum interrogat, iungi potest cum Articulo praepositivo antecedente; ut, σὺ μὲν οὖν ἐπιχειρήσαις τουτῳὶ ὁ τίς; καὶ ποῖος; καὶ πόθεν; *Tu id conatus sis? qui homo? qualis? unde?* tuncque accentum retinet, ac si solum esset [97].

IV. Interdum sumitur pro ποῖος, idque ἐλλειπτικῶς, ut, τίς γὰρ ἐγὼ πρὸς τοσούτους· supple, ἂν [98] ἐξετασθείς εἰμι; *quis sum ego, si cum tot ac tantis conferar?* [99] Sic Latini, *quid* [1] *enim unus inter tantos?* τίς γὰρ εἷς ἐν τοσούτοις;

V. Eidem interroganti saepe additur ἄρα, ποτὲ, vel utrumque simul, ut, τίς ἄρα σε οὑτωσὶ ἐξεδιήτησεν; *quis tandem usque adeo te a solita morum integritate dimovit?* Aliquando alia vox interiicitur, ut, τίς σέ ποτε κακῶς οὕτως

— *E scopulo MVLTA vix ARTE revulsus,*

i. e. *multo labore, studio*, vel simil. Iungitur idem substantivum in eodem Casu cum adiectivo ἰθείᾳ, et dicitur quis ἰθείᾳ τέχνῃ, *recta arte*, i. e. *non dissimulanter* et *palam* agere. Ita intelligo locum Herodoti, Calliop. c. 57 Καταδόξας αὐτοὺς ἸΘΕΙΗι ΤΕΧΝΗι ἀπολιπεῖν αὐτόν. § 104. Nescio, quid interpreti in mentem venerit, cum vertit: *Ratus a disciplina militari se deseri.* In marginalibus tamen Stephani emendationibus altum silentium. Ego sic verto: *Ratus se palam ab illis deseri.* Vtrum recte, penes eruditos sit iudicium. Caeterum pro iisdem alibi habet Herodotus, ἐκ τῆς ἰθείης.

97 Sic neutrum τὸ τί; *Quidnam*, vel, *Quare?* Apud Aristoph. Avib. 1039

— Νόμους νέους
Ἥκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων. ΠΕΙ. ΤΌ ΤΙ;

Venio huc ad vos venditurus. PI. Quid? § 105. Et in Nub. 773. In dubitandi forma utitur Apostolus scribens ad Romanos, VIII, 26 ΤΌ γὰρ ΤΙ προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, *Quid enim oremus, ut oportet, non novimus.* At τὸ τί; vox est formalis, de qua supra ad Cap. I, Reg. 9. Iungitur etiam cum Pronomine οὗτος, defective, subaudito verbo ἐστὶ, cum articulo subiunctivo. Plat. Phaedr. pag. 259 Ἔχουσι δὲ δή ΤΙ ΤΟΥ͂ΤΟ; Quae sic resolvenda: *Τί δὲ δή ἐστι τοῦτο, ὃ ἔχουσι; Quid illud est, quod habent?* § 106. At ὅ τις, interiecta particula δὲ, in divisionibus locum habet, et notat *alius quispiam.* Aristoph. Avib. 1444

Ὁ δέ τις τὸν αὑτοῦ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ
Ἀνεπτερῶσθαι, —

Alius vero quispiam filium suum ad scribendum Tragoedias ait evolasse. Vide, quae supra diximus, ad Cap. I, Reg. 4.

98 Inutile hic ἄν. *Herm.*

99 Clarius in Historia Susannae, com. 54 Ὑπὸ τί δένδρον εἶδες αὐτούς; Pro, Ὑπὸ ποίῳ; *Sub qua arbore vidisti illos?* Et com. 58 Ὑπὸ τί δένδρον κατέλαβες αὐτούς; *Sub qua arbore eos deprehendisti?*

1 Vel *quis.*

ἐποίησεν; *quis te obsecro tam iniuriose tractavit?* Quae additio locum in omnibus casibus habere potest. Dicitur etiam τί δήποτε, et τί δῆτα; ut, τί δῆτα παρὰ σαυτῷ μάτην ὀνειροπολεῖς; *quid tandem tecum ipse somnias?*

VI. *Τί γὰρ*, vel τί δὲ ἄλλο ἤ; *quid enim aliud quam?* ponuntur ἐλλειπτικῶς: ut, τί γὰρ ἄλλο ῥαθυμῶν, ἢ κινδυνεύεις ἄμουσος ὢν διατελεῖν; *quid enim aliud ex inertia tua exspectare potes, nisi ut ignarus permaneas?* Quae dicuntur pro, τί γὰρ ἂν ἄλλο πάθοις; vel traiectio verborum [2] est: simplicius enim diceretur, τί γὰρ ἄλλο ῥαθυμῶν κινδυνεύεις, ἢ ἄμουσος ὢν διατελεῖν;

Id ipsum aliquando fit cum particula ἂν, sine ἤ, in clausula periodorum: ut, κινδυνεύεις ἀποθανεῖν ὑπὸ τοσαύτης

2 Haec verborum traiectio non est perpetua; neque enim locum habere potest in Diogenis apud Lucianum verbis, qui Alexandro roganti, τί γελᾷς; *Quid rides?* respondet: *Τί γὰρ ἄλλο*, ἢ ἀνεμνήσθην etc. § 107. *Quid aliud, nisi quod in mentem venit* etc. Nam haec traiectio, *Τί γὰρ ἄλλο ἀνεμνήσθην*, ἤ, non convenit cum praecedente interrogatione, τί γελᾷς; Simplicius itaque et tutius mihi videtur, si dicamus, particulam τί in similibus locutionibus pro οὐδὲν poni. Vtuntur praeterea Graeci his particulis τί γὰρ eo sensu, quo Latini *Quamquam*, vel, *Quid autem?* Nos: *Trouwens. In alle geval.* Ita hoc Maronis Aen. II, 101

Sed QVID ego haec autem nequicquam ingrata revolvo?

ita Graece vertas:

Καὶ τί γὰρ ἂν τοιαῦτα μάτην ἀχάριστα λέγοιμι;

Atque huc referri possunt Horatii verba lib. II, Sat. 3

Quum laqueo uxorem interimis, matremque veneno:
Incolumi capite es? QVID ENIM, neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro, ut demens genitricem occidit Orestes.

Clarius Terentius, Adelph. III, 3, 80

SYR. Tu rus hinc ibis. D. Recta. S. NAMQVID tu hic agas?

Aliquando, cum ita fert sententia, eaedem particulae Latine sonant, *Quid multis?* i. e. *Quanquam, quid plura huiusmodi commemorem?* quando brevitatis gratia orationem contrahimus. Ita apud Lucian. in Tox. pag. 609 de quodam, qui omne patrimonium in meretriciis amoribus consumserat: *Συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸς, ὁπόσον ἐθελήσειε. ΚΑΙ ΤΙ ΓΑΡ; ἐν βραχεῖ ὁ Λυσίωνος οἶκος, ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος, ἐξήντλητο, Vniversae domus* (sub. *muneri dabantur*), *et famulae, et vestes pretiosae, et aurum, quantum petebat. Quid multis? Lysionis domus tota, quae antea fuerat nobilissima in Ionia, brevi tempore est exhausta.* Vbi post τί γὰρ subaudi πλείω διέξειμι. § 108.

προπετείας, τί γὰρ ἂν ἄλλο; *periculum est, ne te tua perdat audacia, quid enim aliud?* supple, γένοιτο, *accidere possit;* vel προςδοκήσειας, *exspectes.*

VII. Eodem fere modo usurpari solet τί δὲ, vel τί γὰρ, εἰ μή: ut, τί γὰρ, εἰ μὴ ἐγέλων ἂν νηπιάζοντα ὁρῶν; pro τί γὰρ ἂν ἄλλο ἔπασχον, εἰ μὴ etc., *quid enim aliud agerem, nisi riderem, dum se coram puerilem in modum gereret?* [3]

VIII. At vero ἄλλοτι, unica voce (quod proprie *aliud quid* significat) sequente particula ἤ, apud Platonem maxime, interrogando passim usurpatur, pro *num*, et *numquid*, quasi esset, τί ἄλλο ἤ, *quid aliud, quam?* Plato in Apolog. [4] Ἄλλοτι ἢ περὶ πλείστου ποιῇ, ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται; id est, *Numquid hoc plurimi facis, quomodo iuniores evadant quam optimi?* quasi esset, τί ἄλλ' ἢ περὶ πλείστου ποιῇ; *quid aliud, nisi plurimi facis?*

Sic Herodotus lib. II [5] Ἄλλοτι ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; id est, *Numquid Aegyptii partem istam incolentes fame laboraturi sunt?* § 109.

Interdum ἄλλοτι sine ἤ, eodem sensu; tuncque oratio converti non potest, dicendo τί ἄλλο. Idem Plato I, de Rep. [6] Ἄλλοτι οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐδὲ ἰατρὸς, καθ' ὅσον ἰατρὸς, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι; id est, *Numquid igitur, inquam, ne medicus quidem, qua medicus est, spectat medici utilitatem, sed aegroti?* § 110.

IX. Τί interrogativum, et τὶς indefinitum, [7] simul Attice iunguntur cum aliis vocibus necessariis, ad significan-

3 Exemplum quaere apud Xenoph. de Admin. Dom. pag. 844 Ἡ γυνὴ ἐδόκει σοι, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, πῶς τι ἐπακούειν, ὧν σὺ ἐσπούδαζες διδάσκων; ΤΙ' ΔΕ', ΕΙ' ΜΗ' ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι; *Quid autem uxor tua, inquam, o Ischomache, an quodammodo iis mentem adhibere videbatur, quae tanto studio illam docebas? Quid aliud* [*inquit*] *nisi pollicebatur, se sedulo facturam?* Et paulo post: Καὶ πῶς δὴ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, διέταξας αὐτῇ; ΤΙ' ΔΕ', ΕΙ' ΜΗ' etc. *Et quomodo, inquam, o Ischomache, illi disposuisti? Quid aliud* [*facerem,*] *quam* etc.

4 Pag. 24, lin. 30.

5 Cap. 14.

6 Pag. 242. Caeterum de ἄλλοτι et ἄλλοτι ἢ consule Budaeum pag. 474.

7 Infinitum τὶς ad aliud idioma spectat, (vid. Reg. 13,) cum abesse possit. Aristoph. Nub. vs. 1381 Σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ τί σ' εἴπω; *Illum autem sapientissimum, o quo nomine te appellem?*

dum, *O quo te nomine appellemus?* Demosthen. pro Coron. [8] Ὦ τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προςείποι; verbatim, *O quid dicens quis te recte appellet?*

X. Τί μὴν aliquando significat *quidnam igitur?* etiam praecedente ἀλλά, ut neganti se causam aliquam rei cuiusdam, aut facti habuisse, sic instabimus: ἀλλὰ τί μήν; id est, *quam igitur aliam?* ut, τοῦτο, νὴ Δία, τὸ αἴτιον οὐ μὴ ἐγένετο· ἀλλὰ τί μήν; *ea tibi videlicet causa non fuit: quaenam igitur?* †

Aliquando voculae istae sunt concedentis, tuncque significant *quidni? plane, omnino;* sed tunc fere omittitur ἀλλά: ut quaerenti, μῶν σὺ χαίρεις πλησιάζων τουτῳΐ; *eiusne tibi consuetudo placet?* respondeas, τί μήν; *plane, omnino.* Plautus, *Quippeni?* ††

Quod etiam dicitur cum his particulis, τί γὰρ οὔ; vel πῶς γὰρ οὔ; De quo postea. [9]

XI. Iam vero τὶς, cum indefinite ponitur, primo eleganter παρέλκει, additurque aliis vocibus ornamenti causa. Aliquando cum interrogatione, ut, ποῖόν τινα παρὰ τὸν καιρὸν αὐτὸν ἀπέδειξεν; id est, *quem se tandem ea probavit occasione?* πῶς τι δι' ἐλπίδος ἔσχες τὸ παράδοξον τουτί γε; id est, *quomodo de re tam aliena spem ullam habere potuisti?* ubi τις indefinite sumitur, et caret accentu. [10]

8 Pag. 316, initio.

† Plat. Symp. cap. 23 rogatus aliquis, Τί οὖν ἂν εἴη ὁ Ἔρως θνητός; respondet, Ἥκιστά γε. Tum pergit alter, Ἀλλὰ τί μήν; *Quid vero igitur? s. si nec Deus nec mortalis est Amor, quidnam est aliud?* Conf. ibid. cap. 25. Xenophont. Cyrop. III, 1, 23. Theocrit. Idyll. VIII, 15. Z.

†† V. c. Plat. Sophist. cap. 5. rogatus, numquid fieri debeat, respondet Τί μήν; h. e. Τί δ' οὔ; *quidni?* et in Phaedro pag. 229, ubi quis Phaedro roganti, Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; respondet, Τί μήν; *Quidni?* Conf. ibid. pag. 272 et 273. Z.

9 Contra, τί οὖν τοῦτο non quidem est negantis, sed in dicentis verba cum aliqua admiratione inquirentis. Latini dicunt: *Quid ita?* Proprie, *Quid igitur hoc?* Plato Hipp. mai. p. 298, in fine.

10 Ita saepe apud Aristidem. E. g. in Orat. pro Quatuorviris, pag. 296 Δεῖξαι διὰ βραχέων, ἐν ΠΟΙΟΙΣ ΤΙΣΙ πράγμασι ΠΟΙΟΣ ΤΙΣ ἦν ὁ Θεμιστοκλῆς, *Breviter ostendere, in qualibus negotiis qualem se praestiterit Themistocles.* Aristoph. Nub. 763. Aliquando τὶς contra deest, relicto Genitivo, quem rexerat, istius defectus indice. Ibidem vs. 1126,

Κἂν γαμῇ ποτ' αὐτὸς, ἢ ΤΩΝ ΞΥΓΓΕΝΩΝ, ἢ ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ,

Et si quando ducet uxorem, vel

Aliquando sine interrogatione, *μέγα τι καὶ θεσπέσιον τεχνούργημα*, *ingens plane ac divinum opus.* Sic, *οὐδέν τι πλέον ἔσχεν*, *nihil assecutus est emolumenti:* *σμικρόν τι ὑποχώρησον*, *recede tantillum.* [11]

XII. *Τὶ*, licet indefinite, aliquando tamen habet interrogationem. Demosth. Philipp. I *Γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν;* id est, *Num vero aliquid magis novum fieri possit, quam ut Macedo*

ipse, *vel* [*aliquis*] *cognatorum*, *vel amicorum.* Lucian. in Nigr. *Κωμικοὺς φαύλους ἑώρακας ὑποκριτάς, ΤΩ͂Ν ΣΤΡΙΤΤΟΜΕ΄ΝΩΝ λέγω ΤΟΥ΄ΤΩΝ, καὶ ΔΙΑΦΘΕΙΡΟ΄ΝΤΩΝ τὰ ποιήματα; Vidistine comicos malos histriones, ex iis, inquam, qui exsibilantur et poëmata corrumpunt?* Adde Act. Apost. XXI, 16 *Συνῆλθον δὲ καὶ ΤΩ͂Ν ΜΑΘΗΤΩ͂Ν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, Ἄ΄ΓΟΝΤΕΣ, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ ἀρχαίῳ μαθητῇ, Convenerunt et simul nonnulli ex discipulis Caesarea nobiscum, ducentes Mnasonem quendam, veterem discipulum, cuius hospitio uteremur.* Vbi voculam *τινὲς* ante *τῶν μαθητῶν* subaudiendam esse, hinc patet, quod sequitur *ἄγοντες* in casu recto. Vid. supra Sect. I, in fine. Simile illud Horat. lib. III, od. 13

Fies NOBILIVM tu quoque FONTIVM.

11 Herodian. lib. I, cap. 16 *Ἣ ΟΥ΄ΔΕ΄Ν ΤΙ ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικός, Quae nihil differebat ab uxore.* Iungitur autem frequenter dativo *πολλῷ* ante comparativos; ut, *ΠΟΛΛΩ͂ι ΤΙΝΙ ἐμοῦ ΚΡΕΙ΄ΤΤΩΝ ἐστὶν, Multo praestantior est me.* Estque haec locutio familiaris Aristidi. Ita in Orat. III. Platonica pag. 405 *Οὐ ΠΟΛΛΩ͂ι ΤΙΝΙ ΧΕΙ΄ΡΩΝ ἦν τοῦ Νέστορος, Non multum Nestori cedebat.* Iungitur et eidem ante superlativos, et redditur commode, *Facile.* Sic in eadem orat. pag. 402 *ΠΟΛΛΩ͂ι ΤΙΝΙ ΠΡΩ͂ΤΟΣ ἦν, Facile erat princeps.* In summa fere invenitur post voculas aliquam quantitatem significantes: v. g. *Ὁ΄ΠΟ΄ΣΟΝ ΤΙ΄ διαφέρει, δῆλον, Quantopere differat, satis constat.* Sic *πολύ τι πρᾶγμα, μέγα τι ἔργον.* H.

Illud *τὶς* indefinitum non abundare existimandum est, si nominibus adiectivis aut pronominibus iungitur. Nam si negationi additum est, habet vim intendendi, v. c. Xenoph. Mem. I, 2, 42 *Οὐδέν τι χαλεποῦ πράγματος ἐπιθυμεῖς*, h. e. *Cupis rem* plane *nihil difficultatis habentem.* Sin negatio non est, reddi potest *fere*, v. c. Plat. Sophist. 1 *Τί δὲ μάλιστα καὶ τὸ ΠΟΙ΄Ο΄Ν ΤΙ περὶ αὐτῶν διαπορηθεὶς, ἐρέσθαι διενοήθης; Quid vero potissimum et* quale fere *de his scire vis?* et Xenoph. Mem. ab initio, *ἡ γραφὴ κατ' αὐτοῦ ΤΟΙΑ΄ΔΕ ΤΙΣ ἦν, Accusatio adversus eum huiusmodi* fere *erat.* Confer. Plat. Sympos. cap. 2. Z.

Interdum *τὶς* intelligitur: ut Xen. Symp. V, 2 *Μόνον τὸν λαμπτῆρα ἐγγὺς προςενεγκάτω, Afferat modo* aliquis *lumen.* Conf. Xenoph. Ages. I, 22, et Fischer. ad Weller. pag. 294. Z. ∮ 111.

Athenienses bello superet? nisi dicamus esse novam traiectionem, pro τί γὰρ ἂν γένοιτο, etc. [12]

XIII. Idem nomen, cum optandi aut subiungendi modo, et particula ἂν, particulam Gallicam (*on*) commode exprimit: quam fere Latini per secundam optativi, vel subiunctivi personam enunciant: ut, *on pourroit répondre cela fort justement*, τοῦτο δή τις ἀποκρίναιτ' ἂν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Latine, *hoc iuste responderis* [13]. Quo sensu negationem saepe adiunctam habet, tuncque idem est quod nemo, ut, οὐκ ἄν τις τοῦτο φήσειε, *nemo id unquam dixerit*.

Iungitur etiam cum imperfecto, et aoristo indicativi modi: ut, δικαίως οὐκ ἄν τις κατηγόρει, vel κατηγόρησέ μου τότε, *nemo tunc me iure accusaret*, vel *accusasset* [14].

XIV. Πᾶς τις, id est, ἕκαστος, *quivis*, *quilibet*, *nemo non*. Iulianus Apostata, ad Iamblichum scribens: Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι, πᾶς τις ἐκσταίη, *Pani argutum aliquid modulanti nemo non cedat*. Quod etiam dicitur, πᾶς ἕκαστος, vel ἕκαστος πᾶς. Basilius ad Domitianum, Ἐπεὶ ἔλυσα τὴν ἐπιστολὴν καὶ πάνθ' ἕκαστα ἐπεξῆλθον, *Vbi epistolam resignavi, singulaque perlegi*. Item αὐτὸς ἕκαστος dicitur.

12 Simplicius mihi videtur, si subaudiatur πότερον; μῶν; vel similis interrogativa vocula. Interrogatio enim non consistit in vocula τί, alioqui vertendum esset: *Quid magis novum fieri posset?* § 111. b. Locus Demosthenis est pag. 16, lin. 16. Caeterum, quod plane est contrarium, acuitur etiam citra interrogationem, et tunc videtur poni pro ὅ, τι. Hoc modo occurrit in Euang. Marc. XIV, 36 Ἀλλ' οὐ ΤΙ' ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ ΤΙ' σύ. Vbi commode subauditur γένοιτο. Vt sit sensus: *sed fiat, non quod ego volo, sed quod tu*. Rursus Cap. VI, 36 ΤΙ' γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν, *Nam quod edant, non habent*. Conf. Cap. VIII, 2. Et Matth. XX, 22.

13 Exemplum habet Pausanias in Achaicis, p. 415 Κατὰ δὲ τὴν Φιλίππου βασιλείαν, τοῦ Ἀμύντου, Λακεδαίμονα πόλεων μόνην οὐ προδοθεῖσαν τῶν ἐν Ἕλλησιν εὕροι ΤΙ'Σ ἊΝ, *Regnante vero Philippo, Amyntae filio, Lacedaemonem solam ex urbibus Graecis non proditam inveneris*.

14 Rarius § 111. c. cum praes. ind. Theogn. vs. 184

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα,
Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται
ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι, —

Arietes quidem et asinos quaerimus, Cyrne, et equos generosos, et quisque vult admittere ex bonis. Belg. *men wil*. Interim et Latinorum more per secundam personam optativi efferre licet. Ita Hom. Il. E, 85

Τυδείδην δ' ΟΥ'Κ ἊΝ ΓΝΟΙ'ΗΣ, ποτέροισι μετείη,

Tydiden vero non cognovisses, utram partem sequeretur. Pro οὐκ ἄν τις γνοίη.

Pausanias in Messenic. *Αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος ἐσπευδεν ἄρξαι μάχης*, id est, *Quisque pugnam inchoare gestiebat* [15]. Imo τις solum pro ἕκαστος. Plutarch. in Fabio, *Νῦν τις, ὦ στρατιῶται, Μαρκίου Μινουκίου μεμνημένος, ἐπειγέσθω*, *Nunc agite, milites: quisque Marci Minucii memor festinet*, vel *excitetur*. [Conf. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 6. VI, 4, 20. Z.] § 114.

15 Vide Nostrum infra Cap. IV, Reg. 8. Pro iisdem dicitur, *πάντες ὅσοι*, vid. supra Sect. 9, Reg. 1, et *πᾶς ὁ*, sequente participio: in Euang. Luc. XVIII, 14 *ΠΑ͂Σ Ὁ ὙΨΩ͂Ν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται*, *Quicunque se extollit, humilis reddetur*. Adde Ioann. XVIII, 37 et XIX, 12. Item *ἕκαστός τις* et *αὐτός τις*. Imo duo haec cum *πᾶς τις* coniungi in una eademque periodo, iam ante me observavit ex Thucydide H. Stephanus ad al. script. de Dial. Att. pag. 80. His subiungo alium huius voculae usum, quo in masculino et neutro genere apud Graecos *eximium aliquem* et *magnum quid* significat. Ita in Epict. Enchir. cap. 18. *Κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί ΤΙΣ*, *Etsi quibusdam videaris esse aliquis*. Sic Act. Apost. V, 36 *Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί ΤΙΝΑ ἑαυτὸν*, *Nam ante hos dies exstitit Theudas, dicens se esse aliquem*. Addam unum ex Pind. Pyth. Od. 8.

— *ΤΙ' δὲ ΤΙ'Σ; Τί δ' οὔτις;*
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, —

Quid vero aliquis? Quid vero nullus? (i. e. *nullius pretii*) *Vmbrae somnium homines*. § 112. Additur aliquando adiectivum *μέγας*. Act. Apost. VIII, 9 *Λέγων εἶναί ΤΙΝΑ ἑαυτὸν ΜΕΓΑΝ*. Vel utuntur Neutro Genere *Τὶ*. Quod inter Latinos imitatus Ovid. ait, lib. VI, Fast. vs. 27.

Est ALIQVID nupsisse Iovi, Iovis esse sororem.

Vide et Trist. lib. I, 2, 53. Et hic aliquando Adiectivum *μέγα* additur. Contra *οὐδένα* dixerunt pro homine nullius pretii. Sic Epict. Enchir. cap. 31 *τὸ τίς* opponitur *τῷ οὐδείς*. *Πῶς δὲ ΟΥ'ΔΕΙ'Σ οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί ΤΙΝΑ δεῖ τοῖς ἐπί σοι;* *Quomodo autem nullo eris numero, quem in iis solis, quae penes te sunt, aliquem esse oportet?* Eidem opponit *ὑπέρμεγας* Aristoph. Eq. 158.

Ὦ νῦν μὲν ΟΥ'ΔΕΙ'Σ, αὔριον
δ' ὙΠΕ'ΡΜΕΓΑΣ,

O tu, qui nunc nullus es, cras eris maximus. Neutrum *μηδὲν* usurpat Lucian. in Mortuor. dial. tom. I, pag. m. 282. *Φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ ΜΗΔΕΝ ἐξ ἀρχῆς ὄντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν*, *Hos autem inprimis laude dignos censeo, quicunque prius nullo fuerint loco, et postea magni evaserunt*. H.

His exemplis de usu elegante nominis *τὶ* adde haec. *Λέγειν τι* est *verum dicere*, Xenoph. Mem. II, 1. 12. Aesch. Socratic. Dial. II. 7 et 23. § 113. *Οὐδὲν λέγειν* vero est *perperam dicere, id quod probari nullo modo potest*, Plat. Apol. 17. *Ἔχειν τι* significat *divitem esse*, Aeschin. Dial. II, 13. ubi permutatur cum *πλούσιον εἶναι* et *πλουτεῖν*. *Τὶ εἰδέναι*, *cognitione rerum excellere*, *multa scire*, Plat. Apol. 6. 7 et 10. In loco posteriori opponitur *ἢ ὀλίγα ἢ οὐδὲν εἰδέναι*. *Τὶ εἶναι* idem valet, quod *πολλοῦ ἄξιον εἶναι*. Nam Plat. Apol. 33. opponitur *μηδὲν εἶναι*, id quod

S E C T I O XII.

De Nominibus τοσοῦτον, φθόνος, χάρις, χεὶρ, χρεών.

R E G V L A I.

Τοσοῦτον interdum Attice idem est, quod τόδε τι μόνον, *hoc duntaxat unum:* Demosthen. passim, τοσοῦτον ὑπειπὼν, id est, *si hoc unum addidero.* Herodot. lib. II τοσόνδε eod. fere modo usurpavit, pag. 111 Ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, id est, *At unum id quod sequitur, fuse admodum commemorantes audivi.* Quod minus assecuti videntur Interpretes. Vide Cap. V, Sect. 2, Reg. 7 [16]. [Conf. IX. 6. §. 12—14. *Reizius.*]

II. Οὐδεὶς φθόνος, *nulla invidia*, id est, *libenter vero*, ac fere praecedente ἀλλὰ, in dialogismis; ut obsecranti, πρὸς τῆς πάλαι φιλίας μὴ φθονήσῃς κἂν τοῦτο, *per antiquam amicitiam, ne hoc etiam invideas*, continuo respondeas, ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος, id est, *ego vero perlibenter eius copiam fecerim:* posset etiam verti, *hoc enim liberaliter fieri decet;* ut σοὶ μὲν οὖν ἔγωγε μετακοινωνήσω τοῦ πράγματος. οὐδεὶς γὰρ φθόνος πρὸς τὸν γνησίως φιλοῦντα, id est,

permutatur cum οὐδενὸς ἄξιον εἶναι. Atque τὶ ποιεῖν Plat. Symp. ab initio, est *facere, quod bonum, utile et operae pretium est,* seu φιλοσοφεῖν. Z.

16 At ibi frustra simile quicquam quaeres: fortasse respicit Auctor Cap. III, Sect. 8, Reg. 13, ubi Herodoti verba ex lib. II, cap. 28, in fine citantur, qui locus hunc paululum praecedit, et ubi itidem interpres corrigitur. Caeterum τοσοῦτον et ὅσον se mutuo in partitionibus sequuntur, et alterum alteri respondet, ut apud Latinos, *Tam, quam.* Thucyd. I, 88 Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, τὰς σπονδὰς λελύσθαι, καὶ πολεμητέα εἶναι, οὐ ΤΟΣΟΥ-ΤΟΝ τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὍΣΟΝ φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους etc. *Decreverunt vero Lacedaemonii, foedera esse rupta, et bellum gerendum, non tam sociorum inducti oratione, quam quod metuebant Athenienses.* ℐ 113.

Est et alius huius nominis usus, quo cum adiectivo ἕτερος construitur, significatque ἕτερος τοσοῦτος, *Bis totidem, bis tantum.* Isocr. in Panegyrico pag. 141 Τὴν μὲν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας ταῖς ἑαυτῶν δαπάναις διέθρεψαν· τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας ἙΤΕΡΟΥ ΤΟΣΟΥΤΟΥ χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν, *Exercitum quidem Agesilai octo menses suis sumtibus aluerunt: qui autem pro ipsis periculis sese obiecerant, eos bis tanti temporis*, vel, *bis totidem mensium, stipendio privaverant.*

rem equidem tecum libenter communicabo, id enim cum amico fieri liberaliter decet[17].

III. [18] Χεὶρ aliquot elegantes habet significatus: primum enim, ἐκ χειρὸς, vel χειρῶν μάχεσθαι, *cominus*

17 In exemplo, quod nobis exhibet Plat. in Tim. pag. 23, lin. 36, ἀλλὰ sequitur quidem, sed ἐναντιωματικῶς adhibitum pertinet ad sequentia. Ibi Solon a sacerdotibus sciscitatur, orans, ut de antiquis suis civibus historiam accurate persequantur. Responsum fert, ΦΘΟ'ΝΟΣ ΟΥ'ΔΕΙ'Σ, ὦ Σόλων· 'ΑΛΛΑ' σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ, i. e. *Libenter, o Solon, inque gratiam tuam dicam.* Citra ἀλλὰ in Tab. Ceb. roganti, ut tabulam explicet, respondet alter: Οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, *Lubenter, o hospites;* ubi sequitur quidem ἀλλὰ, sed pertinet ad sequentia, estque obiicientis. Idem observandum in cognato hellenismo, οὐδὲν κωλύει, ἀλλὰ particula sequente. Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, pag. 145, lin. 9 'Ακοῦσαι μέντοι, ἔφη, ΟΥ'ΔΕ'Ν ΚΩΛΥ'ΕΙ. 'ΑΛΛΑ' λέγε, ὅ,τι γιγνώσκεις περὶ αὐτῶν, *Nihil impedit, quo minus audiam. At tu modo dic, quid de his sentias.* Dicunt etiam, φθόνος οὐδεὶς λέγειν, *Nihil impedit, quo minus dicam.* Plat. in Phaedone "Α μέντοι τυγχάνω ἀκηκοὼς, ΦΘΟ'ΝΟΣ ΟΥ'ΔΕΙ'Σ ΛΕ'ΓΕΙΝ, *Quae tamen audivi, libenter dicam.* [item Sophist. cap. I. Z.]

18 Nomen Χάρις vix praeterire possum, quin aliquid de eius usu notem. Vbi Latini dicunt *referre* vel *agere gratias*, ibi Graeci adhibent quartum huius Nominis casum cum verbis ἀποδιδόναι, ἔχειν, τελεῖν, εἰδέναι. Exempla passim obvia. Vtuntur et plurali numero, ut ἀποδιδόναι χάριτας apud Dem. Epist. II, pag. 111, in fine. Res autem, pro qua gratiae aguntur, generandi casum obtinet. Vt ἔχω σοι χάριν τούτου. vid. eundem pro Megal. pag. 84, lin. 14. Contra χάριν ἀποστερεῖν dicitur is, qui beneficii est immemor. Plat. Gorg. pag. 520, lin. 26.

II. 'Οφείλω σοι χάριν τούτου. Proprie: *debeo tibi gratias pro hac re.* Latine: *Hoc tibi acceptum refero.*

II. Ποιῶ σοι τοῦτο ἐν χάριτι, *Gratificor tibi in hoc.*

IV. Σὴν χάριν, omissa praepositione, *In tuam gratiam.* Vt supra diximus ad Cap. I, Reg. 11.

V. Frequentissima est sacris scriptoribus vox χάρις, i. e. *Gratia,* quando pro beneficio divino ponitur, quod scilicet Deus hominibus largitur, nulla cuiusquam meriti ratione habita, sed pro libera sua in mortales voluntate. Hinc toties in N. Test. εὑρίσκειν χάριν, χάριτος ἐκπεσεῖν, ἐπιμένειν τῇ χάριτι et sexcenta alia. At χάριν cum ἔχειν in hac significatione nondum inveni. Verba sunt Apostoli ad Hebraeos scribentis, c. XII, 28 Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες ἜΧΩΜΕΝ ΧΆΡΙΝ, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. Illud ἔχωμεν χάριν vertit interpres Latinus: *retineamus gratiam.* Gallus: *retenons de grace.* Belga: *Laat ons de genade vasthouden.* Satis quidem sane: sed est tamen cur dissentiam, et vertere malim, *habeamus*, i. e. *agamus gratias:* primo quia verbum ἔχω, cum accusativo χάριν iunctum, nun-

pugnare est, vulgo *combattre main à main*: unde, ἡ ἐκ χειρὸς μάχη, vel ἡ συστάδην, vel ἐκ συστάσεως, vel κατὰ σύστασιν. Poëtis αὐτοσχεδὸν, apud quos οἱ ἀγχέμαχοι sunt *cominus pugnantes*.

IV. Secundo, ἐκ χειρὸς, *coram* vel *continuo*. Polybius lib. V. Τῆς κοινολογίας ἐκ χειρὸς γενομένης· id est, *Coram habito colloquio*: sic ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, *continuo rem urgere*.

V. Tertio, χειρῶν νόμος § 117. (*lex manuum*) est proprie, *manuum consertio*, *ardorque certaminis*: unde, ἐν χειρῶν νόμῳ γενέσθαι, idem est, quod ἐν λαβαῖς. Gallice: *venir aux mains*, *aux prieses*. Quod etiam dicunt, εἰς χειρῶν νόμον ἐλθεῖν, vel εἰς χεῖρας ἰέναι. Plutarch. in Pomp. Ταῖς χερσὶν ἐμφῦναι, καὶ συμπλακῆναι· quasi *mutuis manibus implicari*[19]. Ergo χειρῶν νόμος est quasi *manuum lex*, quod in manibus vis[20] certaminis posita sit: unde dicebant, ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνεσθαι, verbatim: *in manuum lege propulsare* (*ulcisci*), *être au fort du combat*, vel ἀποκτεῖναι, *tuer sur le champ*. Idem in Theseo, Εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις, *Manus cum adversariis conserere*.

quam, quod sciam, hanc significationem admittit: dein, quia rebus mutationem subituris et perituris, non *gratiam*, sed *inconcussum regnum* opponit Apostolus: et denique, quia altera versio optime praecedentibus ac sequentibus congruit. Nam primo τῶν σαλευομένων τῇ μεταθέσει opponitur βασιλεία ἀσάλευτος, i. e. *regnum inconcussum*, quod accipiunt fideles; quod ingens profecto est beneficium, cui statim subiungit Paulus debitas gratias, ἔχωμεν χάριν: denique ostendit modum, quo pro tanto beneficio optime Deo gratias agamus, nempe τῷ λατρεύειν εὐαρέστως τῷ Θεῷ etc. Verba Pauli itaque sic verto: *Quare quoniam inconcussum regnum accepimus, habeamus gratias, per quas Deo digne serviamus cum pudore ac metu.* § 116.

Caetera abunde alicunde haurire possunt tirones.

19 Item, ποιεῖν ἐν χερσὶ μάχην. vid. infra ad Cap. V, Sect. 10, Reg. 6.

20 Vnde μένος χειρῶν, *vis manuum*, pro *certaminis ardore*, et μένος χειρῶν φέρειν, *vim manuum ferre*, scil. *in hostem*, est *in illum multa vi irruere*. Ita Hom. Iliad. *E*, vs. 506

Οἱ δὲ ΜΕΝΟΣ ΧΕΙΡΩΝ
ἰθὺς φέρον, —

Illi vero recta acie tendebant in hostem; sive ex adverso irruebant. Nam utrumque significat τὸ ἰθύς. Eustath. ad h. l. pag. 577 Τὸ μένος χειρῶν ἰθὺς ἔφερον, ἀντὶ τοῦ, ἐμάχοντο ἀντικρύ· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρεῖ ὁ ποιητής.

VI. Quarto, eodem fere sensu dicitur, *ἐν χερσίν*· ut, *τοὺς πολεμίους, τοὺς μὲν ἐν χερσὶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβον*· *Hostes partim in acie ceciderunt*, (Gallice, *sur la place*,) *partim vivos ceperunt.*

VII. Quinto, *χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι*, verbatim, *iniustarum manuum incipere:* id est, *iniuriae auctorem esse, lacessere, rixam movere:* ut, *Ὁπότερος ἂν χειρῶν ἀδίκων ἄρξειεν, αὐτοῦ τὴν ἀειφυγίαν καταψηφίζεσθαι*· id est, *Qui prior iniuriam fecerit, eum perpetuo multare exilio*[21].

Denique *εἰς χεῖρας ἰέναι*, non tantum de *congressu bellico*, sed etiam de *amico* dicitur, ut idem sit, quod *εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν ἰέναι*, apud Thucyd.

VIII. Quas Latini *novas tabulas*, id est, *aeris alieni remissiones*, Graeci *χρεῶν ἀποκοπὰς*, quasi *debitorum excisiones*, vulgo dicunt; Attici uno verbo *σεισάχθειαν*, quasi dicas *oneris excussionem*, mitiori quadam, et *ὑποκοριστικῇ* voce, atque id ex instituto Solonis, teste Plutarcho, in eius vita. *Χρεωκοπία* etiam dicebatur, unde verbum *χρεωκοπεῖν*, *debita remittere.*

SECTIO XIII.

De Nominibus χρῆμα, χρυσὸς, χώρα, ὥρα.

REGVLA I.

Substantivum, *τὸ χρῆμα*, fere usurpatur ad significandum *excessum aliquem*, tam in bonam, quam in malam partem.

21 Exemplum habet Xenoph. *Κύρ. παιδ.* lib. I, cap. 30 *Νῦν γὰρ ἔρχονται οἱ πολέμιοι ἌΡΧΟΝΤΕΣ ἈΔΊΚΩΝ ΧΕΙΡΩ͂Ν*, *Nunc enim veniunt hostes moventes hostilitatem.* Vid. et lib. II Machab. IV, 40 *Καθοπλίσας ὁ Λυσίμαχος πρὸς τρισχιλίους, ΚΑΤΗ'ΡΞΑΤΟ ΧΕΙΡΩ͂Ν ἈΔΙ'ΚΩΝ*, *Armatis Lysimachus circiter tribus millibus, hostilitatem movebat.* Huius idiotismi ignari Belgae reddiderunt: *Begon met onregtveeridge handen.* Genitivus *χειρῶν* saepe excidit subaudiendus. Ita Aelianus lib. I. V. H. cap. 14 *Λέγει δὲ αὐτὸς, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων*, *Ait idem* [Aristoteles lib. IX, histor. animal. cap. 12.] *olores cum aquilis pugnare, ita tamen, ut illatam vim propulsent, sed pugnam ultro non lacessant.* Quod Aristoteles dicit *ἄρχειν μάχης*, id Aelianus *ἄρχειν ἀδίκων*, supp. *χειρῶν*. [*Ἀδίκων* hic neutrius generis est, neque intelligendum *χειρῶν*. *Herm.*]

Sic, μέγα τι χρῆμα, *ingens quiddam*[22]: quo sensu Tullius ad Atticum, de Antonio loquens, *Teucris illa*, inquit, *lentum sane negotium*, id est, *tardus admodum est;* Graece, βραδύ τι χρῆμα[23].

II. Saepe cum Genitivo singulari iungitur, ut ὑπερβάλλον τι χρῆμα τοῦ ἵππου, id est, *equus eximius:* ἐξαίρετον χρῆμα τοῦ νεανίου, *egregius adolescens:* θεσπέσιόν τι χρῆμα τῆς ἀγχινοίας, τῆς εὐφυΐας, id est, *divinum ingenium, divina indoles*[24]. Aliquando per appositionem usurpatur:

22 Idem observandum in nomine πρᾶγμα, de quo vide supra ad Sectionem X, Reg. 8.

23 Simili modo ait Seneca Philosophus, Epist. 95. *Homo, SACRA RES, homo iam per lusum et iocum occiditur:* Graece, Ἄνθρωπος, ἹΕΡΟΝ ΤΙ ΧΡΗ͂ΜΑ, ἄνθρωπος ἤδη κατὰ παίγνιον καὶ ἐντρυφώμενος ἀποκτείνεται. Et Ovid. lib. II, de Pont. vs. 37

— *RES TIMIDA est omnis miser.* —

Exemplis apud Graecos nihil tritius. Quamvis autem hoc idioma Graecis iuxta et Romanis frequens sit, in Graecis tamen nescio quem nativum habet leporem.

24 Exemplum exstat apud Herodot. Clio, cap. 36 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ ΣΥΟ͂Σ ΧΡΗ͂ΜΑ γίνεται μέγα, *Eodem tempore in Olympo monte Mysiae aper exstitit ingentis magnitudinis.* Proprie, *Apri res magna. Een groot ding van een' zwyn.* Similiter apud Aristoph. Vesp. vs. 927

Κλέπτον τὸ ΧΡΗ͂ΜΑ ΤἈΝΔΡΟ͂Σ.

Furax ille homo totus est. Et Heliod. lib. X, Aethiop. cap. 23 Ὤφθη ὁ Μερόηβος, ἀξιοπρεπές τι ΝΕΑΝΙΟΥ ΧΡΗ͂ΜΑ, *In conspectum venit Meroebus, conspicui oris iuvenis.* Imitatus est Phaedrus lib. IV, fab. 7

Haec quum tentaret, si qua RES esset CIBI,

i. e. *si quis esset cibus.* Idem observandum in nominibus ἔργον et πρᾶγμα, de quibus supra ad Sect. 4, Reg. 12, et 10, Reg. 8. Per appositionem usurpat Xenoph. Κύρ. παιδ. I. Καταβάλλει ΤΗ῍Ν ἜΛΑΦΟΝ, ΚΑΛΟ͂Ν ΤΙ ΧΡΗ͂ΜΑ ΚΑΙ῍ ΜΕ͂ΓΑ, *Ferit cervam, pulcram et vasti corporis.* At cum genitivo plurali *multitudinem* notat. Ita πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὠπτημένων dixit Aristoph. in Plut. vs. 895. i. e. *Magnam piscium sectorum et assarum carnium copiam.* Et πάμπολύ τι χρῆμα τῶν Ἑλλήνων, *Ingens Graecorum multitudo*, Aelian. V. H. lib. II, cap. 13. Eodem modo Xenoph. Cyropaed. lib. II, cap. 2 Σφενδονητῶν πάμπολύ τι χρῆμα, *Funditorum ingens numerus.* Vbi etiam sua elegantia voculae τι non deest. Herodotus adiectivum πολὺ substantivo iungit in regimine, in Erat. cap. 42 Ὡς δὲ συνελέχθη μὲν ΧΡΗ͂ΜΑ ΠΟΛΛΩ͂Ν ΝΕΩ͂Ν, *Vbi vero collecta est ingens navium multitudo.* [Sic Charit. ab initio, Θαυμαστόν τι χρῆμα παρθένου, h. e. *puella eximia*, seu, *forma egregia.* Plura eiusmodi loca collegit Spanhemius ad Callimach. pag. 201. Z.] § 118.

ut, ἑώρακα τὸν βασιλέα, θαυμάσιόν τι χρῆμα τοῦ ἄρχοντος, § 119. *Regem vidi, eximium sane principis exemplar ac specimen.*

III Rarius, sed tamen aliquando cum Genitivo plurali copulatur. Euseb. lib. I. Praeparation. Euangel. ipso statim initio: Τὴν δέ σοι (nempe ἀπόδειξιν Εὐαγγελικὴν), θεῖον Ἐπισκόπων χρῆμα, σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα, *Eandem tibi (demonstrationem Euangelicam), qui sacrum Episcoporum decus et ornamentum es, adiunctis etiam precibus consecravi.* Aristoph. in Nubib. Act. I Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον ἀπέρατον! *O Iupiter rex, quid istuc noctis est, quamque infinitum!* Idem in Ranis, Act. V Τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον! *Quanta laborum moles!* *

IV. Aliquando reddi Latine debet, *ut qui maxime*, vel *minime*, per omnia genera cum particulis ὡς et οὐδέν. Plato in Phaedone [cap. 45. ed. Fisch.], ubi Socrates ineptum se esse ait ad Physica: Οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα, *Ita mihi visus sum ad hoc studii genus ineptus, ut qui minime* [25], verbatim, *ut nulla res.*

V. Pecunia foenore occupata, vulgo, *argent mis en rente*, ἐνεργὰ χρήματα, quasi *operantes pecuniae:* quemadmodum *otiosam pecuniam* ἀργὰ χρήματα nominabant. Lucrum autem ex foenore proveniens ἔργον, id est, *opus*, vel ἐργασία, quasi *operatio*, dicebatur [26]; quanquam ἐργα-

* Ad locum priorem Aristophanis Scholiastes illud χρῆμα explicat τὸ μέγεθος, τὸ ἔκταμα. Ἔθος δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπαγωγῇ χρῆσθαι, οἷον, ἵππος σπάνιόν τι χρῆμα· καὶ, γυνὴ σπάνιόν τι χρῆμα, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Z.

25 Pro *ut qui minime*, quod habet editio Leidensis, dant Parisiensis et Argentoratensis, *ut qui maxime.* Neutra versio aeque placet atque haec, *ut ad nullam rem.* Est enim instituta comparatio inter res, non personas: et post ὡς subaudiendum ex praemissis videtur πρός. [Recte intelligitur praepositio πρός. Caeterum haec formula ad rem augendam et asseverandam adhibetur ab Atticis, ut illud εἴτις ἄλλος. v. c. Plat. Phaed. cap. 2. *Socrates beatus fore videtur*, εἴπερ τις πώποτε καὶ ἄλλος, h. e. *felicissimus fore videtur.* Conf. ibid. cap. 10. 12 etc. Z.]

26 Hinc ἐργάζεσθαι, *rem familiarem augere*, opponitur τῷ δαπανᾶσθαι ab Isocr. ad Nicocl. p. 37 Νόμιζε τοὺς ΔΑΠΑΝΩΜΕΝΟΥΣ ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, καὶ τοὺς ἘΡΓΑΖΟΜΕΝΟΥΣ τὰ σὰ πλείω ποιεῖν, *Existima, eos, qui sua prodigunt, de tuis bonis impensas facere, quique rem*

σία latius patebat, ac fere genus omne quaestus ex mercatura, aliisque rebus profectum complectebatur. Sors autem, vulgo, *Le principal*, Graece, τὸ ἀρχαῖον, vel τὰ ἀρχαῖα, vel ἀρχαῖον δάνειον, quasi *antiquum mutuum*, vel ἀρχαῖον κεφάλαιον, quasi *antiquum caput*, vel κεφάλαιον [27] solum vocabatur [28]. Vsura vero, Gallice, *les interêts*, Graece, οἱ τόκοι [29]. Denique, quod ultra summam excurrit, vulgo, *le surplus*, Graece, τὸ προσὸν, vel τὸ πρός: ut δισχίλιαι δραχμαὶ, καὶ τὸ προσὸν, vel τὸ πρὸς, id est, *duo drachmarum millia et quod ultra excurrit.*

familiarem augent, eosdem tuas opes augere. Constructum cum dativo χρήμασι subauditum vult accusativum βίον, et significat, *Rem pecuniariam exercere.* Dem. pro Phormione, pag. 605, lin. 32 Ἔστι δ' ἐν ἐμπορίῳ καὶ ΧΡΗΜΑΣΙΝ ἘΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙΣ ἀνθρώποις φίλεργον δόξαι καὶ χρηστὸν εἶναι τὸν αὐτὸν θαυμαστὸν ἡλίκον, *Est enim in mercatu et inter homines quaestum pecuniarium exercentes sedulum videri et probum esse, ingens miraculum.* Vbi obiter observa ἐνέργειαν voculae ἡλίκον in fine positae, de qua vide, quod supra Sect. 3. §. 7. notavimus. Cum praepositione ἐν construitur in Euang. Matth. XXV, 16 Πορευθεὶς δὲ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν ΕἸΡΓΆΣΑΤΟ ἘΝ ΑΥ᾿ΤΟΙ͂Σ, *Profectus autem ille, qui quinque talenta acceperat, ex illis quaestum fecit.* Caeterum, quamvis χρήματα non nisi multitudinis numero *pecuniam* significare didicimus, est tamen ubi in singulari numero χρῆμα pecuniam notet, ubi non in genere pecunia, sed certa illa, quae ex agri, merciumve venditione redit, intelligitur, ut in Act. Apost. cap. IV, in fine: Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, *Cum esset illi ager, eum vendidit, et pecuniam, sive pretium eius, ad pedes apostolorum deposuit.*

27 Apud Aeschin. contra Ctesiph. pag. 289, lin. 12.

28 Hinc, quia ratione usurae magna est pecuniae summa, pro magna pecuniae summa accipitur in Act. Apost. XII, 28 Ἐγὼ πολλοῦ ΚΕΦΑΛΑΙ͂ΟΥ τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, *Mihi magna pecuniae summa haec civitas constitit.*

29 Occurrit verbum δανείζομαι, *Foenore accipio;* item substantiva τόκος et ἀρχαῖον, apud Athen. Deipnos. lib. XIII Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς ἘΔΑΝΕΙ͂ΣΑΤΟ, ὥς τε οὔτε ΤΟ͂ΚΟΥΣ, οὔτε ἈΡΧΑΙ͂ΟΝ ἀπεδίδου, *Et postea iterum eum insectatur, quod foenore accepisset, neque usuram, neque sortem solvisset.* (Vbi observa etiam locutionem, καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος, *Insectutionem eius faciens*, pro, *Eum insectans.* Vide infra ad Cap. V, Sect. 10, §. 9.) Ipsa porro usura in dandi casu cum praepositione ἐπὶ verbo additur. V. g. quod nos dicimus: *Hy heeft geld opgenomen tegen anderhalf ten honderd*, id Graeci: Ἐδανείσατο ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς τὴν μνᾶν.

VI. *Χρήματα ἐπίτιμα* bona eorum dicebantur, qui crimine aliquo tenebantur, legum tamen adhuc munita praesidio, quaeque proinde occupare nemini liceret: ut, *ἐπίτιμος ἀνὴρ*, *qui integrae adhuc erat conditionis et famae;* et *ἐπιτιμία*, *status illius et conditionis integritas.* Contra vero *ἄτιμα χρήματα*, *quae impune cuivis diripere licuisset; ἄτιμος*, *notatus infamia.*

VII. *Aurum signatum*, *χρυσὸς ἐν νομίσματι* (verbatim *aurum in nummo*), vel *ὡς νόμισμα* (*ut nummus*), vel *ἐπίσημος*; *rude* autem, *ἄσημος*. *Aurum factum*, *χρυσὸς ἐν κατασκευαῖς*, quasi *aurum in supellectili*. *Aurum infectum*, *χρυσὸς ἐν ὕλῃ*, vel *ὡς ὕλη*, id est, *in materia*, vel *ut materia:* Gallice, *en masse*, *en lingots*.

Aurea vasa, *χρυσὸς ὡς προβόσκημα*, *ad pastum.* Quod autem de auro dicitur, idem de argento dici potest. Plutarch. in Pompeio, *Ἀναφέρεται εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον, ἐν νομίσματι καὶ κατασκευαῖς, ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ δισμύρια τάλαντα*, id est, *Referuntur in publicum aerarium*, *argenti et auri*, *tam signati*, *quam facti*, *talenta viginti millia*. Philo de Legatione ad Caium: *Ἄργυρον, καὶ χρυσὸν, τὸν μὲν ὡς ὕλην, τὸν δὲ ὡς νόμισμα, τὸν δὲ ὡς προβόσκημα, δι' ἐκπωμάτων, καὶ τινων ἑτέρων*, *Argentum*, *et aurum*, *partim infectum*, *partim signatum*, *partim ad esum et potum; poculis et aliis quibusdam comprehensum.* Idem lib. de Providentia, *ἄργυρον καὶ χρυσὸν* distinguit in duo genera, *ἄσημον*, et *ἐπίσημον*, quae licet proprie *rude*, *signatumque* sonent, tamen latius pro *infecto*, *factoque* sumi videntur; cum et *rude* in *infecto*, et *signatum* in *facto* censeri possit.

Falli autem eos puto, qui *argentum factum*, *ἔργα ἀργύρεια*, vel *—ρια*, dici volunt; sunt enim potius *argenti fodinae*, ut supra ostendimus in nomine *ἔργα*, Cap. III, Sect. 4, Reg. 12.

VIII. *Χώρᾳ* in dandi casu sumitur pro *τῷ μέρει*, de quo supra [30], id est, *loco*, *vice*, ac fere cum particula *ἐν:* ut, *ἐν χώρᾳ τοῦ ἐνεδρεύοντος ἁλῶναι*, *insidiatoris loco captum esse:* quod etiam dicitur per accus. cum verbo *ἔχω:* ut, *τὰ ἐν παρέργῳ αὐτοσχεδιασθέντα, τῶν οὐκ ὄντων ἔχουσι χώραν*, id

30 Sect. 7, Regula 3.

est, *quae tumultuarie facta sunt, perinde ac si nulla sint, haberi solent.*

IX. Secundo, ἐν χώρᾳ κεῖσθαι, est, *suo loco et ordine, sine ulla perturbatione consistere:* cui opponitur ὅπου ἔτυχε, *passim, ac temere, promiscue* †.

X. Tertio, κατὰ χώραν ἔχειν, vel μένειν, vel ἀτρεμεῖν, *suo loco manere constanter, et immotum:* quod etiam Isocrat. et alii dixerunt, ἀραρότως. Transfertur ea quoque significatio ad dignitatis gradum, unde ἐᾷν τινα κατὰ χώραν, id est, *loco aliquem non movere*, vel *dignitatem ei suam defendere:* verbatim, *sinere aliquem secundum locum.* [31]

XI. Ὥρα per sese, ac sine verbo substantivo, significat *tempus est, decet, iuvat:* ut, ὥρα δὴ νῦν καὶ πρὸς ἕτερον τραπέσθαι λόγον, *alteram nunc disputationem instituere iuvat.* Quo sensu reddi quoque potest per idioma Gallicum, *je peus bien, tu peus bien,* v. g. *tu t' en peus bien aller maintenant,* ὥρα σε νῦν ἀπιέναι, vel καιρός. Ἐν ὥρᾳ et καθ' ὥραν, *en sa saison*, Latine, *suo tempore:* ut παρ' ὥραν, *hors de saison:* sic ἐν ὥρᾳ γενέσθαι dicuntur *puellae nubiles.* [32]

† Sic occurrit ap. Xenoph. Oecon. III, 3 *Τί οὖν τούτων ἐστὶν αἴτιον ἢ ὅτι τοῖς μὲν ὅπου ἔτυχεν ἕκαστον καταβέβληται, τοῖς δὲ ἐν χώρᾳ ἕκαστα τεταγμένα κεῖται; Quaenam alia huius rei causa est, quam quod illis sine ullo ordine unumquodque proiectum est, his vero singula* recte et ordine *sunt disposita et collocata?* Cf. Xenoph. Cyrop. IV, 5, 37, ubi ἀσύντακτα εἶναι et χώραν λαβεῖν sunt opposita. Z.

31 Eodem modo Latini suo *Locus* utuntur. Exempla ubique obvia. Nep. in Vit. Eumenis, c. I. *Hunc LOCVM tenuit AMICITIAE apud Philippum annos septem.* Vbi *locum* pro *dignitatis gradu*, ut ipse explicat in sequentibus: *Illo interfecto, eodem GRADV fuit apud Alexandrum annos tredecim.* Confer Curt. lib. IX, c. 2. *In propiorem eius, qui tum regnasset, AMICITIAE LOCVM admotum.* H.

Apud Polybium I, 43. etiam in numero multitudinis ita hoc nomen reperitur: *Τῶν ἡγεμόνων τινὲς τῶν τὰς μεγίστας χώρας ἐχόντων ἐν τοῖς μισθοφόροις*, h. e. *Duces nonnulli, qui praecipuum dignitatis locum tenebant inter mercede conductos.* Atque apud Ioseph. Archaeol. VI, 10, 1. dicitur Saulus Davidi *δοῦναι χώραν ἀμείνονα*, h. e. *in meliori*, seu, *maiori dignitatis gradu collocasse.* Interdum idem nomen quoque significat *rus*, sive *agrum:* v. g. Xenoph. Hier. X, 5. ubi *οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ἐργάται*, et *οἱ ἀνὰ τὴν χώραν* sunt *rustici*, vel *agricolae*, qui opponuntur urbem incolentibus. Apud Polyb. I, 1, 72. eodem sensu dicuntur *οἱ κατὰ τὴν χώραν.* Sic Herodian. VI, 4, 11. reperitur *κώμας τε οἰκεῖν, καὶ χώραν γεωργεῖν.* Cf. Graevii Lect. Hesiod. cap. VIII, pag. 38. Z.

32 Luculento hoc exemplo confirmat Plat. in Critia pag. 113

XII. Ὧραι denique in plurali *tempestatem*, vel *anni tempus* significant: ut, *ad amicum suae quemque tempestatis fructum mittere*, πέμπειν πρὸς τὸν φίλον, ὅσα φέρουσιν ὧραι, *quae ferunt tempora*. [Sic Xenoph. Cyr. Exped. I, pag. 39, Ed. Hutch. min. παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλὸς, ἔχων πάντα, ὅσα ὧραι φύουσι. Z.]

in. 32. Ἤδη δ' εἰς ἈΝΔΡΟΣ ὩΡΑΝ ἡκούσης τῆς κόρης, *Iam ad nubilem aetatem provecta puella*. H.

De vi nominis ὥρα, si temporis rationem continet, haec fere sunt tenenda. a) ὥρα τῆς ἡμέρας, Xenoph. Mem. IV, 3, 4. significat *duodecimam diei naturalis partem*; it. Herodot. II, pag. 153. ed. Wess. Πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρας παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Conf. Hindenb. ad locum l. Xenophontis, qui recte monet, antiquioribus temporibus notasse *quartam diei partem*, ut ὄρθρον, μεσημβρίαν, δειλινὸν καιρὸν et ἕσπερον. b) ὥρα τῆς νυκτὸς, Xenoph. Mem. IV, 7, 4. est *quarta noctis pars*, quae quoque ἡ φυλακὴ vocatur. c) Interdum sic κατ' ἐξοχὴν videtur appellari *nox media*; ut in fragmento Sapphus apud Hephaest. μέσαι δὲ νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα, ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω. Quod hic dicitur παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα, id in Epigr. Asclepiadae vocatur φυλακὴ παροίχεται, et apud Homer. Odyss. δ', 841. νυκτὸς ἀμολγὸς, h. e. uti Scholiastes interpretatur, ἡ τοῦ μεσονυκτίου ὥρα. d) ὥρα μηνὸς, h. e. τὸ τοῦ μηνὸς μέρος, interprete Xenophonte Mem. IV, 7, 4. nimirum ἱσταμένου, μεσοῦντος et φθίνοντος. e) ὥρα ἐνιαυτοῦ, Xenoph. l. l. h. e. *quarta anni pars, ver, aestas, auctumnus, hiems*. f) Quemadmodum saepe ἡ ἡλικία de flore aetatis adhibetur: ita quoque ὥρα interdum κατ' ἐξοχὴν occurrit vel de *vere*, tanquam tempestate navigationi opportuna, ut Polyb. II, 9, ubi classis instructa esse dicitur τῆς ὥρας ἐπιγενομένης, h. e. initio veris, seu, si malis: *vere proximo*: eundem usum, quem Valken. ad Eurip. Phoeniss. pag. 294. in dubium vocat, comprobant quoque Thom. Mag. qui, οὐ μόνον, inquit, ὥρα τὸ ἔαρ, ἀλλὰ καὶ ὡραία· et Scholiastes Libanii, ὥρα καὶ ὡραία ταυτόν εἰσι τῇ ἐννοίᾳ· ἀμφότερα γὰρ τὸ ἔαρ σημαίνουσιν· vel, et inprimis de *aestate* eaque *adulta*, in qua fruges fugaces solent maturescere, in quod tempus ortus caniculae incidit. Nam Galenus lib. II. de fac. aliment. ὥραν, inquit, ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίνεσθαι συμβαίνει· χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα· κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅπαντές εἰσιν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποί. Conf. Graevii Lect. ad Hes. Ἐργ. 31. g) ponitur pro *tempore opportuno cuicunque rei*: v. c. Xenoph. Oecon. XVII, 1. occurrit ἡ τοῦ σπόρου ὥρα, i. e. *tempus sationis*: de aetate adulta, quae rebus agendis est apta, de flore aetatis, vid. Th. Mag. qui πρὸ ὥρας ἀποθανεῖν explicat per ἐν νεότητι, seu, interprete Artemidoro Oneirocr. IV, 73 ἐν σπαργάνοις. Et Herodian. I, 2, 3. reperiuntur θυγατέρες ἐν ὥρᾳ γενόμεναι. Cf. Triller. Observatt. IV, 28. Z.

CAPVT IV.

De Pronomine.

REGVLA I.

Pronomina ἐγώ, *ego*, ἡμέτερος, *noster*, ὑμέτερος, *vester*, οὗτος, *hic*, prae caeteris eleganter ac numerose periodos terminare solent: ut, πάντα πατρίδος ὕπερ ποιεῖν τε καὶ παθεῖν ἐξ ἀρχῆς εἱλόμην ἐγώ· *omnia ab initio reipubliae causa facere ferreque constitui* [33]. Sic, μηδὲν ἂν ἀποδυσαίμην τῆς πρὸς ἐμὲ διαθέσεως ἕνεκα τῆς ὑμετέρας, *nihil unquam recusarim ob vestram erga me benevolentiam.* Demosth. pro Coron. Οἶμαι δὲ, ὑμᾶς ἂν ὁμολογῆσαι, κοινὸν εἶναι τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ἐμοί τε καὶ Κτησιφῶντι, καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἐμοὶ, *Vos autem confessuros existimo, causam hanc esse mihi cum Ctesiphonte communem, nihiloque minore mihi studio defendendam.* Ibid. Ἵνα μηδεὶς ὑμῶν, τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος, ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου, *Vt nemo vestrum, alienis abductus verbis, me accusationi huic defensionis meae iura opponentem, alieniore animo audiat.* Ibidem, Οὐχ ὑπῆρχον οἱ ταῦτα ἐροῦντες οὗτοι; *N' étoit-ce pas eux, qui tenoient ces discours?* Sic οὑτοσὶ apud Demosthenem saepius, cum praesertim insectandi causa adhibetur; ut, ὁ μισθωτὸς καὶ προδότης οὑτοσὶ, id est, *mercenarius iste ac proditor* [34].

II. Dativi μοὶ, et σοὶ, quemadmodum apud Hebraeos, Latinos, et Gallos, saepe παρέλκουσιν [35], ut, σφοδρῶς ἅπτου

33 Imo, ut periodum claudat Pronomen ἐγώ, inter hoc et verbum interponitur vocabulum, quo fit, ut sensus paulo videatur intricatior. Ita in Cebetis Tab. Πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ; *Quomodo, inquam, hoc, ego?* Pro, *Quomodo hoc? inquam ego.*

34 Pronomen secundae personae σὺ ultimum locum obtinet in Euang. Ioann. IV, 19 Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ, *Domine, video, te esse Prophetam.* Confer cap. VIII, 48.

35 Ita tamen, ut ego quidem arbitror, haec pronomina παρέλκουσιν, ut latentem secum afferant significationem quandam. Notant enim vel aliquid, nescio quomodo, imperiose prolatum, vel tenerum affectum. Sed quoniam hic loquendi modus Graecorum non tantum est proprius, sed et Hebraei, Latini, Galli et Belgae eundem in suis linguis admittunt,

μοι τοῦ πράγματος, *rem mihi alacriter suscipe.* Sic, τοὖργόν σοι, κᾂν δυςχερές τι δοκοῦν, δι᾽ ὀλίγων ἔγωγε ἀποτελέσω τῶν ἡμερῶν, id est, *opus hoc tibi, difficile licet videatur, paucis ego diebus absolvam.* § 120.

III. Possessivum pronomen σός, σή, σόν, novo more significat potius, *aliquid alterius erga te, quam tui erga alterum* [36]. Sic Plato in Gorgia [37], *Καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ*, id est, *At vide, ne tu mihi succenseas, id enim dicam pro mea erga te benevolentia:* cave enim vertas, *pro tua erga me;* sic apud Homer. Ὀδυσσ. *Λ*, Anticlea Vlyssi filio,

> Ἀλλά με σός τε πόθος, inquit, καὶ μήδεα, φαίδιμ᾽
> Ὀδυσσεῦ.

ubi σὸς πόθος significat *desiderium*, non *tuum*, sed *tui meum.* Hoc imitatus est Cicero Philipp. X *Pro tua*, inquit, *amicitia iure doleo*, id est, *pro ea, quae mihi tecum est, amicitia*, Graece dici posset, εἰκότως ἔγωγε δυςχεραίνω τῆς φιλίας ἕνεκα τῆς σῆς. § 121.

IV. Solet etiam possessivum, maxime Poetice, coniungi cum eo substantivo, cui minus quam alteri convenire videtur. Sic Euripides in Phoenissis, τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, verbatim, *meum partus dolorem*, id est, *partus mei dolores:* ubi ἐμὸν iungitur cum πόνον, licet melius ἐμῶν in genit. plurali cum ὠδίνων conveniret †.

inter Graecae linguae idiotismos horum pronominum constructioni locum non darem. Pro dativo autem invenias aliquando accusativum σὲ Poetice. Sic apud Homerum non semel:

> — *Ποῖόν ΣΕ ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;*

Quale tibi verbum excessit septum dentium? De hac apud poetas loquendi consuetudine fusius agit Eustathius ad Hom. Iliad. *A*, p. 93, lin. 26 *Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων· ἢ γὰρ τὸ σὲ ἀντὶ πτώσεως ἑτέρας ἐλήφθη· σοῦ γὰρ ὤφειλεν εἰπεῖν· καὶ ἔστι τοῦτο ἀντίπτωσις· ἢ πρόθεσιν προςληπτέον ἔξωθεν, οἷον ποιόν σε ἔπος ἐξέφυγε κατὰ τὸ ἕρκος τῶν ὀδόντων*, et quae sequuntur. i. e. *Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων: nam vel σε pro alio casu sumtum est; debuit enim σοῦ dicere, estque haec antiptosis; vel praepositio extrinsecus subaudienda est, ut, ποιόν σε ἔπος ἐξέφυγε ΚΑΤΑ᾽ τὸ ἕρκος τῶν ὀδόντων.* H. § 119. b.

Auctores, qui eiusmodi pleonasmum pronominum exemplis confirmarunt, laudatos reperies a Cl. Fischer. ad Weller. Grammat. pag. 170. Ex Latinis huc pertinet illud Terentii Phorm. V, 8, 21. ***Qui*** mihi, ***ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.*** Z.

36 Ita habebat ed. Leid. sed Paris. et Argent. contra, *Aliquid tui erga alterum, quam alterius erga te*, rectius, ut ex exemplis liquet.

37 Pag. 486, lin. 5.

† Huc pertinet locus Aristo-

V. Idem possessivum iungitur cum Genitivo personae, ad quam ipsum pertinet: ut, ὅλως δὴ τἀμὰ οὗτοι διαρπάσουσι τοῦ κακοδαίμονος, *res ergo meas hominis infelicissimi penitus isti diripient:* ubi τἀμὰ cum genitivo κακοδαίμονος iungitur [38]. Hoc sensu frequens est Genitivus pronominis αὐτὸς, ut apud Latinos pronominis *ipse*. [v. c. *Sua ipsius culpa periit*, etc. Z.]

VI. Αὐτὸς spiritu leni promiscue significat, vel *aliquem alium*, vel *se ipsum:* ut, *Cum impetum in se populi animadverteret*, Ὁρῶν τὴν τοῦ δήμου ὁρμὴν ἐπ' αὐτὸν φερομένην, pro ἐφ' ἑαυτόν. Euseb. lib. VI, Praeparat. Euang. Ἵνα ἐν οἷς ἂν τῆς τοῦ μέλλοντος προῤῥήσεως ἀποπίπτοι, καταφυγὴν αὐτῷ τῆς ἀλογίας τὴν εἱμαρμένην πορίζοιτο, i. e. *Vt, si res aliter, quam praedictum ab eo foret, eveniret, ad fatum continuo perfugium sibi ac receptum pararet*, ubi αὑτῷ, pro αὐτῷ, vel ἑαυτῷ. Vicissim οὗ, οἷ, ἓ et ἑαυτοῦ, pro aliis non reciprocis passim usurpantur, licet aliquanto cautius: ut apud Latinos, maximeque Tullium, *sui*, *se*, et similia, pro *illius*, *illum* et similibus. Hac enim in distinctione superstitiosus nimium fuit apud Latinos Valla, Gaza apud Graecos. Demosthen. adversus Androtionem, Εἶθ' ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, *Deinde, quasi liceret ei quidvis agere:* ubi ἑαυτῷ manifeste pro αὐτῷ. Alibi passim. § 122.

VII. Imo, quod mirabilius videri possit, ἑαυτοῦ, et reliqui casus eiusdem pronominis, qui proprie *se ipsum* sonant, ad primam quoque secundamque personam referuntur. Xenoph. Mem. II, Οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, *Sic amicos tuos instituis*, ubi ἑαυτῆς pro σοὺς vel σοῦ usurpatur. Isocrates in Busiride, Μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἑαυτοῦ, *Nihil ostendens rerum mearum:* ubi frustra nonnulli reponunt ἐμαυτοῦ [39].

phanis Plut. 33 Τὸν ἘΜΟ'Ν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον. Vbi ἐμὸν positum existimatur pro ἐμοῦ. Z.

38 Imo Genitivum singularem refert Ovidius ad pronomen significans pluralitatem, ep. V, Heroid. *Et flesti, et NOSTROS vidisti FLENTIS ocellos.* Pro *flentium*, vel, *meos flentes*.

39 Huc refer illud Lucae Euang. XIII, 34 Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους ΠΡΟ'Σ ΑΥΤΗ'Ν, *Ierusalem, Ierusalem, quae pro-*

VIII. Pronomen αὐτὸς, cum nomine ἕκαστος, idem penitus est, quod ἕκαστος per se solum. Demosth. περὶ συμμορ. Ὅσα τὸ πρῶτον, inquit, αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ προςήκειν ἡγήσατο. *Quae sibi quisque primum expedire iudicabat.* Dicitur etiam una voce αὐτοέκαστος [40]. § 123.

IX. *Αὐτὸς* cum praepositivo articulo § 123. b. praecedente in omni casu et genere significat *idem:* nec vocem unicam Graeci habent, qua Latinam exprimant. Ergo ὁ αὐτὸς,

phetas obtruncas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt. [Plura huius rei exempla reperies apud Perizonium ad Aelian. V. H. I, 21. XII, 1. Observatt. Misc. Vol. III. pag. 142. Vorstium Philol. P. II, cap. 26. Dorvillium ad Charit. pag. 159. Hos auctores laudat Cl. Fischer. Observatt. ad Weller. pag. 172. Z.] Hoc Idioma cum Latinis sit inusitatum; simile invenias tamen apud Ovid. Heroid. Ep. V, vs. 46.

Miscuimus lacrymas moestus uterque suas. Pro, *nostras.*

Huc pertinet merus Graecorum idiotismus, quo quis dicitur aliquid facere αὐτὸς καθ' αὑτὸν, vel αὐτὸς πρὸς αὑτὸν, nulla personarum ratione habita. Nam ut Plut. in Vit. Cic. pag. 880 *Αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἔπλευσε, Solus navigavit,* in tertia persona: ita Sophocl. Electr. vs. 281. in prima persona dicit:

'Εγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύςμορος κατὰ στέγας
Κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
Τὴν δυςτάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην
ΑΥΤΗ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ.

Pro πρὸς ἐμαυτήν.

Ego vero misera videns talia domi
Fleo, tabesco, ac deploro patris
Convivium illud, quod infelix dicitur,
Sola mecum.

[Sic inprimis apud Platonem occurrit αὐτὸς καθ' αὑτὸν, et dicitur in eo, qui sui est iuris, nec pendet a rebus externis. V. c. Phaed. cap. 10. mens humana, quae libera est a sensuum contagione, dicitur αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι. Ibidem occurrit αὐτὴ καθ' αὑτὴν εἰλικρινὴς ἡ διάνοια, h. e. *contemplatio veri pura et libera a perturbatione, quam sensus afferunt.* Cf. cap. 12. 14 etc. Z.]

40 Vide supra Cap. III, Sect. 11, Reg. 14. Atticismum putat H. Stephanus in dedicatione, quam libro de Dialect. Att. praefixit. At αὐθέκαστος, qui est, ὁ αὐτὸς παρὰ vel ἐν ἑκάστῳ, in malam partem accipitur, pro eo, qui est rigida natura, et neque bonis delectatur, neque malis contristatur alienis, et, nulla personarum, temporum, dignitatis aut casuum ratione habita, in omnibus eundem servat animum. Ita differentiam ostendit Dionys. Halic. ad Cn. Pomp. inter Herodotum et Thucydidem, illum vocans ἐπιεικῆ, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδόμενον, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦντα, id est, *lenem et alienis bonis gaudentem et malis contristatum;* hunc vero κατ' ἀντίθεσιν facit αὐθέκαστόν τινα καὶ πικρὸν, *rigidum et acerbum.* Adeoque αὐθέκαστος Latinis erit *durus, rigidus, acerbus, crudis moribus et austeris.* H.

idem, ἡ αὐτὴ, *eadem*, τὸ αὐτὸ, *idem*. Quae saepe coniunguntur cum dativo, ut ταυτό σοι πάσχω, *idem, quod tu, patior*, id est, *eodem modo affectus sum, quo tu* † [41].

X. Dativus uterque eiusdem pronominis eleganter ponitur subintellecta praepositione σὺν, ut, μέγα τι τῶν πολεμίων πλῆθος αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν, *magnam partem hostium cum ipsis armis cepit*: sic, αὐτοῖς ἀνδράσι, *cum ipsis viris*: αὐτῷ τῷ ἵππῳ κατεποντίσθη, *cum ipso equo demersus est.* [42]

† Xenoph. Mem. II, 1, 5 *Αἰσχρόν ἐστιν ἀνθρώπῳ ταυτὰ πάσχειν τοῖς ἀφρονεστάτοις τῶν θηρίων.* Ad hunc locum Ernestius ὁ πάνυ ita: *Τὸ αὐτό τινι πάσχειν eleganti Graecismo dicitur, cum idem plane, quod alter, patimur. αὐτός* [Immo ὁ αὐτός. *Herm.*] *τινι, qui alteri simillimus est, et ab eo nil differt.* Sic apud Lucian. in Tyrannicida: *κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν*, qui eadem plane ratione de civitate bene meritus est. Latini hoc genus dicendi saepissime imitati sunt, ut Heinsius ad Ovidium passim, multique alii demonstrarunt, quos laudant Drakenb. ad Sil. XV, 400 et Cortius ad Sallust. Catil. cap. 80. Z.

41 Dativus ille nonnunquam per ellipsin reticetur, et necessario subaudiendus est. Ita Plutarch. in Coni. Praec. pag. 144 *Πᾶσα γυνὴ, τοῦ λύχνου ἀρθέντος, ἩΑΥΤΉ ἐστιν.* Vbi intellige ταῖς τυχούσαις. *Omnis mulier, sublato lumine, cuilibet alii similis est.* Defectum istum paulo post supplet, cum ait: *Τὴν δὲ γαμετὴν δεῖ μάλιστα, τοῦ φωτὸς ἀρθέντος, εἶναι μὴ ΤΗ͂Ν ΑΥ'ΤΗ͂Ν ΤΑΙ͂Σ ΤΥΧΟΥ'ΣΑΙΣ ΓΥΝΑΙΞΙ͂Ν, Matronam vero decet tunc maxime, cum lumen sublatum est, non eandem esse alii cuivis.* Vbi etiam obiter observa, aor. β. partic. verbi τυγχάνω eundem usum habere apud Graecos, quem pronomen *quilibet* apud Latinos. Vide sis infra, Cap. VI, Sect. 4, Reg. 7. Hinc κατὰ ταυτὰ, *eodem modo*, etiam cum Dativo construitur adverbialiter. Paus. in Achaicis pag. 410. prope finem: *Καλοῦνται οὐ πατρόθεν οἱ Ῥωμαῖοι ΚΑΤΑ῍ ΤΑΥΤΑ῍ ἝΛΛΗΣΙΝ, Non a patribus accepto nomine appellantur Romani ritu Graecorum*: vel, *eodem modo, quo Graeci.* Sensus est: *Romani non ea duntaxat denominatione, quae ab adiecto patris nomine ducitur, sunt contenti, quemadmodum Graeci.* Sic apud Lucianum in Alexandro, pag. 530. ubi sermo est de draconibus mansuetis adeo, ὥστε *καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς ΚΑΤΑ῍ ΤΑΥΤΑ῍ ΤΟΙ͂Σ ΒΡΕ΄ΦΕΣΙΝ, Vt etiam lac sugant e mamma more infantium.* Pro eodem et absolute dici potest τὸ αὐτό. Plutarch. Apophth. de Oronte: *Καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, ΤΟ῍ ΑΥ'ΤΟ῍ καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι, νῦν δὲ τοὐλάχιστον*, i. e. *Quemadmodum arithmeticorum digiti nunc decem millia, nunc unitatem repraesentare possunt, ita (ait) etiam regis amicos, nunc omnia posse, nunc minimum.*

42 Haec pertinent ad doctrinam de praepositione σὺν, quae non tantum cum pronomine αὐ-

XI. Interdum substantivum aliquod intelligitur, quod eidem pronomini respondeat. Cuiusmodi autem illud esse debeat, ex adiuncto verbo coniiciendum est. Sic apud Synesium, ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτεῖσθαι, *eiusdem mensae cibis uti:* subauditur enim τραπέζης.

XII. Idem pronomen in compositione vocem unicam efficiens usum elegantem habet, cuius aliquot haec exempla sunto: αὐτεπάγγελτος, id est, *qui sponte, nec vocatus, operam commodat suam:* qui etiam αὐθαίρετος, et αὐτοκέλευστος [43] dicitur: at αὐτοκέλευθος, *qui se ipsum in viam dat.* Aliquando αὐτεπάγγελτος cum participio ἐθέλων (*volens*) coniungitur. Demosth. pro Corona Ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθέλοντας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ: id est, *Vt Philippo sponte Graecorum libertatem proderent.* Αὔτανδρος idem quod αὐτοῖς ἀνδράσι, ut, ἡ ναῦς αὔτανδρος κατεποντίσθη, *navis cum ipsis hominibus submersa est* [44]: quod etiam dicitur αὐτανδρὶ adverbialiter. Sic αὐτόφορτος, *cum ipsis etiam oneribus*, ut, ἵππος αὐτόφορτος κατεκρημνίσθη, *equus cum clitellis et oneribus praeceps actus est.* Αὐτεξούσιος, *qui sui iuris est* [45]; unde τὸ αὐτεξούσιον *liberum* est *arbitrium*, quo quis sui dominus

τὸς, sed etiam cum aliis nominibus ἐλλείπει. Vide infra ad Cap. IX, Sect. 5, Reg. 13. Ellipsin supplet Homerus Iliad. *Ι*, vs. 194

— Ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεὺς
ΑΥ'ΤΗ͂Ι ΣΥ'Ν ΦΟ'ΡΜΙΓΓΙ,
— — Attonitusque exsurgit Achilles
Vna cum cithara. —

Et Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, p. 46, lin. 40 Ὁ δὲ νεανίας ἐκεῖνος εἵπετο τῷ λοχαγῷ ΣΥ'Ν ΑΥ'ΤΩ͂Ι τῷ θώρακι, *At adolescens ille cohortis ductorem sequebatur una cum lorica*, i. e. *ita ut erat loricatus.*

43 Apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 475.

44 Exemplum habet Plutarch. παραλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ. pag. 306 Χάσμα μεθ' ὕδατος γενόμενον πολλὰς οἰκίας ΑΥ'ΤΑ'ΝΔΡΟΥΣ εἰς τὸν βυθὸν εἵλκυσεν, *Terrae hiatus cum illuvie ortus multas domos una cum hominibus in profundum traxit.* Eodem modo hoc Pronomen etiam cum aliis Nominibus componi potest, ut δένδρα αὐτόκλαδα, *Arbores una cum ramis.* Lucian. Ver. Hist. lib. I, ubi vergit ad finem: Ἐκωπηλάτουν κυπαρίσσοις ΑΥ'ΤΟΚΛΑ'ΔΟΙΣ καὶ ΑΥ'ΤΟΚΟ'ΜΟΙΣ, *Remigabant cypressis, ita ut erant ramosae et frondosae.*

45 Non differt ab hoc αὐτοκέφαλος, nisi quod hoc vocabulum sit Ecclesiasticum: et αὐτοκέφαλος dicebatur *Archiepiscopus*, qui praeerat Ecclesiae, quae nullam aliam superiorem agnoscebat, unde penderet, sed sui plane iuris erat. vid. Meurs. Gloss. Graecobarb.

est. *Αὐτήκοος, testis auritus, αὐτόπτης, testis oculatus* [46]: unde *αὐτοψία*, et adverbium *αὐτοψεί*. *Αὐτόμολος, transfuga; vel qui sponte advenit. Αὐτονόμος, αὐτοτελὴς*, et *αὐτόδικος* dicitur, *qui ne depend, ni releve de personne. Αὐθόδιος, qui omnino recens ab itinere aliquid agit*, ut, *αὐθόδιος τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλε, statim ab itinere impetum in hostes fecit. Αὐτόκλητος* proprie *de parasito* dicitur *qui non vocatus in alienam se mensam intrudit. Αὐτοδίδακτος, qui per se, ac nullius opera doctrinam consecutus est.* [*Αὐτουργὸς, qui ipse opus facit, sine servis*, Palaeph. Fab. III. Z.] *Αὐτοφόνος, αὐτοθάνατος, αὐτοκτόνος*, et *αὐτόχειρ* [47], *qui se ipse occidit: αὐτόχειρ* tamen, et *αὐτοθάνατος, qui alium etiam sua manu interfecit* [48]. *Αὐτοπρόςωπος, qui per se et coram aliquid agit, nemine prorsus interposito.* § 124. Adiungenda sunt etiam adverbia tria: *αὐτόχρημα*, id est, *reipsa, plane, omnino* [49]; *αὐτοβοεὶ, primo impetu, du premier*

46 Vide Plut. libro cit. p. 310 Ὁ δὲ *Κυάνιππος ἀνελπίστου πράγματος ΑΥ'ΤΟ'ΠΤΗΣ γενόμενος ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν, Cyanippus vero rem insperatam suis oculis adspiciens se ipse interemit.*

47 Ex his *αὐτόχειρ* etiam generalius dicitur is, qui aliquid suis manibus, sive propria arte, facit. Ita apud Aristoph. in Avib. vs. 1135. roganti cuidam, quis talem urbem condiderit, respondetur:

> Ὄρνιθες, οὐδεὶς ἄλλος, οὐκ Αἰγύπτιος
> Πλινθοφόρος, οὐ λιθουργὸς, οὐ τέκτων παρῆν,
> Ἀλλ' ΑΥ'ΤΟ'ΧΕΙΡΕΣ, —

Aves, nemo alius, non Aegyptius laterum baiulus, non lapicida, non faber aderat, sed ipsae propria arte.

48 Exemplum exhibet Sophocles, Electr. 958

> Ὅπως τὸν ΑΥ'ΤΟ'ΧΕΙΡΑ πατρῴου φόνου
> Ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσῃς κτανεῖν,

Vt auctorem paternae necis una cum sorore non dubites occidere. Vbi etiam Genitivum post se habet. Et vs. 1022

> Ἀλλ' ΑΥ'ΤΟ'ΧΕΙΡΙ' μοι μόνῃ τε δραστέον,

Sed propriis manibus solique mihi faciendum, scilicet *Aegisthus interficiendus.* Potest etiam per adverbium efferri, ut in illo Callimachi Epigr. 21

> — Βασιλὼ κάτθανε παρθενικὴ ΑΥ'ΤΟΧΕΡΙ', —

Basilo virgo sibi ipsi mortem conscivit. De eo, qui alium manu sua interimit, Eutropii Metaphrastes lib. IX, cap. 20 *Τὸν Ἄπρον ΑΥ'ΤΟΧΕΙΡΙ' διεχρήσατο, Aprum propria manu occidit.* Hinc substantivum *αὐτοχειρία, caedes, quam quis propriis manibus conficit*, occurrit apud Dem. in Neaeram, pag. 518 Ἔκτεινεν Ἀπολλόδωρος τὴν γυναῖκα ΑΥ'ΤΟ'ΧΕΙΡΙ'Αι, *Interemit Apollodorus mulierem propriis manibus.*

49 Aristides pro Quatuorviris, pag. 360 *ΑΥ'ΤΟ'ΧΡΗΜΑ διάκονος, Revera minister.*

assaut, quasi *clamore ipso*, ut, αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν εἷλεν, *urbem primo impetu cepit*[50]; αὐτόθεν, id est, *per se*, vel *e re nata*, ut, αὐτόθεν ἄρα τὸ πρᾶγμα φθέγγεται φωνὴν ἀφιὲν, *res per sese loquitur*. De quo in Adverbio pluribus.[51]

50 Thucyd. lib. II, cap. 81 Ἐνόμισαν καὶ ΑΥΤΟΒΟΕΙ ἂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, *Existimarunt*, se *urbem vel ipso clamore*, seu *primo impetu capturos*. Scholiastes explicat, βοῇ μόνῃ χρησάμενοι. Moeris de vocib. Atticis: Αὐτοβοεί· Ἀττικῶς. Παραχρῆμα· Ἑλληνικῶς.

51 Cap. VI, Sect. 5, Reg. 1, 2, 3. Sunt et alia multa, cum quibus hoc pronomen compositum non inelegantem sensum efficit, quae hic recensere longum est. Vnum tamen alterumve animi causa addam. Αὐθημερὸν, *Eodem die*. Exempla crebra. Aeschin. in Timarch. pag. 173 Παραδοθεὶς δὲ τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθημερὸν, *Traditus autem undecimviris moriatur eodem die*. Pro eodem dicunt Poetae Αὐτῆμαρ. § 125.

Αὐτερέτης non tam dicitur *remex ipse*, quam *is*, *qui remigis partes agit*. Sic de militibus armatis, Pachete duce, Mitylenen navigantibus, ait Thucyd. lib. III, cap. 18 Οἱ δὲ ΑΥΤΕΡΕΤΑΙ πλεύσαντες τῶν νεῶν etc. *Illi autem remigum in navibus vice fungentes*.

Apud Philosophos artificialiter compositum notat ideam eius rei, cum qua componitur. Sic v. c. Platoni differunt ἄνθρωπος et αὐτοάνθρωπος, *Homo* et *ipse homo*, sive, *Homo ex materia et forma constans*, et *Hominis idea*. Repugnat Aristoteles lib. I, Eth. c. 6 Ἔν τε ΑΥΤΟΑΝΘΡΩΠΩι καὶ ἈΝΘΡΩΠΩι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου, *In ipso homine et homine eadem est ratio et definitio hominis*, *quatenus homo*, *nihil differunt*. Simili modo secum componitur, sive geminatur Pronomen αὐτοτοαυτὸ, *Ipsum illum ipsum*. apud Plat. in Alcib. I.

Denique componitur cum nominibus propriis, et Latine redditur *alter*. V. g. si quem Latini ob poesin laudant, inquiunt: *Alter Homerus*, *Alter Virgilius*. Graece Αὐθόμηρος, Αὐτοβιργίλιος. Lucian. Timon. philosophi describens habitum, promissam barbam, austerum vultum, magnum eum quid murmurantem vocat Αὐτοβορέαν, *Ipsum Boream*, vel *Alterum Boream*.

Notanda nova loquendi forma, qua utitur B. Ioannes cap. XV, 5 pronomen αὐτὸς adhibens pro relativo ὅς. Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ΑΥΤΩι, οὗτος φέρει καρπὸν πολὺν, pro καὶ ἐν ᾧ ἐγὼ μένω, *Qui manet in me*, *et in quo ego maneo*, *hic fert multum fructum*. Sic Apocal. II, 18 Τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες ΑΥΤΟΥ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ. Pro, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, vel οὗ οἱ πόδες. *Haec dicit filius Dei*, *Qui habet oculos ut flammam ignis*, *et cuius pedes sunt similes chalcolibano*. Et cap. XVII, 2 Δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων πολλῶν, μεθ' ἧς ἐπόρνευσαντο βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας ΑΥΤΗΣ, οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν, *Ostendam tibi sup-*

XIII. Creberrimum est, maxime apud Demosthenem, ut ὅτι post τοῦτο consequatur; quae dictio Latinis barbara

plicium meretricis illius magnae, quae sedet super aquis multis, cum qua scortati sunt reges terrae, et cuius scortationis vino inebriati sunt, qui terram incolunt. Confer. Epist. ad Corinth. prior. Cap. VIII, 6 Ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἘΞ ΟΥ͂ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ΕἸΣ ΑΥ̓ΤῸΝ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ΔΙ' ΟΥ͂ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ΔΙ' ΑΥ̓ΤΟΥ͂, *At nobis unus est Deus Pater, a quo omnia, et nos in ipso: et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.* Pro εἰς ὃν et δι' οὗ. Vtimur autem hac locutione, quando ὃς referri debet ad duo Verba, diversos casus exigentia, ut apud Plat. lib. III, de Rep. pag. 395, lin. 34 Οὐ δὴ ἐπιτρέψομεν, ὯΝ φαμεν κήδεσθαι, καὶ δεῖν ΑΥ̓ΤΟῪΣ ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, γυναῖκα μιμεῖσθαι, *Quare non permittemus, eos, quorum nos cura tangi dicimus, et quos oportere viros evadere bonos, mulierem imitari.* Pro καὶ οὓς δεῖν· nisi ante δεῖν repetendum οὓς, et αὐτοὺς reddendum *ipsosmet.* Sed prius videtur verius.

Nunc de huius pronominis abundantia et defectu pauca dicenda. Abundat, et praecipue in dandi casu, vel quando absque ulla necessitate repetitur, ut in Euang. Matth. cap. VIII, 24 Καὶ ἐμβάντι ΑΥ̓ΤΩ͂Ι εἰς τὸ πλοῖον ἠκολούθησαν ΑΥ̓ΤΩ͂Ι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, *Ingressumque illum in navim secuti sunt sui discipuli.* Sic vers. 1 et Luc. XIX, 26. Vel post aliud nomen vel pronomen, vid. Xenoph. Instit. lib. II, pag. 51 Ὁ Θεὸς οὕτω πως ἐποίησε· ΤΟΙ͂Σ μὴ ΘΕΛΟΥ͂ΣΙΝ ἑαυτοῖς προστάττειν ἐκπονεῖν τἀγαθὰ, ἄλλους ΑΥ̓ΤΟΙ͂Σ ἐπιτακτῆρας δίδωσι, *Ita fere agit Deus: iis, qui sibi nolunt laborem imperare ad res bonas elaborandas, dat alios, qui iisdem imperent.* Confer. Matth. IV, 16. VIII, 5. IX, 27. V, 40. Ioan. XV, 2 et XVIII, 11. Eodem modo abundat reciprocum, ut notat Sylburgius ad Paus. in Phoc. pag. 660 Τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα ἐν ἁπάσῃ ΟἹ τίθεται τῇ ποιήσει, *Achillis vero filium per omne suum opus Neoptolemum nominat.* Sic plur. σφίσι apud eundem in Corinth. pag. 90 Ὧν ὀνόματα μὲν ΣΦΙΣΙ Μέρμερος καὶ Φέρης, *Quorum quidem nomina Mermerus et Pheres.* Act. Apost. VII, 21. Pausaniae similior locus in Apocal. Ioann. cap. VII, 9 Ὄχλος πολὺς, ὋΝ ἀριθμῆσαι ΑΥ̓ΤῸΝ οὐδεὶς ἠδύνατο, *Turba multa, quam nemo poterat numerare.* § 126. Nec hoc Latinis negatum: ita enim Cic. pro Lege Manil. cap. 14. *Signa et tabulas, caeteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae caeteri tollenda esse arbitrantur, EA sibi ille ne visenda quidem existimavit.*

Pronomen αὐτὸς desideratur tunc, cum nomen praecedens refertur ad duo verba, diversos casus exigentia. Isocrat. Panegyr. pag. 98 Ὁρῶσα δὲ . . . . τῶν λόγων τῶν καλῶς ἐχόντων οὐ μετὸν τοῖς φαύλοις, ἀλλὰ (subaudi αὐτοὺς, et refer ad superius λόγων) ψυχῆς εὐφρονούσης ἔργον ὄντας, *Videns autem, orationum pulchrarum et artificiosarum stupidos non esse participes, sed eas prudentis animi opus esse.* In cuiusmodi occasione pronomen Latini addunt, Graeci respuunt.

videtur, v. c. *nostis quippe, nostis, me vivo, frustra illum furere*, ἴστε γὰρ δήπου, ἴστε τοῦθ', ὅτι μάτην, ἐμοῦ γε ζῶντος, μαίνεται οὑτοσὶ, verbatim, *nostis hoc, quod frustra*; quae locutio a Latinis auribus repudiaretur. Demosth. Olynth. I. Οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολλάκις ὑμεῖς, οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας, ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, *Equidem non sum nescius, Athenienses, vos saepenumero, non malorum auctoribus, sed iis, qui de rebus postremi dixerint, succensere solitos.* Interdum vero inter τοῦτο et ὅτι aliquid interponitur. Idem Philipp. I. Ἀλλ' οἶδε τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία, ἆθλα τοῦ πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ· *At ille nimirum probe norat, loca haec omnia, tanquam belli praemia, in medio posita esse* [52].

52 Interdum ὅτι praecedit. Sic Aristoph. in Avib. vs. 1176.

— *Οὐκ ἴσμεν, ὍΤΙ δ' εἶχε πτερὰ,*
ΤΟΥ͂Τ' ἴσμεν,

Nescimus, quod autem haberet alas, Hoc scimus. Aliquando ὅτι membrum claudit, ut ibidem vs. 1408.

Ἀλλ' οὖν ἔγωγ' οὐ παύσομαι,
ΤΟΥ͂Τ' ἼΣΘ' ὍΤΙ,

Sed ego non cessabo, hoc scias velim. Quae verba sic ordinare potes: Ἀλλ' οὖν τοῦτ' ἴσθ', ὅτι ἔγωγ' οὐ παύσομαι. Est et alia loquendi forma, qua Articulus neutrius generis τὸ praefigitur, et cum sequente Pronomine τοῦτο, mutato verborum ordine, plane evanescunt. Ita pro eo, quod habet Auctor in priori exemplo, Ἴστε γὰρ δήπου etc. Graece quoque dicitur: Τὸ γὰρ δήπου, ὍΤΙ vel ὩΣ μάτην, ἐμοῦ γε ζῶντος, μαίνεται οὑτοσὶ, ΤΟΥ͂Τ' ἴστε. Exemplum habet Aeschin. Socr. Dial. de Virtute: Τὸ δὲ, ὩΣ Κλεόφαντος, τοῦ Θεμιστοκλέους υἱὸς, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο, ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν σοφὸς, ΤΟΥ͂ΤΟ ἤδη ἤκουσας; Ad verbum ita: *Id quod Cleophantus, Themistoclis filius, evaserit vir bonus et peritus rerum earum, quarum pater ipsius, hoccine iam audivisti?* Aufer prius illud τὸ et posterius τοῦτο, et plana erunt omnia, ita ordinata: Ἤδη ἤκουσας, ὡς Κλεόφαντος ἐγένετο ἀνὴρ ἀγαθός; *Audistin' iam, Cleophantum virum bonum evasisse?* Mihi videtur Demosthenes illud τοῦτο ut novae attentionis indicem adhibuisse, q. d. Καὶ τοῦτο σκεπτέον ἐστί. Locus extat p. mihi 330 prop. fin. Neque plane est dissimile illud, quod apud Latinos pronomen *id* absolute ponitur, sequente relativo *quod.* Ita Corn. Nepos in vita Alcibiadis cap. 6 *Illum unum omnes prosequebantur, et, ID QVOD nunquam ante usu venerat, nisi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur.* Eodem modo Virgil. Eclog. III, vs. 35

Verum, ID QVOD multo tute ipse fatebere maius,
Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam
Fagina. —

Addantur verba Ciceronis in Orat.

XIV. Insignius etiam est, quod sequitur, τοῦτο eleganter aliquando παρέλκειν, id est, *abundare;* unde obscuritatis aliquid suboriri videatur. Demosth. pro Coron. *Καί τοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, Enimvero etiam hoc, Athenienses, equidem convicium hoc ab accusatione differre arbitror;* ubi sane τοῦτο solius ornamenti causa positum est. Nisi dicamus, ἐλλειπτικὸν esse, pro eo ac vulgo diceretur, *Il y a encor' ceci, que je crois*, etc. sed prior sensus facilior est[53].

II in Catil. cap. 8 *Quod si maturius facere voluissent, neque, ID QVOD stultissimum est, certare cum usuris.* Habetque hoc in primis tunc locum, cum praemissis levioribus ad graviora transitur.

53 Aliquando tamen Pronomen οὗτος in omni genere, numero et casu abundat, et praecedens verbum repetitur; si abundare recte ex vulgari consuetudine dicimus, quando additur ad explicandam alioquin intricatiorem sententiam, quod praecipue fit, interiecta alia periodo, quae commode parenthesi includitur. Sic Herodot. Erat. cap. 52 Ἀριστοδήμῳ *ΤΕΚΕΙ͂Ν ΤΗ͂Ν ΓΥΝΑΙ͂ΚΑ, τῇ ὄνομα εἶναι Ἀργείην, θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκεος· ΤΑΥ͂ΤΗΝ δὲ ΤΕΚΕΙ͂Ν δίδυμα, Aristodemo uxorem, quae nominabatur Argiva (hanc aiunt fuisse filiam Autesionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Thersandri, qui Polynicis filius) peperisse geminos.* Pergenti in lectione ibidem alterum paulo post exemplum occurrit. Simile illud Terentianum Heaut.

— Sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, etiam amplius,
Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est.
EVM ego hinc eieci miserum iniustitia mea.

Adde Cic. pro Mil. cap. 26 *Quamquam quis hoc credat, CN. POMPEIVM, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicae peritissimum, cum senatus ei commiserit, ut videret, ne quid respublica detrimenti caperet, (quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis) HVNC exercitu, HVNC delectu dato, iudicium exspectaturum fuisse in eius consiliis vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret?* At παρέλκει aliquando Pronomen, ubi, ipso absente, minime tamen intricatus, sed simplicissimus fuisset verborum sensus: ita tamen, ut non raro emphasin habeat. Ita ἐμφατικῶς Herodot. Erat. cap. 58 *Φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον τῶν βασιλέων, ΤΟΥ͂ΤΟΝ δὴ γενέσθαι ἄριστον, Dicentes, eum semper, qui ex regibus ultimus decesserat, fuisse optimum.* Vbi adiecta particula δὴ ἐμφάσεως notam satis insignem infert. Sine δὴ emphatico: Lucian. Macrob. pag. 828 *Κλεάνθης δὲ, Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐννενήκοντα ΟΥ͂ΤΟΣ γεγονὼς ἔτη* etc. *Cleanthes vero, Zenonis discipulus et successor, novem et nonaginta annos natus* etc. Latini pro δὴ habent *demum* vel

XV. Aliquando, sed rarius (quod ideo parce imitandum) pronomen, ac praesertim οὗτος, loco movetur suo,

vero. Sallustius B. C. cap. 1 *Quasi iniuriam facere, ID DEMVM esset, imperio uti.* Et cap. 58 *In fuga salutem sperare, cum arma, quis corpus tegitur, ab hostibus averteris, EA VERO dementia est.* Crescit emphasis, quando repetitur pronomen, et post articulum cum suo participio bis occurrit; ut in epistola B. Iacobi, cap. I, 25 Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, ΟΥΤΟΣ οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, ΟΥΤΟΣ μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται, *Qui vero introspexerit in perfectam illam legem libertatis, et in ea permanserit, hic non auditor obliviosus, sed effector operis, hic* [inquam] *beatus erit in opere suo praestando*, q. d. *hic vero, hic.* Aliquando non quidem pronomen οὗτος, sed ipsum nomen repetitur. Fit hoc, ubi sensus longior, et propter incidentem parenthesin et casus enallagen intricatior est. Ita Pausanias in Laconicis, pag. 162, lin. 27 ΠΟΛΥΔΩΡΟΝ εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρτῃ, — (οὔτε γὰρ ἔργον βίαιον, οὔτε ὑβριστικὸν λόγον παρείχετο εἰς οὐδένα et caetera.) ἔχοντος δὲ ἤδη Πολυδώρου λαμπρὸν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὄνομα, Πολέμαρχος οἰκίας ἐν Λακεδαίμονι ἀνὴρ οὐκ ἀδόξου, θρασύτερος δὲ, ὡς ἐδήλωσε, γνώμην, φονεύει τὸν Πολύδωρον, *Polydorum spectatae virtutis Lacedaemone virum (neque enim in quemquam violentus aut contumeliosus fuit) insigne per cunctam Graeciam nomen adeptum, Polemarchus, non obscuro Lacedaemone genere natus, sed ingenio, ut ipse se aperuit, audaciore, occidit.* Vbi nomen Πολύδωρον, quod initio invenitur, in fine repetitur. Verba Pausaniae ita ἀναλόγως restitue: Πολύδωρον εὐ. ἐ. Σ. (οὔ. γ. ἔ. β. οὔ. ὑ. λ. π. ε. οὐ.) ἔχοντα δὲ ἤδη λ. ἀ. π. τ. Ἑ. ὄ. Πολέμαρχος οἰ. ἐ. Λ. ἀ. οὐ. ἀ. θ. δ. ὡ. ἐ. γ. φονεύει. Simile exemplum quaere apud Arrianum de Exp. Alex. lib. II, cap. 10. Verba longiora, quam ut hic citentur. Nec unum tantum, sed et duo nomina repetit Aelian. V. H. lib. VIII, cap. 9. ἈΡΧΕΛΑΟΝ, τὸν Μακεδονίας τύραννον (οὕτω γὰρ καὶ Πλάτων αὐτὸν ὀνομάζει καὶ οὐ βασιλέα) τὰ παιδικὰ αὐτοῦ ΚΡΑΤΕΥΑΣ ἐρασθεὶς τῆς τυραννίδος, οὐδὲν ἧττον ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν ἠράσθη, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν, ὁ ΚΡΑΤΕΥΑΣ ἈΡΧΕΛΑΟΝ, *Archelaum Macedoniae tyrannum (ita enim Plato eum vocat, non regem) Crateuas suus amasius, qui non minus imperii, quam ille amasii, tenebatur desiderio, occidit.*

Est et ubi repetitum illud pronomen cum nomine praecedenti, ad quod refertur, casu non convenit. Paus. in Laconicis, pag. 185, lin. 10 ΤΑΣ δὲ ἄλλας ἕνδεκα, ἃς καὶ αὐτὰς Διονυσιάδας ὀνομάζουσι, ΤΑΥΤΑΙΣ δρόμον προτιθέασι ἀγῶνα, *Aliis vero undecim mulieribus, quas et ipsas Dionysiades vocant, certamen cursus proponunt.* Vbi ταύταις in dandi casu non convenit cum praecedenti τὰς ἄλλας. Nisi mavis, accusativum τὰς ἄλλας absolute esse positum, et vertendum, *quod ad caeteras attinet;* de qua ἰδιολογίᾳ vide quae supra de accusativo diximus, ad Cap. III, Sect. 1, in fine. Quidquid id est, intelligendum potius,

cum aliqua orationis obscuritate. Plato in Apolog. Socrat. non longe ab initio, *Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν δια-*

quam temere imitandum, tirones moneo. Pro pronomine hoc modo etiam articulo praepositivo utuntur Poetae. vid. Hom. Iliad. *E*, vs. 79.

Pronominis abundantiae non abs re fuerit subiungere eiusdem defectum, qui frequens nec inelegans est post praepositiones, quae sequentem habent particulam *δὲ*, et in versione adverbialiter redduntur. Sunt hae praepositiones frequentiores, *μετὰ*, *πρὸς*, *ἐπὶ*, *ἐν*, *σὺν*. Sic *μετὰ δὲ* sc. *τοῦτο* vel *ταῦτα*. Priorum trium exempla tantum non ubivis occurrunt. *Ἐν δὲ*, suppresso ablativo, ad superiora referendo, reddendum est fere, *in his*, eo sensu, quo v. c. dicitur: *Decem praetores creati sunt: in iis Milliades.* Graece: *Δέκα στρατηγοὺς εἵλοντο, ἘΝ ΔΈ δὴ τὸν Μιλτιάδην.* Nostro idiomate, *onder anderen.* Sequitur tum fere particula *δὴ* vel *καί*. Ita Herodot. Terps. cap. 95 *Πολεμεόντων δέ σφεων, καὶ ἄλλα πολλὰ παντοῖα ἐγένετο τῇσι μάχῃσι· ἘΝ ΔΈ ΔΉ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει* etc. *His inter se bellantibus, tum multa et varia in pugna acciderunt, tum Alcaeus poeta, commisso praelio, et Atheniensibus vincentibus, ipse quidem fuga sese eripit* etc. q. d. *Ἐν δὲ τούτοις καὶ τόδε ἐγένετο.* Adi eundem in Erat. cap. 86 *Ὡς γὰρ δὴ ἀνὰ πᾶσαν μὲν ἄλλην Ἑλλάδα, ἘΝ ΔΈ ΚΑΊ περὶ Ἰωνίην τῆς σῆς δικαιοσύνης ἦν λόγος πολλὸς, Nam cum et per universam caeteram Graeciam, et IN HAC per Ioniam etiam magna tuae iustitiae esset fama.* Vbi post *ἐν δὲ* intellige *ταύτῃ*, sc. *Ἑλλάδι*. Nam inter Graecos Ionas quoque fuisse recensitos, vel ipsum hoc loquendi genus evincit. Vtrumque *δὴ* et *καὶ* iterum apud eundem in Polymn. cap. penult. *Δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἘΝ ΔΈ ΔΉ ΚΑΊ ΤΩ͂ΙΔΕ οὐκ ἥκιστα γέγονε, Comperta mihi sunt tum multis aliis indiciis, tum praecipue hoc.* Ablativum Pronominis addit Lucian. de Parasit. *ἘΝ ΔΈ ΔΉ ΤΟΎΤΟΙΣ φιλοσόφους τινὰς, in his Philosophos quosdam.* Et Mort. Dial. Tom. I, ed. Amstel. pag. 438, lin. 63 *Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν, ἘΝ ΑΥ̓ΤΟΙ͂Σ Δ' ἐπίσημοι, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος, ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης, ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ Ὀροίτης Ἀρμένιος, Et alii quidem multi nobiscum una descendebant, et in iis illustres, Ismenodorus ille dives noster, et Arsaces Mediae praefectus, et Oroetes Armenius.* Suppletur et per relativum *οἷ*, ut apud Latinos *in quibus*; ut in Act. Apost. XVII, 34 *Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ ἐπίστευσαν, ἘΝ ΟἿΣ καὶ Διονύσιος, Nonnulli vero adhaerentes ei crediderunt, in quibus et Dionysius.*

Saepe particula *καὶ* vicem explet particulae *δὲ*, ut apud Eutropii Metaphrast. lib. V, cap. 6 *Καὶ πίπτουσι δεκαπέντε χιλιάδες, ΚΑΊ ΠΡῸΣ Διογένης, ὁ Ἀρχελάου παῖς, Et quindecim millia ceciderunt, et Diogenes insuper Archelai filius.* Adde Herodot. Polymn. cap. 154. Nonnunquam etiam Particula *τε*, ut apud Euripid. in Orest. vs. 621

βολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν οὑτωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ, ubi ordo esse debuisset, Ἐπιχειρ. ὑμ. ἐν οὑτωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ ταύτην ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, id est, *Conandum est, tam brevi tempore hanc vobis calumniam excutere, quae iamdiu vestris insedit animis.* Credo, Socrates μάλα ἀφελῶς, χύδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, id est, *simpliciter, ac sine cura ulla* dicere videri cupiebat. [54]

XVI. Neutrum plurale ταῦτα geminatum, sic tamen, ut inter utrumque μὲν δὴ inseratur, significat idem quod Latini dicunt, *Ac de his hactenus*, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, cum aliqua disputatio, vel pars orationis paulo longior concluditur [55]. Exempla passim apud Demosthen. et alios, ac praesertim Historicos, et Oratores occurrent.

Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω ΤΕ ΠΡΟΣ,

Menelae, tibi haec dico, et faciam insuper, i. e. καὶ πρὸς τῷ λέγειν δράσω.

At σὺν δὲ pro καὶ ἅμα magis Poeticum est. Vtitur Theognis vs. 724

— Ὅταν δέ κε τῶνδ' ἀφίκηται Ὥρη, ΣΥΝ Δ' ἥβη γίγνεται ἁρμόδιος,

Quando vero illorum venerit tempus, et simul pubertas fuerit congrua. Et quemadmodum apud oratores et historicos pro δὲ, καὶ, ita apud Poetas particula τὲ reponitur. Ita Orpheus Hymn.

Ὠκεανόν τε μέγαν, ΣΥΝ Τ' Ὠκεανοῖο θύγατρας,

Oceanumque magnum, simulque Oceani filias. [Sic absolute, seu adverbialiter, saepe σὺν, i. e. *una, simul*, ponitur, modo sequente δὲ, modo τε: ut Nic. Theriac. 628. 650. 843. 853. 869. 881 etc. Z.] Similiter χωρὶς δὲ, pro χωρὶς δὲ τούτων. Vide sis Nostrum sub finem libri.

54 In huiusmodi occasione, quo longior periodus, eo obscuriorem reddit orationem pronomen οὗτος, quam longissime loco suo motum. Exemplum est in Act. Apost. I, 21 22 Δεῖ οὖν ΤΩΝ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἡμῖν ἈΝΔΡΩΝ ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ἕως τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα ΤΟΥΤΩΝ. Structura est: Δεῖ οὖν ἕνα τῶν ἀνδρῶν etc. *Oportet igitur unum horum virorum, qui nobiscum convenere omni tempore, quo ingressus est inter nos Dominus Iesus, exorsus a baptismo Ioannis ad eum usque diem, quo a nobis sursum est receptus, testem eius resurrectionis fieri nobiscum.* Nec a simili ratione omnino abhorrent Latini. Ita Pronomen *Is* longe a suo substantivo removet Nepos in Vit. Pelopidae, cap. 2. *Diem delegerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam EVM, quo maximi magistratus simul consueverant epulari.*

55 At καὶ ταῦτα solum in media periodo, sequente Participio, vertitur Latine, *Licet, Quamvis*, item *Praesertim.* §. 127. Exem-

plum apud Demosthenem obvium contra Phorm. prop. fin. *Θανάτῳ ζημιώσαντες εἰςαγγελθέντα ἐν τῷ δήμῳ, ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ πολίτην ὑμέτερον ὄντα, Capitis eum damnantes, delatum apud populum, idque cum*, vel, *quamvis civis vester esset.* Similiter apud Plat. in Gorg. pag. 508 *Σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προςέχειν τὸν νοῦν τούτοις, ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ σοφὸς ὤν, Tu vero mihi videris minus ad haec advertere animum*, (verbatim) et *haec sapiens.* Subauditur verbum *ποιεῖς*, ut sit integrum: *Et hoc tu facis, qui es sapiens.* Graecam consuetudinem sequuntur fere nostrates: *En dat, daar gy zoo wys zyt.* Ellipsin supplet Demosthenes pro Phorm. pag. 605. ubi, postquam Apollodoro exprobraverat mores dissolutos, quodque meretriciis amoribus deditus erat, addit: *ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ γυναῖκα ἔχων ΠΟΙΕΙΣ, Et haec facis, cum uxorem habeas.* In quibus *καὶ ταῦτα* etiam commode vertitur *praesertim*, quae versio longe potior in eiusdem Demosthenis verbis epistola III, prop. fin. *Πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχής; ᾧ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ πρὸς Ἀριστογείτονα ἐμαυτὸν ἐξετάζειν συμβαίνει, ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ἀπολωλότι πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα, Nam nonne sum infelix, cui ad caetera mala hoc quoque accedit, ut cum Aristogitone me comparem, praesertim perditum cum incolumi?* Vbi *καὶ ταῦτα* ita absolute ponitur, ut nusquam pendere videatur, more Latinis inaudito: caeteroquin et hi suum, *et haec, et ea*, adhibent, si quando cum praemissis casu conveniunt, ut apud Ciceronem in orat. III in Cat. c. 9 *Etenim cum esset ita responsum, caedes, incendia interitumque reip. comparari, ET EA a perditis civibus.* Rarissime *καὶ ταῦτα* periodum claudit. Ita Aristid. pro Quatuorviris pag. 504 *Περικλέους δὲ οὐκ ἐφείσω, τεθνηκότος ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ, Pericli vero non pepercisti, quamvis mortuo.* Diversus ab hoc Pronominis in media periodo post Coniunctionem *καὶ* usus est, quo eodem Genere, Numero et Casu ad praecedens Nomen refertur, tuncque nullo opus Participio, et vertitur, *Et quidem.* Herodot. Clio, pag. 147 *Οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια, ΚΑΙ ΟΥΤΟΙ κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν, Hi enim soli ex Ionibus non celebrant Apaturia, idque ob caedis patratae causam.* Idem, Erat. cap. 11 *Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΙΣΙ ὡς δρηπέτῃσι, In summo quoniam res nostrae versantur periculo, viri Iones, adeo ut vel liberi simus vel servi futuri, et quidem ut fugitivi.* Obiter observa particulae *γὰρ* singularem usum, de quo vide infra, ad Cap. VIII, Sect. 5, Reg. 4. Heliod. lib. VI, Aethiop. cap. 1 *Γυναικὸς, ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΣ νεκρᾶς, ὡς αὐτός φησι, εἴτις λέγει τοὔνομα, πέφρικε, Si quis mulieris, et quidem mortuae, nomen appellaverit, ut ipse dicit, horret.* Et lib. X, cap. 23 *Βασιλέα τὸν ἀφιγμένον ἐπιστάμενος, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ἀδελφοῦ παῖδα τοῦ ἐμοῦ, Cum scires, regem esse, qui venerat, et quidem fratris mei filium.*

Ad haec sex huius Pronominis usus observandi sunt.

Primus est, quo in neutro singulari significat universum illud Divinum opus, quod Graeci *κόσμον*, Latini *mundum* vocarunt, i. e. omne id, quod oculis est conspicuum, quodque Graeci *δεικτικῶς* vocarunt *τοῦτο.* Consule eruditissimorum Schotti et Gronovii animadversiones ad Pomp. Mel. init. Vbi insignis citatur

Platonis locus in Timaeo pag. 28, lin 15 Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο, ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, ΤΟΥ͂Θ' ἡμῖν ὠνομάσθω. Quod Cicero sic vertit: *Omne igitur coelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, HOC nobis nuncupatus sit.* § 128.

Secundus est, quo Graeci τοῦτο iungunt verbis, quae nominandi significationem habent: Latini Adverbio utuntur, *ita*, *sic*. E. g. *Τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο*, *Hoc enim vocabatur*, i. e. *Hoc ei fuit nomen.* Lucian. Ver. Hist. lib. I. Et in Conviv. *ΤΟΥ͂ΤΟ γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο*, *Sic enim morio vocabatur.* *Ὄνομα* cum praepositione κατὰ subaudit Cl. Bos, quem adi. Adde Aelian. V. H. lib. V, cap. 3 *Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους στήλας καλουμένας, πρινὴ κληθῆναι ΤΟΥ͂ΤΟ, φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτὰς*, *Aristoteles columnas, quae nunc Herculis dicuntur, antequam ita vocarentur, Briarei appellatas fuisse, ait.*

Tertius est, quod iungunt hoc pronomen in neutro genere cum substantivo cuiuscunque generis, ita tamen, ut verbum substantivum intercedat. V. c. *Τοῦτ' ἔστι σοφία*, *Hoc est sapientia.* Epict. cap. 31 *Πῶς οὖν ἔτι ΤΟΥ͂Τ' ἜΣΤΙΝ ἈΤΙΜΙ͂Α*; *Qui igitur haec est infamia?* Latinis hoc concessum non esse, cum Scioppio putat Vorstius. Dixit tamen Virgilius lib. Aen. III, vs. 173

Nec SOPOR ILLVD erat. —

Et Ovid. Her. ep. II, vs. 56

Debuit HOC meriti SVMMA fuisse mei.

Et ep. III, vs. 8

— *Quamvis HOC quoque CVLPA tua est.*

ut ex scriptis codd. dat Heinsius. Addatur Curt. lib. IX, cap. 10, §. 24. *Sive ILLVD TRIVMPHVS fuit.* Et Sulpicius Severus dial. de virtutib. monach. orient. p. m. 249. *sive ILLVD ERROR EST, ut ego sentio: sive haeresis, ut putatur.* Neque est, ut putemus, referendum esse pronomen ad ea nomina, quae exprimuntur, sed ad dictum, factum, vel quodlibet negotium, cui eaedem denominationes tribuuntur. Ita fit, ut nonnunquam genera dissentiant, ut apud Curt. VII, 1, 22 *Caeterum, etsi militis tui in agmine deficientis, et fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo aegri et vulnera curantis, aliqua VOX ASPERIOR esset accepta; merueramus fortibus factis, ut malles EA tempori nostro imputare, quam animo.* Vbi *ea* non potest referri ad *VOX*, sed ad ea, quae voce dicta sunt. Haec observatio diligentiam Vorstii effugit, qui verba Maronis citans cap. 27. de Lat. mer. susp. in fine: *Nec sopor illud erat*, putat, poetam fortasse propter versum id fecisse: cum leni mutatione admissa potuisset scribere: *Ne sopor ille fuit*, ut taceam, quo metro succurratur, soloecismum admittendum non esse. [Etsi concedimus, Pronomen, si est subiectum enunciationis, non semper genere convenire Substantivo, locum Attributi obtinenti: tamen ob consuetudinem vulgarem eleganter loquentium apud Latinos secus esse debet, adeo ut dicas *Haec est magna sapientia*; non, *Hoc est m. s.* Nam exempla pauca Poetarum, et aliorum, qui interdum Graecismum sequuntur, non imponunt regulam studioso elegantiae. Z.]

Quartus est, quo idem totam praemissam orationem ita involvit, ut Latini non nisi per periphrasin reddere queant. Ita apud Platonem lib. IV de Rep. p. 421 roganti

C A P V T V.

De Verbo.

S E C T I O I.

De Verbo Activo, Passivo, et Neutro.

REGVLA I.

Aliqvando vox activa significationis passivae est †. Quo in genere praecipua sunt, *ἁλίσκω*, sed fere tantum in praeterito perfecto *ἑάλωκα*, et Aorist. 2 *ἥλωιν*, vel *ἑάλων*, id est, *convictus sum, reus sum peractus*, unde

Socrati, num figulus, qui opulentus evasit, non sit futurus pigrior, quam ante fuit; concedit Adimantus, dicens *πολύ γε*: *et multo quidem pigrior erit*: mox subiungenti: *An igitur peior erit?* respondet alter, *Καὶ ΤΟΥΤΟ πολύ*. ubi *τοῦτο* involvit totum hoc, *κακίων γενήσεται*, q. d. *τοῦτο, ὃ νῦν δὴ ἔλεγες, τὸ κακίων γενήσεται*, ad hoc inquam, *multo peior erit.*

Quintus est, quo pro *ὁ δεῖνα* ponitur, indefinitam personam notans. Ita Antonin. *εἰς ἑαυτ.* lib. IV, cap. 6 *Ὅλως δ' ἐκεῖνο μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου καὶ σὺ, καὶ ΟΥΤΟΣ, τεθνήξεσθε*, *Omnino autem illud memento, intra brevissimum temporis spatium et te, et hunc, quisquis est, moriturum.*

Denique Ablativi hi, *οἷς, ταύτοις*, et *τούτῳ, τῷ*, in oratione sibi mutuo respondent. Vtriusque exemplum exhibet Demosth. in orat. pro Corona pag. 329 et 330 *ΟΙΣ γὰρ οὐκ ἐγράψατο τοῦ προβουλεύματος, ΤΟΥΤΟΙΣ, ἃ διώκει, συκοφαντῶν φανήσεται*, *In eo ipso, quod senatusconsultum non accusavit, constabit, cum in iis, quae accusat, esse calumniatorem.* *Καίτοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας ΤΟΥΤΩι διαφέρειν ἡγοῦμαι, ΤΩι τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ' ἔχειν, ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τὴν δὲ λοιδορίαν βλασφημίας*, *Enimvero etiam, Athenienses, equidem convicium hoc ab accusatione differre arbitror, quod accusatio complectitur crimina, quorum poenae legibus sunt constitutae, convicium vero maledicta.*

† Hanc enallagen Grammatici veteres tribuunt Atticis, et inprimis Thucydidi. Sic Scholiastes ad Thucydidis *φράσαι* pag. 200. ait, *ἀντὶ τοῦ φράζεσθαι· ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ ἐτέθη, ὃ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. καὶ τούτῳ τῷ ξυγγραφεῖ* (sc. Thucydidi) *ἐν χρήσει μάλιστα εὑρήσεις.* Conf. Hindenburg. ad Xenoph. Memor. II, 5, 5. Caeterum tenendum est, plerumque commode intelligi posse pronomen *ἑαυτόν.* vid. Lamb. Bosii Ellips. sub v. *ἑαυτόν.* Z. § 129.

ἁλῶναι τῆς τῶν δημοσίων κλοπῆς, *peculatus reum peractum esse.*[56]

II. *'Ανακάμπτειν* pro *ἀνακάμπτεσθαι*, id est, *reflecti.* Aristot. I. Metaph. *Τὰ δὲ εἰς ἄλληλα ἀνακάμπτει*, id est, *Haec vero in sese mutuo reflectuntur ac recidunt:* quo eodem modo usurpatur *ἐπανακάμπτειν*, et *ὑποκάμπτειν*, quod postremum tamen proprie est, *per ambages circumagi fallendi causa*, ut cum lepores crebris in orbem saltibus insequentes canes ludificantur.

III. *'Αναλαμβάνειν*, pro *ἀναλαμβάνεσθαι*, praesertim cum significat, *recreari ac refici.* Theophrast. lib. V *Ὅταν τὰ κακοτροφήσαντα ἀναλάβῃ πάλιν, καὶ εὐσθενήσῃ*, id est, *Vbi, quae alimenti penuria laborant, recreata ac confirmata fuerint;* quod longe crebrius cum accusativo in activa significatione dicitur *ἀναλαβεῖν* et *ἀναφέρειν ἑαυτὸν*, id est, *ῥᾴζειν*, *convalescere.*

IV. *'Ανταποδίδωμι*, pro *ἀνταποδίδομαι*, id est, *vicissim respondeo*, et quasi *respondeo in vicem alterius.* Plato in Phaedone, *Εἰ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα*, id est, *Nisi per mutuam generationem sequentia priorum in locum sufficerentur.* Sic *χάρις* dici potest *ἀνταποδοῦναι*, pro *ἀνταποδοθῆναι*, id est, *rependi beneficium.*[57]

V. *'Απαλλάττειν*, pro *ἀπαλλάττεσθαι*, *liberari*, seu *defungi:* idque per omnia tempora, tametsi rarius in Aorist. 2. Aristoteles Problem. Sect. 5 *Διὰ τί τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων κάμνει τε πολλάκις, καὶ ἀπαλλάττει ῥᾷον;* pro *ἀπαλ-*

56 Frequens huius verbi hic usus est, ubi de captivitate in bello sermo est; ut apud Arrian. lib. I, cap. 1, in fine: *Γυναῖκες δὲ, ὅσαι ξυνείποντο αὐτοῖς, 'ΕΑΛΩΣΑΝ πᾶσαι, καὶ τὰ παιδάρια, καὶ ἡ λεία πᾶσα 'ΕΑΛΩ, Mulieres, quotquot eos sequebantur, omnes captae sunt: pueri quoque et praeda omnis abducta.*

57 Vellem, Auctor exempla auctoritate confirmasset omnia. An *χάρις* recte dicatur *ἀνταποδοῦναι*, sine exemplo non facile affirmaverim, neque rem probant citata ex Platone verba, quae inveniuntur pag. 72, lin. 10. quia *τὰ ἕτερα* potest, et cur non dico? debet haberi accusativus a verbo activo *ἀνταποδιδοίη* rectus, cuius persona agens sequitur: est enim locus integer: *Εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὡςπερεὶ κύκλῳ περιϊόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις.* Structura est: *ἡ γένεσις ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις.* i. e. *Nam nisi quasi per mutuas vices, sive, successiones alia ex aliis nata, et veluti circulo commeantia, sufficeret, sed recta quaedam esset generatio.*

λάττεται, id est, *Quare quae melius temperata corpora sunt, et laborant saepius, et facilius morbis defunguntur?* [58] Sic ἀπηλλαχέναι τοῦ καθήκοντος, i. e. *officio defungi:* ἀπηλλαχέναι τῆς ἀρχῆς, *magistratu defunctum esse.* [59]

58 Plura praeter Aristotelis verba exempla suppeditat Budaeus pag. 318. [Sic saepenumero occurrit apud Hippocratem in Aphorismis, et alibi. Vid. Foesii Oeconom. Hipp. sub hac voce. Z.]

59 Ne ordinem alphabeticum conturbem, hic interserere, quam mox subiungere malo verba quaedam, quae simile quid patiuntur. Ac primum quidem αὔξω vel αὐξάνω, *augeo*, in passiva significatione frequens est pro *augeor, cresco.* Ita Clemens Alexandr. Admonit. ad Gent. pag. 30 Ἐπειδὴ δὲ ἤνθησεν ἡ τέχνη, ΗΥ"ΞΗΣΕΝ ἡ πλάνη, *Postquam vero floruit ars, auctus est error.* Confer Act. Apost. cap. VI, comm. 7, et cap. VII, comm. 17 ΗΥ"ΞΗΣΕΝ ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ, *Aucta est populi in Aegypto frequentia.* Et Euang. Luc. II, 40. Exempla tamen apud optimos auctores rariora. § 130.

Εἰςβάλλω etiam passive, vel, si mavis, neutraliter vertitur, pro *hostiliter invado.* Dinarch. contra Demosth. pag. 101 Τότε εἰς τὴν ἀπόρθητον νομιζομένην εἶναι Λακεδαιμονίων χώραν ΕΙ'ΣΕ'ΒΑΛΟΝ, *Tunc Lacedaemoniorum agrum, qui vastari non posse putabatur, invaserunt.* In qua significatione etiam usurpatur affine verbum ἐμβάλλω. Arrian. Exp. Al. lib. I, cap. 1 Ἐπὶ τοὺς Θρᾷκας ἘΝΕ'ΒΑΛΟΝ, *Thraces invaserunt.* Post εἰςβάλλω subaudit Cl. Bos στρατιάν; atque Herodotum sic integre locutum fuisse ostendit. Haec tamen ellipsis constanter ubique locum habere non potest; e. g. quando fluvius dicitur εἰςβάλλειν εἰς θάλασσαν, tunc intellige ὕδατα vel simile. Ita Thucydid. lib. I, cap. 46 Διὰ δὲ τῆς Θεσπρωτίδος Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἘΣΒΑ'ΛΛΕΙ ἐς αὐτήν, sc. λίμνην, *Acheron flumen per agrum Thesproticum fluens, in illam paludem labitur.* [Sic saepe apud Plat. in Phaed. cap. 60 seq. de fluminibus dicitur ἘΜΒΑ'ΛΛΕΙΝ, h. e. εἰςρεῖν, ἐμπίπτειν, ἀφικνεῖσθαι, quibus verbis ipsis eodem in loco de eadem re utitur Plato; atque ἘΚΒΑ'ΛΛΕΙΝ, pro quo Plato ibidem adhibet modo ἐκρεῖν, modo ἐκπίπτειν, modo ἐκπέμπεσθαι. Z.] Simplex etiam βάλλω, neutraliter pro ἄπιθι, in imperativo, non semel occurrit apud Comicum: Βάλλ' ἐς κόρακας, *Abi in malam rem.* [Huc referunt nonnulli illud Ioannis Euang. XIII, 2 Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν τοῦ Ἰούδα, et interpretantur, *Cum Diabolus sese immisisset in animum Iudae.* At verbum βάλλειν hoc in loco potest commode accipi pro *suggerere, instillare:* vid. Kypkius ad h. l. Z.]

In posteriori significatione verbi εἰςβάλλω etiam verbum activum ἐκδίδωμι invenitur, et dicuntur flumina ἐκδιδόναι, quae sese in mare exonerant. Pausanias in Achaicis, pag. 431. Οὐ πόῤῥω δὲ αὐτῆς ποταμὸς Γλαῦκος ἘΚΔΙ'ΔΩΣΙΝ ἐς θάλασσαν, *Non procul ab illa fluvius Glaucus in mare sese exonerat.* In his tamen activa significatio agnoscitur, si subaudias ὕδατα, ut di-

VI. Ἵστημι, in Aorist. 2 et Praeterito activo, ac praesertim in compositis, ut ΚΑΤΑΣΤΗ͂ΝΑΙ ΕἸΣ ἈΡΧΗ͂Ν [60], apud Isocrat. passim, *in magistratu constitui*; τὰ καθεστηκότα, vel καθεστῶτα saepe, id est, τὰ νενομισμένα, *status*, vel *instituta reipubl.* aut absolute, quaecunque de re

cantur *emittere aquas*; fietque elliptica locutio, quae plenius mihi arridet.

Verbum ἐπιδίδωμι, quod natura sua est activum, et proprie notat, *Do insuper*, etiam vel neutraliter redditur, *Promoveo*, *Proficio*; vel passive, *Augeor*, *Incrementum capio*. Prioris exemplum habet Plato in Cratyl. pag. 410, in fine: Πολὺ ἐπιδίδως, *Multum promoves*. Alterius exemplum exhibet Isocrates in Panegyrico, in fine: Τοιαῦτα λέγειν, ἐξ ὧν βίος μηδὲν ἘΠΙΔΏΣΕΙ τῶν πεισθέντων, *Talia dicere, ex quibus eorum, quibus persuaserint, vita non augebitur*, i. e. *ex quibus suae vitae nullum felicitatis incrementum capient.* Vbi ἐπιδώσει pro ἐπίδοσιν λήψεται; quemadmodum duo haec coniungit Demosthenes in Philipp. II, pag. 49, lin. 45 Ἐγὼ δὲ, ἁπάντων πολλὴν ΕἸΛΗΦΌΤΩΝ ἘΠΊΔΟΣΙΝ, — οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον, ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἘΠΙΔΕΔΩΚΈΝΑΙ, *Ego vero, cum omnia magnum incrementum ceperint, nihil existimo magis, quam res bellicas mutatas atque auctas esse.* Caeterum rem, qua quis augeri dicitur, in quarto casu invenies, praecedente praepositione εἰς, vel πρός. Plat. Hipp. mai. pag. 283, lin. 43 Ὡς πλέον ἂν ΕἸΣ ἈΡΕΤΗ͂Ν ἘΠΙΔΙΔΟΙ͂ΕΝ, *Vt in virtutis exercitatione magis proficiant.* Herodian. lib. III, cap. 13 φηνίαζον δὲ, καὶ ἘΠΕΔΊΔΟΣΑΝ ΕἸΣ ΤῸ ΧΕΙ͂ΡΟΝ, *Fraenum solvebant, et in peius ruebant.* Cum praepositione πρὸς apud Isocr. ad Demonic. pag. 8 Δι' ὧν ἂν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον ΠΡῸΣ ἈΡΕΤΗ͂Ν ἘΠΙΔΟΥ͂ΝΑΙ, *Quibus studiis maxime in virtutis cultu proficere posse videaris.* Et in Nicocl. pag. 64 Ἐξ ὧν οἷόντ' ἦν αὐξηθῆναι, καὶ ΠΡῸΣ ΕΥ̓ΔΑΙΜΟΝΊΑΝ ἘΠΙΔΟΥ͂ΝΑΙ τὴν πόλιν, *Ex quibus respublica augeri et felicitatis incrementum capere posset.* [Sic Hippocr. Aphorism. II, 31 et 32 σῶμα dicitur ἐπιδιδόναι, ubi cibo sumto *vires pristinas recipit.* Atque apud eundem Aph. I, 12 ἐπίδοσις est *incrementum morbi*, gr. αὔξησις, seu ἀνάβασις. Hinc Galenus ad hunc locum ait: εὔδηλον, ὅτι ἐπιδόσεις τῶν περιόδων τὰς αὐξήσεις λέγει τῶν κατ' αὐτὰς παροξυσμῶν, αἵ τινες τόν τε χρόνον τῆς αὐξήσεως τοῦ νοσήματος ἐπιδείκνυνται, καὶ τὴν προθεσμίαν τῆς μελλούσης ἀκμῆς ἂν μάλιστα μάθοις. Adde locum Actor. XXVII, 15 ἐπιδόντες ἐφερόμεθα, h. e. *ubi vento nos permisimus, ferebamur.* Sic quoque simplex διδόναι usurpatur: v. c. Euripid. Phoeniss. pag. 112 ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, *qui deditus est voluptati.* § 131. Conf. Marc. IV, 29. Z.] § 132.

60 Pro κατασταθῆναι, quod passivum occurrit apud Isocr. ad Dem. pag. 19 Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς, *Magistratum adeptus.* Et ad Nicocl. pag. 30 Ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν κατασταθῶσι, *Postquam imperio potiti sunt.*

quapiam constituta sunt.[61] Ita *συστῆναι πόλεμος*, id est, *συῤῥαγῆναι*, a verbo *συῤῥήγνυμαι*, et *συγκροτεῖσθαι*, *conflatum esse bellum*[62]: et *ὑποστῆναι ὁ κόσμος*, id est, *mundus conditus* dicitur. Ita *περιστῆναι*, *adductum esse.* Demosthen. Olynth. I *Εἰς τοῦτο περιέστη τὰ πράγματα Φιλίππῳ*, *Philippi res eo redactae sunt*; ubi notetur, dativum *Φιλίππῳ* adhiberi, non autem genitivum *Φιλίππου*.[63] § 133.

VII. *Μεταβάλλειν*[64] creberrimum est pro *μεταβάλλεσθαι*, *mutari.* Philo de Leg. ad Caium, *Ἀρχόμενοι μεταβάλλειν πρὸς τὸ σύννομον καὶ ὁμοδίαιτον*, *Cum ad vitae genus*

61 Nam perf. ind. *Καθέστηκε*, *constitutum est.* Vnde pro *soleo* accipitur, apud Thucyd. lib. III, cap. 43 *ΚΑΘΕΣΤΗΚΕ δὲ τἀγαθὰ, ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα, μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν*, *Solent autem bonae sententiae, cum directe dicuntur, nihilo minus esse suspectae quam malae*, q. d. *Ita humana sunt comparata*, ut etc. Hinc etiam, *τὸν καθεστῶτα βίον ζῆν*, apud Platonem: *suo more vivere.* *Καθίζω* quoque activo et neutrali sensu adhibetur. Exemplis nihil tritius. [Recte de duplici hac vi verbi praecipit Thomas Mag. *Καθίζω ἐγὼ, καὶ καθίζομαι, καὶ καθίζω ἕτερον.* Et paulo post: *Τὸ δὲ καθίζω. οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν.* Z.] Nec non *κάμπτω*, in epist. ad Rom. XIX, 11 *Ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*, *Mihi flectetur omne genu.* Vt et *κλίνω*· Sic dicitur *ἡμέρα κλίνειν*, *dies inclinare*, Luc. IX, 12. [Sic quoque compositum *ἐκκλίνειν.* 1 Petr. III, 11 *Ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ*, h. e. *sese avertat a malo.* Z.]

62 Ita Polybius lib. V, p. 378, init. *Καὶ πρῶτον ἐπιχειρήσομαι δηλοῦν, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας Ἀντιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ ΣΥΣΤΆΝΤΑ ΠΌΛΕΜΟΝ*, *Et primum exponere aggrediar, quod initio proposui, bellum inter Antiochum et Ptolemaeum pro Coelesyria conflatum.*

63 *Λείπω* etiam pro *relinquor*, *desum* in usu est, in primis apud Grammaticos, apud quos vox aliqua *λείπειν* dicitur, i. e. *relinqui subaudienda.* Scholiastes Aristophanis in Nub. vs. 1083, ad haec verba: *Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ*, ait, *ΛΕΊΠΕΙ ἡ Εἰς*, *Relinquitur*, vel *deest praepositio Εἰς.* § 133. b. Vbi etiam observa, articulum *ἡ* in feminino genere usurpari, pro *τό.* Vide supra Cap. I, §. 18. Sic, quod Latini dicunt: *Caetera desunt*, posset Graece verti, *Τὰ ἑπόμενα λείπει.* Similiter composita *ἀπολείπω* et *ἐλλείπω* pro *deficio.* Isocr. ad Dem. pag. 11 *Τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα χρόνον παραμένει*, *Nam haec facile deficiunt, diffluunt, illa perpetuo permanent.* Epict. Enchir. cap. 12 *Μήποτε καλοῦντος ἘΛΛΙΠῌΣ*, *Ne, illo vocante, deficias.* Et cum genitivo: ut apud Plat. Theag. *Ἐλλείπω ἐπιστήμης*, *Deest mihi scientia.* *Μεταβάλλω*, *Mutor.* Idem in Tim. pag. 60, loquitur de aqua, quae in aëris formam transit, *Μετέβαλεν εἰς ἀέρος ἰδέαν.*

64 Post *μεταβάλλειν* Ed. Leid. habet, *quod septimum esse debuisset*, parenthesi inclusum.

transferri inciperent, legum communione, ac mutua societate coniunctum. At in voce passiva saepius est, *transfugarum more ad hostem* αὐτομολεῖν, *deficere.* Plutarch. Alexand. Τοῖς μεταβαλλομένοις πρὸς αὐτὸν ἄδειαν ἐκήρυττεν, id est, *Iis, qui ad se deficerent, impunitatem praeconis voce promittebat*, et alia passim.

VIII. Παρακινεῖν, non tantum *labefactare ac pervertere*, sed etiam *indecore moveri, et furore praecipitem agi* significat. Aristophanes in Ranis, Ἰδού, σκόπει, ἤν με παρακινήσαντα ἴδῃς, pro παρακινούμενον, *Aspice, num tibi videar indecore moveri.* Xenoph. IV Memorab. Πολλοὶ μὲν ὑπὸ παρακεκινηκότων διαφθείρονται, pro παρακεκινημένων, *Multi ab hominibus furore percitis occiduntur.* Sic παρακινητικῶς ἔχειν Plutarcho in Solone significat, ἐξεστηκέναι τοῦ νοῦ, *mente deiectum esse.* Nec alienum verbum παροινεῖν, id est, *insanire*, ut *ebrii* solent.[65]

IX. Στρέφειν, maxime in Aorist. 1, id est, *conversus sum*, aut *converti:* unde ἐπαναστρέφειν, quod idem est, ac ἐπανακάμπτειν, de quo paulo ante Reg. 2, et ὑποστρέφειν, *redire:* quod etiam verbum militare est, significans, *repente a fuga in hostem converti:* quod etiam dicunt, ἐξ ὑποστροφῆς μάχεσθαι.[66]

65 Σβέννυμι in praet. ἔσβηκα, et aor. 2 ἔσβην, quasi a σβῆμι, pro *exstinctus sum*, passive utitur Hom. Iliad. *I*, vs. 467 Οὐδέ ποτ' ἔσβη Πῦρ, *Neque unquam exstinguebatur ignis.* Πληθύνω quoque et *Augeo* et *Augeor* notat, unde ποταμοὶ πληθύνοντες Plutarcho sunt, *fluvii aquis aucti.*

66 Ἔστρεψεν ὁ Θεὸς pro ἔστρεψεν ἑαυτὸν dixit Lucas in Act. Apost. VII, 42: ubi vid. Casaubonum. Simile fit in cognatae significationis verbo τρέπω, eiusque compositis. Hesiod. in Deorum Generat. vs. 58

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, ΠΕΡΙ δ' ἜΤΡΑΠΟΝ ὧραι,
Sed cum iam annus erat, et circumvoluta essent tempora.

Imitati hoc etiam sunt Latini; ut Curtius lib. IV, cap. 6, 29 *Ira deinde VERTIT in rabiem.* Item lib. VII, cap. 1, init. *Invidia in misericordiam VERTIT.* Pro *versa est*; et Virgil. Aen. l. I. vs. 108

Franguntur remi: tum prora AVERTIT. Pro *avertitur.*

Alia ad hunc locum exempla addit Servius, quem adi. Hinc *annus vertens*, crebro apud Latinos, apud quos *terra movere* frequens est; vid. Suet. Claud. cap. 22. Gell. lib. II, cap. 28. et IV, cap. 6. Similiter *volventia plaustra* dixit Virg. lib. I, Georg. *quae volvuntur.* Similiter lib. X, vs. 363

At parte ex alia, qua saxa ROTANTIA late
Intulerat torrens, —

Apud Rhetores autem est, *reflecti ad id quod postremo dictum est, oratione per quandam parenthesin interrupta*; ut cum Demosthenes pro Corona dixisset, *τοῦ Φωκικοῦ συστάν-*

Pro *rotata*. Rursus lib. III, Georg. vs. 365

Et totae in solidam glaciem VERTERE lacunae.

In plerisque tamen, si non in omnibus verbis, apud Graecos hoc modo usurpatis, significationem activam latere clam, autumo, suppresso accusativo patiente. Sic v. g. Pronomen reciprocum subaudi in *ἀνακάμπτειν*, *ἀπαλλάττειν*, *παρακινεῖν*, *στρέφειν*, et similibus. In verbo *ἐπιδίδωμι* accusativus *πολὺ*, *πλεῖστα* etc. fere additur, q. d. *Addo multum progressibus meis.* Minus arridet pronomen reciprocum subauditum apud Cl. Bos. Praepositio *εἰς λείπει*, sc. *τὴν λέξιν*. *Μεταβάλλει εἰς τὸ ὁμοδίαιτον*, subaudi *τρόπον* vel *βίον*. Quum formae mutatio innuitur, subaudienda est vox *μορφὴν*, quam addit Aelian. V. H. lib. I, cap. 15. in fine: *Τὸν Δία αὐτὸν ΜΕΤΑΒΑΛΕΙ͂Ν ΤΗ͂Ν ΜΟΡΦΗ͂Ν εἰς περιστερὰν*, *Ipsum Iovem mutatum esse in formam columbae.* *τὰ τῶν φυτῶν συνάπτει τῇ γῇ*, verbatim: *Plantae connectunt terrae*, sc. *τὴν ῥίζαν*, *radicem*. *Συνάπτειν τοῖς πολεμίοις*, [sc. *τὴν μάχην*. Z.] integre reddunt Latini, *Conserere manum cum hostibus.* [Idem dicitur *συμμῖξαι τινὶ*, Aelian. V. H. III, 9. Z.] Similem ellipsin etiam apud Latinos observa, ut cum Virgilius ait: *Venti posuere*, supple *vim*. Neque enim satisfacit Servius, illud explicans *quiescere*, tanquam neutraliter accipiendum esset. Locus est lib. VII, vs. 27. Similis est lib. X, vs. 103 *Tum Zephyri posuere.* — Ex adverso accusativus *vim* intelligitur, cum dicit idem lib. I. Georg. vs. 333 *Ingeminant austri.* Ellipsin supplet ipse lib. Aen. V, 681

Sed non idcirco flammae atque incendia VIRES
Indomitas POSVERE. —

Idem potest intelligi in hoc Propertii lib. III, el. 17, vs. 5

Flamma per incensas citius SEDARET aristas.

Adde Plaut. Mil. Glor. A. II, Sc. 6, vs. 100

Dum hae consilescunt turbae, atque irae LENIVNT.

Plura vide sis congesta apud Pareum in Mantissa ad Lex. Plaut. in voce *Verba*. Alibi Virgil. lib. Georg. I, vs. 74 *Siliqua quassante* dicit; ubi Ruaeus: Quassante, *active pro* quassata, *nimirum a vento, cuius impulsu siliquae crepitant.* Sed servatur activa virtus, quippe legumina, vento impellente, siliquae intus motae quatiunt. Quo minus tamen dicam, omnibus absolute ac perpetuo significationem activam subesse, facit Iosephi locus, qui est Antiq. Iud. lib. I, cap. 11, §. 4 de uxoris Loti metamorphosi: *Εἰς στήλην ἁλῶν ΜΕΤΕΒΑΛΕΝ*, *In columnam salis conversa est.* Nulla utique actio potest adsignari uxori Loti; nam, sive verbum *μεταβάλλειν* per se consideratur, sive accusativus *μορφὴν* vel *σῶμα* subauditur, non illa formam mutavit, sed Deus. Caeterum nostratibus quoque sunt verba in terminatione activa passionem significantia, sed non nisi extra Praeteritum. Talia sunt, *Vermeerderen*, *Verminderen*, *Beteren*, *Breeken*, *Veranderen*.

τος πολέμου, id est, *conflato Phocensi bello*, subiungit, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πώποτε· *non mea profecto culpa, qui ad Rempub. nondum accesseram;* haec verba καθ' ὑποστροφὴν inserta esse, et oratorem ὑποστρέψαι, id est, in ea quae de conflato bello dixerat, *se reflexisse*, docet Hermogenes: quam etiam ὑποστροφὴν, ἐπεμβολὴν, idem appellat, quasi *intercalationem quandam.*

X. Στείχειν, pro στείχεσθαι militare vocabulum est, et significat, κατὰ στοίχους τάττεσθαι, id est, *aciem in varios ordines, et quasi versus distribui;* unde συστοιχεῖν, *eiusdem ordinis esse*, ἀντιστοιχεῖν, *adversis opponi ordinibus.* [67]

XI. Συνάπτω, id est, *firmiter adhaeresco, et quasi colligatus sum*: ut cum Theophrastus ait, Τὰ τῶν φυτῶν ἐν λίμναις οὐ συνάπτει τῇ γῇ, id est, *Plantae, quae in paludibus seruntur, terrae non admodum firmiter adhaerescunt.*

Significat etiam *confligere*, seu *committi*, ut in praelio fieri solet; idque cum dandi casu, ut, τοῖς πολεμίοις συνάπτειν, vel cum accusandi casu, et praepositione εἰς, adhibito tamen, vel intellecto personam significante dativo, ut apud Polyb. Συνάπτειν εἰς τὰς χεῖρας, Galli, *Venir aux mains.* [68] Eodem fere modo usurpatur verbum προςμίξαι,

67 At στείχειν, συστοιχεῖν, ἀντιστοιχεῖν verba sunt neutra, atque adeo actionem non deponunt, nec ad hanc verborum seriem pertinent. [Recte. Etenim στείχειν nil est, nisi *incedere instructum*, secundum aliquem *ordinem*. Hinc Iliad. λ'. 331 est στείχειν ἐς πόλεμον. Z.] Caeterum de his vide Budaeum pag. 328 et 329.

68 Sic συνάπτειν εἰς πόλεμον occurrit lib. I. Machab. cap. VII, 43 Καὶ ΣΥΝΗΨΑΝ αἱ παρεμβολαὶ ΕΙΣ ΠΟΛΕΜΟΝ, *Et exercitus praelium commiserunt.* Variaque hic notanda est constructio; nam non solum dicitur συνάπτειν εἰς χεῖρας, εἰς μάχην, εἰς πόλεμον, sed etiam συνάπτειν πόλεμον, συνάπτειν πρός τινα μάχην, imo et πόλεμος συνάπτει. Exempla sunt lib. I. Machab. cap. IX, 47 et X, 49 et 53. Xenoph. Instit. lib. III, pag. 79. init. Ἤν τε ἐπ' ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν, *Sive adversus eos euntes manus conseremus.* Vnde satis constat, συνάπτειν suam agendi vim non deponere. H.

Ad classem hanc referri etiam alia nonnulla possunt verba. V. c. Ἄγειν, pro *ire*, ut Io. XI, 7 ἄγωμεν εἰς Ἰουδαίαν, *Eamus in Iudaeam.* Xenophont. Exped. Cyr. lib. IV, pag. 220 ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦγον οἱ Ἕλληνες, *Postquam propius accesserunt Graeci.* Similiter eius composita usurpantur, ut προςάγειν, in sensu *appropinquandi*, Actor. XXVII, 27, ubi χώρα προςάγειν dicitur: item διάγειν, ut ἀνόσως διάγειν, h. e. *sine morbo vitam traducere*, Hippocr. Epidem. lib. I, p. 354, 16.

id est, *propius admoveri hostibus, muris, urbi:* quae πρόςμιξις Gallice non minus proprie, *la melée.*

XII. *Τελεῖν*, inter alia significata, sumitur pro τελεῖσθαι, id est, τάττεσθαι, ἐγκρίνεσθαι, *censeri*, vel *numerari*. Pausanias Ἠλιακῶν I, *Αἱ ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν τελοῦσαι πόλεις*, id est, τῇ Ἀχαΐᾳ προςνεμόμεναι, *Vrbes Achaiae con-*

Nec non συνάγειν, veluti Aelian. V. H. III, 9 συνάγοντος τοῦ πολέμου, h. e. *cum pugna appropinquat*, seu, *committenda est*. ἘΝΙΣΧΥΕΙΝ, quod proprie significat *corroborare*, interdum dicitur *corroborari*, *recreari*, ut Actor. IX, 19 λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, h. e. *sumto cibo recreatus est*. Ἀμείβειν proprie *mutare*, sed transitive, seu passive, *ultra ferri*. Hippocr. lib. κατ' ἰητρεῖον pag. 671, 14 εἰς μὲν τὸ πρόσθεν γούνατα μὴ ἀμείβειν, i. e. *adeo ut genua non longius in anteriorem ferantur partem*. Sic ἀναλαμβάνειν et ἀναφέρειν (sc. intellecto nomine τὴν ἰσχὺν, aut ἑαυτὸν) apud eundem est *ex morbo recreari*, *vires amissas recuperare*, v. c. lib. 2 περὶ γυναικ. pag. 267, 28 ὑπὸ τῆς διαίτης καὶ τῆς φαρμακοποσίης λεπτυνθεῖσα, ἣν μὴ δύνηται ἀναλαμβάνειν. Sine ellipsi dixit Thucydides, ἀναλαμβάνειν ἙΑΥΤῸΝ ἀπὸ τῆς νόσου. Et de ἀναφέρειν exemplum extat apud Hipp. lib. 2 περὶ γυναικ. pag. 263, 22 αἱ δὲ γεραίτεραι (sc. γυναῖκες) οὐ δύνανται ἀναφέρειν, ἀλλ' ἀπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενίης. Confer. Aphorism. II, 43. Διαναπαύειν, quod proprie *sedandi* habet vim, nonnunquam apud Hippocratem, veluti Aph. II, 48. VI, 18 etc. significat *quiescere*. Similiter Adiectivis nonnullis iungitur Infinitivus activus, sed in sensu passivo: v. g. Eurip. Med. 320 ἀνὴρ ῥάων φυλάσσειν, pro φυλάσσεσθαι, *qui facilius potest caveri;* it. δυνατὸς κατανοῆσαι, *qui potest intelligi*: ἡδὺς ἰδεῖν, *qui est grato adspectu:* πόλεις χαλεπαὶ λαβεῖν, *difficiles captu:* ἄξιος ἀκοῦσαι, *dignus qui audiatur:* νόμος ῥᾴδιος νοῆσαι, *facilis intellectu*, et alia exempla, quae reperies collecta apud Dorvillium ad Charit. pag. 386 et 534. § 134. Ipsa verba neutra interdum passive usurpantur: e. g. εὖ πάσχειν ὑπό τινος, *ab aliquo beneficio ornari:* ἐκπίπτειν ὑπό τινος, *ab aliquo eiici in exilium:* θνήσκειν ὑπό τινος, *interfici*, ut Xenoph. Hier. X, 4 ἤδη δὲ πολλοὶ καὶ δεσπόται βίᾳ ὑπὸ τῶν δούλων ἀπέθανον. Id. in Ages. II, 4 μαχόμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀποθνήσκει, et Plat. in Epist. τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν, *a vobis est occisus*. § 135. Multa exempla Latinorum collegit Vechner. Hellenol. lib. I, cap. 6 et Cuper. Observatt. lib. II, cap. 20. Ex Thucydide plurima exempla verborum activorum passive usurpatorum collegit Cel. Bauerus in Lect. Thucyd. pag. 17. sq. Praeterea ipsa verba media nonnunquam vim passivorum habent: ut Xen. Apol. 26 Οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ ΜΑΡΤΥΡΗΣΕΤΑΙ ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου. It. Xenoph. Mem. III, extr. αὐτὸς σὺ οὐκ ἐλάχιστα ὨΦΕΛΗΣῌ, pro ὠφεληθήσῃ. Plat. in Phileb. cap. 33 οὗτος καταγελάσεται, pro καταγελασθήσεται. Xenophon Oecon. IV, 9 ἡ γῆ εὖ φυλάξεται. Conf. Kuster de Verbis Med. Sect. III. Z.

tributae. Sic τελεῖν εἰς ἄνδρας, *viris accenseri;* quod Romani dicebant, *virilem togam sumere.* Sic πόλεις εἰς τὴν Ῥώμην συντελοῦσαι *Romanorum municipia* dici potuerunt.

XIII. Aorista, maxime prima, verborum in ομαι, quae vocem activam non habent, active ut plurimum significant, atque interdum etiam passive, ut a verbo διαλέγομαι, διελέχθην, id est, *disserui;* ab ἰάομαι, ἰαθεὶς, i. e. *curans*, vel *curatus;* a παραδέχομαι, παραδεχθεὶς, *qui excepit*, vel *exceptus est*, a θεάομαι, ἐθεάθην, *contemplatus sum*, vel *lustratus ab alio.* [Sic ἐπιμεληθῆναί τινος, pro ἐπιμελήσασθαι, apud Xenoph. Mem. I, 13, 11. I, 4, 13 et II, 10, 2. Z.]

Quae observatio Praeteritis etiam perfectis eorundem verborum accommodari potest: dicunt enim διείλεγμαι, pro *disputavi:* imo quibusdam praeterea, quorum in usu activum est, ut, ἐνδέδειγμαι, pro ἐνδέδειχα, id est, *ostendi*, a δείκνυμαι, apud Demosthen. pro Corona, et alibi passim: πεποίημαι, pro πεποίηκα, saepissime [69]: ηὐτρέπισμαι, pro ηὐτρέπικα, *instruxi*, ab εὐτρεπίζομαι. [70] § 135. b.

[Interdum, sed raro, ipsum Futurum passivum ponitur loco medii. E. g. Xenoph. Mem. II, 7, 8 ἐπιμεληθησόμεναι, pro ἐπιμελησόμεναι. Conf. Cl. Fischer. ad Plat. Apol. cap. 17, not. 12. Z.]

XIV. Verbum activum, maximeque *sensum*, aut *affectum* significans, cum suo casu iungitur, licet casum alium more Latino postularet: ut, θαυμάζω σου, ὅτι, vel εἰ, ὁ αὐτὸς ὢν σαυτῷ ἀεὶ διατελεῖς, pro θαυμάζω, ὅτι σὺ, id est, *miror te tui semper similem esse.* Sic apud Xenoph. IV Memorabilium, γῆν, ὁπόση ἐστὶν, εἰδέναι, verbatim, *terram, quanta est, nosse:* Latine vero melius, *nosse, quanta terra*

69 Ita Pausanias in Eliacis, p. 310 *Τῷ Αὐγούστῳ ΠΕΠΟΙΉΝΤΑΙ τὴν εἰκόνα* pro πεποιήκασι, *Augusto statuam fecere.*

70 His adde ἐντέθειμαι. Demosth. adversus Phorm. pag. 589 *Ὡς ἘΝΤΕΘΕΙΜΈΝΟΣ τὰ χρήματα εἰς τὴν ναῦν, Quasi merces in navim imposuisset.* Rarius hic graecissant Latini, in quibus Suet. in Aug. cap. 21 *Neque crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore unquam MVLTATVS EST poena:* pro, *multavit.* Sed codicum dissensio (nam nonnulli dant *ultus est*) rem dubiam facit; quare aliud ex Cicerone addam pro Mil. c. 13, init. *Cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam PVNITVS ES.* Quae verba, ut et haec: *FABRICATVS EST gladium*, figurate dici ex Quinctiliano lib. IX, c. 3. refert P. Manutius, additque loca ex Offic. lib. I, et Tuscul. Quaest.

sit.[71] Οἶδά σε, ὅτι μήποτε ἡσυχάσεις, verbatim, *Novi te, quod nunquam quiesces*, id est, *novi te nunquam quietu-*

71 Latini tamen hoc imitati sunt. Sic notissima haec in Terentio: *Scin' ME, in quibus sim gaudiis*, et: *Ipsum ME noris, quam elegans formarum spectator siem.* [it. in Andr. I, 1, 20. *Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.* Z.] Horat. lib. IV, od. 14, vs. 8 de Augusto:

> *QVEM legis expertes Latinae*
> *Vindelici DIDICERE nuper,*
> *Quid Marte possis.* —

Huc refertur illud Maronis, Aen. I, vs. 577

> *VRBEM, quam statuo, vestra est:*

Vbi tamen adiunctum verbum nullum sensum vel affectum significat. Ob iucundam auribus idiotismi huius elegantiam non possum non aliud atque aliud addere exemplum. Sic enim Plutarch. Vit. Cic. pag. 878, lin. 30 Ὁ Μίλων ΤΟΝ ΚΙΚΕΡΩΝΑ δείσας, μὴ πρὸς τὴν ὄψιν ἀηθείᾳ διαταραχθεὶς, χεῖρον διαγωνίσηται, *Milo metuens Ciceronem, ne spectaculi insolentia minus feliciter caussam diceret.* Pro δείσας, μὴ ὁ Κικέρων, *Metuens, ne Cicero* etc. Plane ut Horat. lib. I, od. 35, vs. 9

> *TE Dacus asper, TE profugi Scythae,*
> *Vrbesque, gentesque, et Latium ferox,*
> *Regumque matres barbarorum, et*
> *Purpurei METVVNT tyranni,*
> *Iniurioso NE pede PRORVAS*
> *Stantem columnam.* —

Arrian. de Exped. Al. lib. II, c. 5 Ἐνταῦθα μανθάνει ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ καὶ ΑΣΑΝΔΡΟΝ, ὅτι ἐκράτησαν Ὀροντοβάτου. Aristoph. in Nubib. vs. 1113

> ΤΟΥΣ ΚΡΙΤΑΣ ἃ κερδαίνουσι βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι,
> *Quid lucri iudices sint percepturi, vobis volumus dicere.*

Pro οἱ κριταί. [It. in Nubib. 145 Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης, ΨΥΛΛΑΝ, ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας; Vbi ψύλλαν positum est pro ψύλλα, nisi quis forte legendum putet ψύλλ' ἄν. Z.] [Hoc, nisi Zeunio, in mentem venire poterat nemini. *Herm.*] Conf. Hom. Iliad. Ε, vs. 85. Priorem Petri Epist. c. II, 7. Turbam exemplorum ministrat Kusterus ad Aristophanis Plut. vs. 55. § 136. minus tamen cautus in eo, quod hunc idiotismum, quem Atticismum dicit, in hoc versari ait, quod accusativus pro nominativo ponatur, cum non accusativus solus, sed et alius casus esse possit, quem verbum praecedens, cui iungitur, postulat, ut θαυμάζω σοῦ, ὅτι etc. μέμνημαί σε, ὅπως ἀπεκρίνου. Quin nec nominativi casus terminari constanter potest, quum constructio sequens diversum exigere possit: ut quum dicimus: *Menti obversatur meae, quomodo Christum nullo crimine nocentem de medio sustulerint Iudaei*; cur non Graece ita efferre liceat? Μέμνημαι ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ὅπως μηδὲν ἩΔΙΚΗΚΟΤΑ ἈΝΕΙΛΟΝ οἱ Ἰουδαῖοι, pro ὅπως τὸν Χριστὸν ἀνεῖλον. Caeterum audacius Aristophanes in simili loquendi forma accusativum praemittit, quem sensus vetat nos credere a praemisso verbo regi. Ita enim ille in Acharn. vs. 649 ait, Persarum regem quaesivisse diligenter e Lacedaemoniorum legatis:

rum. Ita, Μέμνημαί σου, ὅπως ἀπεκρίνου, verbatim, *Memini tui, quomodo responderes.*

XV. Verba interrogationibus et responsionibus servientia, tum etiam, cum illa a tertio quodam referuntur, eodem plane modo cum sequentibus ordinantur, quasi interrogatio et responsio fieret potius, quam narraretur. Plutarch. in Alexandro, Ἐπερωτῶντος Φιλίππου πῶς ἔχουσιν ὁμονοίας πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἕλληνες; pro πῶς ἂν ἔχοιεν; verbatim, *Quaerente Philippo, quam bene Graecis inter se convenit?* id est, *conveniret.*

Sic dum narrant, quid nuncius dixerit, eodem modo loquentem illum inducunt, quo Dominus rem ipsi mandaverat: ut in Euangelio Io. I, 20, cum se illi a Pharisaeis ad Ioannem missos esse dicerent, ut ex eo quaererent, *Tu qui es?* Graece, σὺ τίς εἶ; id est, ὅστις ἂν αὐτὸς εἴη, *quinam ille tandem esset?*

In responsionibus similiter, ut de eodem b. Ioanne dicitur, respondit, *quia non sum ego Christus*, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστὸς, pro ὅτι οὐκ ἦν Χριστὸς, id est, *se non esse Christum.* Quo loco verba sonare videntur, responsum a Ioanne fuisse, nuncium ipsum, aut Euangelistam non esse Christum; proindeque haec loquendi ratio, ad tollendam sensus ambiguitatem, diligenter observanda erit.

XVI. Digna hoc in genere sunt, quae observentur ex Demosthene exempla duo, Orat. pro Coron. Καὶ νῦν εἰπέ που λέγων, ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοὶ, verbatim, *Et nunc dicebat, qui Alexandri hospitium exprobrabat mihi,* id est, *Et vero iamiam dicebat, sibi abs me Alexandri hospitium crimini dari.* Nam ὁ τὴν, etc. ipsissima verba sunt, quibus Aeschines adversus Demosth. usus erat. Ibid.[72]

Ἠρώτησεν πρῶτα μὲν αὐτοὺς, πότεροι ταῖς ναυσὶ κρατοῦσιν· Εἶτα δὲ ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΠΟΙΗΤΗΝ, ποτέρους εἴποι κακὰ πολλά, *Rogabat primum eos, qui navibus essent superiores; dein super hoc poeta, quibus convicia multa dixerit?* Hic τὸν ποιητὴν non plane ad τὸ ἠρώτησε potest referri; non enim rex rogabat poetam, nempe Aristophanem, sed legatos de Aristophane. Sensit hoc etiam Scholiastes, qui ita ad haec verba: Ἀντὶ τοῦ, Περὶ τούτου ποιητοῦ, τίνας κωμῳδεῖ καὶ διαβάλλει; Vnde ergo accusativus ποιητὴν, si non regitur a verbo ἠρώτησε? Possit esse loquendi forma, qua accusativus absolute ponitur, et de qua supra ad Cap. III, Sect. 1. extrema.

72 Pag. 318, lin. 46. Vbi nolim coniunctionem ὅτι omnino

Philippi literas explicans, Ἀκούετε, ὡς σαφῶς δηλοῖ, καὶ διορίζεται, ὅτι ταῦτα ἐγὼ πεποίηκα ἀκόντων Ἀθηναίων, verbatim, *Auditis, ut aperte declarat, ac profitetur, quod haec ego feci, invitis Atheniensibus*, id est, *haec abs sese facta esse:* alioqui sensus esset, rerum illarum Demosthenem ipsum auctorem fuisse. Quo in exemplo, aliisque similibus, nota etiam, coniunctionem ὅτι omnino παρέλκειν, hoc est, *abundare.*[73]

παρέλκουσαν dicere, quatenus est index ipsissimorum verborum, quae quis locutus est, et cuius vicem in superiori exemplo explet participium λέγων. Confer Nostrum cap. VIII, §. 9, Reg. 4. H.

Illud ὅτι abundat igitur 1) in narrandi forma recta, cum persona dicentis inducitur ipsa. § 136. b. Id quod non solum fit in libris divinis N. T. inprimis ex consuetudine Syrorum, qui in omni forma orationis suum ܕ praeponere solent, etiam tum cum in Graecis ὅτι non est expressum; verum etiam apud puros Graecos. Aliquot huius rei exempla luculenta ex Demosthenis Orat. de falsa Legat. collecta reperies, apud Devarium de Partic. cap. 19. 2) in locis iis, ubi illam particulam sequitur Accusativus cum Infinitivo: e. g. Actor. XXVII, 10 θεωρῶ, ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας — μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Ad quem locum Raphelius similia aliquot loca collegit ex Polybio, Arriano et Plutarcho. Adde locum Plat. in Politic. cap. 27 Ὅτι γὰρ οὖν τῶν ὄντων ὡς ἔστιν ἑνός γε τινὸς ὄργανον εἰπόντα, δοκεῖν εἰρηκέναι τὶ πιθανόν. Sunt, qui ad hoc rerum genus quoque referant locum Plat. in Phaed. 8 ὍΤΙ μέν τοι παρὰ θεὰς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε ὅτι etc. Verum perperam. Nam ἀπὸ κοινοῦ repeti debet ἐλπίζω. Cf. ea quae dicta sunt ad Xen. Cyrop. I, 6, 18. Z.

75 Opportunum hic fuerit duo verborum genera addere, quorum alterum μιμητικὸν desinit semper in ίζω, et similitudinem, vel imitationem notat eius rei, a qua derivatur: ita v. g. locus dicitur λιμενίζειν, *qui speciem portus refert*, apud Polyaen. lib. IV. Hinc defluxit, quod Latini dicunt, *Favere partibus alicuius, Stare ab aliquo, Facere cum aliquo* etc., Graecos uno verbo desinente in ίζω, et derivato a nomine eius, cuius partibus favetur, exprimere. Exemplorum satis unus Plutarchus in vita Demosthenis exhibet. Sic Μακεδονίζειν, *A Macedonibus stare*, pag. 852, lin. 22. Φιλιππίζειν, *Cum Philippo facere*, pag. 854, in fine. Sic Ἰουδαΐζειν, *Cum Iudaeis facere* etc. *Iudaeorum religioni adhaerere*, pag. 864 lin. 23. Δημοσθενίζειν, pag. 872. lin. 49. Sic Πλατωνίζω, unde nostrum *Platonisten.* Qualia apud nos sectam significare solent. Hinc substantiva Μακεδονισμὸς, Ἰουδαϊσμὸς, Μηδισμός. Thucyd. lib. I, cap. 95 Κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα ΜΗΔΙΣΜΟΣ, *Accusabatur inprimis, quod cum Medis sensisset.* Et lib. IV, cap. 133 Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιεῖλον, ἐπικαλέσαντες ἈΤΤΙΚΙΣΜΟΝ, *Thebani Thespiensium muros de-*

XVII. Singularis numerus a Poetis nonnunquam pro plurali usurpatur; quod tamen non nisi sobrie admodum

struxerunt, crimini dantes, quod cum Atheniensibus sentirent. Tale substantivum aliud post se habens nominis proprii, in generandi casu, per periphrasin redditur. Ibid. cap. 135 Τοῦ δὲ ΜΗΔΙΣΜΟΥ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, *Lacedaemonii, missis ad Athenienses legatis, etiam Themistoclem criminabantur, quod cum Medis fecisset, quemadmodum Pausanias fecerat.* At sequente dandi casu, mutatur sententia pro natura substantivi, quod subiungitur. Sic, qui Graecam linguam loquitur, dicitur Ἑλληνίζειν τῇ φωνῇ, apud Aeschin. contra Ctesiph. pag. 299, lin. 11. In passivo quoque Ἑλληνίζεσθαι ἀπό τινος est, *discere ex aliquo linguam Graecam.* Thucyd. lib. II, cap. 68 Ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμβρακιωτῶν, *Didicerunt linguam Graecam, quae nunc est in usu, ex Ambraciotis,* ubi cum accusativo construitur. Non absimili modo vox ipsa dicitur, v. g. Ἀττικίζειν, i. e. *iuxta Atticam dialectum formari.* Ita Photius testatur de Herodiano, in excerptis eius librorum, eum uti vocibus μὴ ὑπεραττικιζούσαις, *non supra modum Atticis.*

Verba ἐπιτηδείως usurpata [latine dici possunt *verba propria,* seu, *solemnia.* Z.] ea voco, quae, cum auctores quidam citantur, eorum verbis praemittuntur et cum studio eorum proxime conveniunt. E. g. si Poetae verba citantur: Οὕτως ἐποίησεν ποιητὴς, *Sic dixit Poeta* pro, οὕτως εἶπεν. [Sic ποιεῖν, h. e. *carmina facere, canere, poetam esse,* quoque occurrit Plat. in Phaed. c. 4. aliquoties, it. Apol. 7. Athen. Deipnos. XIII. 8. pag. 604. Hinc ab hoc ipso verbo factum est nomen ποιητοῦ. Z.] *Sic Philosophus Plato scripsit,* Οὕτως ἐφιλοσόφει Πλάτων ὁ φιλόσοφος. Thucyd. lib. I, cap. 10, de Homero: Τοξότας γὰρ πάντας ΠΕΠΟΙΗΚΕ τοὺς προσκώπους, *Remiges omnes scripsit esse sagittarios.* Vbi scholia: Ἐπιτηδείως τὸ, ποιητὴς πεποίηκεν, ὥσπερ λέγομεν τὸ, ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ἘΦΙΛΟΣΟΦΗΣΕ. Eodem modo apud Aeschin. Socr. Dialogo περὶ πλούτου, pag. 46 Καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ΠΕΠΟΙΗΣΘΑΙ, *Pulcre, inquit, hoc etiam mihi videtur ab Archilocho dictum.* Vid. et Pausan. in Messeniacis pag. 372, init. ΠΕΠΟΙΗΚΕ δὲ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι, ὡς Ἰφιδάμας etc. *Scripsit etiam Homerus in Iliade, Iphidamantem etc.* Perspicue distinguit Lysias inter ΠΟΙΕΙΝ et ἘΙΠΕΙΝ, quorum illud sit carmine, hoc soluta oratione dicere. Verba sunt in Orat. Funebr. non longe ab initio: Τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ καὶ τοῖς ΠΟΙΕΙΝ δυναμένοις, καὶ τοῖς ἘΙΠΕΙΝ βουληθεῖσιν, *Tam copiosam enim materiam horum virtus suppeditavit et illis, qui carmine celebrare possint, et iis, qui oratione laudare velint.* Eodem modo Latini utuntur verbo *facio.* Ita Terent. in prolog. Eunuch.

> *Bonas matronas* FACERE*,*
> *meretrices malas.*

Disertius tamen Graeci, ubi poetarum verba citant, ut apud Ari-

imitandum. Pindarus Olymp. Od. XI, 4 sq. *Μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται*, pro *τέλλονται*, id est, *Melliti hymni posteriorum carminum principia sunt.* Quod interdum etiam a solutae orationis auctoribus usurpatur. Aristot. *Οὐκ ἐνεξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερὰ*, pro, *ἐνεξεφύοντο* [74], *Non innascebantur aliis pili, aliis pennae.* § 137.

stot. de Rep. lib. I, cap. 2 *Καὶ ὀρθῶς Ἡσίοδος εἶπε ΠΟΙΗ´ΣΑΣ·*

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα,

Et recte Hesiodus cecinit hos versus:

Esto domus primum, et mulier tibi, bos et arator.

Et cap. 8. sub fin. *Ὥςπερ Σόλων φησὶ ΠΟΙΗ´ΣΑΣ·*

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται,

Vt Solon ait ita canens:

Nulla homini finis certa haeret divitiarum. H.

Sic *λέγειν* est oratorum: *συγγράφειν* historicorum: *ἱστορῆσαι* geographorum: *διδάσκειν* praeceptorum: *διαλέγεσθαι* philosophorum Socraticorum, qui scite rogant, et interrogatorum idoneam reddunt rationem: *συμβουλεύειν* senatorum etc. Sicut apud Latinos proprie dicitur *creare Consulem*, *dicere Dictatorem*, *legere Senatorem*, *cooptare Pontificem*, *capere Vestalem*, *prodere Interregem*, *iubere* de populo, et *decernere* de Senatu etc. Z.

74 Si verbum *ἐνεξεφύετο* ad utrumque et *τρίχες* et *πτερὰ* refertur, iuxta Atticorum loquelam apud caeteros Graecos receptam, singularis numerus nihil novi parit, quanquam et sic, licet rarissime, verbum plurale invenitur. Exemplum est in Tab. Ceb. *Πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. Νὴ Δία, ΠΑ´ΝΤΑ, ἔφη, ἈΚΟΛΟΥΘΟΥ͂ΣΙΝ.* Pro, *ἀκολουθεῖ. Omnia mala, dicis, illos sequi. Per Iovem, omnia, respondit, sequuntur.* Sed et citra hanc Atticorum consuetudinem praemisso nomini pluralis numeri aliud diversi numeri cum verbo additur, ut videre est apud Apostolum ad Galatas scribentem Cap. VI, init. *Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, ΣΚΟΠΩ͂Ν ΣΕΑΥΤΟ´Ν, μὴ καὶ ΣΥ͂ ΠΕΙΡΑΣΘΗ͂ΙΣ.* Vbi *τὸ, σκοπῶν σεαυτὸν* etc. numero a superioribus dissentit, et requirit subaudiri *ἕκαστος*, ita ut Apostolus principio universos, mox singulos compellet. Reddo itaque: *Fratres, si quis imprudenti lapsu ceciderit, vos spirituales refingite talem miti ac leni animo, cavens tibi quisque, ne et tu tenteris.* Ellipsin vocis *ἕκαστος* non esse peregrinam, sed et quandoque suppleri, doceri possumus ex Aelian. V. H. lib. I, cap. 31 *ΠΑ´ΝΤΕΣ αὐτῷ ΠΕ´ΡΣΑΙ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἝΚΑΣΤΟΣ ΠΡΟΣΚΟΜΙ´ΖΕΙ, Omnes ei Persae, pro suis quisque facultatibus, munera offert.* Adde Apocal. Ioan. cap. I, 19 *Γράψον ἃ εἶδες καὶ ἋΑ ΕΙ᾿ΣΙ, καὶ ἋΑ ΜΕ´ΛΛΕΙ γίνεσθαι μετὰ ταῦτα, Scribe, quae vidisti, et quae sunt, et quae fient post haec.* Vbi licet dixisset *ἃ εἰσι*, in plurali, subdit tamen *ἃ μέλλει*, in singulari. Simile exemplum habet Homerus Iliad. *B.* vs. 135:

[Multa verba neutra interdum obtinent vim activorum. V. c. Plat. in Phaed. cap. 66 *οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλαυσε τῶν*

Καὶ δὴ ΔΟΥ͂ΡΑ ΣΕ'ΣΗΠΕ νεῶν, καὶ ΣΠΑ'ΡΤΑ ΛΕ'ΛΥΝΤΑΙ,

Et iam ligna navium putrefacta sunt, et funes usu contriti. Vbi itidem, praecedente utrobique nomine plurali, alterum tamen verbum in singulari ponitur. Confer posteriorem Petri epistolam cap. III, 10 *ΣΤΟΙΧΕΙ͂Α δὲ καυσούμενα ΛΥΘΗ'ΣΟΝΤΑΙ, καὶ γῆ καὶ ΤΑ' ἐν αὐτῇ ἜΡΓΑ ΚΑΤΑΚΑΗ'ΣΕΤΑΙ,* ***Elementa arsura solventur, et tellus, quaeque in ea sunt opera, exurentur.*** § 137. b. Idem Euang. Ioan. cap. X, 27. Vid. Steph. ad locum Thucyd. lib. I, cap. 22, in fine. Simili modo singulari pro plurali utitur Ovid. Trist. lib. I, el. 3. vs. 10

Non aptae profugo vestis opisve FVIT.

Non aptae fuit, pro ***fuerunt***. Huc refer illud Terentii, Eun. Act. II, sc. I ***Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas EVNDEM esse?***

Contra plurali pro singulari utitur Sophocles, Ai. Flag. vs. 739

— Κοὔ τις ἔσθ' ὍΣ οὐ
Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
Ξύναιμον 'ΑΠΟΚΑΛΟΥ͂ΝΤΕΣ,

Pro *ἀποκαλῶν*. § 138. ***Neque quisquam est, quin eum furentis et exercitus insidiantis fratrem appellet.*** Confer Gen. I, 26 *Ποιήσωμεν ἌΝΘΡΩΠΟΝ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ 'ΑΡΧΕ'ΤΩΣΑΝ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης,* ***Faciamus HOMINEM secundum imaginem et similitudinem nostram; et IMPERANTO piscibus maris*** etc. Vbi per pluralem numerum totum genus intelligitur, qua de re plura congessi supra ad C. III, Sect. 1, Reg. 1. § 139.

A numero plurali ad singularem, et contra a singulari ad pluralem transit Herodot. Melpom. cap. 22 *Εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται 'Ιῦρκαι· καὶ οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε· λοχᾷ ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς.* Pro *λοχῶσι ἀναβάντες*. § 139. b. Haec, et quae sequuntur, a praecedentibus, *'Ιῦρκαι* et *οὗτοι ζώοντες*, numero differunt. ***Sunt, quibus nomen est Iyrcae, et ipsi e venatione victitantes. Insidiantur*** (Gr. ***Insidiatur***) ***conscensa arbore.*** Quae sequuntur, iterum in plurali: *Τὰ δέ ἐστι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην,* ***Quarum per omnem regionem magna est frequentia.*** Vbi *τά ἐστι*, cum praecedat *δένδρεον* in singulari. H.

Haec enallage numeri in Verbo triplex inprimis est. 1) Saepe verbum singularis numeri praemittitur pluribus substantivis, quamvis pluralis numeri, dummodo quod proxime sequitur substantivum sit singularis numeri. V. c. Demosth. adv. Androt. pag. 704 *Συνερεῖ Φίλιππος καὶ 'Αντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καί τινες ἄλλοι.* Plura huiusmodi exempla exhibet Dorvillius ad Charit. pag. 487. 2) Nonnunquam verbum singulare additur pluribus substantivis quamvis pluralis numeri, modo proxime antecedens sit vel singularis numeri vel neutrum plurale. V. g. Charit. pag. 46, vs. 19 *Βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ νὺξ μακρὰ κατελάμβανε.* Diod. Sic. XX, 72 *Δάκρυα καὶ δεήσεις καὶ θρῆνος ἐγένετο συμφορητός.* Plura loca habet Dorvill. ad Charit. pag. 271. 3) Raro substantivo multitudinis masculino

παρόντων, h. e. *neminem non praesentium commovit, ut fleret.* Id. in Politic. cap. 16 εἰς γῆν σπέρματα πίπτειν, pro καταβάλλειν, uti Sophocl. Aiac. 42 ἐμπίπτεις βάσιν, § 140. h. e. *fulcis gradum.* Sic λάμπειν interdum est *illustrare*, ut Eurip. Ion. 235 πέτρα λάμπουσα πυρὸς δικόρυφον σέλας. Ῥεῖν, pro *effundere*, seu, *facere ut fluat*, ut Theocrit. V, 124 Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα, *Himera pro aqua fundat lac.* Ζεῖν adhibetur pro *adigere ad ebullitionem* apud Eurip. Cyclop. 391. Similiter ἐλπίζειν pro *spem facere:* στασιάζειν, *ad seditionem compellere:* βασιλεύειν, *regem creare:* μανθάνειν, *docere*, sive, *ad discendum invitare:* ἀρέσκειν *probare, efficere, ut quid placeat:* ἐπιστρατεύειν, *exercitui praeficere.* Plura huius rei exempla reperies apud Reiskium in Miscell. nov. Lips. Vol. VI, pag. 520 sqq., ubi et latina quaedam sunt notata: it. ap. Dawes. Misc. Crit. pag. 495, Abresch. ad Thom. Mag. sub v. ἐλπίζω, § 141. et Fischer. ad Plat. Polit. cap. 16. Fortassis haec verba ita possunt ad propriam revocari significationem, ut intelligatur κελεύω, s. ἐάω, s. ἀναγκάζω. Z.] [Hoc absurdum est. *Herm.*]

SECTIO II.

De idiotismis Indicativi, Imperativi, Optativi, et Subiunctivi propriis.

REGVLA I.

Indicativus saepe pro subiunctivo et optativo usurpatur, idque per omnia fere tempora, ubi ἂν δυνητικὴ particula commode adhibita fuisset. Ac primum quidem in praes-

sive feminino iungitur verbum singularis numeri. Praeter loca, a Vigero laudata, huc pertinent locus Manethon. lib. IV, 354 Ἑρμείου ἀκτῖνες βάλλῃ, pro βάλλωσιν. Eurip. Bacch. 1348 Δέδοκται τλήμονες φυγαί. Iliad. ψ', 380 Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον, εὐρέε τ' ὤμω θέρμετο. Fallitur igitur Scholiastes Pindari, qui ad l. l. ait: Σημείωσαι ἐνταῦθα τὸ ΤΕΛΛΕΤΑΙ· οὐδεὶς γὰρ οὔτε τῶν προγενεστέρων, οὔτε τῶν ἔπειτα, ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ θηλυκοῖς ὀνόμασι τῷ ἑνικῷ ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, ὥσπερ οὗτος etc. Praeterea aliquot huc pertinentia exempla ex Thucydide attulit Cel. Bauerus in libello de Lectione Thucyd. optima interpretandi disciplina p. 7 sq. Z.

Interdum idem verbum iungitur duobus substantivis, quamquam uni tantum proprie iungi possit: v. c. Hesiod. Θ. 640, Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι. Vid. Dorvill. ad Charit. pag. 395 sqq. Z.

enti. Xenophon Hist. VI, 1, 5 *Παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφόρος, ὅςτις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοὶ*, id est, *Mercenarius apud me nemo est, qui non idoneus est*, pro *qui non idoneus sit, eadem facere, quae abs me fiunt.* Quo loco verbum ἐστὶ pro ἂν ᾖ, vel ἂν εἴη, positum est. Philo de Legat. ad Caium: *Διαγγελείσης οὖν τῆς, ὅτι νοσεῖ, φήμης·* verbatim, *Nunciata igitur, quod aegrotat, fama*, id est, *vulgata de ipsius morbo fama:* ubi, ὅτι νοσεῖ, pro ὅτι, vel ὡς ἂν νοσοίη, positum est.[75]

II. In Imperfecto. Idem Xenophon VII eiusdem operis: *Οὐδὲν οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων*, id est, *Nullum utrisque tam breve telum erat, quo non se mutuo attingebant:* id est, *attingerent;* ubi ἐξικνοῦντο pro ἂν ἐξικνοῖντο sumitur.[76]

III. In Praeterito perfecto.[77] Demosthen. Olynth. II

75 Locus Philonis est pag. 770, lin. 11, ubi tamen ὅτι νοσεῖ pro ὅτι ἂν νοσοίη poni, non facile, puto, dicet, cui Graecae sunt aures: scimus enim, particulam ἂν semper derogare aliquid verbi, cui iungitur, actioni, eamque reducere vel ad potentiam, vel ad voluntatem, vel ad officium, vel denique ad futurum. At non indicat Philo, Caium aut potuisse, aut voluisse, aut debuisse aegrotare, aut denique aegrotaturum: sed revera percrebuisse famam, eum in morbum incidisse. Res igitur certa narratur, cui particula ἂν omnino non idonea est. Malim dicere, verbum in narrationibus post ὅτι in praesenti poni pro imperfecto, ut hic νοσεῖ pro ἐνόσει. Qua de re postea ad Sect. III, Reg. 10, fusius. Latini quoque crebro usurpant indicativum pro subiunctivo. Sic in praesenti apud Plaut. *Nunc dicam, cuius iussu VENIO, et quamobrem venerim.* Adde Ter. Andr. Act. V, sc. 1, vs. 26

— Ah nescis, in quantis malis
verser miser,
Quantasque hic suis consiliis mihi
CONFECIT sollicitudines.

et Act. V, sc. 1, vs. 18. Adde et Virg. lib. XI, vs. 848.

Nam, quicunque tuum VIOLAVIT vulnere corpus,
Morte luat merita. —

Pro *violaverit.* Dummodo satis fida sit lectio; nam vs. 591. dixerat:

Nam, quicunque sacrum VIOLARIT vulnere corpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas.

76 Similiter Naso lib. Met. X, vs. 635

— Quod si felicior essem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus ERAS, cum quo sociare cubilia vellem.

Pro *Vnus esses.* Et lib. I, vs. 679
Quisquis es, hoc POTERAS mecum considere saxo.

Pro *posses.* [Sed solent sic Latini dicere; ut in illo Themistoclis: *Perieram, nisi periissem.* Z.]

77 Imitatur Maro Aen. IV, vs.

Οὐδείς ἐστιν, ὅν τινα οὐ πεφενάκικεν, Nemo est, quem non decepit, pro *deceperit*; ubi πεφενάκικεν pro ἂν φεναχίσειεν usurpavit.[78]

IV. In Aoristo Xenoph. Ἀπομνημ. II, *Οὐδὲν πώποτε αὐτῇ οὔτε εἶπα, οὔτε ἐποίησα, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη*, hoc est, *Nihil unquam ei vel dictum abs me, vel factum est, quo erubuit*, pro *erubuerit* [dic potius, *erubesceret*. Z.], ubi ᾐσχύνθη posuit pro ἂν αἰσχυνθείη.

V. In Futuro saepissime. Aristoteles VIII Histor. Animal. *Ἡ κάμηλος*, inquit, *ἀπὸ τῶν ποταμῶν οὐ πίνει πρότερον, ἢ συνταράξει*, id est, *Camelus e fluviis non bibit, antequam*

19, perf. ind. pro plusquamperf. subi. utens:

> *Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,*
> *Huic uni forsan POTVI succumbere culpae.*

Clarius Ovid. lib. V, Trist. el. 5, vs. 42

> *Haec igitur lux est; quae si non orta fuisset,*
> *Nulla FVIT misero festa videnda mihi.*

Pro, *fuisset*. Et de Tullio Iuvenalis, Sat. X.

> *Antoni gladios POTVIT contemnere, si sic*
> *Omnia dixisset.*

Confer Virg. Aen. XI, vs. 112

> *Nec VENI, nisi fata locum sedemque dedissent.*

Veni pro *venissem*. Neu quis hoc poetarum proprium esse putet, sic Suet. Caes. cap. 52 *Paene Aethiopia tenus Aegyptum PENETRAVIT, nisi exercitus sequi recusasset.* Et Cic. in Miloniana cap. 11 *Quod si ita putasset, optabilius Miloni FVIT, dare iugulum P. Clodio.* Item Curt. IV, 9, 2.

78 In praeterito plusquamperfecto imitatus est idem Virg. Aen. II, vs. 55.

> *Et, si fata Deum, si mens non laeva fuisset,*
> *IMPVLERAT ferro Argolicas foedare latebras,*

Pro, *Impulisset*. Et lib. XI, vs. 115

> *Aequius huic Turnum FVERAT se opponere morti,*

Pro, *FVISSET*. Item Horatius lib. II, Od. 17. vs. 28

> *Me truncus illapsus cerebro*
> *SVSTVLERAT, nisi Faunus ictum*
> *Dextra levasset.* —

Et lib. III, Od. 16, init.

> *Inclusam Danaen turris ahenea*
> *Robustaeque fores, et vigilans canum*
> *Tristes excubiae MVNIERANT satis*
> *Nocturnis ab adulteris,*
> *Si non Acrisium virginis abditae*
> *Custodem pavidum Iupiter et Venus*
> *Risissent.* —

Sed perfectum indicativi pro futuro subiunctivi est apud Cic. ad Cassium: *Qui si conservatus erit, VICIMVS.* Pro *Vicerimus*. Caeterum puto, Auctorem hic et in superioribus respicere morem Latinorum, apud quos relativum *QVI* inter duo negativa semper cum subiunctivo construitur, non item apud Graecos.

eos conturbabit; pro ἂν συνταράξειε, [minime hoc. *Herm.*] vel συνταράξῃ, *conturbarit.*[79]

Id quod apud Atticos frequentissimum est, etiam praecedente εἰ, significante, *si quidem, si modo, si tamen.* Quae loquendi ratio etiam Ciceroni mirum in modum placuit. Demosth. Olynth. I, *Εἴπερ τις ὑμῖν προςέξει τὸν νοῦν, Si quis vobis mentem adhibebit;* quae locutio satis obscura, clarior erit, si resolvatur hoc modo: *Εἰ μέλλει τις ὑμῖν προςέχειν τὸν νοῦν*, id est, *Si quis de vobis cogitaturus est;* quod idem est, ac si diceretur, εἴπερ ἂν βούλησθε τοὺς ἄλλους ὑμῖν προςέχειν τὸν νοῦν, id est, *si alios vobis studere volueritis.*

VI. Imperativus apud Graecos nude usurpatur, ubi Latini praemittunt verbum *noli.* Demosth. passim, *Μὴ γὰρ οἴεσθε, Nec enim putatote,* id est, *nolite enim existimare;* ubi Graece barbarus esset, qui diceret, μὴ γὰρ οἴεσθαι βούλεσθε. § 142.

VII. Imperativo Poetae nonnunquam utuntur, maximeque in Aoristo, pro persona secunda futuri indicativi. Euripides, *Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*, pro δράσεις, id est, *Scis ergo quid fac,* pro *quid facturus sis.*[80] § 143.

[Et vice versa, secunda persona fut. indicativi saepe pro imperativo usurpatur: ut Matth. XV, 21 *Οὐ φονεύσεις, Non occides*, pro μὴ φόνευσον, *ne occidito.*[81] § 144. Sic

79 Eodem modo Theognis vs. 216

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ ΠΡΟΣΟΜΙΛΗ'ΣΕΙ τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη,

Polypi indolem habe versipellis, qui talis apparet, qualis est petra, cui adhaeserit. Pro προςομιλήσῃ vel προςομιλήσειεν ἄν. [Hoc non potuit, sed dedit Theognis προςομιλήσῃ, ut Aristoteles συνταράξῃ. *Herm.*] Plaut. non semel: ut, *Illuc sursum AD-SCENDERO, atque inde optime dispellam virum.* Pro *adscendam.*

80 Est et apud Aristoph. in Pace vs. 1061 *Ἀλλ' οἶσθ', ὃ δρᾶσον.* Similiter Plat. in Phaedro pag. 236, lin. 14 *Τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου, παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ΣΤΑ'ΘΗΤΙ, In aliis si plura et digniora Lysiae oratione dixeris, iuxta Cypselidas in Olympia de solido metallo stabis.* Eodem modo Virgilius Ecl. VII, vs. 35, de Priapo:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si foetura gregem suppleverit, aureus ESTO.

Pro, *Eris.*

81 Frequens hoc est in sensu ἀπαγορευτικῷ. Sed et in sensu παρακελευστικῷ invenitur, ut Matth. V, 48 *ἜΣΕΣΘΕ οὖν ὑμεῖς τέλειοι, Eritis,* h. e. *Este igitur vos perfecti.* Adde locum Sophocl. Antig. 84 *Ἀλλ' οὖν προμηνύσεις*

apud Latinos, *valebis et salvebis*, pro, *et vale salve.* Virg. Aeneid. II

Referes ergo haec, et nuncius *ibis* Pelidae genitori. [82]]

Imo et pro infinitivo apud Oratores. Demosthen. Philipp. I [83] *Δεηθεὶς ὑμῶν τοσοῦτον, ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε*, id est, *Id a vobis unum precatus, ut auditis solùm omnibus iudicium feratis, nullumque praeiudicium afferatis.* Vbi *κρίνατε* pro *κρίνειν*, et *προλαμβάνετε*, id est, *προλαμβάνειν*.

VIII. Optativus Attice vicissim pro Indicativo passim usurpatur, quod praecipue Xenophonti placuit: ut II Hist. Graec. *Λύσανδρος δὲ Φιλοκλέα πρῶτον ἐρωτήσας, ὅς τοὺς Ἀνδρίους καὶ Κορινθίους κατακρημνίσειε, τί εἴη ἄξιος παθεῖν* etc., id est, *Lysander cum ex Philocle, qui Andrios et Corinthios praecipites egerat, quaesisset, qua poena dignus*

γε τοῦτο μηδενὶ τοὖργον· κρυφῇ δὲ κεῦθε. Z.]

82 Cic. lib. V, ad fam. ep. 12, in fine: *Tu interea non cessabis, et ea, quae habes instituta, perpolies, nosque diliges. Vale.* Horat. lib. I, epist. 18, vs. 96

Inter cuncta LEGES et PERCVNCTABERE doctos.

Imo cum imperativo futurum coniungit Curtius, lib. VIII, cap. 14 *Tu Antigenes, et tu Leonnate, et Tauron, INVEHIMINI in mediam aciem, et VRGEBITIS frontem.* Mire quoque variat Virgilius lib. V, Aen. vs. 308, sed in 3. persona:

Omnibus hic ERIT unus honos, tres praemia primi
ACCIPIENT, flavaque caput NECTENTVR oliva.
Primus equum phaleris insignem victor HABETO.
Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis
Threiciis: lato quam circumplectitur auro
Baltheus, et tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus ABITO.

Habet hoc idioma magnam emphasin, si id fiat cum interrogatione. Ita Herodianus, lib. II, cap. 1 *Οὐ ΠΑΥΣΗι ἀνάξια σαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοι λέγων; Non desines?* i. e. *Quin desine indigna te et superiori tua vita dicere.* Confer quod dicetur infra Cap. VII, Sect. 12, Reg. 5. § 145.

83 Pag. 16, lin. 32. Sed exemplum desidero clarius; nam participium *δεηθεὶς*, quod ad ipsum referatur, iam habet, nempe *τοσοῦτον*· neque dicit, *κρίνατε τοσοῦτον*, sed *δεηθεὶς τοσοῦτον*· id, quod precatur, est *τοσοῦτον*, quod mox, quasi repetita de integro sententia, explicat, *κρίνατε καὶ προλαμβάνετε.* Non facile potuit dicere *δεηθεὶς τοσοῦτον κρίνειν*, nisi ante *τὸ κρίνειν* per repetitionem subaudito participio *δεηθείς*. Contra infinitivum pro imperativo usurpari, docebitur Sect. sq. Reg. 9.

esset etc., ubi *κατακρημνίσειε*, pro indicativi plusquamperfecto *κατεκεκρημνίκει*, posuit. § 146.

Sic Plato, in Protagora, *Ἔλεγες, ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις.* Vbi, *πέμψειε* pro *ἔπεμψε*, id est, *A Iove dicebas immissam hominibus iustitiam fuisse.* Atque hic usus crebrior est, praecedente una ex sequentibus particulis, *ὅς*, *ὅςπερ*, *ὅςτις*, *ὅσοι*, *ὅτι*, et *ὡς*, [et *ἵνα*, et *μὴ*, et *εἰ*, *ἐπεὶ*, *ὅθεν*, *ὅπου*, *ὁσάκις*, *τὶς*, *ὁποῖος*, et *ἀορίστοις* omnibus. *Reizius.*] Exempla passim obvia.[84] § 147.

IX. De Subiunctivo pauca haec notanda. Primum est, *ἂν* in subiunctivo saepius, quam in optat. praetermitti; ut, *Οὐκ οἶδα, ὅ, τι τῷ λόγῳ χρήσωμαι, καὶ ποῖ τράπωμαι, Nescio, quid dicturus sim, aut quam in partem me conversurus.* Sic *ὅσα βούλῃ*, pro *ἂν βουληθείης*, *quaecunque volueris.* Praetermittitur tamen etiam cum optativo, ut reg. superiori, *τί εἴη ἄξιος παθεῖν*, pro *τί ἂν εἴη.* § 148.

X. Secundo, *ὅπως*, vel *ἵνα*, vel *ὡς* non raro subauditur in subiunct. Chrysost. II de Fato, *Ἑτέρως λυμήνηται, πείθειν ἐπιχειρῶν*, pro *ὅπως ἂν λυμήνηται*, id est, *Aggressus ei suadere, ut alia quadam ratione noceret.*[85] [De hoc errore vide dissertat. de ellipsi et pleonasmo p. 182. seq. *Herm.*]

XI. Tertio, per sese aliquando sumitur pro futuro indicativi: ut, *τί λέγω;* pro *λέξω*, *quid dicam?* et *βούλει εἴπω*, *vis dicam?*[86] § 149.

84 Est et ubi Optativus pro Imperativo ponitur, comitante particula *ἄν*. Ita Sophocl. Electr. vs. 1498

Χωροῖς ἊΝ εἴσω σὺν τάχει,

I statim intro.

Triclin. Schol. *Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ ἔσθ' ὅτε τὰ προστακτικὰ εὐκτικῶς φέρειν.* [*ἐκφέρειν* edidit Brunckius. *Herm.*]

85 Sic apud Ovid. lib. Met. IX, vs. 734

Vellem nulla forem. —

86 Diserte aor. α' subiunctivi pro futuro indicativi utitur Ioannes, Apoc. cap. II, 11 *Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἈΔΙΚΗΘΗ͂Ι ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου, Qui vincit, nequaquam laedetur a morte secunda.* Pro *ἀδικηθήσεται.* Conf. Euang. Luc. VIII, 17 *Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἘΛΘΗ͂Ι*, pro *ἐλεύσεται*, *Nihil enim est occultum, quod non innotescet et propalam fiet.* Adde Matth. VI, 31, Ioann. VIII, 51, et priorem Petri epist. cap. II, 6 H. § 150.

S E C T I O III.

De idiotismis Infinitivi, et temporum quorundam propriis.

R E G V L A I.

De Infinitivo pluscula sunt observatione digna. Primo interdum a genitivo ad accusativum eo in modo transitus fit. Isocrates cum dixisset, *Δεόμεθα ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκροάσεσθαι*, addit *ἐνθυμηθέντας*, pro *ἐνθυμηθέντων*, *Vos obsecramus, ut cum benevolentia audiatis, cogitantes* etc. [Similiter Lys. advers. Theomnest. pag. 364, Vol. V, Ed. Reisk. *Δέομαι ὑμῶν — τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, ἐνθυμουμένους, ὅτι* etc. pro *ἐνθυμουμένων*, quia praecedit *ὑμῶν*. Plura huiusmodi constructionis exempla laudavit Marklandus ad h. l. et ad pag. 620. Z.] Vide Cap. III, de Nomine, Sect. 1, Reg. 1.

II. Secundo, nominativum in eodem modo pro accusativo ab Atticis usurpari, etiam cum *ὡς*, et *ὥςτε*. Xenoph. Memorab. I, 2, 1 de Socrate, *Ὥςτε πάνυ μικρὰ κεκτημένος, πάνυ ῥαδίως ἔχειν ἀρκοῦντα*, ubi *κεκτημένος*, pro *κεκτημένον*, id est, *Cum valde pauca possideret, facile tamen iis contentus esset.* Demosthen. cum artic. neutro nominativum etiam coniungit: ut pro Coron. *Σεμνύνομαι, οὐ τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν*, *Glorior, non quod ab accusatione absolutus fuerim.* †

† Graeci omnino solent non solum accusativum iungere infinitivo, uti fere fit apud Latinos, sed etiam saepe nominativum, genitivum et dativum, prout antecedens nomen, ad quod refertur, postulat. Sic a) *Nominativum* iungunt: v. c. praeter locum Xenophontis, quem Vigerus laudavit, vid. Memorab. III, 13, 2 *ἀκούμενος ἔφη τοῦτον φάρμακον ἀγαθὸν διδάσκειν*, pro *ἀκούμενον*. § 151. Nominativus autem participii huius pendet a nominativo *Σωκράτης*, qui latet in verbo *ἔφη*. Cf. Mem. II, 1, 15. II, 3, 17. IV, 8, 7. Demosth. ad Callipp. pag. 1239, ed. Reisk. et primum *ἡγοῦμαι δίκαιος εἶναι ἔχειν*, pro *δίκαιον*. Deinde *ὧν ἐγὼ ἤθελον τούτῳ ταύτην, ἥτις εἴη μεγίστη πίστις, δοῦναι, ἢ μὴν ἘΓΩ τοῦ πατρὸς ἀκούειν*, pro *ἐμέ*. Sed casus pendet a nominativo, qui latet in *ἡγοῦμαι* et in *ἤθελον*. Hunc Graecismum imitantur interdum Latini, inprimis Poetae: v. c. Horat. III, Od. 27. *Vxor invicti Iovis esse nescis.* Id. I Ep. 16 *Cum pateris sapiens emendatusque vocari.* Vid. Vechner. Hellenol. I, 32. Sanctii Minerv. p. 433 et Linacer de emendat.

Rarius etiam, quod ibid. sequitur, cum eod. artic. *Τὸ μὲν μυριάκις μυρίους κεκηρύχθαι παραλείπω, καὶ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον*, id est, *Mitto infinitos centies proclamatos esse, ac me ipsum antea saepius coronatum.* Vbi licet accusativus *μυρίους* praecesserit, sequitur tamen *τὸ αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι*, pro *τὸ ἐμαυτόν.* [87] Contra etiam accu-

Struct. pag. 505 sq. b) *Genitivum:* ut Actor. XXII, 17 *Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ΠΡΟΣΕΥΧΟΜΕΝΟΥ ΜΟΥ ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει*, pro *προσευχόμενον.* Conf. Markland. ad Lys. Vol. V, pag. 682, ed. Reisk. et Dorvillius ad Charit. pag. 254. c) *Dativum:* v. c. Xenoph. Mem. I, 1, 9 *Δαιμονᾷν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους φησὶ, ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ ΜΑΘΟΥΣΙ διακρίνειν.* Id. Oecon. XI, 6 *Θεμιτὸν καὶ ἐμοὶ ἈΓΑΘΩ͂Ι ἈΝΔΡΙ͂ γενέσθαι.* Aristoph. in Pluto, 286 *Ὄντως γάρ ἐστι ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ἅπασιν ἡμῖν εἶναι.* § 152. Sic Latini quoque; ut Cic. Epist. 16, ad Brut. *Ecquis supplicat, ut optime meritis de republ. liceat esse salvis?* Et Horat. Art. Poet. 372 *Mediocribus esse poetis non homines, non Di, non concessere columnae.* Caeterum de hac enallage casuum egregie praeceperunt dudum Ernestius ὁ *πάνυ* ad Xenoph. Mem. I, 1, 9. Bach. ad Xenoph. Oecon. I, 4. et Dorvill. ad Charit. pag. 52. Z.

87 At Pronomen *αὐτὸς*, reciprocationem significans, hoc sibi peculiare habet. Herodot. Erat. cap. 57 *Εἶπε φὰς, ΑΥΤΟΣ μὲν ἀμφοτέρων ἤδη πεπειρῆσθαι, κεῖνον δὲ, οὔ*, *Dixit, se utrumque expertum esse, illum autem, non.* Atque hoc non *rarius*, sed toties fieri videbis, quoties diversitas personarum diversos casus exigit: nec apud Atticos solum, sed et reliquos Graecos, ut ex Herodoti exemplo liquet. Nam persona quaelibet reciprocationem, vel ad proxime praecedentem casum relationem nullam habens, in quarto casu ponitur. Quae autem ad proxime praecedentem personam refertur, in primo casu ponitur, ut apud Xenoph. de Instit. Cyri lib. II, pag. 42, lin. 9 *Ἀκούσαντες δὲ οἱ Πέρσαι ἐνόμισαν, εἰ παρακαλούμενοι, ὯΣΤΕ τὰ ὅμοια ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΕΣ τῶν αὐτῶν ΤΥΓΧΆΝΕΙΝ, μὴ θελήσουσι ταῦτα ποιεῖν, δικαίους ἂν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἈΜΗΧΑΝΟΥ͂ΝΤΕΣ ΒΙΟΤΕΥ͂ΕΙΝ· His auditis, Persae putarunt, si vocati, ut similia facientes* (sive *simili labore) eadem praemia consequerentur, nollent haec facere, merito omne aevum se inopia rerum transacturos esse.* Quae differentia unde clarius liquet, nisi in duobus praemissis ex Demosth. et Herodoto exemplis? Nam primum ex Xenophonte exemplum nihil aliud docet, quam posse Nominativum Infinitivo praemitti etiam post *ὡς* vel *ὥστε.* Hanc super personarum differentia observationem miror effugisse Vigerum, cum ex secundo Demosthenis loco eam doceri potuerit, in quo et diversae et eiusdem personae concurrit exemplum: nam ubi de aliis loquitur, *μυρίους* nominat in quarto casu; ubi vero de se, *αὐτὸς* dicit in primo. Quae personarum differentia nisi observatur, *σολοικίζει ὁ λόγος.*

sativus pro nominativo eleganter ponitur, cum aliquem citamus, ac fere cum particula δή, vel γὲ, ut, φάναι δὴ vel γε τὸν Πλάτωνα, id est, φησὶ γοῦν ὁ Πλάτων, *ut quidem ait Plato.*

III. Tertio, usurpatur hic modus, ubi Latini supino activo utuntur; ut, ἥκουσιν ἀσπάζεσθαι, *veniunt salutatum.* Qui Gallorum etiam idiotismus est, *ils viennent saluer.* [88]

IV. Quarto etiam pro supino passivo ponitur infinitivus activus, καλὸς ἰδεῖν, id est, *pulcher videre*, id est, *visu* [89]; quod et Galli dicunt, *beau à voir*, et *beau voir.* Lucianus ait paludem βαθεῖαν τοῖς ποσὶ διαβαίνειν, verbatim, *profundam superare pedibus*, id est, *profundiorem, quam ut commode a pedite traiici posset.*

V. Quinto, cum gignendi casu articuli ponitur, praecedentibus ἐν καλῷ, καλλίστῳ, δέοντι, δικαίῳ, προςήκοντι, et similibus: ut, ἔστιν ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, verbatim, *est in bono faciendi*, id est, *commodum fuerit hoc facere.* Sic, *optimum factu id fuerit*, ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν τουτὶ γένοιτ' ἄν. § 153.

VI. Sexto, pro participiis impersonalibus [90], vel indicativo, cum ὡς aut simili: ut ἐμοὶ, vel ἔμοιγε δοκεῖν,

88 Nec tantum nostrates totidem verbis: *zy komen groeten:* sed imitantur et hoc aliquando inter Latinos in primis Poetae. Virg. Aen. I, vs. 531

Non nos, aut ferro Libycos POPVLARE penates
Venimus, aut raptas ad litora VERTERE praedas.

Est et singularis aoristi β' verbi βαίνω usus apud Poetas cum infinitivis verborum motum significantium. Ita Homer. Iliad. Δ, vs. 199

ΒΗ̃ δ' ἸΕ'ΝΑΙ κατὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,

Incedebat autem ambulans per populum Achivorum aere loricatorum. Et Iliad. Α, vs. 606

ΒΗ̃ δὲ ΘΕ'ΕΙΝ παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Nos quoque satis feliciter: *Hy ging wandelen. Hy ging loopen.* Propius ad supini naturam accedere videtur, quod habet auctor libri Tobiae c. V, 16 Ἐ'ΞΗ̃ΛΘΟΝ ἀμφότεροι ἈΠΕΛΘΕΙ̃Ν, *Exierunt ambo peregre profecturi.* Ita ut ἐξῆλθον notet, eos *domo exiisse*, et ἀπελθεῖν, ut iter ingrederentur.

89 Aliquando, mutatis vocibus, Latini vertunt per adiectivum et substantivum. Sic apud Plat. in Phaedro pag. 253 Λευκὸς ἰδεῖν, *Albo colore.* Et apud Oppian. Halieut. lib. I, vs. 156 Ξανθὸς ἰδεῖν, *Flavo colore* piscis. Optime expressit Horatius, nisi quod ille *videri* pro *videre* dicat, lib. IV, od. 2

Qua notam duxit, NIVEVS VIDERI,
Caetera fulvus.

90 Vel pro Participio Personali, i. e. quod refertur ad praecedentem personam, qua in occasione frequentissimi sunt infini-

§ 154. pro ἐμοὶ δοκοῦν, vel ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur.*

tivi verborum, quae similandi significationem habent. Ita Lucian. Demosth. Encom. pag. 913 Εἰ καὶ μηδὲν ὁ Πύθων πρὸς αὐτὸν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ῥήτορες παιδιὰ, ΠΑΡΑΒΑΛΛΕΙΝ τῷ τούτου κρότῳ. Sic enim Latini: *Quanquam Python cum hoc collatus nullus erat, et oratores Attici ludus, collati cum huius actione.* Addatur Plato Hipp. Mai. pag. 289 Πιθήκων ὁ κάλλιστος, αἰσχρὸς ἄλλῳ γένει ΣΥΜΒΑΛΛΕΙΝ· καὶ χυτρῶν ἡ καλλίστη, αἰσχρὰ παρθένων γένει ΣΥΜΒΑΛΛΕΙΝ, *Simius pulcerrimus turpis est, si cum alio animantium genere conferatur; et ollarum pulcerrima turpis, si quis eam cum virginum genere comparat.* Vbi συμβάλλειν et συμβαλεῖν pro Participio, vel pro ἄν τις συμβάλλῃ, ut loquitur paulo post: Τὸ τῶν παρθένων γένος θεῶν γένει ἌΝ ΤΙΣ ΣΥΜΒΑΛΛΗι, οὐ ταυτὸν πείσεται; *Virginum genus si quis cum Deorum genere comparet, nonne idem accidet?* Atque idem rursus nostrates admodum ἰδιολόγως: *De Atheensche redenaars zyn maar kinderspel, te vergelyken by* etc. Non absimili modo adhibitum invenies infinitivum εἰκάσαι apud Philostr. Icon. lib. II, in Arrich. Γέγραπται ὁ μὲν ἀποπνίξας, νεκρῷ ΕΙΚΑΣΑΙ, *Pictus est hic quidem [adversarium] suffocans, mortui instar.* Pro Indicativo cum ὡς, vel simili hoc modo frequentes sunt Infinitivi εἰπεῖν et φράσαι. Et συνελόντι εἰπεῖν vel φράσαι est, *Vt breviter simpliciterque dicam*, apud Demosth. Phil. I, pag. 15. et ad Philipp. epist. pag. 66. Sic, τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, *ut ingenue dicam, ut vera dicam.* Vide Aristid. pro Quatuorv. pag. 311. Praemittitur et infinitivo Accusativus, qui Nominativi vim habet. Herod. Thal. cap. 82 ἐνὶ δὲ ἔπεϊ πάντα ΣΥΛΛΑΒΟΝΤΑ ΕΙΠΕΙΝ, *Vt omnia in unum colligens dicam.*

At μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, absolute ponuntur pro Propemodum. § 155. Lucian. Κατέβαλον χοῦν, ΜΙΚΡΟΥ ΔΕΙΝ, *Parum abfuit, quin abiecissem.* Ita orationem in Philipp. incipit Demosthenes: Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γινομένων, ΟΛΙΓΟΥ ΔΕΙΝ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, *Quum multa, o viri Athenienses, verba fiant, fere in singulis concionibus.* Infinitivus ille etiam per Ellipsin intelligitur. Vide Nostrum Cap. III, Sect. 7, Reg. 11. Contra dicunt πολλοῦ δεῖν absolute pro ἥκιστα. V. g. Ὃ, ΠΟΛΛΟΥ ΔΕΙΝ, εἴποι τις ἄν, *Quod multum abest, ut quis dicat:* i. e. *Quod nequaquam ab aliquo concedetur.* Quod etiam non minus eleganter ita efferunt: Ὃ οὐκ ἂν εἴποι τις, ΟΥΔΕ ἘΓΓΥΣ, *Quod nemo dixerit, neque prope*, q. d. *Non prope adest*, sive *multum abest, ut* etc. Vid. infra VII, 13, 18. Aliquando non minus scite mutua fit modorum permutatio, ut Infinitivus δεῖν abeat in modum finitivum, sequens autem Verbum Infinitivum adsumat. Demosth. pro Rhod. pag. 79 Ὀλίγου δὲ δέω λέγειν, Verbatim: *Parum absum dicere*, pro, *Parum abest, quin dicam.* Addo locum ex Thucydide, lib. II, c. 77 Τοὺς Πλαταιέας τἆλλα διαφυγόντας ἘΛΑΧΙΣΤΟΥ ἘΔΕΗΣΕ ΔΙΑΦΘΕΙΡΑΙ, *Absumsit (ignis scil.) propemodum Plataeenses, qui caetera effugerant.*

VII. Septimo, usurpatur etiam pro gerundiis in *dum*, ut, *δίδωμί σοι χρήσασθαι τὸ βιβλίον*, *librum tibi commodo*, verbatim, *do tibi uti librum* [91], quod et Latini Poetae imitati sunt, ut Virgilius, cum ait [92], *Magnum dat ferre talentum*. [V. Abresch. ad Cattier. pag. 34. Casaub. ad Athen. I. 7. pag. 24. *Herm.*]

VIII. Octavo, cum particula *ὡς* sumitur pro indicativo, tam praesenti, quam praeterito: ut, *Ὡς ἰδεῖν τὸν ἐχθρὸν*, verbatim, *Vt vidisse inimicum*, id est, *ὡς εἶδεν*, *ut vidit*. †

Haec constructio manet etiam in Participiis. Sic Plut. in Demosth. pag. 849 *Ὀδυρομένου δὲ τοῦ Δημοσθένους πρὸς αὐτὸν, ὅτι πάντων φιλοπονώτατος ὢν τῶν λεγόντων, καὶ ΜΙΚΡΟΥ͂ ΔΕΌΝ ΚΑΤΑΝΗΛΩΚΕ΄ΝΑΙ τὴν τοῦ σώματος ἀκμὴν εἰς τοῦτο, χάριν οὐκ ἔχει πρὸς τὸν δῆμον*, *Querente apud eum Demosthene, quod, cum omnium oratorum esset laboriosissimus, et fere consumsisset in studiis corporis vigorem, populo placere non posset.* Caeterum, ut hoc obiter moneam, pro *μικροῦ ἐδέησεν*, etiam eleganter dicunt, *μικρὸν ἀπέλιπε*, sequente itidem infinitivo. Idem in V. Caesaris, pag. 719 *ΜΙΚΡΟ῀Ν ἈΠΕ΄ΛΙΠΟΝ ῾ΗΙΡΗΚΕ΄ΝΑΙ κατὰ κράτος*, *Parum abfuit, quin vi expugnarent.*

91 Ita Aelian. V. H. lib. IX, cap. 16 *῎ΕΔΩΚΕΝ αὐτῇ προῖκα ῎ΕΧΕΙΝ τὰ ἔπη τὰ Κύπρια*, *Dedit illi dotem habere carmina Cypria.* Et Theogn. vs. 1164.

— *Δῶρ᾽ ἀθανάτων, οἷα ΔΙΔΟΥ͂ΣΙΝ ῎ΕΧΕΙΝ*,
Dona immortalium, qualia dant habere.

[Lys. pro Polystr. pag. 666. ed. Reisk. *ὁρᾶτε αὐτοῦ τὴν ἡλικίαν, ἣ καὶ τοὺς ἄλλους ῾ΙΚΑΝΟ΄Σ ἐστιν ἈΠΟΤΡΕ΄ΠΕΙΝ τούτων*. Z.]

92 Aen. V, vs. 248. Confer vs. 262, 307, et 538. lib. IX, vs. 362 *Ille suo moriens DAT HABERE nepoti.* H.

† Vbi *ὡς* cum Infinitivo construitur, verbum aliquod intelligendum esse mihi videtur, pro diverso sensu diversum. Etenim cum significat *postquam:* commode potest intelligi *συμβαίνει*, seu *συνέβη*, aut simile quod huic est; etiamsi latine non est quod interpreteris: veluti, Plat. Sympos. cap. 2 *ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα*, h. e. *postquam Agatho vidit.* Atque Herodot. lib. I, pag. 5, lin. 18, ed. Camer. *ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτοὺς κληθέντας*, etc. *Vbi igitur arcessiti sunt.* Conf. Herodot. lib. I, pag. 18, lin. 35. Sin vero significat *quemadmodum*, aut, *ut*, *ὥστε:* intellige *δεῖ*, *ἔξεστι*, *εἰκός ἐστι*, etc. V. g. Herodot. I, p. 7, lin. 19 *ὡς εἰκάσαι*, sc. *ἔξεστι*, *uti conicere licet.* § 156. Aristoph. Plut. 736 *ὥς γέ μοι δοκεῖν.* Id quod ipsum aliquoties occurrit apud Herodotum, qui interdum permutat cum forma *ὡς ἐμοίγε δοκέει*, ut lib. I, pag. 11, lin. 11, et lib. II, pag. 46, lin. 16, vel *ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι*, pag. 11, lin. 9. Idem in his formulis: *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, h. e. *ut summatim dicam*, apud Plat. Phaed. cap. 25, 29, 58. Apol. 1, 7, 8. Symp. 6. 12. Item, *ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν*, *ut breviter, summatim, omnino dicam*; Xenoph. Mem. III, 8, 10. IV, 3, 7. Item *ὡς ἐν κεφαλαίῳ*

Nono, interdum subauditur, ex sola dictionis consequentia intelligendus. Demosthen. Olynth. III [93] *Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὔθ' οὗτοι Φίλιππον*, id est, *Neque Philippus eos audebat, neque illi Philippum*; supp. *lacessere*.

IX. Decimo, cum *mandata dantur*, vel *leges feruntur*, aut *a legibus praescripta denuntiantur*; infinitivus fere usurpatur pro subiunctivo, vel optativo cum *ὅπως*, vel *ὡς*, aut simili partic. [94] Exempla passim. Demosthen. pro Coron. *Τὸ ψήφισμα τοῦτο γράφω πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος*, id est, *Hoc decretum edo, navigare ad ea loca*, (id est, *ut navigaretur*) *in quibus Philippus esset*. [Talis quoque Infinitivus pendet ab omisso verbo *δεῖν*. Vid. Ernest. *ὁ πάνυ* ad Xenoph. Mem. III, 9, 4, ad phrasin: *προαιροῦμαι ταῦτα πράττειν*, scil. *δεῖν*. § 158. Z.] [95] — § 159.

εἰπεῖν, ut summatim dicam. Plat. Symp. cap. 12. Nam pro hac forma Plato Phaed. cap. 45 dicit *ἑνὶ λόγῳ*, et Theophr. Charact. I, et X. *τὸ ὅλον*, et cap. II. *τὸ κεφάλαιον* sc. *κατά*. Item *ὡς τύπῳ λαβεῖν*, Theophr. Char. I, et de Plant. l. h. e. *ut rem summatim comprehendam*. Nam Plato de Republ. III, pag. 443 ait, *ὡς ἐν τύπῳ, ΜΗ' ΔΙ' 'ΑΚΡΙΒΕΙ'ΑΣ, εἰρῆσθαι*. Item *ὡς λόγῳ* (sc. *ἑνὶ*, aut *ὀλίγῳ*) *εἰπεῖν*, Herodot. lib. II. pag. 48, lin. 25. et pag. 53, lin. 10. *Ὡς μὲν νῦν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται*, ibid. p. 50, lin. 3 et 5. *Ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ut definitione complectar*, Theophr. Charact. cap. 5, 9, 14, 20. *Ὡς εἰπεῖν, ut ita dicam*, Xenoph. Oecon. III, 4. Item *Ὡς ἐμὲ κατανοέειν, Adeo ut mihi intelligere liceret*, Herodot. lib. II, pag. 50, lin. 39. Nonnunquam vero particula *ὡς* praetermittitur; ut ibid. pag. 12, lin. 12 *Οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν*, h. e. *ut breviter dicam*. Item *λόγῳ εἰπεῖν*, eodem sensu, ibid. pag. 49, lin. 32. Z.

93 Pag. 10, lin. 21.

94 Vel pro imperativo, quae locutio Atticis propria est, § 157. ut ex Aristophanis Avibus probat Moeris in voce *λαμβάνειν· Ἐάν τις ἀποκτείνῃ τύραννον, τιμὰς ΛΑΜΒΆΝΕΙΝ, Si quis tyrannum occiderit, praemium habeto*. Hinc Imperativo subiungitur Infinitivus in illo Hom. Iliad. E. vs. 606

ΕΙ'ΚΕΤΕ, μηδὲ θεοῖς ΜΕΝΕΑΙΝΈΜΕΝ ἶφι μάχεσθαι,

Cedite, neque cupite pugnare fortiter cum diis.

95 De infinitivo post verbum finitum sequente haec observatione digna visa sunt:

I. Vbi apud Latinos post verbum finitum infinitivus sequitur, praecedente quarto casu, ibi apud Graecos, praeterquam quod fere *ὅτι* vel *ὡς* usurpant, infinitivus, dissimulato accusativo. Plat. in Gorg. pag. 486 *Νῦν γάρ, εἴτις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλον ὁτονοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, ΦΆΣΚΩΝ 'ΑΔΙΚΕΙ'Ν*, pro *σὲ ἀδικεῖν, Nunc enim, si quis te comprehensum, vel alium quempiam, in vincula coniiciat, dicens, te iniuriam fecisse*. Imitantur tamen Poetae Latini hunc loquendi morem. Ita enim Virgilius lib. Aen. II, vs. 25

X. Iam, ut de temporum aliquot Idiotismis dicamus: primum quidem, Imperfectum, praeter illud, quod in coniunctione ἂν infra monebimus, saepe pro aoristo sumitur, et cum eo simul coniungitur. Demosthen. passim; ut, Ἐχ-

Nos ABIISSE, rati, et ventis
PETIISSE Mycenas.

supple *eos.* Conf. lib. IX, vs. 354
Sensit enim nimia caede atque
cupidine FERRI.

scil. *se et Euryalum.*

II. Quod si ad praecedentem personam per reciprocationem relatio fit, pro accusandi ante infinitivum, nominandi casum invenies. Idem Plat. in Phaed. pag. 90 *Οἴονται ΣΟΦΩ΄ΤΑΤΟΙ γεγονέναι, Arbitrantur, se sapientissimos evasisse.* Hic etiam quandoque graecissant Latini inprimis Poetae. Horat. lib. III, Od. 27, vs. 73.

VXOR invicti Iovis esse nescis.

Pro, *te esse uxorem.* Deprehenditur hoc clarius, ubi et reditio est ad eandem personam, et transitio ad aliam. Sic apud Isocratem contra Sophistas, pag. 577 *Οἰόμενοι, ΑΥ'ΤΟΙ' τε θαυμασθήσεσθαι, καὶ ΤΗ`Ν ΠΑΙ΄ΔΕΥΣΙΝ τὴν τῶν λόγων πλείονος ἀξίαν δόξειν εἶναι, Rati, et se ipsos in admiratione futuros, et institutionem oratoriam maiori pretio dignam visum iri.*

III. Pro Infinitivo quandoque Participium ponitur. Herod. Clio, cap. 131 *Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοίοισι ΧΡΕΩΜΕ΄ΝΟΥΣ, Persas autem novi talibus legibus utentes.* Pro, *uti.* Cum autem manetur in eadem persona, pro accusativo nominativum invenies. Vide nostrum infra Cap. VI, Sect. 1, Reg. 13 et nos ibidem.

IV. Infinitivo cum Accusativo utuntur (sed rarius) Graeci, pro Nominativo cum Verbo, et ab oratione recta ad obliquam temerarius fit transitus. Herodotus: *Τῷ δὴ (ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισιν ἀπήγγειλε) περὶ τὸ Παρθένιον οὖρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πὰν περιπίπτει.* Hactenus oratione recta, sequitur: *ΒΩ΄ΣΑΝΤΑ δὲ τοὔνομα τοῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἈΠΑΓΓΕΊΛΑΙ* etc. *Huic Phidippidi (ut ipse retulit et Atheniensibus narravit) circa Parthenium montem, qui est supra Tegeam, Pan fuit obvius. Compellatoque Phidippidis nomine Pana iussisse nunciari Atheniensibus*, pro *Pan iussit.* Structuram mire variat Pausanias in Corinth. pag. 133 *ἈΡΕΣΘΑ΄ΝΑΣ δὲ, ὡς ἀριθμὸν οὐχ εὕρισκεν ὁμολογοῦντα τῶν αἰγῶν, καὶ ὁ κύων ἅμα ἀπεστάτει τῆς ποίμνης, οὕτω ΤΟ`Ν ἈΡΕΣΘΑ΄ΝΑΝ ἐς πᾶν φασιν ἈΦΙΚΝΕΙ͂ΣΘΑΙ ζητήσεως, ΕΥ'ΡΟ΄ΝΤΑ δὲ ἘΠΙΘΥΜΗ͂ΣΑΙ τὸν παῖδα ἀνελέσθαι, καὶ, ὡς ἐγγὺς ἐγένετο, ἀστραπὴν ΕΙ͂ΔΕΝ ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός· ΝΟΜΙ΄ΣΑΝΤΑ δὲ εἶναι θεῖόν τι, ὥςπερ ἦν, ἈΠΟΤΡΑΠΕ΄ΣΘΑΙ, Aresthanam aiunt, ut caprarum numerum non convenire, et canem insuper a reliquo grege abesse vidit, diligentissime perscrutatum fuisse omnia, inventum autem puerum voluisse tollere: et, simulac propius accederet, fulgur vidisse a puero effulgens: Divinumque quiddam id esse existimantem, sicut erat, retrocessisse.* Haec tamen et similia apud Herodotum et Pausaniam tironibus magis intelligenda sunt quam imitanda. H.

θρῷ τε προςεφέρετο πικρῶς, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτὸν ἐποίησεν, ubi προςεφέρετο cum ἐποίησε coniungitur, id est, *acerbe inimico usus est*, § 160. *ac multis eum affecit calamitatibus*. †

XI. Aoristum utrumque[96] aut praesentis saepe significationem habet, aut per verbum *soleo* reddi debet, tam apud Oratores, quam apud Poetas. Demosth. Olynth. II, Μικρὸν πταῖσμα ἀνεχαίτισε, καὶ διέλυσε πάντα, id est, *Exigua belli offensio cuncta saepe retro flectere solet, atque dissolvere*. Sic, Ὡς τὸ πλεῖστον τοῦ παραβούλου ὁ σύννους ἐκράτησεν, *Vt plurimum cogitabundus praecipitem superavit*, id est, *superat*, aut *superare solet*. Quod etiam in Perfecto locum habet interdum, tametsi rariorem.

[Per Enallagen Atticam saepe usurpatur Aorist. primus vel secundus pro praesenti: exempla nonnulla ex Isocratis paraenesi, quod familiarius pueris in scholis innotescat, subiiciam:

† Omnino optimi quique auctores interdum diversa verborum tempora coniungunt, et inprimis futura et aoristos. Cuius rei ignoratio saepe Grammaticos intempestive ad corrigendi audaciam perduxit. Id quod bene monuerunt Ernestus V. C. ad Iliad. δ', 161, et Callim. in Apoll. 14, Dorvill. ad Charit. pag. 268, Duker. ad Thucyd. pag. 125, et Hindenb. ad Xenophon. Mem. III, 4, 4. Wopken. Lect. Tullian. pag. 279. § 161. Caeterum de ratione temporum verbi graeci vide quae praeceperunt Clarkius ad Iliad. α', 37, et Cel. Reizius in diatr. de Temporibus et Modis verbi graeci. Z.

96 Frequentius tamen Aoristum primum. Aoristum secundum hunc fere usum obtinet, cum verbum hoc tempore vel omnino caret, vel in eo raro usurpatur, vel denique in carmine. Exemplum habet Homerus, Iliad. *Π*,

Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος
ἠέ περ ἀνδρῶν,
Ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ
καὶ ἈΦΕΙΛΕΤΟ νίκην
Ῥηϊδίως, —

Sed semper Iovis consilium praevalet humano, qui etiam fortem virum terret, eique facile victoriam aufert, vel *auferre solet*. Et apud Theogn. vs. 640

Πολλάκι πὰρ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα γίγνεται εἶναι
Ἔργ' ἀνδρῶν· βουλαῖς δ' οὐκ ἘΠΕΓΕΝΤΟ τέλος,

Saepe fit, ut praeter opinionem et spem res humanae eveniant: consilia vero [*optatus*] *finis non sequitur*. Confer Hom. Iliad. *E*, vs. 770, Theogn. vs. 202 et 116. Ael. V. H. lib. I, cap. 10. Quin, deficiente utroque aoristo, imperfectum hunc usum praestare, docemur ex eodem libr. cap. 7 ἮΣΑΝ ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγριοι ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, *Sunt sues agrestes medicinae non imperiti*. et cap. 11 ἮΣΑΝ δ' ἄρα μαντικωτάτων ζώων καὶ μύες, *Sunt etiam mures inter animalia vaticinandi peritissima*. Cf. Theogn. vs. 208. § 160. b.

Καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ᾽ ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. ubi *διέλυσε* pro *διαλύει*, et *ἐξαλείψειεν* pro *ἐξαλείφει*. Idem paulo post: *Ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν, ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. Πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. Ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε, καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν.* ubi *ἐπορεύθησαν* pro *πορεύονται*, *ingrediuntur*, *ἠδυνήθησαν*, (pro *ἐδυνήθησαν* est, Atticorum more, *ε* in *η* mutato) ponitur pro *δύνανται*, *possunt*. Istud praeterea observandum, *τὸ ἠδυνήθησαν* in forma passiva activam habere significationem. *ἀνάλωσεν ἀορ. ά* pro *ἀναλίσκει*, *consumit*. *ἀνάλωσα* vero sine augmento pro *ἀνήλωσα*, et per metathesin *ἠνάλωσα*· sicut et praet. *ἀνάλωκα* sine augm. pro *ἀνήλωκα*, et per metathesin *ἠνάλωκα*. *ἐμάρανε ἀορ. β´* pro *μαραίνει*, *marcescere facit*. *ὠφέλησεν ἀορ. ά* pro *ὠφελεῖ*, *prodest*. *ἔβλαψε ἀορ. ά* pro *βλάπτει*, *nocet*. *ἐκόσμησε ἀορ. ά* pro *κοσμεῖ*, *ornat*. *ἐπεσκότησεν ἀορ. ά* pro *ἐπισκοτεῖ*, *tenebras offundit*. Notavit hoc Servius ad illud Virg. Aen. VI, vs. 78

— — — — magnum si pectore posset
Excussisse deum. — —

Excussisse inquit pro *excutere*. Tempus pro tempore. Matth. III, 17 *Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Hic est filius meus dilectus, in quo *acquiesco*. *εὐδόκησα*, *Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ εὐδοκέω.*[97] § 162.

97 Non tamen, prout cuique lubitum fuerit, promiscue in omnibus occasionibus ita agendum censeo, ut aoristus pro praesenti adhibeatur, nec licere dicere *ᾠκοδόμησα* pro *οἰκοδομέω*· sed hic, ubi indefinita plane temporis est significatio, et praesertim generaliter loquimur de persona vel re, quae ita agere vel agi *solet*; per quod verbum etiam Latini vertere possunt. V. c. in illo Platonis Phaedro pag. 232, in fine: *Καὶ μὲν δὴ τῶν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἘΠΕΘΥΜΗΣΑΝ, ἢ τὸν τρόπον ἜΓΝΩΣΑΝ*, *Quin etiam ex amantibus multi corpus expetunt*, *h. e. expetere solent*, *prius quam mores cognoverint*. Et hinc magnam lucem mutuatur locus ille modo ex Matth. citatus. Nam: *Hic est filius meus dilectus*, *in quo εὐδόκησα*, *acquiesco* vel *acquievi*, perinde est ac si dixisset Deus: *in quo ego ab aeternitate usque acquiescere soleo*, *acquiesco*, et

in aeternitatem acquiescam. In Deo enim praeterita, praesentia vel futura ne punctum quidem temporis efficiunt. Commodissimum itaque hoc tempus est, quum vel de aeterno Numine sermo est, vel divinitus oracula eduntur, in quibus nec apud Latinos certi temporis habetur ratio; id quod testantur tot prophetarum dicta, qui de futuris tanquam praesentibus et praeteritis loquuntur: quae consuetudo etiam apud auctores profanos servatur. Sic triplex tempus adhibetur in vaticinio illo Chironis apud Horatium Epod. 13, ubi Achilli alumno haec canit:

Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina, Lubricus et Simois:
Vnde tibi reditum certo subtemine Parcae
RVPERE: nec mater domum
Caerula te REVEHET.
Illic omne malum vino cantuque LEVATO
Deformis aegrimoniae
Dulcibus alloquiis.

Et in his quidem casibus aoristus neque praesentis significationem habet, neque per verbum *soleo* reddi potest, sed indeterminato tempore etiam futurum continetur: nam dantur loci, in quibus neque per praesens, neque per verbum *soleo*, sed per futurum reddi debet, ita tamen, ut infiniti temporis significatio non perdatur: itaque in versione commode adverbium *semper* additur, aoristi Graecorum naturam aliquatenus referens. Vtriusque aoristi per futurum explicandi exemplum occurrit apud Epict. cap. 59 Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὶ πρόςωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἨΣΧΗΜΌΝΗΣΑΣ, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, ΠΑΡΈΛΙΠΕΣ, i. e. *Si quando supra vires personam susceperis et ipsam non sustinebis, et quam sustinere potuisses, semper negliges.* Vbi ἠσχημόνησας et παρέλιπες neque per praesens satis commode, neque per verbum *soleo* redditur. Similiter in Euang. Ioann. XV, 6 Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἘΒΛΉΘΗ ἔξω, ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἘΞΗΡΆΝΘΗ, *Nisi quis manserit in me, eiicietur extra, ut palmes, et arescet.* § 163. Videntur et hoc Graecorum idioma imitari fuisse conati poetae Latini, praeterito perfecto pro Aoristo ά usi. Ita enim Lyricorum Princeps lib. I, Od. 34. in fine:

— Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
SVSTVLIT; hic posuisse gaudet.

h. e. *solet tollere.* Plurimus in hoc est Virgilius, quem vide lib. Aen. V, vs. 145

Non tam praecipites biiugo certamine campum
CORRIPVERE, ruuntque effusi carcere currus:
Nec sic immissis aurigae undantia lora
CONCVSSERE iugis. —

Et lib. XI, vs. 810

Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montes sese avius ABDIDIT altos,
Occiso pastore, lupus, magnove iuvenco
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
SVBIECIT pavitantem utero sylvasque PETIVIT.

Conf. lib. II Georg. vs. 124, lib. III, vs. 197, 378, 459, lib. IV, 213. Aen. IX, vs. 59. Aen. X, 711, 726, 804, et XII, 588. Senec. in Med. vs. 200. Hippol. vs. 248. Hor. lib. I, epist. 19, vs. 48. Extra poesin hoc rarius fit. Exemplum habet Curtius lib. III, cap. 8. §. 10

Aliquando praesens pro futuro ponitur. Eurip. in Hecuba [98]:

Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
Στείχω; ποῖ δ' ἥσω;
Quo, an hac illac
Ibo? Quo sedebo? [Neque ἥσω significat *sedebo*, neque στείχω *ibo*, sed *eam:* est enim coniunctivus. *Herm.*]

Hic στείχω pro στείξω. Ioan. XVI, 17 *Μικρὸν καὶ οὐ θεωρεῖτέ με. καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.* ubi θεωρεῖτε pro θεωρήσετε, et ὑπάγω pro ὑπάξω. [99]

Ritu ignobilium ferarum, quae, strepitu praetereuntium audito, sylvarum latebris se OCCVLVERVNT. Explicat se probe Horatius lib. II, Od. 13

— Improvisa leti
Vis RAPVIT RAPIETque gentes.

Similiter Aoristo α' addit praesens Plato in Phaedro pag. 277, lin. 35 *Εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἜΓΡΑΨΕΝ ἢ ΓΡΑΦΕΙ, Sive Lysias, sive quis alius unquam scripsit aut scribit.*

98 Praeter hunc locum, aliorum etiam multam turbam congesserunt doctissimi viri Wasse et Dukerus ad Thucyd. lib. II, cap. 44, init. Confer 1 Thessal. c. V, 11. Marc. XIV, 25.

99 Ita apud Ael. V. H. lib. II, cap. 13. Socrates dicitur exiisse ad theatrum, spectatum Aristophanis Nubes, non temere nec fortuito, *εἰδὼς δὲ, ὅτι ΚΩΜΩιΔΟΥ͂ΣΙΝ αὐτὸν*, pro κωμῳδήσουσιν, *Sciens, se comoedia illa agitatum iri.* Latini quoque interdum praesenti pro futuro utuntur. Sic apud Ter. in Phorm. II, 4, 7

Quid AGO? Dic Hegio. —

Pro *Quid agam?* Et in Eun. II, 3, 46 *Cras EST mihi iudicium.* Pro *Erit*. Idem in Phorm. III, 2, 47 *Cras mane argentum mihi Miles DARE se dixit*, pro *daturum esse*. Et Horat. lib. I, epist. 5, vs. 9

— Cras nato Caesare festus
DAT veniam somnumque dies. —

Contra futuro pro praesenti utitur idem lib. I, epist. 18, vs. 3

Vt matrona meretrici dispar ERIT atque
Discolor, infido scurrae DISTABIT amicus.

Pro *est* et *distat*. H.

Cum eiusmodi temporum enallages observatio inprimis ad cautionem in locis auctorum corrigendis facere videatur: non alienum puto, tironum gratia exempla aliquot addere. *Primum* igitur Praesens nonnunquam vim Futuri habet: v. c. Xen. Mem. II, 8, 5 *Οὕτω ἥκιστα μέν σε οἶμαι ἐν αἰτίᾳ ΕΙ͂ΝΑΙ, μάλιστα δὲ τῇ ἀπορίᾳ βοήθειαν εὑρεῖν, ῥᾷστα δὲ καὶ ἀκινδυνότατον ζῆν.* Id. Oecon. VI, 11 *Καὶ ταῦτά μοι δοκῶ ἡδέως ἑκάτερα ἈΚΟΥ͂ΕΙΝ σοῦ.* Id. Sympos. I, 15 *Νῦν δὲ τίνος ἕνεκα γὰρ ΚΑΛΕΙ͂ μέ τις;* Plat. Apol. cap. 17 *Εἰ οὖν με ἐπὶ τούτοις ἈΦΙΟΙ͂ΤΕ.* Id. Crit. cap. 15 *Καὶ τοῦτο ποιοῦντι ἄρα ἄξιον ἘΣΤΙ σοι ζῆν; ἢ πλησιάσεις τούτοις* etc. Id. Phaed. cap. 58 *Ἰσόῤῥοπον γὰρ πρᾶγμα, ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν, οὐχ ἕξει μᾶλλον οὐδ'*

E contrario Praet. pro praesenti. Demosthen. pro Corona: *Οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ἡμῶν ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπείληφα*, *Maiores nostros existimo istas curias aedificasse;* hic *ὑπείληφα ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνω* ponitur. [1] Isocr. ad Demonic. statim ab initio: *Πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν* etc. pro *λαμβάνουσιν*. [2] [Vide not. 162. ad p. 209. *Herm.*]

ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι· ὁμοίως δ' ἔχον, ἀκλινὲς ΜΕΝΕΙ. Aristoph. Plut. 222 *Τί ΔΡΩ̃, λέγε.* Ibid. 57. *Ἄγε δὴ σὺ πρότερον σαυτὸν, ὅςτις εἶ, φράσον, ἢ τἀπὶ τούτοις ΔΡΩ̃.* Sic de verbo *εἶμι*, eo, cum eius compositis tenendum est, apud Atticos formam futuri non esse in usu, sed semper adhiberi Praesens tempus, etiam in significatione Futuri. Hinc *ἄπειμι* Aristoph. Plut. 70. significat *abibo*. Plat. Phaed. 17 est *οὐκ εὐθὺς ἀφήσω αὐτὸν, οὐδ' ἌΠΕΙΜΙ, ἀλλ' ἐρήσομαι αὐτὸν καὶ ἐξετάσω, καὶ ἐλέγξω.* Sic haud dubie intelligendum est id, quod Phrynichus pag. 12 et Moeris Attic. de vi futuri *ἄπειμι* tradunt. Nam hanc formam semper potestatem habere futuri facile locis Atticorum refellitur ipsorum. *Deinde* contra Futurum saepe loco Praesentis ponitur, forte continuationem rei indicandi gratia. E. g. Xenoph. Mem. III, 2, 1 *Ὥςπερ τὸν ποιμένα ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὅπως σῶαί τε ἜΣΟΝΤΑΙ αἱ ὄϊες, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἘΞΟΥΣΙΝ, οὕτω καὶ τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὅπως σῶοί τε οἱ στρατιῶται ἜΣΟΝΤΑΙ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἘΞΟΥΣΙΝ, καὶ οὗ ἕνεκα στρατεύονται, τοῦτο ἜΣΤΑΙ.* Item Aeschin. Dial. III, 11 *Ποίαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην, οὐ ΜΕΜΨΕΤΑΙ καὶ τοῖς παροῦσι ΧΑΛΕΠΑΝΕΙ̃;* Plat. Euthyphr. 15 *Οὐκοῦν θεραπεία γε πᾶσα ταυτὸν διαπράττεται, οἷον τοιόνδε ἐπ' ἀγαθῷ τινι ἜΣΤΑΙ καὶ ὠφελείᾳ τοῦ θεραπευομένου.* Rom. III, 30 *Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς ΔΙΚΑΙΩ΄ΣΕΙ περιτομὴν ἐκ πίστεως.* Item Sophocl. Oedip. Tyr. 445 *Τοιαῦτ' ὀνείδιζ', οἷς ἔμ' ΕΥ῾ΡΗ΄ΣΕΙΣ μέγαν.* Xenoph. Cyrop. III, 3, 50 *οὐδεμία γὰρ οὕτως ἜΣΤΑΙ καλὴ παραίνεσις, ἥτις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς αὐθημερὸν ἀκούσαντας ἀγαθοὺς ποιήσει. ἔσται* h. e. *solet esse*, s. *est*. Conf. Cel. Fischer. ad l. l. Platonis, et inprimis Graev. Lect. Hesiod. 5, pag. 24. Z. § 164.

1 Atque hoc quidem toties hoc verbum patitur, ut ipsi fere peculiare videatur. Est tamen ubi Demosthenes praesenti tempore utitur. Videatur epistola quarta pag. 118, lin. 33 *Ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω*, *Ego urbem vestram fortunatissimam omnium urbium existimo.*

2 Eodem modo *πεφόβημαι* pro *φοβοῦμαι* apud Thucyd. lib. I, c. 144 *Μᾶλλον γὰρ ΠΕΦΟΒΗ΄ΜΑΙ τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας*, *Magis enim metuo domestica nostra peccata, quam adversariorum consilia.* Similiter cognatum verbum *δέδοικα* pro *δείδω* apud Theogn. vs. 38 — *Δέδοικα δὲ, μὴ τέκῃ ἄνδρα*, *Timeo, ne virum sit paritura.* Et *ἤλπικεν* pro *ἐλπίζει*· ep. priori ad Tim. c. V, 5, et VI, 17 *Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἩΛΠΙΚΕ΄ΝΑΙ ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι*, *Divites hoc in seculo*

Praeteritum aliquando pro futuro ponitur. Hes. ἔργ. 334

Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβὴν,
Pro operibus iniquis gravem exhibebit talionem.

Ἐπέθηκεν hic positum est pro ἐπιθήσει. Locutio emphatica, et summam rei futurae indicat certitudinem, *ne superbiant, neque spem in opibus fluxis ponant.* Pro eodem utitur Hom. praeterito medio ἔολπα Iliad. Ψ, 187. [Adde Euripid. Hecub. 550, ubi moriens Polyxena ait, Ἐν νεκροῖσι γὰρ δούλη ΚΕΚΛΗ͂ΣΘΑΙ βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι. Z.] § 165.

Contra praesenti pro praeterito utitur Pausanias in Achaicis pag. 399, lin. 9 Τὸ μὲν γένος πᾶν τὸ ἄρσεν ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσοι τῆς πόλεως ἁλισκομένης ἘΚΔΙΔΡΆΣΚΟΥΣΙ, *Omnem masculam prolem obtruncarunt, exceptis, qui, dum urbs caperetur, aufugerant.* Vide et Ioann. cap. IX, 8 Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ ΘΕΩΡΟΥ͂ΝΤΕΣ αὐτὸν τοπρότερον, ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον. Pro τεθεωρηκότες. Confer Epict. Enchir. cap. 29, et Ioann. VIII, 58. Nec dissentiunt Latini: ita enim Thraso apud Terent. in Eun. IV, 7, 23 *Thais, primum hoc mihi responde: Cum tibi DO istam virginem, Dixtin' hos mihi dies soli dare te?* Vbi Donatus: *Cum tibi do*, pro, *cum tibi darem.* Similiter Virg. lib. XI, vs. 172.

Magna tropaea ferunt, quos DAT tua dextera leto.

Dat pro *dedit.* Ita de Paride Amata apud eundem Aen. VII, 363

An non si Phrygius PENETRAT Lacedaemona pastor?

Pro *penetravit.* Sic lib. IX, vs. 662

Cratera antiquum, quem DAT Sidonia Dido.

Pro *dedit.* Et vs. 361

— Tiburti Remulo ditissimus olim
Quae MITTIT dona, hospitio cum iungeret absens
Caedicus; ille suo moriens DAT habere nepoti.

Adde Senecam in Oedip. vs. 848

Huic aliquis a te TRADITVR quondam puer?

Pro, *traditus fuit.* Quin, ut obiter hoc dicam, praesenti subiunctivi pro plusquamperfecto subiunctivi utitur Maro Aen. XI, in fine:

Ac simul Aeneas fumantes pulvere campos
Prospexit longe, Laurentiaque agmina vidit:
Et saevum Aenean agnovit Turnus in armis,
Adventumque pedum flatusque audivit equorum:
Continuo pugnas INEANT, et praelia TENTENT;
Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Ibero
TINGAT equos, noctemque die labente REDVCAT.

Pro *iniissent, tentavissent, tinxisset, reduxisset.* Sic lib. II, vs. 293

— Ni mea cura RESISTAT,
Iam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis,

Pro *restitisset.* Et lib. VI, vs. 293

Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
ADMONEAT volitare cava sub imagine formae,
IRRVAT et frustra ferro DIVERBERET umbras.

Pro *admonuisset, diverberavisset.*

nem: nempe hanc rem tam certo futuram, ac si iam facta esset. [3]

Imperfectum etiam nonnunquam pro praesenti. Homer. Iliad. *A*

> *Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ,*
> *Qui Diis obtemperat, valde exaudiunt eum.*

ἔκλυον imperf. est verbi κλύω, audio. [4]]

3 Idem ex Livio et Quinctiliano probat Thom. Linacer, Grammaticus: *Si tales animos in praelio habebitis, quales hic ostenditis, VICIMVS.* Pro *vincemus certe*. Quod exemplum plenius mihi arridet, quam illud ex Hesiodo citatum, in quo aoristum ἐπέθηκεν indefinite accipi pro *solet exhibere* quis non videt? [*Κέκλημαι* pro *κεκλήσομαι* ponitur apud Euripid. Hecub. 478 *Ἐγὼ δ' ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ ΚΕΚΛΗΜΑΙ δούλα, λιποῦσ' Ἀσίαν!* Z.]

4 Idem ibid. vs. 418

> *Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων*
> *Ἔπλεο*

Pro πέλεις. *Nunc simul et brevis aevi et miser es supra omnes.* Et vs. 506

> *Τίμησόν μοι υἱὸν, ὃς ὠκυμορώτατος ἄλλων*
> *Ἔπλετ'* —

Pro πέλει. *Honora mihi filium, qui brevis est aevi prae caeteris.* Simili modo inquit Horatius, l. I. Od. 37, init.

> *Nunc est bibendum, nunc pede libero*
> *Pulsanda tellus: nunc saliaribus*
> *Ornare pulvinar Deorum*
> *Tempus ERAT dapibus sodales.*

Vbi, *Tempus erat*, pro, *est*. Locus Homeri exstat vs. 218: sed et hic ἔκλυον accipi debet ἀοριστολογικῶς pro *exaudire solent*. [Sic inprimis Attici solent Imperfectis ἔδει, προσῆκεν, ἔπρεπεν, χρῆν etc. pro Praesentibus uti. Vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 200, 469. Valckenar. ad Eurip. Phoen. 966. Thom. Mag. sub v. χρῆν. Dorvill. ad Charit. pag. 670. et Cel. Fischer. ad Plat. Apol. cap. 1. Z.] Contra praesenti utuntur Graeci, ubi imperfecto Latini, quoties narrant vel aliquid factum, vel quempiam admonuisse, vel interrogavisse: hi enim respiciunt tempus, quo res narratur, illi, quo res narrata accidit; respectu ergo temporis, quo facta est, indicatur praesens, quod sequuntur Graeci: rursus respectu temporis, quo res narratur, ea praeteriit, quod sequuntur Latini: hinc videtur tantum apud Graecos praesens pro imperfecto poni, quod tamen non fit. Sic apud Lucian. Deor. Dial. Tom. I, 279. Ed. Amstel. purgans se Apollo apud Iovem, quod filio permisisset habenas, ait: *Ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν ΧΡΗ βεβηκέναι αὐτὸν*, *Currui impositum monui, quomodo oporteret insistere.* Quod si Lucianus hic scripsisset ἔχρη, intelligeremus, monuisse eum, quomodo Phaethon antea, alio nempe tempore praeterito, debuisset currum conscendere: nunc, cum praesenti utitur, intelligimus illud tempus, quo monebat filium. Sic Aelian. V. H. lib. II, cap. 13 *Ἐζήτουν, ὅστις ποτε οὗτος ὁ Σωκράτης ἘΣΤΙΝ;* *Quaerebant, quis tandem hic Socrates esset?* Hic rursus si legeremus ἦν,

XII. Eadem Aorista, vel activa, vel media, in imperativo et infinitivo saepissime pro praesenti usurpantur: ut ποίησον pro ποίει, ποιῆσαι pro ποιεῖν. Quod rarius in passivis locum habet, praeterquam in verbis activa voce carentibus, in quibus hic etiam usus est creberrimus: ut, πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, *ad disserendum*, quia διαλέγω in usu non est. § 213. b.

XIII. Aorista secunda verborum quartae coniugationis, in δον, et derivata inde tempora, vix in usu reperiuntur, ut, ἐνόμιδον, a νομίζω, *puto:* uti praeteritum etiam activum eorundem verborum in κα, apud elegantiores auctores. Quorum temporum in locum succedit saepissime Aoristum primum longe usitatissimum.

Plusquamperfectum pro perfecto quibusdam in verbis usurpatur, maxime apud Poetas; ut, εἱστήκειν, pro ἕστηκα· ἤειν, pro ἦα, ab εἶμι, *eo.*[5] [Hoc fieri nequit. *Herm.*]

XIV. Parcius quidem, aliquando tamen Aorista etiam, et Praeterita passiva, pro activis aut mediis sumuntur: ut

non fuisset ex Graecorum more sensus seu quaestio, quis tunc esset Socrates, sed quis antea fuisset. Confer Euang. Ioann. cap. VI, 64 Ἤιδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες ΕἸΣΙ'Ν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἘΣΤΙΝ ὁ παραδώσων αὐτόν, *Noverat enim Iesus ab initio, qui essent, qui non crederent, et quis esset, qui ipsum proderet.* Et Euang. Luc. cap. XIX, 3 Ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν, τίς ἘΣΤΙΝ, καὶ οὐκ ἠδύνατο, *Et quaerebat videre Iesum, quis esset, et non potuit.* Act. Apost. cap. XII, 3 Ἰδὼν, ὅτι ἀρεστόν ἘΣΤΙ τοῖς Ἰουδαίοις, προςέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον, *Vidensque, gratum hoc esse Iudaeis, hoc insuper addidit, ut Petrum comprehenderet.* Et cap. XXVIII, init. Καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν, ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος ΚΑΛΕΙ͂ΤΑΙ, *Quumque evasissent, tunc cognoverunt, insulam vocari Meliten.* Sic cap. XIX, 34. Euang. Marc. V, 14. Ioann. V, 13. VI, 24. Sic melius intelligimus Philonis verba supra Sect. II, Reg. 1, a Nostro citata, Διαγγελείσης οὖν τῆς, ὅτι ΝΟΣΕΙ͂, φήμης, *Vulgata de ipsius morbo fama.* At verius praesens pro imperfecto ponitur in Apocal. cap. XXI, init. Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς, καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἘΣΤΙΝ ἔτι, *Et vidi coelum novum et terram novam: nam primum coelum et prima terra praeterierat, et mare non amplius est*, pro, *erat.*

5 Imitantur inter Latinos Virg. lib. Aen. V, vs. 397

Si mihi, quae quondam FVERAT, quaque improbus iste
Exsultat fidens, si nunc foret illa iuventa.

Pro *fuit.* Contra perfectum pro plusquamperfecto adhibet idem lib. Aen. II, vs. 600

— Ni mea cura resistat,
Iam flammae TVLERINT, inimicus et HAVSERIT ensis.

Pro *tulissent* et *hausisset.* H.

δαπανηθεὶς, pro δαπανήσας, *qui consumsit:* διαλεχθῆναι, pro διαλέξασθαι, *disputasse:* εὐλαβήθην, melius quam εὐλαβησάμην, *considerate*, aut *verecunde me gessi:* ἰαθεὶς, pro ἰασάμενος, *qui sanavit:* παραδεχθεὶς, pro παραδεξάμενος, *qui excepit:* ἐργασθεὶς, pro ἐργασάμενος, *qui fecit;* διανοηθεὶς, pro διανοησάμενος, *qui excogitavit:* δυνηθῆναι, pro δύνασθαι.* § 166.

Quorum verborum pars maxima voce activa caret; quaedam Praeteritum passivum eadem significatione habent; ut διείλεγμαι, παραδέδεγμαι, εἴργασμαι, imo et πεποίημαι, pro πεποίηκα, διανενόημαι, et caetera, quae docebit usus. Monuisse sat est.

XV. Futura verborum in έω, quando gemina sunt, saepius et elegantius in έσω desinunt, quam in ήσω, cum temporibus inde derivatis, quae fere vocalem ε retinent. Ἐπαινέω, ἐπαινέσω, νεκα, νέθην.[6] Εὑρίσκω autem licet

* Exemplis de hac enallage generis verborum adde haec: Plat. de Rep. IV, pag. 446 Πύκτης κάλλιστα ἐπὶ τούτῳ ΠΑΡΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝΟΣ, h. e. *Pugil qui se maxime ad hanc rem paraverat.* Lucian. in Timon. pag. 164 ed. Amstel. Σοῦ δ' αὐτοῦ χάριν ἘΣΤΑΛΗΝ, *Tua ipsius causa huc veni.* Thucyd. II, 78 ἐκκεκομισμένος, *qui sua exportavit.* Demosth. Or. de Pace extr. προςενηνεγμένος, *qui se gessit.* Thucyd. I, pag. 5, ed. Hervag. Οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιόντων τῶν Μήδων, ΔΙΑΝΟΗΘΕΝΤΕΣ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀνασκευασάμενοι etc. Id. lib. I, pag. 10 Τῶν ἄλλων Πελοποννησίων δίχα ἘΨΗΦΙΣΜΕΝΩΝ. Id lib. I, cap. 116 ἘΣΑΓΓΕΛΘΕΝΤΩΝ, ὅτι νῆες πλέουσιν. § 166 b. Similiter ἐκρύβην, ἀντιπεποίημαι, ἀντιποιηθεὶς, μεταπεποίημαι, πεφόβημαι, περαιωθεὶς, ἠράσθην, ἐπιδεδειγμένος passive et active dicuntur. In N. T. praeter illud ἀπεκρίθη et ἀποκριθεὶς, quod subinde occurrit, etiam locus 2 Petr. I, 3, huc pertinet: Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν ΔΕΔΩΡΗΜΕΝΗΣ. Latina exempla vid. apud Vechner. Hellenol. lib. I, cap. 8. Z.

6 Adeo futura in έσω prae caeteris in ήσω sunt usitata, ut etiam Aoristus ά, cuius penultima regulariter debet produci, tamen ε retineat, et naturalis syllabae productio huic consuetudini cedat. Ita tantum abest, ut in carmine, ubi vocalis ante characteristicam producenda est, vocali η utantur poetae, ut metri gratia characteristicam per epenthesin duplicare malint. Ita Homerus Il. Α. vs. 54

Τῇ δεκάτῃ ἀγορήνδε καλΕΣΣατο λαὸν Ἀχιλλεύς.

Vbi salva lege metrica dicere potuisset καλΗσατο. Similiter lib. eod. vs. 304

Ὡς τώγ' ἀντιβίοισι μαχΕΣΣαμένω ἐπέεσσιν
Ἀνστήτην. —

Potuisset, non indignantibus Musis, dicere μαχΗσαμένω.

ab εὑρέω, εὑρήσω habeat, et εὕρηκα, εὕρημαι, Aoristum tamen passivum εὑρέθην, habet per ε, indeque εὑρεθήσομαι· et verbum ἐρέω, licet habeat ἐρήσω, et εἴρηκα, habet tamen εἰρέθην in Aoristo passivo.

[Huius vero verbi formatio sic se habet: εἴρω ἐστὶν ἄχρηστον· ὁ μέλλων ἐρῶ· Ἰωνικῇ διαλύσει, ἐρέω· καὶ μετάγεται ἀπὸ τοῦ μέλλοντος εἰς ἐνεστῶτα, ἐρέω· καὶ κατ' ἀφαίρεσιν, ῥέω ῥῶ (ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρύω ῥύω)· ὁ μέλλων ῥήσω, ὁ παρακείμενος ἔῤῥηκα, Ἀττικῶς εἴρηκα (ὡς ἀντὶ τοῦ λέληφα οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν εἴληφα). Ὁ παρακείμενος τῶν παθητικῶν-ἔῤῥημαι, ἔῤῥησαι, ἔῤῥηται (ὅθεν ῥῆμα, ῥῆσις, ῥήτωρ) ἀορ. ά-ἐῤῥήθην, καὶ τροπῇ τοῦ η εἰς ε, ἐῤῥέθην· ἡ μετοχὴ ῥηθεὶς-εῖσα-έν· τὸ ῥηθὲν, *dictum*, *rosponsum*: τὰ ῥηθέντα, *pronunciata*: ἀπαρέμφατον-ῥηθῆναι· ἀπὸ τοῦ παρακειμένου Ἀττικοῦ εἴρημαι ἀορ. ά εἰρήθην· καὶ ἀναυξήτως-ἐρήθην, ἡ μετοχὴ-εἰρημένος, τὰ εἰρημένα, *dicta*. Haec ex Eustathio in Homer. colligere licet.]

XVI. Futura λέξων, φράσων, ἀφηγησόμενος, et similia, cum verbo ἔρχομαι ab Ionibus maxime coniunguntur. Herodot. saepe lib. II, Μακρὸς οὕτω δή τι καὶ στενὸς, ὡς ἔρχομαι φράσων, id est, *Ita longus et angustus*, *ut iam iam dicturus sum*: Gallice, *comme je m'en vais dire*. Ibid. Τὸν δὲ (supp. κόλπον) Ἀράβιον, τὸν (pro ὃν) ἔρχομαι λέξων, i. e. *Alterum autem* (*sinum*) *Arabicum, quo de iam iam dicturus sum*. Ita Pausanias: Ἔρχομαι ἀφηγησόμενος, *Iam iam narraturus sum*. [7]

XVII. Verba passiva utrumque Aoristum habentia, saepius utuntur secundo: ut, πλήττομαι, ἐπλάγην [8] saepius

7 Eodem modo cum verbo Εἶμι constructum invenio apud Plat. Theaet. pag. 198, lin. 42 Ὅταν ἈΡΙΘΜΉΣΩΝ ἼΗι ὁ ἀριθμητικὸς, ἤ τι ἈΝΑΓΝΩΣΌΜΕΝΟΣ ὁ γραμματικὸς, *Quum numeraturus est Arithmeticus, aut lecturus quid Grammaticus*. [Haec observatio non tantum de his Participiis futuri, quae Vigerus nominavit, nec de solo verbo ἔρχομαι aut εἶμι valet: sed in universum erat dicendum, apud Graecos poni haec Participia, ubi Latini utantur Supino priori. De qua re vid. infra in Capite de Participio. Z.]

8 Ἐπλάγην, *Perculsus sive consternatus sum*, quod ad animum, at ἐπλήγην, *Percussus sum*, quod ad corporis ictum pertinet. Vide Clenardi Gramm. a Vossio editam. Hactenus de temporibus: de numerorum enallage dictum est in fine sectionis primae: sequuntur ordine *Personae*, de quibus hoc observandum, *a persona ad personam nonnunquam fieri transitum*; sed rarius hoc, nec tironibus ideo temere imitandum.

quam ἐπλήχθην. Sic ἐῤῥάγην, *fractus sum*, ἡρπάγην, *raptus*

A prima ad tertiam personam transit Marcus cap. XI, 32. ubi de baptismo, quid Iesu roganti respondeant, deliberantes οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς inter se dicunt: *Si dicimus, baptismum Ioannis esse e coelo, respondebit: Cur ergo non credidistis ei?* Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων· ἘΦΟΒΟΥ͂ΝΤΟ τὸν λαόν· pro φοβούμεθα. *Sed, si dicimus, ex hominibus: timemus populum.* Quae verba ita intelligenda sunt, ut Marcus usque ad τὸ, ἐξ ἀνθρώπων ex persona scribarum locutus, ea relicta, ipse loquatur. Nisi mavis hic agnoscere ἀποσιώπησιν, ita ut, illis orationem imperfectam relinquentibus, hanc suppleverit ipse Euangelista; quare etiam non personarum tantum, sed et temporis fit mutatio. Sic illi dixerint: Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων — et subiunxerit Marcus: ἐφοβοῦντο etc. Atque ita post ἀνθρώπων, distinguente puncto, absolvenda est sententia. Interim non dissimulandum, editionem anni 1604 cum interpretatione Latina Bezae exhibere φοβούμεθα.

A secunda ad tertiam transitur in Psalmo CXLIII, 9. 10 Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι, τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι, τῷ λυτρουμένῳ Δαυὶδ τὸν δοῦλον ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς, *O Deus, novam cantilenam tibi canam, psalterio decem chordarum cantabo tibi, qui reges incolumes reddis, qui Davidem, servum suum* (pro *tuum*) *liberas a gladio malo.* Videtur interpres vocem עַבְדּוֹ fideliter reddere voluisse. Similiter lib. Eccles. cap. XLVIII, 8. Ecclesiasticus alloquens κατὰ προσωποποιΐαν Eliam, ait: Ὁ χρίων βασιλεῖς εἰς ἀνταπόδομα, καὶ προφήτας διαδόχους μετ' ΑΥ̓ΤΟ͂Ν. pro μετά σε. *Qui unxisti reges, ut vicem reponerent, et prophetas tibi successuros.*

A tertia ad primam transitus fit in Act. Apost. cap. I, 4 Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἨΚΟΎΣΑΤΈ ΜΟΥ, *Convocatisque iis praecepit, Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem patris, quam audivistis ex me.* Stabit sensus, si post ἣν intelligas ἔφη. Confer cap. XVII, 3 Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἘΓῺ ΚΑΤΑΓΓΈΛΛΩ ὑμῖν, *Paulus vero more suo introiit ad eos, et tribus continuis sabbatis disseruit inter eos ex scriptis, explicans et proponens, oportuisse Christum pati, et resurgere ex mortuis, et hunc esse Christum Iesum, quem ego [inquit] nuncio vobis.* Ellipsin supplet Marcus cap. II, 10. in transitione a numero plurali ad singularem: Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, (ΛΕΓΕΙ ΤΩ͂ι ΠΑΡΑΛΥΤΙΚΩ͂ι) σοὶ λέγω, ἔγειραι, *Ut autem sciatis, penes filium hominis esse remittere peccata in terra, (paralytico inquit) tibi dico, surge.*

A tertia ad secundam transitur in Euang. Lucae cap. V, 14. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλ' ἀπελθὼν ΔΕΙ͂ΞΟΝ ΣΕΑΥΤΟ͂Ν τῷ ἱερεῖ, καὶ ΠΡΟΣΈΝΕΓΚΕ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ ΣΟΥ, *Et ipse praecepit ei, ut nemini diceret: sed abi*

sum, ἐτράπην, *conversus sum*, vel *in fugam versus:* a verbis ῥήγνυμαι, ἁρπάζομαι, τρέπομαι.

Aoristum primum medium, utraque significatione creberrimum est: at secundum longe saepius active significat, quam passive: ut, εἱλόμην, *accepi*, vel *delegi:* raro *captus*, vel *delectus sum*, ab αἱρέομαι.

et ostende te ipsum sacerdoti, et offer pro purificatione tua. Vbi iterum omnis ἀνακολουθία evanescit, intellecto ἔφη. Conf. lib. I Machab. sub fin. Καὶ προδραμών τις ἀπήγγειλεν Ἰωάννῃ εἰς Γάζαρα, ὅτι ἀπώλετο ὁ πατὴρ ΑΤ'ΤΟΤ', καὶ οἱ ἀδελφοὶ ΑΤ'ΤΟΤ', καὶ ὅτι ἀπέσταλκε καὶ ΣΕ ἀποκτεῖναι, *Et praecurrens aliquis Gazaram nunciavit Ioanni, interemtum esse ipsius patrem, et fratres ipsius, missosque esse, qui TE quoque trucidarent.* Pro *Ipsum.* Act. XXIII, 22 Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἘΝΕΦΑ'ΝΙΣΑΣ πρός με, *Tribunus igitur dimisit adolescentem, addito mandato, ne cui enunciaret, te haec mihi indicavisse:* pro ὅτι ἐνεφάνισεν πρὸς αὐτόν. At ἀνακολουθία agnoscenda in lib. Baruch. cap. IV, 14 ἘΛΘΕΤΩΣΑΝ αἱ πάροικοι Σιών, καὶ ΜΝΗ'ΣΘΗΤΕ. Pro, ἔλθετε καὶ μνήσθητε, vel ἐλθέτωσαν καὶ μνησθήτωσαν, *Venite, quae accolitis Sionem, et mementote.* H.

Quaecunque ad hanc personarum mutationem inter se demonstrandam allata sunt exempla, cum petita sint ex libris sacris, non tam graecismum, qui quaeritur, quam hebraismum comprobant. Caeterum nec desunt apud puros Graecos loca, ubi huiuscemodi enallage facta sit. V. c. Xenoph. Memor. IV, 8, 4, ubi a prima persona, seu ab oratione recta fit transitus ad tertiam, seu orationem obliquam: Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἤρετο, ὅπως; εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν ΔΙΑΓΕΓΕ'ΝΗΤΑΙ, etc. pro διαγεγένημαι. Id. Cyropaed. I, 4 extr. Ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ἀπιόντα θαῤῥεῖν, ὅτι παρέσται αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου· ὥςτε ὁρᾷν ΣΟΙ ἐξέσται, κἂν ΒΟΤ'ΛΗι, ἀσκαρδαμυκτεί. pro αὐτῷ, et βούληται. Ex Latinis huc pertinet oratio Sabinarum apud Livium I. 13. quae ab initio est obliqua, sed postea repente mutatur in rectam: *Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberûm hi progeniem. Si affinitatis inter vos, si connubii piget, in* nos vertite *iras* etc. Plura Graecorum exempla reperies apud Dorvill. ad Charit. pag. 89 et 347. § 167. atque Raphel. Annotatt. philolog. ex Xen. ad Actor. I, 4. Z.

SECTIO IV.

De Verbis ἀγαπᾷν, στέργειν, ἀποχρῆν, ἀσπάζεσθαι, ἄγειν καὶ φέρειν, ἀπολαύειν.

REGVLA I.

Verbum ἀγαπάω [nempe praeter significationem vulgarem *amandi*; item praeter usum *benigne excipiendi*, et inprimis *osculandi* s. *amplexandi*, ut Odyss. ψ', 214, et χ', 35. Z.] duos praecipue usus habet observandos. Primum enim idem est saepissime, quod αἱρεῖσθαι, id est, *eligere*; adeoque cum praepositione πρὸ, vel ἀντὶ, et gignendi casu significat, *alicui anteponere*. Demosthen. pro Corona, Ἀγαπᾷν τὰ δῶρα ἀντὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων, id est, *Munera communi Graecorum omnium utilitati anteferre*. Plutarch. in Camillo, Ἀγαπῆσαι τὴν ἧτταν πρὸ τῆς ἐλευθερίας, id est, *Victoriae iacturam libertate potiorem ducere*. Ita, quod Demosthenes habet initio primae Olynth., Ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, dicere potuisset, ἀγαπῆσαι, pro ἑλέσθαι, id est, *Multis vos pecuniis antiquius habituros existimo*.

[Ἀγαπᾶν scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾷν, ut in prioribus exemplaribus. A veteribus enim Graecis huiusmodi traditur regula: Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι προςγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸ τοῦ ν τὶ ἀνεκφώνητον, hoc est, *Infinita in ᾶν desinentia non habent ι subscriptum: quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quicquam non prolatum.* Quicquid enim in verbis praecedit ν plene profertur, quod exemplis patet: ut, τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθείην, τυπείην, ποιεῖν, ἐποίεον-ἐποίουν· ἐβόαον-ων· ἐβοήθην, βοηθείην etc. Sic Etymologus, eumque secutus Vrbanus, aliique Grammatici: quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur. § 168.

Notandum etiam, προςγεγραμμένον idem esse apud veteres Graecos, quod ὑπογεγραμμένον apud recentiores: veteres enim ad latus scribebant, hoc modo: ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ, recentiores sic: τῷ λόγῳ.]

II. Deinde sumitur pro *contentum esse, aequi bonique consulere.* † Qua in significatione primum per se solum ponitur sine ulla praepositione; ac fere sequente particula εἰ. Xenoph. III histor. *Εἰς τὸ πεδίον οὐ κατέβαινεν, ἠγάπα δὲ, εἰ δύναιτο ταύτην τὴν χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν*, id est, *In campum non descendebat, sed contentus erat, si modo regionem illam a direptione immunem servare posset.* ††

Secundo, cum accusandi casu iungitur; ut, *ἀγαπᾷν τὰ πάλαι νενομισμένα, antiquis institutis contentum esse.*

Tertio, cum dandi casu. Lysias, *Ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς*, id est, *Asiae rex, qui bonis praesentibus contentus non esset.*

Quarto, cum praepositione ἐπὶ et eodem dandi casu; ut, *Ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ καθεστῶσιν ἀγαπᾷν, Contentum esse*, vel, *acquiescere in iis, quae constituta in republica fuerint.* [9]

III. Eadem in significatione prope synonyma illa sunt, **στέργειν, ἀτρεμεῖν, ἡσυχάζειν, ἐνασμενίζειν.** * Ac στέργειν

† De origine huius significationis est haud inepta observatio Eustathii, qui ait, fundum huius usus esse in illo Homer. Odyss. φ', 289 *Οὐκ ἀγαπᾷς, (nonne contentus es?) ὃθ' ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν δαίνυσαι;* Z.

†† It. Aelian. V. H. IV, 8 *Γνώμην μὲν εἶχεν, ὡς καὶ ἀπολείψων τὴν χώραν τελέως· ἠγάπα γὰρ, εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γοῦν μόνον.* Aut sequente particula ἢν: ut Xenoph. Oecon. XI, 10 *Πολλοὶ ἀγαπῶσιν, ἢν δύνωνται τὰ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντα πορίζεσθαι.* Z.

9 Vel cum Participio; quo sensu etiam rebus inanimis tribuitur, more Latinis ignoto. [Certe hoc non patet ex loco allato. Nam *πόλις* hic non pertinet ad res inanimas. Significat enim *Populum*, seu *Cives*, quos satis animatos esse, inter omnes constat. Z.] Quare etiam in versione redditur, *sufficit* vel *satis est*: *Νῦν δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἈΓΑΠᾼ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΟΥΣΑ, Nunc vero, o viri Athenienses, urbi nostrae satis est* (verbatim: *urbs nostra contenta est) publice vias munire.* [Adde Aelian. V. H. XIII, 41 *Ὀδυρομένων τῶν μετὰ Φωκίωνος μελλόντων ἀποθνήσκειν, εἶπεν ὁ Φωκίων· εἶτα οὐκ ἀγαπᾷς, Θούδιππε, μετὰ Φωκίωνος ἈΠΟΘΝΗΊΣΚΩΝ;* Nonnunquam construitur quoque cum Infinitivo: ut Herodian. lib. IV, sub finem: *Ἀγαπῶν τε τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὰ χρήματα ἀναιμωτὶ ἈΠΟΛΑΒΕΙ͂Ν.* It. II, 15, 8 *Ἀγαπήσας ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου ΛΑΒΕΙ͂Ν ταῦτα, ὧν ὠρέγετο.* Z.]

* Ad hanc classem quoque referri debet verbum ἀσπάζεσθαι, cuius oeconomiam copiose tradit Iensius in Ferc. litter. pag. 13 sq. Nam, praeter notionem osculandi, significat a) *amare.* Xenoph. Ages. XI, 3 *Τῶν γε μὴν*

quidem omnibus modis constituitur, quibus ἀγαπᾷν· ἀτρεμεῖν vero et ἡσυχάζειν, fere tantum cum ἐπὶ et dativo casu: ἐνασμενίζειν denique cum solo dativo casu.

Ἀποχρῆν etiam, cum dativo personae, absolute ac per sese idem prope significat. Demosthen. Philipp. I[10] *Εἰ γὰρ ἔχων ἃ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελεν, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, Si enim iis, quae iam cepit, contentus, quiescere deinceps vellet, nonnullos vestrum aequo animo iustius futuros existimo.*

IV. Ἄγειν tres praecipuas acceptiones habet. Prima est cum gignendi casu, et praepositione διὰ, cuius significatio petenda est ex genitivo adiuncto: ut, *Ἄγειν τινὰ διὰ τιμῆς, aliquem honorare: ἄγειν διὰ φροντίδος, curare: ἄγειν διὰ μνήμης, mentionem facere: ἄγειν δι' εὐχῆς, in votis habere: ἄγειν δι' αἰδοῦς, venerari.*

V. Secunda est, cum dandi casu, et praepositione ἐν, in qua fere significat *ducere*, id est, *habere, censere, numerare:* ut, *Τοὺς φίλους ἐν ἀδελφοῖς ἄγειν*, id est, *Amicos fratrum loco ducere;* vel cum praepositione παρὰ, et accusandi casu, nam *παρ' οὐδὲν ἄγειν τινὰ*, idem est quod *παρ' οὐδὲν*

φίλων οὐ τοὺς δυνατωτάτους, ἀλλὰ τοὺς προθυμοτάτους μάλιστα ἠσπάζετο. ἐμίσει δὲ etc. Hic ἀσπάζεσθαι et μισεῖν inter se opponuntur. b) *contentum esse aliqua re:* veluti Max. Tyr. Diss. XXI, 1. Vbi auctor conqueritur, quod nemo sua sorte contentus vivat: οὕτω δυςάρεστόν τι ἐστὶν, inquit, ὁ ἄνθρωπος κομιδῇ, καὶ φιλαίτιον, καὶ δεινῶς δύςκολον, καὶ οὐδὲν τῶν αὑτοῦ ἀσπάζεται. c) *partes alicuius sequi:* v. c. Plutarch. in Caes. cap. 23 τὰ Ῥωμαίων ἀσπάζεσθαι. d) *sectari.* Lucian. de Conscrib. histor. pag. 696 ἀσπάζεσθαι τὸ μυθῶδες. e) *laudare.* Id. in Muscae encom. pag. 531 πάνυ δὲ ἐπαινεῖ καὶ ἀσπάζεται τὴν μυῖαν. f) *suscipere erudiendum:* ut Plat. in Theage pag. 92 Θεάγη ἀσπάζεται. Z. [ἐὰν Θεάγη τουτονὶ ἀσπάζῃ. *Herm.*]

10 Pag. 19, lin. 45. Locus, a Nostro et interprete, opinor, minus intellectus, integer hic est: *Εἰ γὰρ ἔχων, ἃ κατέστραπται καὶ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε, καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ.* Ostendit Orator, ea, quae Philippus hactenus egerat, quaeque Athenienses cum probro suae civitatis passi erant, satis caussae extitisse cur eum debuerint ulcisci. Itaque reddo: *Si enim iis, quae evertit et occupavit, acquiescere voluisset, nec quicquam ultra molitus esset, haec, opinor, nonnullis vestrum sufficere debuissent, quare dedecoris, et ignaviae omniumque probrorum labes, civitati adversae, condemnandi fueritis.*

τίθεσθαι, nullo loco aliquem ducere: ἄγειν παρὰ πολὺ, plurimi facere: ἄγειν παρὰ πλεῖον, pluris facere.[11]

VI. Tertia est, pro *existimare*, idque fere tantum cum accusandi casu. Xenoph. de Agesilao, *Τὰς μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἁμαρτίας πρᾴως ἔφερε, τὰς δὲ τῶν ἀρχόντων μεγάλας ἦγε*, id est, *Privatorum hominum peccata leviter ferebat, principum vero magna ducebat.*

VII. Quarta est, cum verbo *φέρειν*, pro *diripere, populari, vastare:* idque tam de personis dicitur, quam de rebus aut locis. Isocrat. in Archid. *Ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, Hostes terra marique vexare, agitare.* Demosthen. Philipp. III[12] *Ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας, ἧς ἄγειν καὶ φέρειν ἐστὶ πολλὴν, καὶ κακῶς ποιεῖν, Eiusmodi est regionis illius natura, ut magnam eius partem diripere ac vastare liceat*; ubi *ἡ φύσις* pro *τοιαύτη φύσις ἐστὶ*, et *πολλὴν* pro *πολλὴν μερίδα* ponitur. Ita Livius non semel locutus est, et Virgil. ipse, Aeneid. II,

Alii rapiunt incensa feruntque Pergama.[13]

11 Vel circa praepositionem cum solo generandi casu. Ita Arrianus de Exp. Al. lib. II, cap. 16 *Ἀλλὰ λέγει Ἡρόδοτος, ὅτι τῶν δώδεκα ΘΕΩ͂Ν Ἡρακλέα ἌΓΟΥΣΙΝ Αἰγύπτιοι, Sed Herodotus scribit, Aegyptios Herculem inter duodecim Deos recensere.*

12 Pag. 50, lin. 12. Adde Hom. Iliad. *E*, vs. 484

— Ἀτὰρ οὔτι μοι ἐνθάδε τοῖον,
Οἷόν κ' ἠὲ ΦΈΡΟΙΕΝ Ἀχαιοὶ,
ἤ κεν ἌΓΟΙΕΝ.

13 Invenitur etiam solum verbum *φέρω* in hac significatione, ut infra ostendetur, Cap. V, Sect. 13, Reg. 10. H.

His addatur quinta eaque exquisita significatio verbi *ἄγειν*, et compositi *ἀπάγειν*, quod significat saepenumero *ducere* vel *in custodiam*, vel *ad supplicium*, vel *in ius*; modo simpliciter, modo addito nomine rem determinante: a) significat *in custodiam abducere*: ut Polyb. V, 27 *ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τὸν Λεόντιον πρὸς τὴν ἀναδοχὴν*, h. e. *abduci iussit in vincula Leontium ad luendam pecuniam, pro qua spoponderat.* Id. Excerpt. Leg. XIII *οὓς ἐγὼ δήσας εἰς τὴν ἅλυσιν, ἀπάξω πάντας.* Aelian. V. H. I, 34 *πρὸς τοὺς δικαστὰς ἤγαγε τὸ παιδίον.* Isocrat. in Amart. pag. 594 *οὐ χρέος ἐγκαλῶν, ἀλλ' ἀπάξειν ἀπειλῶν.* It. Actor. XII, 19 *ἀνακρίνας τοὺς φύλακας ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι.* Nota hic Latinismum Lucae, pro *ἀπαγαγεῖν*. Plut. Caes. 14 *Κάτωνα ἀπῆγεν εἰς φυλακὴν ὁ Καῖσαρ.* b) significat *duci ad supplicium:* v. c. Xenoph. Hist. Graec. lib. II, p. 321, edit. Bryling. Vndecim viri dicuntur Theramenem *ἀπαγαγεῖν διὰ τῆς ἀγορᾶς.* Aeschin. Dial. III, 19. est *ἀχθῆναι ἐπὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν.* Ibid. 21 *Ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακουργημάτων ἠλάθη, ἄγονται πρὸς Ἐριν-*

[Verbum ἀκούω, quando *dicor et vocor* significat (sicut verba nuncupandi) utrinque nominativum admittit, ut Nazianzen. de Christo: *Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν*, *Samaritanus vocatur et Daemoniacus*. Thucyd. *Ἐσθλός ἀκούω*, *bonus perhibeor*. Sic apud Latinos *audio*. Horat.

Tu recte vivis, si curas esse quod audis.] [14]

VIII. *Ἀπολαύω*, *fruor*, *particeps sum*, *fructum aut detrimentum capio*, in bonam et in malam partem variis modis usurpatur. Primo, cum solo genitivo rei, τῶν διαλλαγῶν ἀπολαύειν, *induciarum opportunitate frui*; τῶν κοινῶν

νύων ἐπ' Ἔρεβος καὶ Χάος. Aelian. V. H. I, 30, rei dicuntur ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, et paulo post iidem simpliciter nominantur ἀγόμενοι. Lycurg. Orat. pag. 198, 12. ed. Reisk. occurrit ἄγειν πρὸς τὴν τιμωρίαν. Et Arrian. Exped. Alex. VII, 8, 7 τούτους μὲν δὴ ἀπάγειν κελεύει τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Plura in utramque partem exempla collegit Kypkius ad Actor. XII, 19. Latinos quoque *ducere* eodem sensu adhibere, docet Gesnerus in Thes. Z.

14 De verbo *Ἀκούω* sequentia nota. Habet post se

I. Genitivum personae. Ita Plat. in Euthyph. pag. 3. lin. 39 *Εἴ τις μου ἐθέλοι ἀκούειν*, *Si quis me vult audire*. Vel vertunt Latini per Praepositionem *Ex*. Vt, *Ἤκουόν τινος*, *ex aliquo audivi*, apud Demosth. Olynth. II, pag. 8, lin. 12.

II. Accusativum rei, apud eundem Platon. in Apolog. Socr. *Ταῦτα ἀκούσας*, *His auditis*.

III. Vel utrumque hoc simul. Sic idem ibid. pag. 17, lin. 18 *Ὑμεῖς δέ μου ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*, *Vos autem audietis ex me omnem veritatem*. Hic notanda phrasis apud Dinarch. in Demosth. pag. 98, lin. 38 *Ἀκούσατέ μου βραχέα*, *Paucis me audite*.

IV. Vel addunt Praepositionem περί. Plat. in Phaed. pag. 61, lin. 36 *Οὐκ ἀκηκόατε περὶ τούτων; Nonne de his audivistis?* Estque haec Ellipsis, subaudito τί.

V. Nonnunquam, sed hoc rarius, res ipsa, quae auditur, in generandi casu invenitur. Ita idem in Gorg. pag. 523. init. *Ἄκουε δὴ (φασί) μάλα καλοῦ λόγου*, *Audi sane (aiunt) pulcerrimum sermonem*. [Eiusmodi genitivus pendet fere ab omissa praepositione περί. [Minime. *Herm.*] Sic Xen. Memor. I, 2, 41 est ὡς ἔγωγε ἀκούων τινῶν ἐπαινουμένων, ὅτι νόμιμοι ἄνδρες εἰσὶν etc. h. e. *cum audiam* de *quibusdam viris*, *eos laudari ob cultum legum* etc. Hic non potest intelligi ἐκ, ut aliis in genitivis personae, sed περί. Z.] Alias huius generis structuras ex lexicis petant tirones.

Verbum ἀπολαμβάνω inter alia notandum habet significatum, et venti dicuntur ἀπολαμβάνειν eum, qui iis adversis utitur. Ita idem in Phaed. pag. 58 *Τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίνεται, ὅταν τύχωσιν ΟἹ ἌΝΕΜΟΙ ἈΠΟΛΑΒΌΝΤΕΣ ΑΥ̓ΤΟΎΣ*, *Ad hoc interdum multo tempore opus est, quum forte ventis utuntur adversis*.

ἀπολαύειν κακῶν, id est, μετέχειν, *communium malorum participem esse.*

Secundo, cum solo genitivo personae[15]: Ἀνδρὸς ἑνὸς εὖ φρονοῦντος ἅπαντες ἀπολαύουσι, pro ἀνδρὸς ἑνὸς φρονήσεως, *Vnius hominis ex prudentia fructum universi percipiunt.* Sic Ἑνὸς μοχθηροῦ πᾶσα ἡ πόλις ἀπολαύει, *Vnius ex improbitate civitas omnis detrimentum capit.* Sic illa apud Senecam, de Hercule, *Iraque nostra fruitur*, id est, *fructum capit ex ira;* et ille apud Iuvenalem Marius, *fruitur Diis iratis.*

IX. Tertio, cum utroque genitivo simul. Plutarch. in Antonio: Ἀπέλαυσαν τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι, id est, *Ex illius ambitione commodum ipsi quoque hostes perceperunt.*

Quarto, cum solo accusativo rei, non personae. Isocrat. de pace: Δέδοικα, μὴ πειρώμενος ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς ἀπολαύω τι φλαῦρον, *Vereor, ne, dum vobis prodesse studeo, damni aliquid capiam.* Sic Ἐλπίζω ἀγαθόν τι ἀπολαύσειν, *Spero me aliquid boni consecuturum.* Ille autem accusativus *boni* aut *mali* aliquid per se significare debet: male enim diceretur, ἀπολαύειν τὴν συνουσίαν, pro *fructum aut damnum ex consuetudine percipere.*

X. Quinto cum accusativo rei, et genitivo personae, vel rei; vel rei simul et personae: ut, Φιλομαθοῦς ἑνὸς μειρακίου μέγα τι πάντες οἱ συμμαθητεύοντες ἀπολαύουσιν, *Adolescentis unius ex studio condiscipuli omnes fructum maximum capiunt.* Lucianus in Timone, ubi de improbis, fulmen Iovis irridentibus, Μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου, id est, *Sed hoc unum se putent ex eo vulnere incommodi percipere, quod fuligine impleantur.*

15 Genitivus ille, sive personae, sive rei, non dubium est quin nascatur a praepositione ἐκ, quae subaudienda relinquitur, ita ut ἀπολαύω σου ponatur pro ἀπολαύω ἐκ σοῦ, [Praesertim cum interdum illa praepositio diserte addita legatur. V. c. Isocrates in Panegyr. Πολλάκις πλεῖστον ἀγαθὸν ἀπολαύομεν ἘΚ τῶν κινδύνων. It. Dionys. Halic. lib. VI, p. 343 Ῥωμαίους οὐδὲν ἀπολαύσειν ἘΚ τῆς τριβῆς τοῦ χρόνου. Vid. Bos. Ellips. pag. 491. Z.] et ἀπολαύω per se proprie notet, *capio, percipio*, nempe *fructum*, si in bonam partem accipiatur: plane ut apud Latinos, *Fruor amicitia*, pro *fructum percipio ex amicitia.* [Nulla ellipsis est. *Herm.*]

XI. Sexto, in qualibet ex his constructionibus additur nonnunquam πρὸς, et accusativus rei, ad quam fructus damnumve pertineat; ut, Τῶν φιλοπόνων πρὸς τὴν μίμησιν ἀπολαῦσαι, *Diligentium exemplis ad eorum imitationem iuvari.* Plutarch. Alcib. Τῆς Σωκράτους πρὸς αὐτὸν εὐνοίας καὶ φιλίας οὐ μικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν, *Ex Socratis erga se benevolentia et amicitia haud parum existimationis et gloriae consecutus est.*

XII. Septimo, cum genitivo praeterea vel personae vel rei solo, est *oblectationem capere ex aliquo, prendre son plaisir de quelqu'un.* Plutarch. Pomp. Πολὺν δὲ χρόνον οὕτω κατειρωνευσάμενοι, καὶ ἀπολαύσαντες τοῦ ἀνθρώπου, *Cum perdiu hominem ludificati essent, eoque sese oblectassent.* § 169.

SECTIO V.

De Verbis βούλομαι[16], γεννᾶν, τίκτειν, γίνεσθαι, γιγνώσκειν, διαχωρεῖν, διώκειν, φεύγειν, ἐπεξιέναι.

[Quemadmodum verbum γεννᾶν, proprium viris, καταχρηστικῶς tribuitur feminis: eodem etiam modo verbum τίκτειν, feminis peculiare, apud bonos auctores de viris dictum invenitur, et *gignere* significat. Lucian. Ἄιδουσιν,

16 Praemitto verbum βούλομαι, quod praeter notos usus eleganter etiam adhibetur, ubi quid speciem alicuius rei praebere indicamus; est et ubi per verbum *videor* simpliciter reddi potest. E. g. illud Terentii in Andria, Act. V, sc. 2, vs. 14 *Cum faciem videas, videtur esse quantivis pretii*, sic commode Graece reddatur: Ὅτε βλέπεις εἰς πρόςωπον αὐτοῦ, βούλεταί τι εἶναι. Hoc modo utitur Aristoteles lib. II Polit. cap. 6 Ἡ δὲ σύνταξις ὅλη ΒΟΥΛΕΤΑΙ μὲν εἶναι, μήτε δημοκρατία, μήτε ὀλιγαρχία, μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν, *Tota illa Reip. constituendae ratio neque Democratiae, neque Oligarchiae speciem habet, sed videtur esse media inter has, quam Politicam vocant.* § 170. Nostrates hic maxime graecissant, dicentes: *Het wil iets groots zyn*, Gr. Βούλεται μέγα τι εἶναι. Eodem redit et altera versio, qua βούλεσθαι redditur *affectatum esse*: quomodo opponitur τῷ πεφυκέναι. Ita Isocratem Lysiae comparans ait Dionys. Hal. Πέφυκε γὰρ ἡ Λυσίου λέξις ἔχειν τὸ χαρίεν, ἡ δὲ Ἰσοκράτους ΒΟΥΛΕΤΑΙ, *In Lysiae dictione nativa quaedam est elegantia, in Isocratis vero, affectata.* [Sic explica illud βούλεται Plat. Phaed. 19 ὅταν τις τι

ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον παῖδα τὴν Ἥραν γεννήσασθαι τὸν Ἥφαιστον, Canunt absque virili conversatione subventaneum puerum Iunonem *edidisse* Vulcanum.

Hesiod. in Theogon. passim:

Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ, δῖα θεάων,
Γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
Ἀθάναται, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.

Nausithoum v. Vlyssi Calypso, excellentissima dearum, *genuit* Nausinoumque. Apud mortales viros cubantes Deae, *pepererunt* Diis pares filios. Homer. Iliad. *B*, Υἱὸς Πειριθόοιο, τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς, Filius Pirithoi, quem immortalis *genuit* Iupiter.

Τὸ μὲν γεννᾷν ἐπὶ ἀνδρῶν κυρίως λέγεται, τὸ δὲ τίκτειν ἐπὶ γυναικῶν. Ὅμηρος δὲ πολλάκις τὸ τίκτειν ἐπὶ ἀνδρῶν τάττει. Μοσχοποῦλος. Ὁμηρικώτατος *Duportus*, clariss. ling. Gr. apud Cantabrigienses Professor, in praeclaro illo poemate, Homerico filo contexto (quod inscribitur Σολομῶν ἔμμετρος, dignissimumque est sane, quod omnium iuvenum manibus teratur), hoc vocabulum tribuit Davidi: Proverb. cap. I. vs. 1,

Αἶνοι τοῦ Σολομῶντος, ἀγακλειτοῦ βασιλῆος,
Δαβίδης ὃν ἔτικτεν. —
Proverbia Solomonis, inclyti regis,
Quem David genuit —.[17]]

REGVLA I.

Latissimus est verbi γίνεσθαι usus, quique certis finibus haud satis includi possit: ubicunque enim praesentia quaedam significatur, τῷ γίνεσθαι locus esse potest. Praecipue tamen notanda sunt, quae sequuntur, praeter ea

ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι ΒΟΥΛΕΤΑΙ μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλό τι τῶν ὄντων· ἐνδεῖ δὲ, καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι. Nam quoniam opponitur τῷ ἐνδεῖν et οὐ δύνασθαι, accipiendum est de specie *externa*, qua quidem videtur, sed non est re. Z.] [V. supra not. p. 84. *Reizius*.]

17 Adde Hom. Iliad. *E*, vs. 151, de Phaenope sene:

Υἱὸν δ' οὐ ΤΕΚΕΤ' ἄλλον ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι.

Alium vero non suscepit filium, quem bonorum haeredem relinqueret.

quae in participio *γινόμενος* dicturi sumus, et creberrimam acceptionem, qua pro *εἰμὶ* sumitur; ut cum dicunt, *ἐπὶ τῆς γνώμης γίγνεσθαι*, *in ea opinione versari*; *γίνεσθαι ἐπὶ τῆς ἐλπίδος*, *spem concipere*.

II. Primo, cum praepositione *διὰ*, et gignendi casu eleganter iungitur, ac per verbum illud redditur, cuius nomen significationem habet: ut, *γενέσθαι διὰ φόβου*, id est, *timere*: *γενέσθαι τινὶ δι' ὀργῆς*, *irasci alicui*: *γενέσθαι δι' ἔχθρας*, *inimicum esse.*[18] § 171.

III. *Γίνομαι*, cum praepositione *ἐπὶ*, et dandi casu, est *πεποιθέναι*, *inniti*, vel *confidere*[19]: ut, *γενόμενος ἐπ' ἀνδρειοτέροις*, *ἀντιστάντων κατεγέλα*, *Fortiorum praesidio confisus*, *adversarios irridebat.*

IV. *Πρὸς ἀγαθοῦ*, *πρὸς κακοῦ γίνεσθαι*, dicitur, id est, *bene aut male aliquid cedere*: ut, *πρὸς κακοῦ τὸ πρᾶγμά μοι ἐγένετο*, *res mihi male cessit.*

V. Vsitatissima est acceptio pro *versari*, cum praepositionibus *πρὸς*, *ἐν*, *ἐπὶ*, et dandi casu; vel *περὶ* et accusativo casu: ut, *Σφόδρα γενέσθαι πρὸς τῷ πράγματι*, *Vehementer in negotium incumbere.*[20]

18 Sic *διὰ μιᾶς γενέσθαι γνώμης*, *concordibus animis esse*, apud Isocrat. in Paneg. pag. 134. Cum eadem praepositione et genitivo substantivi studium aliquod seu exercitationem significantis, vertitur per verbum *Versari*. Lucian. Macrob. pag. 831 *Διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος*, *Multis in disciplinis versatus.*

19 Non semper tamen; aliquando enim reddendum est, *Praefectum esse.* Ita Dinarch. contra Demosth. pag. 101, lin. 46 *'ΕΠΙ` δὲ ΤΟΙ῀Σ ΞΕ'ΝΟΙΣ τοῖς εἰς Ἄμφισαν συλλεγεῖσι Πρόξενος ὁ προδότης 'ΕΓΕ'ΝΕΤΟ*, *Peregrinis autem adversus Amphissam conscriptis Proxenus proditor ille praeerat.* [Xenoph. Cyrop. III, 3, 24 *Διδασκάλους δεῖ καὶ ἄρχοντας ἐπὶ τούτοις γενέσθαι.* Z.] Praeterea cum praepositione eadem et accusandi casu construitur et dativo nominis *γνώμῃ*. Thucyd. lib. I, cap. 139 *'Επ' ἀμφότερα γιγνόμενοι ταῖς γνώμαις*, *In utramque partem sententias dicentes.*

20 Ita Dem. de Cherson. pag. 36, lin. 44 *Οὐδενὶ τῶν ἁπάντων πλέον κεκράτηκε τῆς πόλεως Φίλιππος, ἢ τῷ πρότερος ΠΡΟ`Σ ΤΟΙ῀Σ ΠΡΑ'ΓΜΑΣΙ ΓΙ'ΓΝΕΣΘΑΙ*, *Nulla alia re superior hac urbe exstitit Philippus, quam quod prior omnibus negotiis adfuit.* Sic *γίγνεσθαι ἐν λόγοις τινὶ*, *versari cum aliquo in sermonibus*, i. e. *disputare*, apud Plat. in Theag. pag. 130, lin. 12 *'Ο δὲ Θουκυδίδης τῇ προτεραίᾳ ΜΟΙ δι' ἀπεχθείας 'ΕΝ ΛΟ'ΓΟΙΣ τισὶν 'ΕΓΕΓΟ'ΝΕΙ*, *Thucydides autem pridie odiosius mecum disputaverat.* [Hic iunge *δι' ἀπεχθείας ἐγεγόνει*. *Herm.*] *Γίγνεσθαι ἐν κακῷ*, *Versari in malis.* Apud Aeschin. in Timarch. p. 179

Quamquam aliquando significat potius, *res pro imperio administrare.* Plutarch. in Theseo[21], *Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης*, id est, *Cum rerum administrationem Ariadne suscepisset.*

VI. Cum adverbiis *καλῶς*, et *κακῶς*, significat *bene* vel *male se habere;* et quidem vel impersonaliter, cum dandi casu personae; ut, *γίνεταί μοι καλῶς*, *bene mecum agitur.* Personaliter autem, cum nominandi casu, ut Plutarchus de Platonis convivio, cum ait, *Οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίγνονται*, *Qui apud Platonem coenaverunt*, *etiam postridie bene habent.*[22]

VII. *Γενέσθαι ἀπό τινος πράγματος*, id est, *rem aliquam paulo ante perfecisse*, *et quasi recentem esse ab aliquo negotio.* Plutarch. Alexand. *Ἀπὸ τῶν ἱερῶν γενομένῳ τῷ*

lin. 37. *Ἐν πάθει*, *Laborare morbo*, Plut. Quaest. Nat. pag. 928. Cum Praepositione *περὶ* et Accusativo, in Tab. Cebet. *Περὶ μὲν τούτων καὶ αὖθις διαλεξόμεθα, νῦν δὲ ΠΕΡῚ ΤῊΝ ΜΥΘΟΛΟΓΊΑΝ ΓΕΝΏΜΕΘΑ*, *De his quidem alias disseremus*, *nunc autem fabulae expositioni intenti simus.*

21 Pag. 8, lin. 43.

22 Peculiariter absque adverbio *καλῶς* dicuntur sacrificia *γίγνεσθαι*, quando *feliciter cedunt*: sin contra, dicuntur *οὐ γίγνεσθαι.* Res autem, quam sacrificantes a Diis petunt, in dandi casu ponitur, praemissa praepositione *ἐπί*; e. g. *Iovi rem sacram faciens de abitu consuluit*, *sed perlitare non potuit*, *Διῒ θυομένῳ ἐπὶ ἀφόδῳ τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγένετο.* Exempla cumulat Xenophon de Exped. Cyr. lib. VI, pag. 382 et 383. Pro eodem dicitur, *τὰ ἱερὰ φαίνεσθαι.* Vide Nostrum Sect. 13, Reg. 2. Itidem absque illis adverbiis dicitur res quaelibet bene vel male cadere, *γίγνεσθαι ἢ οὐ γίγνεσθαι.* Thucyd. lib. VI, cap. 74 *Ἃ μὲν ἐπράσσετο, οὐκ ἐγένετο*, *Quae struebantur*, *non successerunt.* Et lib. IV, cap. 131 *Ἱδρύθησαν ἐπὶ καρτεροῦ λόφου πρὸ τῆς πόλεως, ὃ εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐναντίοι ΟΥ̓Κ ἘΓΊΓΝΕΤΟ σφῶν περιτείχισις*, *Consederunt in colle natura munito*, *quem nisi hostes occuparent*, *non succederet obsidio*, i. e. *urbs illorum operibus claudi non posset.* Plat. lib. IV, de Rep. pag. 502 *Νῦν δή, ὡς ἔοικε, ξυμβαίνει ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας, ἄριστα μὲν εἶναι, ἃ λέγομεν, εἰ ΓΈΝΟΙΤΟ· χαλεπὰ δὲ ΓΕΝΈΣΘΑΙ*, *Nunc iam*, *ut videtur*, *in legibus condendis evenit nobis*, *ut ea*, *quae dicimus*, *optima quidem sint*, *si effectum sortiantur; id autem sit difficile.* Vota quoque sive preces dicuntur *γίγνεσθαι*, quoties audiuntur. Sic Plato de Legg. lib. VII, pag. 801. monens poetas, ne veri boni ignari imprudenter a diis mala pro bonis petant, addit: *Γελοῖον γὰρ δὴ τὸ πάθος, οἶμαι, τοῦτ' ἂν γίγνοιτο, ΕΥ̓ΧΗ͂Σ τοιαύτης ΓΕΝΟΜΈΝΗΣ*, *Ridiculum*, *opinor*, *hinc oriretur malum*, *si tales preces audirentur.* Eodem modo et Terentio *fieri* et *non fieri* dicuntur nuptiae, quae promoventur, vel secus. H.

βασιλεῖ προςελθόντες, *Sacrificio iam iam peracto regem adeuntes*, vel *regem a peracto sacrificio recentem adeuntes.* Ibid. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων, id est, *Alexander autem a busto illo rediens, convocatis amicorum quam plurimis.* Idem Themistocl. Γενόμενος δὲ ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων, *Simul atque rebus illis perfunctus esset.*†

VIII. Ἐκποδὼν γίνεσθαι[23], pro ἐκ, vel ἀπὸ ποδῶν, vel ἀπὸ τῆς ὄψεως, est *eiici*, quasi *longe a pedibus removeri.* Philo Iud. de Legatione ad Caium, Εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγένητο Γάϊος, *Si modico adhuc tempore Tiberius superstes fuisset, summotus quidem esset depulsusque Caius* etc. Vid. infra, Sect. 10, Reg. 12.

IX. Γενέσθαι ἑαυτοῦ vel ἐν ἑαυτῷ, § 171. c. *apud se esse*, vel *ad se redire*, vel *sui iuris esse*, vel *suis viribus confidere.* Demosthen. Philipp. I, Ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι, id est, *Si modo apud vos ipsos esse volueritis.* Contra γενέσθαι τινὸς, *in alterius esse potestate*; ut, *servi in dominorum potestate versantur*, οἱ δοῦλοι γίνονται τῶν δεσποτῶν.[24]

† Nonnunquam γίγνεσθαι ἀπό τινος significat *ab aliquo abesse, alicuius consuetudine non amplius uti:* v. c. Xenoph. Memor. I, 2, 25 πολὺν χρόνον ἀπὸ Σωκράτους γεγονότε, *cum diu a Socrate abfuissent*, seu, *cum a multo tempore Socratis consuetudine uti desiissent.* Z. § 171. b.

23 Hoc vocabulum soli Verbo γίγνεσθαι non est peculiariter devinctum, sed amat coniungi cum omnibus Verbis, quae absentiam, discessum vel amotionem notant. Itaque regula haec est generalior, et vis idiomatis non consistit in verbo γίγνεσθαι, sed in ἐκποδὼν, de quo vide infra Cap. IX, Sect. 3, Reg. 5. Omnis autem huius locutionis ἐνέργεια huc redit, ut ἐκποδὼν, verbatim, *e pedibus*, idem sit, quod apud Latinos, *e conspectu, de medio*, ἐκ τοῦ μέσου, ut explicat Schol. Aristoph. Θεσμ. vs. 36. Nos non raro in quotidianis sermonibus totidem verbis dicimus, *Uit de voeten gaan*, etc. Huc itaque refer id, quod Auctor docet infra Sect. 10, Reg. 12. Quod autem dicit Cap. IX. Sect. 3, Reg. 5. (ubi ἐκποδὼν γίνεσθαι, pro, *de medio tolli*) nihil aliud est, quam Metaphora analogice ex iis, quae diximus, deducta. Hoc ideo inculco, quod praesertim in docendo opera supervacanea omnis est vitanda.

24 Vix ullum est Verbum apud Graecos, in quo tot notanda occurrant idiomata. Versatus est Noster maximam partem in eiusdem cum Praepositionibus constructione et usu, quare visum est pauca subiicere de huius Verbi usu cum aliis orationis partibus. Ac

I. Primo quidem cum Nominativo substantivi ponitur pro verbo Activo, cuius significatio ex ipso Nomine petenda est. Ita

[*Πιγνώσκω* inter caetera significat *scisco*, unde *ἐγνωσμένα*, *scita*, *decreta*. Plutarchus: *Ἔγνω κινδυνεύειν*, *Statuit*

Thucyd. lib. III, cap. 23 *Κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως*, *Impediret transitum.* Vel neutraliter, apud Plat. in Phaedr. p. 241 *Φυγὰς δὴ γίγνεται ἐκ τούτων*, pro *φεύγει*. Cum Nomine Adiectivo fere pro Verbo Passivo ponitur. Ita *Ἀνάρπαστος γίγνομαι*, pro *ἀναρπάζομαι*, *Rapior*. Ibid. pag. 229 *Λεχθῆναι*, (supple ex praecedentibus, *φαίην αὐτὴν*) *ὑπὸ τοῦ Βορέου ἈΝΆΡΠΑΣΤΟΝ ΓΕΓΟΝΈΝΑΙ*, *Hinc dicerem eam fabulatos fuisse a Borea esse abreptam.* Eodem modo et nobis dicere licet: *sy is gerooft geworden.* Sic, *Οὐκ ἂν ἘΞΑΡΝΟΣ ΓΈΝΟΙΟ*, dixit Lucian. Ed. Amst. Tom. I, Dial. Mort. p. 394. pro, *Haud infitias iveris.* Similiter dicitur *ἀποσυνάγωγος γίγνεσθαι*, *qui synagoga arcetur*, Ioh. IX, 22. Ad haec cum Nominativo vel expresso vel intellecto huius verbi usus est in desperatione, sive ambigua animi sollicitudine. Nam ubi Latini dicunt: *Quid de me fiat nescio. Quid agam? Quorsum evadam?* et similia: ibi Graeci, *οὐκ ἔχω ὅ τι γένωμαι*, plane ut, *οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι ἐμαυτῷ*, de quo dicemus infra Sect. XIV, Reg. 7. Vide Thucyd. lib. II, cap. 52.

II. Praeter Genitivum Pronominis, vel Nominis, possessionem significantis, quod modo tetigit Auctor, etiam construitur cum Genitivo significante pretium. Ita Xenoph. de Adm. Dom. pag. 869 *Τοὺς ἐξειργασμένους* [sc. *χώρους*] *ἔφη ΠΟΛΛΟΥ̃ ἈΡΓΥΡΊΟΥ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ*, *Agros inquit cultos magno pretio constare.*

III. Cum Dativo *interesse* vel *adesse* notat. Plat. Euthyph. p. 3 *Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φῂς ΣΑΥΤΩ̃ι ἑκάστοτε ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ*, *Intelligo*, *Socrates*, *quod dicis*, *genium tibi quotidie adesse.* Vbi obiter notanda Ellipsis vocum ante *ὅτι*. Integer sensus est: *Intelligo*, *idcirco haec ab illo fingi*, *quod* etc. Vide, quae notabimus ad Cap. VIII, Sect. 9. Reg. 4.

IV. Cum Accusativo *συνεκδοχικῶς*. Ita aliquis dicitur *ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ ΤῊΝ ΔΙΆΝΟΙΑΝ ἔν τινι τόπῳ*, *Cuius animus vel mens est in aliquo loco.* Vid. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 296.

V. Cum infinitivo et accusativo constructum ponitur eo loco, ubi Lat. *Fit*, *Accidit.* ut apud Theogn. vs. 639

Πολλάκι πὰρ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα ΓΊΝΕΤΑΙ ΕΥ̓ ΡΕΙ̃Ν
Ἔργ' ἀνδρῶν, —

Saepe fit, *ut praeter opinionem et spem res humanae eveniant.* Sic, *Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν*, *Evenit*, *ut moreretur pauper*, in Euang. Luc. XVI, 22. Confer. Act. Apost. XXI, 1 et XXII, 17 *Ἐγένετό μοι — γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει*, *Evenit mihi*, *ut raperer extra me.* [At eiusmodi exempla ad Ebraismum probandum pertinent, non ad Graecismum. Rectius dixit Xenophon Cyrop. VIII, 2, 2 *Ἐπειδὴ δὲ ἘΓΈΝΕΤΟ αὐτῷ*, *ὭΣΤΕ χρήμασιν εὐεργετεῖν* etc. Z.] [Num Hebraismus est, quod modo e Theognide allatum erat? *Herm.*] § 172.

VI. Cum Adverbio: ut *Γενέσθαι ἔξω τοῦ φθονεῖσθαι*, *Extra invidiae aleam positum esse*, Lucian. Ep. Saturn. [*Δίχα γίγνεσθαι τοῦ σώματος*, *a corpore separari*, Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 20. Et *χωρὶς γίγνεσθαι*, *dividi*, *in diversis locis collocari*, ibid.

dimicare. Iulianus: *Εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις ἄχρι γήρως προςκαρτερεῖν, Si decrevisti in studiis consenescere.*] § 174.

X. *Διαχωρεῖν*, de *nummis*, id est, *avoir cours.* Lucianus, dialogo de luctu, ubi eos ridet, qui mortuis obolum in os coniiciant, *Οὐ πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις*, id est, *Qui non prius expenderint, cuiusmodi nummus hoc in genere legitimus habeatur,* (hoc enim est *νομίζεται*) *neque utrum apud inferos admittatur, ac valeat;* ubi Erasmus nimis leviter, *ambuletque apud inferos.*

XI. Verbum *διώκω* interdum non tam persequendi, quam festinandi, ac properandi significationem habet, idque fere cum participio futuri temporis. Plutarch. in

IV, I, 18. Z.] Et *γίγνεσθαι ἐγγὺς τοῦ πλοίου, navi appropinquare.* Ioann. cap. IV, 19 et 25 *Πότε ὧδε γέγονας; Quando huc venisti?*

VII. Cum praepositione, cuius plurima exempla et usus habet noster. Addo Praepositionem *ἐπὶ* cum accusativo, ubi motus significatur ad locum vel rem, in qua significatione etiam *περὶ* invenitur, ut ex Eustathio notat Casaubonus ad Suet. *Γενοῦ περὶ δωμάτιον. Εὐθὺς οὖν ἐξανέστη τραπέζης, καὶ ΠΕΡΙ' ΔΩΜΑ'ΤΙΟΝ ΓΕ'ΓΟΝΕΝ, Abi in cubiculum: statim igitur surrexit, et in cubiculum abiit.* Construitur etiam cum *ἐπὶ* et secundo casu, ubi tamen motus significatur, apud Io. Euang. cap. VI, 21 *Εὐθέως τὸ πλοῖον 'ΕΓΕ'ΝΕΤΟ 'ΕΠΙ' ΤΗ͂Σ ΓΗ͂Σ, Statim navigium litori appropinquavit.* H.

VIII. Cum Participio, ubi servit periphrasi: veluti Plat. Phaed. cap. 20 *εἰ μὲν λαβόντες τὴν τοῦ ἴσου ἐπιστήμην, πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἜΧΟΝΤΕΣ 'ΕΓΕΝΟ'ΜΕΘΑ*, pro *εἴχομεν.* Ibid. cap. 21 *ἔχοντες γιγνόμεθα*, pro *ἔχομεν.* Ibid. cap. 62 *φερόμενοι γίγνονται*, pro *φέρονται.* Z. § 173.

Subiungo levia duo observata in verbis *διατελέω*, et *διαφέρω.*

I. *Διατελέω*, *Perago*, cum participio constructum redditur per adverbium. Isocr. contr. Sophist. *Χρώμενοι διατελοῦμεν, Perpetuo utimur.* Et, *Τὸν λοιπὸν χρόνον* vel *βίον ΚΑΘΕΥ'ΔΟΝΤΕΣ ΔΙΑ'ΤΕΛΕΙ͂Ν*, Platoni Apol. Socr. pag. 31, lin. 7 est, *Per totam vitam dormire.* [Saepe verbo *διατελεῖν* adiectivum loco participii eodem sensu iungitur: ut *διατελῶ εὐδαίμων, perpetua fruor felicitate*, Xen. Ages. I, 37: *διατελῶ ἀήττητος, semper invictus sum*, ibid. X, 4. Cf. Xenoph. Cyrop. I, 5, 10. Memor. I, 6, 2. Z.]

II. Quod Latini dicunt, *Non minus quam*, vel *aeque ac tu laboro*, id Graeci: *Διαφέρω σου οὐδὲν τῷ πόνῳ.*. Vt apud Lucian. Dem. encom. pag. 918 *Καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τῶν ὁρώντων, Etenim nos, qui spectavimus, non minus obstupuimus, quam [alii] qui viderunt.*

Pomp. Πρὸς τὰς πρώτας ἀγγελίας ἐδίωκε βοηθήσων, *Ad primum eius rei nuntium opem ferre continuo festinavit.* Dicere potuisset, ἤλαυνε βοηθήσων.

[Illud etiam notandum est: verbum διώκω tam *de persona* quam *de re* dictum significat singulare studium eius* obtinendae, et fere semper in laude ponitur, et tum Latine vertitur *sector, assequi conor.* Xenophon: Τοὺς εὐγνώμονας διώκειν, *Consectari bonos*, seu, *bona mente praeditos.*

Isocr.[25] Μιμοῦ τὰ βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα, *Imitare mores regum, et sequere eorum studia;* et in epigr. Graec.

Εἴτις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.
Qui sequitur rursus thalamos uxore sepulta,
Naufragus horrisono bis perit ille salo.

De Persona notat nocendi cupiditatem, et vertitur *persequor*, proprie, *expello persequendo*, a δίω, et in media voce δίομαι, *expello*, verbo poetico, et adverbio ὦκα, *celeriter*, et *accuso*; unde ὁ διώκων *accusator* vel *actor.**] [Ineptissima haec derivatio est. *Herm.*]

XII. Idem verbum in re forensi *accusare* significat: et *accusator*, ὁ διώκων, quasi *persequens* dicitur: quod etiam Gallice dicimus, *pour suivre sa partie en jugement.* Ergo, διώκειν τινὰ φόνου[26], id est, φόνου δίκην ἐπάγειν τινὶ, *aliquem caedis reum agere.* Vicissim φεύγειν *fugere*, id est, *reum esse, causam dicere:* et ὁ φεύγων, *reus*, proprie dicebatur: unde ἐπεξιέναι, et ἐπεξέρχεσθαι τῷ φεύγοντι, est *reum peragere*, id est, *eum non ante dimittere, quam damnatus fuerit.*[27] Ἀποφεύγειν autem est ἀπολύεσθαι, *absolvi.*[28]

25 Orat. ad Demosth. pag. 18, in fine.

* Διώκειν interdum significat *fugere, aversari:* v. c. Xenoph. Ages. III, 1 πάντων τῶν καλῶν ἤρα, καὶ πάντα αἰσχρὰ ἐδίωκεν. Anacr. XXXIV, 5 μὴ τἀμὰ φίλτρα διώξῃς. Faber, qui ignorabat vim verbi διώκειν, inepte ad corrigendi audaciam fugiebat. Conf. Petr. Victor. Var. Lect. XXXVI, 17. qui verbum ὠθεῖν quoque duplici eoque contrario sensu adhiberi docet, nempe in sensu *arcendi*, et *impellendi.* Z.

26 Additur et accusativus δίκην, subaudita, ut videtur, praepositione κατά. [Minime. *Herm.*] Isocrat. adversus Callimach. pag. 733 Ἐκεῖνος δὲ ἐχθρὸς ὢν Καλλιμάχῳ, τῷ νῦν ἐμὲ διώκοντι τὴν δίκην, *Ille autem infensus Callimacho, qui nunc me iudicio persequitur.*

27 Hoc modo itaque φεύγειν δίκην notat *accusari:* inprimis sequente praepositione ὑπὸ cum ge-

SECTIO VI.

De verbo εἰμί.

REGVLA I.

Graeci dicunt, ἔστιν οἵ τινες, vel εἰσὶν οἵ τινες pro τινὲς simpliciter: ut, οὐκ ἔστιν οἵ τινες ἂν τούτῳ ἐπιχειρήσωσι τῷ πράγματι, id est, *Nulli hoc negotium aggredi ac suscipere potuerunt.* Sic ἔστιν ὃς, *aliquis*, ἔστιν οἳ, *aliqui*, ἔστιν οἷς, *quibusdam*, per omnes casus, numeros, et genera.[29] §. 175.

nerandi casu personae accusantis. Plut. in Vit. Cic. pag. 878, lin. 37 φεύγοντι δίκην ὑπὸ Κάτωνος, *Accusato a Catone.* Caeterum reus ὁ φεύγων et φεύγειν δίκην dicitur, non quod *effugit omnino poenam*, sed vel vi ἀντιθετικῇ τοῦ διώκοντος, vel ex consuetudine fortasse iudicii Areopagitici, qua reo facultas dabatur, defendendi se duabus orationibus; quarum priore perorata, si de causa desperabat, ei licebat fuga sibi consulere. Docet hoc argumentum, quo Socrates utitur contra consilium Critonis, ipsi persuadere conantis, ut ex carcere liberari se patiatur. Ita enim apud Platonem in Crit. pag. 52, lin. 24 ex persona Reip. argumentatur: Ἔτι τοίνυν ἐν αὐτῇ τῇ δίκῃ ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι, εἰ ἐβούλου, *Iam tum et in ipso iudicio licuit tibi, si velles, exilii multam subire.* Neque cuiquam licebat fugientem persequi, id quod liquet ex disertissimis verbis Demosthenis, contra Aristocratem, pag. 438 Τῷ δὲ φεύγοντι — τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὐθ' ὁ διώκων, οὐθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι, *Reo autem, priore habita oratione, fuga sibi consulere liberum est: et neque accusator, neque iudices, neque quisquam alius id prohibere potest.*

28 Verbum δύναμαι praeter communis structurae naturam cum accusativo construitur; idque non tantum ἐλλειπτικῶς, subaudito verbo ποιεῖν, ut, δύναται πάντα, *Omnia potest;* neque in significatione pretii, qua aliquid dicitur *valere duos obolos*, δύνασθαι δύο ὀβολοὺς, sed etiam plane more verborum activorum. Thucyd. lib. I, cap. 141 Τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν. Verbatim: *Eandem enim servitutem potest*, i. e. *Ad eandem servitutem valet.*

29 Exemplis hoc per omnes casus illustrare longum est. Vide sis Thucyd. lib. I, cap. 12. lib. II, cap. 13 et 26. et lib. III, cap. 92. et Arrian. lib. III, cap. 14 et 23. et alibi saepe. Hoc interim tironibus tenendum, verbum ἔστι (non εἰσί) semper accentum reiicere in suam priorem syllabam. Hunc idiotismum Latini imitati sunt, et satis feliciter, si tria excipias. Primum est, quod relativum apud Latinos necessario conveniat numero cum praecedenti verbo substantivo. Ita Horat. lib. I, Od. 1.

EST, QVI nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit. —

II. *Ἔστιν ὅτε*, quod verbatim significat, *est quando*, sumitur absolute pro *ποτὲ* vel *ἐνίοτε*, *interdum*[30], tam initio periodi, quam in medio[31]: ut, *Ἀθυμοῦσιν ἔστιν ὅτε οἱ σφοδροτάτους αὐτοὺς τὸ καταρχὰς ἀποδείξαντες*, id est, *Interdum animo concidunt, etiam qui se longe vehementissimos sub initium ostenderunt*: tuncque *ἔστι* penultimam acuit. Sic *ἔστιν ὥς*, cum accentu acuto in *ὥς*, id est, *quodammodo*, et *ἔστιν ὃν τρόπον*. Sic *ἔστιν ὅπως*, *fieri potest*†: ut, *οὐκ ἔστιν ὅπως τοῦτο ἂν ποιήσῃς*, *hoc facere non poteris.*[32] Sic *ἔστιν ὅπου*,

Et ibidem:

SVNT, QVOS curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuvat. —

Defendit tamen illud Propertii sui lib. III, el. 7, vs. 17, Broekhusius:

EST QVIBVS Elaeae concurrit palma quadrigae;
EST QVIBVS in celeres gloria nata pedes.

Altera differentia est, quod Graeci in media verborum structura *τὸ, ἔστιν ὃς* etc., interponant, more Latinis insolito: v. g. *Ἀκρίτους καὶ βουλομένους ἜΣΤΙΝ Ἃ εἰπεῖν ἀπέκτειναν πάντας.* Verbatim: *Indemnatos et SVNT QVAE volentes dicere*, pro, *quaedam dicere volentes interfecerunt omnes.* vid. Thucyd. lib. II, c. 67. Tertia differentia est, quod *ἔστι* et *εἰσὶ* semper praesenti tempore efferuntur, licet reliqua oratio de re praeterita vel futura instituatur. Ita apud eundem, lib. VI, cap. 88 *Σῖτόν τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι, καὶ ΕἸΣΙ͂Ν ΟἿ καὶ χρήματα*, *Frumentum ad exercitum comportabant, quidam et pecunias.* Vbi Latine non licet dicere, *sunt*, *qui*, sed, *erant*, *qui*. Dixit tamen Plutarchus in Caes. pag. 717 *ἮΝ Ὅ, ΤΙ καὶ πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτὴν ἐτέθραυστο τῆς τόλμης τοῦ Ἀριοβύστου*, *Aliquantum hoc adventu Ariovisti animus fractus est.*

30 Et hoc commune cum Graecis habent Latini. Ita Terent. Phorm. V, 7 *EST VBI vos ulciscar probe.* Intelligimus *tempus* vel *locus*. Suppletur ellipsis in libr. Eccles. cap. XXXVIII, 13 *Ἔστι καιρὸς ὅτε καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν εὐωδία·* fortasse pro *εὐοδία*, *Est tempus, quo medicorum manus successum sortiuntur.* Vt in *ἔστιν ὥς*, *ἔστιν ὅπως* et *ἔστιν ὃν τρόπον* subauditur *modus*: et in *ἔστιν ὅπου locus*. Contra, *οὐκ ἔστιν ὅτε* vel *ὁπότε* idem sonat, quod *οὐδέποτε*. Dio: *Οὐ γάρ ἐστιν ὁπότε ὑπὸ κηρύγματος οὐ σιγάζονται*, *Nunquam enim sub praeconio fit, ut non sileant.* Nec defugiunt hanc locutionem Graeci, etsi verbum *ἐστὶ* statim sequitur, ut cum Calasiris ait apud Heliod. Aethiop. lib. V, cap. 12 *Οὐκ ἔστιν ὅτε ἐστὶν ἐνδεὴς ὁ σοφὸς*, *Non est, quando*, i. e. *nunquam vir sapiens est egenus.*

31 Est et ubi in fine invenitur: ita Aelianus claudit caput undecimum lib. IV *Αἷςπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἜΣΤΙΝ ὍΤΕ*, *Quibus aliquando Socrates utebatur.* H.

† Hunc quoque Graecismum imitatus est Horatius Carm. III, 1, 9 *Est ut viro vir latius ordinet arbusta sulcis*: etc. Z.

32 [Soph. Ai. 379.] Ita apud Isocratem in Panegyr. pag. 150 *Οὐκ ἜΣΤΙΝ ὍΠΩΣ οὐχ ὁμονοήσομεν*,

alicubi, vel *aliquando*. Imo etiam interrogando[33], *ubi*, vel, *quando tandem?* Demosthen. pro Coron.[34] *Ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν ἠγανάκτησας; Vbi*, vel *quando tandem id te moleste ferre ostendisti?*

[*Ἔστιν ὅτε aliquando*: saepe vero scribitur, *ἔσθ' ὅτε*.]

III. Tertia singular. § 175. b. *ἐστὶν* aliquando Attice brevitatis causa omittitur, cum quibusdam praecipue nominibus: ut, *ἀνάγκη*, *ἐλπὶς*, *δέος*, *λόγος*, *εἰκὸς*, *τοῦτο*, vel *τουτίγε*, *οἷον*, et aliis quibusdam lectione observandis; v. c. *Δεινὸν γὰρ τουτίγε*, suppl. *ἐστὶν*, vel *ἂν εἴη*, id est, *Grave enim hoc est*, vel *fuerit*: vel *δεινὸν* solum. Demosthen. pro Corona: *Καὶ τὸ μὲν δὴ φανερῶς συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινὸν μὲν, ὦ γῆ καὶ Θεοί! Enimvero, palam Philippo studere, indignum, o terra et Superi, facinus! Μηδὲν* [Immo *οὐδέν*. *Herm.*] *οἷον τοῦτο ποιεῖν*, sup. *ἐστίν*· verbatim, *Nihil quale hoc facere*, id est, *nihil vetat hoc facere*.[35] Vide supra de Nomine, Cap. III, Sect. 8, Reg. 6.

IV. Sic, *Ἐλπὶς ἄρα μεγίστη, αὐτὸν τὰ πράγματα διαπράξεσθαι*, id est, *Maxima spes est, futurum ut negotia conficiat*; *ὡς λόγος*, *ut fama est*[36]: hoc autem in alias per-

Fieri aliter non poterit, quin concordes simus futuri. Et Euripid. in Phoeniss. vs. 1658

Οὐκ ἔσθ' ὅπως σὺ τόνδε τιμήσεις νέκυν,

Nullo modo tu hunc honorabis mortuum. Et Heliod. lib. V. Aethiop. cap. 16 *Οὐκ ἔστι δὲ ὅπως μᾶλλον ἂν τις τὸν Ἑρμῆν ἱλάσαιτο, Nulla alia ratione Mercurium quis placare possit.*

33 Intellige tamen, interrogationem extrinsecus esse arcessendam: ita illud Demosthenis *ἔστιν ὅπου*, non *Vbi?* sed potius, *An alicubi?* reddendum: plena enim oratio est: *Μῶν ἔστι τόπος, ὅπου*; et eiusmodi interrogandi ratio in superioribus simili iure locum habere potest.

34 Pag. 316. initio.

35 Malim: *Nihil praestat, quam hoc facere.*

36 Eleganter etiam omittitur in hoc Platonis: *Οὐδὲν χαλεπόν*. qua locutione Graeci utuntur, ubi aliquem in re, quam acturus est, difficultatem aliquam proponentem, verbo levare volunt. Nostrates quoque totidem verbis: *Geen zwarigheid.* Ita apud Platonem, Hipp. mai. pag. 200, lin. 20. Socrati scrupulum obiicienti, et roganti: *Ταῦτα οὖν λέγοντι τί ἀποκρινώμεθα; Quid haec dicenti respondebimus?* Respondet Hippias: *Οὐδὲν χαλεπόν, Nihil grave. Non est, quod haereas.* etc. Pro eodem etiam dici potest, *οὐδὲν δεινόν*. Vid. eund. Apol. Socr. pag. 28 lin. 10. Item *φαυλότατον*, apud Aristoph. in Equit. vs. 213. ubi Agoracrito miranti, quomodo ipse, qui fartor erat, possit praeesse populo, respondet Demosthenes: *Φαυλότατον ἔργον, Leve hoc est.* Simile huic *Οὐδὲν θαυμαστὸν*, *Geen wonder.* Vid.

sonas convenire non potest, nisi forte in tertiam pluralem εἰσὶ, at longe rarius.

V. Ἔστι δὲ initio periodi, apud Oratores, sine alio adiuncto, absolute ponitur, pro Ἔχει δὲ οὕτως, *Atqui res ita se habet.* Demosthen. de Chersoneso[37], adversus eos, qui dicerent, Oratorem absolute aut belli, aut pacis auctorem esse debere: Ἔστι δέ· εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἄγει etc. οὐδὲν δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἁπλῶς εἰρήνην ἀκτέον, *Atqui ita se res habet: si Philippus quiescit, nihil verbis opus est, pax simpliciter ineunda.* Sequitur, Εἰ δὲ, *sin autem.*

VI. Ἔστι, vel ἦν, cum pronomine οὗτος, et substantivo aliquo, novum habet significandi modum. Demosthen. Olynth. I, Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι etc., verbatim, *Nam est maximus hic metus*, id est, *valde enim hoc metuendum est, ne vafer, et in rebus tractandis acer.* Eodem modo dici posset, ἔστι μάλιστα οὗτος ὁ φόβος, ὁ κίνδυνος, αὕτη ἡ ἐλπὶς, et similia.

VII. Imperfectum ἦν aliquando pro ἐστὶν, ut ἐχρῆν, et χρῆν pro χρὴ, ἔδει pro δεῖ, *oportet*, προσῆκεν pro προσήκει, *convenit.* Sic apud Poetas ἔπλεο, et ἔπλετο, saepissime, pro ὑπάρχεις, et ὑπάρχει, *es*, et *est.* Exempla passim obvia. [Thucyd. II. 61. pr. εἰ δ' ἀναγκαῖον ἦν —. *Reizius.*]

VIII. Εἴη tertia optativi, maximeque initio periodi, videtur interdum reddi debere per *utinam*, vel *optandum fuerit*, sequente infinitivo. Plutarch. in Theseo[38]: Εἴη μὲν οὖν ἐκκαθαιρόμενον λόγῳ τὸ μυθῶδες, ὑπακοῦσαι, καὶ λαβεῖν ἱστορίας ὄψιν, *Atque utinam quicquid fabulosum inest, oratione purgatum, votis nostris obsequatur, et aliquam historiae speciem induat.*

Theogn. vs. 25. Item post κεφάλαιον. Ita cum apud Isocratem Nicocles cives multa et egregia monuisset, sub finem orationis haec omnia in unum quasi fasciculum colligit, his verbis: Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων· οἵουσπερ ἂν τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχομένους οἴεσθε δεῖν περὶ ὑμᾶς εἶναι, τοιούτους χρὴ περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑμᾶς γίνεσθαι, *Omnium vero, quae a me dicta sunt, haec summa est: quales putatis eos, qui vobis parent, erga vos esse oportere, tales vos decet esse erga meum imperium.* Eleganter quoque omittitur post ἔργον, ubi significat officium. vid. supra Cap. III, Sect. 4, Reg. 11. Item post οὐδεὶς φθόνος. vid. supra ad Cap. III, Sect. 12, Reg. 2.

37 Pag. 36, lin. 5.

39 Paulo post principium.

IX. *Εἶεν*, tertia pluralis eiusdem optativi, per se sola, servit transitioni, qua pars aliqua concluditur, et sequens inchoatur, ut, *Esto*, apud Latinos; vel, *Ac de his hactenus.* Demosthen. saepe, ut Philipp. I, ubi absolvens partem aliquam bellici apparatus, *Εἶεν*, inquit, *τί πρὸς τούτοις ἔτι; Esto: quid praeterea?* Plato lib. VIII de Rep. sic orditur: *Εἶεν· ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, Hoc igitur maneat; siquidem inter nos iam convenit* etc. † § 176.

X. Infinitivus *εἶναι*, apud Atticos, praesertim cum voce *ἑκὼν*, id est, *libens*, *libenter*, interdum abundat: ut, *Ἑκὼν ἂν εἶναι τοῦτο ποιήσαιμι*, id est, *Libenter hoc fece-*

† Vox *εἶεν*, quantum ex comparatione locorum Platonis, apud quem inprimis frequens est, collegi, adhibetur tum, cum antecedentia comprobantur et conceduntur, sed cum correctione aliqua, quae statim additur. Quare fere sequitur particula aliqua adversandi seu corrigendi, *δὲ*, *ἀλλὰ* etc. Convenit igitur cum Germanico, *Gut:* aut, *Das mag nun wohl gut und richtig seyn: allein* etc. Vt clarum id fiat, aliquot exempla explicabimus. Plat. in Phaed. cap. 64 *Ταῦτα δὴ εἰπόντος τοῦ Σωκράτους, ὁ Κρίτων, ΕΙ'ΕΝ, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Τί δὲ τούτοις ἢ ἐμοὶ ἐπιτέλλῃ;* h. e. *Haec cum Socrates dixisset, Crito, recte, inquit, mi Socrates. Sed quid his aut mihi mandas?* Ibidem cap. 66. Socrates, viso homine, qui venenum exhibiturus erat, *ΕΙ'ΕΝ*, inquit, *ὦ βέλτιστε· σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων· τί χρὴ ποιεῖν;* h. e. *Recte*, sive, *Placet mihi, quod ipse ades; nam quid in potione sumenda faciendum sit, tute pulcre calles.* Idem in Apol. cap. 2. Postquam Socrates dixit, ab iudicibus veniam sibi datum iri, ut sese defendat adversus calumnias quorundam adversariorum; addit: *ΕΙ'ΕΝ, ἀπολογητέον δὴ* etc. h. e. *Recte, s. conceditur mihi illa venia. Quare defensio est suscipienda* etc. Paulo post cap. 3. cum dixisset, calumniae originem et causam altius esse repetendam, adiungit, *ΕΙ'ΕΝ. Τί δὴ λέγοντες διέβαλλον οἱ διαβάλλοντες;* h. e. *Concedetur hoc haud dubie. Igitur quomodo calumniantur* etc. Ibid. cap. 22, extr. Socrates, absoluta gravissima defensione, addit: *ΕΙ ΕΝ δή, ὦ ἄνδρες· ἃ μὲν ἐγὼ ἔχοιμ' ἂν ἀπολογεῖσθαι, σχεδόν τι ἐστὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα ἴσως τοιαῦτα*, h. e. *Hactenus*, sive, *Haec sufficiant*, etc. Idem in Critone, cap. 7. Crito convictus et rogatus, quid habeat quod contra dicat, rem concedit hac formula, *ἔστι ταῦτα.* Tum Socrates addit: *ΕΙ'ΕΝ· ἀπειθήσας δὲ* etc. *Rem recte quidem concedis: sed si quis* etc. Idem in Sympos. cap. 4. Invitatione ad bibendum facta, Pausanias sermonem exorditur ita: *εἶέν, ἄνδρες, τίνα τρόπον* (adde *δὲ*, id quod in tali structura constanter alias adiungitur) *ἥδιστα πιώμεθα;* h. e. *Concedo quidem esse bibendum, sodales, sed quaeritur, qua ratione suavissime bibamus.* Alia exempla reperies apud eundem, v. c. Apolog. cap. 26. Crit. cap. 12. Phaed. cap. 55 etc. Z.

rim[39]: quod etiam in plurali locum habet: ut, Ἑκόντες ἂν εἶναι ὅλον τὸν κίνδυνον ὑπομένοιεν, *Libenter totum periculum subirent.* § 177.

XI. Aliquando iungitur cum τὸ et praepositione ἐπί. † Thucydid. lib. VIII, Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι καὶ ἄκριτοι ἂν, καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν, id est, *Et quidem sub illorum imperio*, vel *quantum ad illos attinet*, (ὀλιγαρχικοὺς intelligit,) *se cum indicta causa, tum etiam crudelius perituros esse*: ἄκριτοι enim pro accusativo ἀκρίτους Attice cum infinitivo coniunxit.[40] § 178.

39 Exemplum quaere apud Thucyd. lib. II, cap. 89 Τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἙΚΩ'Ν ΕΙ'ΝΑΙ ποιήσομαι, *Praelium vero non in sinu libens committam.* In fem. gen. apud Plat. in Phaedro pag. 252, init. Ὅθεν ἙΚΟΥ'ΣΑ ΕΙ'ΝΑΙ οὐκ ἀπολείπεται, *Vnde sponte non recedit.*

Exemplum pluralis numeri habet Plato lib. VII de Rep. pag. 518 Ὅτι ἙΚΟ'ΝΤΕΣ ΕΙ'ΝΑΙ οὐ πράξουσιν, *Quod lubentes non facient.* Et Xenoph. lib. V Κύρ. παιδ. pag. 120, in fine: Οὔτε ἀσεβεῖν ἂν θέλοιεν, οὔτε ἀδικεῖν, οὔτε ἂν ψεύδοιντο ἙΚΟ'ΝΤΕΣ ΕΙ'ΝΑΙ, *Neque impii, neque iniuriosi, neque sponte sua mendaces esse velint.* Semperque (quod sciam) ἑκὼν ante εἶναι ponitur. H. § 179.

† Sunt qui contendant, et in his Bachius ad Xen. Hier. VII, 11, illud εἶναι in eiusmodi formulis ex Atticismo abundare. Verum hic commode intelligi potest praepositio κατά. [Minime. *Herm.*] V. c. Thucyd. IV, 28 ἐκέλευεν τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι ἐπιχειρεῖν. Alciphr. Ep. I, 1 Τὸ σήμερον εἶναι. Caeterum non negari potest, Atticos saepe hoc verbum usurpare, ubi, si rem ex consuetudine latina consideres, abesse, salvo sensu, possit. V. c. Xenoph. Memor. I, 2, 26 Νέω ὌΝΤΕ αὐτῶ Σωκράτης παρέσχε σώφρονε, h. e. *Vtrumque iuvenem Socrates praestitit modestum.* Z.

40 Cave credas, ἄκριτοι poni pro accusativo ἀκρίτους. Sic barbarus quispiam potius, quam Thucydides loquatur: nominativus adhibetur, quia reflectio fit ad personam praecedentem; ubi vero non manetur in eadem persona, accusativum invenies, ut ibidem; nam ita pergit: Τὸν δὲ δῆμον σφῶν καταφυγὴν εἶναι, *Populum vero suum esse perfugium.* Consule, sis, quae plura dixi ad Sect. III, Reg. 2. Locus Thucydidis est cap. 48, in fine. Est et alius huius infinitivi usus, praesertim apud Poetas et Ionas, qui vel per Appositionem, vel potius, dissimulato articulo τοῦ, per coniunctionem *ut* exponitur [vel ut suppleatur particula ὥστε. Z.] Ita Homerus Iliad. *E*, 315 sq.

Πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ
πτύγμ' ἐκάλυψεν,.
Ἕρκος ἜΜΕΝ βελέων, —

Ipsum vero pepli nitidi sinu contexit, ut esset munimentum contra tela. [Item Iliad. λ', 20 Θώρηκά ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήϊον ΕΙ'ΝΑΙ. Et Hesiod. Theogon. 610 τῷ δὲ ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει ἜΜΜΕΝΑΙ. Item Plat. Cratyl. cap. 12 Ὁ γὰρ Ἄναξ καὶ ὁ Ἕκτωρ σχεδόν τι ταυτὸν σημαίνει, βασιλικὰ ἀμφότερα ΕΙ'ΝΑΙ τὰ ὀνόματα. Z.] Apud

XII. Significat aliquando *filium esse*[41], idque vel cum genitivo πατρὸς, vel sine illo. Cum illo quidem, ut apud Isaeum, *Οἵ συνδικοῦντες αὐτῷ Σμικροῦ πατρὸς εἶναί φασι τὸν Νικόστρατον*, id est, *Qui eum defendunt, Smicri parentis filium esse dicunt Nicostratum.* Sine illo autem: ibidem, *φασὶ μὲν οὖν, εἶναι Θρασυμάχου Νικόστρατον, Aiunt quidem, Nicostratum Thrasymachi filium esse:* idque in participium etiam redundat: Pausanias in Atticis[42]: *Ἀγαθοκλεῖ Λύσανδραν γυναῖκα ἠγάγετο, Πτολεμαίου καὶ Εὐρυδίκης οὖσαν,* id est, *Agathocli Lysandram uxorem dedit, Ptolemaei et Eurydices existentem*, id est, *filiam.* § 180.

XII. Per se quoque εἶναι significat, *servum esse*[43]: ut, *τῶν ἡμᾶς καλόν τι πεποιηκότων ὁμολογοῦμεν εἶναι*, id est, *eorum, a quibus aliquid beneficii accepimus, servos*

Pausaniam non semel: qui etiam eodem casu aliud verbum adiungit, sed praefixo genitivo τοῦ. Vt in Achaicis: *Ἀπεστέλλοντο δὲ ἐς Μέγαρα, φρουρά τε ΕΙ'ΝΑΙ Μεγαρεῦσι, καὶ ἢν Μέτελλος ἐπίῃ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, ΤΟΥ πρόσω σφᾶς ΚΩΛΥΕΙΝ, Mittebantur vero Megara, ut et praesidio essent Megarensibus, et, si Metellus et Romani invaderent, illis mature obsisterent.*

41 Non adeo hoc significat: sed κατ' ἔλλειψιν intelligitur παῖς. quomodo et ipsum verbi substantivi participium abest, involvente articulo praepositivo υἱὸς vel παῖς. Vide Cap. I, Reg. 12.

42 Pag. 16, lin. 43, ubi γυναῖκα ἠγάγετο malim reddere: *stipulatus est uxorem*, nam minus solerter dicitur Lysimachus alienam filiam Agathocli dedisse.

43 Ita saepissime reddi potest, sed hinc non sequitur, hanc esse huius verbi notionem. Regula latius patet, et verbum εἶναι cum Genitivo generaliter fere notat possessionem vel propriam vel metaphoricam, et cui servimus, gratias debemus, adhaeremus, cuius verbis adducimur, vel partes sequimur, illius esse dicimur. Huc pertinet, quod supra tetigimus, εἶναι τοῦ λέγοντος, *alicuius oratione persuaderi.* Verbatim: *esse dicentis*, qui nos oratione suos fecit. [Demosth. ad Pantaen. pag. 982, lin. 3, ed. Reisk. μήτε συγγνώμης, μήτ' ἄλλου μηδενός εἰσιν, ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος, h. e. *neque clementiam curant, neque ullam aliam rem, nisi rem familiarem.* Z.] Exemplum ministrat Aristophanes in Equit. vs. 856 *Μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι, Ne huius verbis persuaderi te sine:* ubi vide Casaubonum. [Sophocl. Oed. R. v. 917. *Herm.*] Huc refer 1 Cor. III, 22, 23 *Ἐγὼ εἰμι Παύλου. Πάντα ὑμῶν ἐστιν. Ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ. Χριστὸς δὲ Θεοῦ.* [Item Demosth. pag. 456, lin. 9 ὑμῶν αὐτῶν ὄντες, h. e. *cum soli estis, et vestri arbitrii, adeo ut nemo vos interpellet et impediat. Z.*] Qualia fere omnia etiam Latinorum sunt. Caeterum Genitivus ἑαυτοῦ eodem modo cum verbo γίγνεσθαι iungitur: vid. supra Sect. V, Reg. 9.

nos esse profitemur. Contra vero εἶναι ἑαυτοῦ, idem est quod αὐτεξούσιον εἶναι, id est, *Sui iuris ac potestatis esse.*

XIV. Praeterea εἶναι, tametsi rarius quam ἐστὶ, pro *licere* aliquando sumitur. Demosthen. in Timocratem, *Εἶναι* αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφειλήματος, id est, *Licere ipsi, aut alteri eius nomine, debiti sponsores dare.*

XV. Per se aliquando idem est quod *salvum esse.* Demosthen. oratione de pace, loco admodum notando, ubi de natura sociorum in bello: *Οὐκ ἄχρι τῆς ἴσης ἕκαστός ἐστιν εὔνους, οὔθ' ἡμῖν, οὔτε Θηβαίοις, ὥστε εἶναι, καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων*, id est, *Nemo, vel nostri, vel Thebanorum usque adeo studiosus est, ut eosdem pariter et salvos esse, et alios superare velit:* ubi εἶναι idem est quod σῶς εἶναι, et ἄχρι τῆς ἴσης, *usque adeo*, vel *ex aequo.* Id quod etiam Tullius Offic. I expressit, dum ait, *Sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis, gerebatur; uter esset, non uter imperaret.* Atque id eo loco significare τὸ εἶναι, constat ex sequentibus. Addit enim Demosthenes, *Ἀλλὰ* σῶς μὲν εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο, ἕνεκα ἑαυτῶν· κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους δεσπότας ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐδὲ εἷς, *At sua quidem causa, incolumes esse facile omnes patiuntur, aliis vero superatis,* vel *alterutros autem superiores factos, sibi dominari, ne unus quidem:* ubi quod ante dixerat εἶναι, explicat per σῶς εἶναι, id est, *salvos esse.* [44]

XVI. *Εἶναι* εἰς ἀρετὴν, id est, ἐπιδοῦναι, seu προχωρεῖν, *in virtute proficere:* quae loquendi ratio nomine etiam mutato locum habere potest: ut, *Εἶναι* εἰς παιδείαν, aut πολυμαθίαν, *in eruditione proficere.* Ita Gregor. Nazianzenus oratione XXVI Ὥστε εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ τοσοῦτον ἦσαν εἰς ἀρετὴν, πάντας ὑπεραίρειν τῇ εὐτεκνίᾳ, id est, *Vt si quidem ipsi non tantum in virtute profecissent, omnes tamen liberorum felicitate superarent.* † [45]

44 Vt Heliodorus per σώζεσθαι, Aethiop. lib. VI, cap. 5 Θεάγης ἐστὶ καὶ σώζεται, θεῶν βουλομένων, *Theages vivit, et incolumis est, diis volentibus.* H.

† In eiusmodi formulis dicendi εἶναι significat *prodesse*, συμφέρειν, et construitur vel cum Dativo simpliciter, ut Demosth. ad Leptin. pag. 463, lin. 5 σκεψώμεθα δὴ, τί τοῦτ' ἜΣΤΑΙ τῇ πόλει, *Videamus quaeso, quid utilitatis inde ad civitatem sit redundaturum*, vel cum praepositione aliqua; veluti εἰς, vide Vigerum; aut πρὸς, ut Demosth.

XVII. Idem verbum εἰμὶ, in tertia persona singulari praesentis, vel imperfecti, vel futuri, non tantum indicativi modi, sed etiam optativi, et subiunctivi, cum dativis participiorum quorundam, affectum animi significantium, pro verbis ipsis usurpari solet. Participia illa tria praecipue sunt, βουλόμενος, ἡδόμενος, ἀχθόμενος, quibus nomen ἄσμενος adiungitur.[46] § 181.

Xenophon IV Ἑλληνικ. Τί οὖν οὐ πυνθάνῃ, εἰ καὶ ἐκείνῳ βουλομένῳ ταῦτά ἐστι; *Quin tu ergo sciscitaris, num haec illi etiam placeant?*[47] Plato in Phaedone, cap. 24 Ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν, εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστὶ, *Iam eo redeamus, ubi sermonem abrupimus, si quidem id probas.*

Xenophon Cyropaed. IV, 5, 10 Ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη, *Cui vestrum id molestum non erit.*

pag. 1241, lin. 23 οἶμαι γάρ τι μοι καὶ τοῦτο εἶναι πρὸς τὴν ἀλαζονείαν τὴν τουτουΐ, *arbitror, hoc quoque quodammodo mihi prodesse ad istius fastum retundendum*; aut ἐπὶ, ut Demosth. pag. 1072, lin. 15 ἐστὶ μοὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον, *Cedit mihi in melius.* At si persona sequitur, interdum *obesse* significat: ut Demosth. pag. 73, lin. 26 ταῦτ' ἐφ' ὑμᾶς ἐστιν, *haec nocent vobis, his vos petimini*, etc. Z.

45 Cum Praepositione περὶ constructum sequente quarto casu significat, *alicui rei operam dare, versari circa aliquid.* Plat. Phaed. pag. 248, lin. 39 Ἡ ΠΕΡΙ σώματος ἸΑΣΙΝ τινα ἘΣΟΜΕΝΟΥ, *Vel medicandis corporibus operam adhibituri.* Eodem plane modo, quo supra in γίγνομαι. [Eodem sensu quoque adiunctam habet praepositionem ἐν· e. g. Aelian. V. H. I, 32 ἐν γεωργίᾳ εἶναι, est, *agriculturae operam dare*, et IX, 4 ἐν Μούσαις εἶναι, significat *litteris liberalibus operam navare.* Et IV, 8 ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν, h. e. *cum in eo esset, sive, cum id moliretur.* Z.]

46 Addo participium προςδεχόμενος ex illo Arriani, de Exp. Al. lib. I, cap. 23 Ἐκδρομὴ γίγνεται — ᾗ οὐδὲ πάνυ τι ΠΡΟΣΔΕΧΟΜΕΝΟΙΣ ΤΟΙΣ ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ ἮΝ, *Eruptio fit ea parte, qua Macedones minime exspectabant.* Verb. *Macedonibus minime exspectantibus erat.* Quod si quis dicitur non ἁπλῶς *velle*, sed fieri posse, vel futurum, ut velit, pro εἶναι invenies etiam γίνεσθαι similiter cum eiusmodi participiis constructum, aptissime in sensu ἀοριστολογικῷ, ut apud Heliod. Aethiop. lib. II, cap. 29 Πεύσῃ δὲ, ὅταν ΣΟΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι ΓΙΓΝΗΤΑΙ, *Audies autem, si tibi lubuerit.* Et lib. VII, cap. 11, ubi Calasiris moriturus mandata dat de iuvenibus quibusdam Graecis, ὡς ἔνι μάλιστα προνοεῖν, καὶ ἐν οἷς ἂν ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΓΙΝΕΤΑΙ [an γένηται? § 181. b.] τὰ δυνατὰ συμπράττειν, *Ut iis pro virili opem ferrent, et quibuscunque in rebus id desiderarent, quam maxime fieri posset, adessent.*

47 Adde Dion. Hal. lib. III, pag. 196 Ἐπειδὴ πᾶσι βουλομένοις ἦν, *Postquam omnibus ita visum erat.*

Homer. Iliad. Ξ, vs. 108 Ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη, *Mihi quidem gratum fuerit.* Ita Tacitus in vita Agricolae [48]: *Quibus bellum volentibus erat.* De infinitivo rariora sunt exempla.

[Apud posteriores Graecos occurrit formula optandi ἐστί τε καὶ εἴη. V. c. Psellus in vita Constantini Ducae, θυγατέρα δέ, inquit, ἣ τῆς ἀρετῆς ἐπώνυμος, μνηστεύεται θεῷ, καὶ νῦν ἐστί, καὶ εἴη μέχρι πολλοῦ. Philostrat. in Aspas. sub finem, ex certissima coniectura Valesii, Νικαγόρας καὶ τοῦ Ἐλευσινίου ἱεροῦ κῆρυξ ἐστί τε καὶ εἴη. Eadem formula quoque apud Latinos reperitur; v. c. Ovid. VI Fast. 219 *Est mihi, sitque precor, nostris diuturnior annis, Filia, qua felix sospite semper ero.* Et Martial. IX, Epigr. 18 *Est mihi, sitque, precor, longum te praeside, Caesar, Rus minimum: parvi sunt et in urbe Lares.* Plura vid. apud Henr. Vales. Emendatt. lib. III, cap. 15. Z.]

SECTIO XII.

De Verbis εἰπεῖν, ἐλπίζειν, ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, ἔοικα, ἔχω.

REGVLA I.

Infinitivus εἰπεῖν saepissime apud Atticos παρέλκει, id est, *ornatus* solum causa adhibetur. Ita Xenophon Παιδείας I, Καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν· οὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ, *Non vides, inquit Astyages, hominem irridens, quam belle quamque eleganter vinum fundat?* ubi necessario, vel εἰπεῖν, vel φάναι abundat. Imo, quod etiam admirabilius est, hic infinitivus cum aoristo eiusdem verbi φημὶ coniungitur, maxime apud Dialogorum scriptores. Ita Plato saepe, καὶ ὃς ἔφη, εἰπεῖν, μηδαμῶς, id est, *ille autem, nequaquam, inquit,* ubi sine dubio, ἔφη, satis fuisset. [49] [Ἔφη εἰπεῖν est *aiebat se dixisse.* Ita et ἔφη

48 Cap. 18. H. Item Macrobius, qui alias quoque subinde Graecismos imitatur, Saturnal. I, 7 *Si volentibus vobis erit.* Cf. Vechner. Hellenol. II, 9. Dorvillius ad Charit. pag. 439 seq. et Marklandus ad Max. Tyr. XIII, 5. ubi ex eius coniectura reperitur, οὐδὲ ἈΚΟΥΣΗι ἐστὶ τῇ γενναίᾳ ψυχῇ φθορὰ σώματος, h. e. *animus generosus non aversatur corporis interitum.* Z.

49 Horum alterum aliquando in Participio positum invenies.

φάναι. Vtrumque igitur habet significationem suam. Sed comma post ἔφη nullum faciendum. *Reizius.*]

II. Saepe hoc verbum significat, *sententiam dicere*, vel *statuere*. Passim apud Demosthen. εἶπεν, id est, *Hanc sententiam dixit:* quod etiam γνώμην λέγειν, et ἀποφαίνεσθαι dicebatur. †

At γνώμην εἰπεῖν saepius est *auctorem esse alicuius sententiae*. Plutarch. Pomp. Ἕως ἔδωκαν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, Λευκίου Φιλίππου γνώμην εἰπόντος, id est, *Donec imperium ipsi decernerent, auctore L. Philippo*; ubi male interpres, *Philippo referente*. Nam v. c. quod Latini dicunt, *Senatusconsultum in Ciceronis sententiam factum est*, Graecis diceretur, δόγμα τῆς βουλῆς ἐγένετο, Κικέρωνος γνώμην εἰπόντος. At *referre*, seu *rogare*, Graeci, γνώμας προτιθέναι, ἀναδιδόναι, ἐπαγαγεῖν, ἐπιτρέπειν. Quod alias etiam dicitur, προςιέναι, vel προςελθεῖν τῇ βουλῇ, vel χρηματίζειν ἐν τῇ βουλῇ, vel τὴν βουλὴν προθεῖναι. Et Latinae dictioni propius, ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον, nec male εἰςηγεῖσθαι, maxime ad populum. Dicunt praeterea, ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν βουλὴν, τὸν πόλεμον ἀνελεῖν, id est, *De suscipiendo bello ad Senatum referre.* [50]

Sic Herod. Erat. cap. 67 Ὁ δὲ, ἀλγήσας τῷ ἐπερωτήματι, ΕΙ῏ΠΕ ΦΑ'Σ, *Ille vero, hanc interrogationem aegre ferens, inquit.* Vel utrumque in indicativo ponitur. Ita apud Plat. in Theag. p. 129 Ἀνιστάμενος πρός με ΕΙ῏ΠΕ, Τί λέγεις, ἜΦΗ, ὦ Σώκρατες; *Adsurgens mihi dixit, Quid ais, inquit Socrates?* Et in Rep. lib. I, pag. 337, init. Καὶ ΕΙ῏ΠΕΝ, ὦ Ἡράκλεις, ἜΦΗ. Sed semper inter utrumque aliquid interponitur.

† Sic apud Demosth. pag. 103, 10. ed. Reisk. φυλακὴν εἰπεῖν, significat *decernere*, *constituere custodiam*. Z.

50 Hic intersero ἔλπομαι, quod Poetice et Ionice pro ἐλπίζω, *spero*, contrariam admittit significationem, et notat *metuo*. Herod. Erat. cap. 109 Ἢν μὲν νυν μὴ συμβάλωμεν, ἜΛΠΟΜΑΙ τινα στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν, *Quod si praelium non committimus, vereor, ne magna exoriatur seditio.* Lysias orat. fun. pag. 505 Μεγίστην δὲ συμφορὰν ὑπὸ τῶν βαρβάρων εὐτυχησάντων τοὺς ὑπεκτεθέντας ἤλπιζον πείσεσθαι, *Maximas vero aerumnas ne a victoribus barbaris paterentur sui, quos* [Salamine] *deposuerunt, metuerunt.* Cum tamen omne verbum unam tantum natura sua, eamque primariam notionem obtineat, non plura, multo minus duo contraria significare possit, tirones hoc loco monendos volui, ut, si quid tale accidit, in neutra significatione acquiescant, sed tertiam aliquam quaerant, in quam duae illae, tanquam in genus suum, speciales concurrant. V. g. si videant, unum atque idem verbum

III. *Ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι*, absolute posita, sunt verba militaria, quae significant *ad bellum proficisci*: vulgo, *sortir*

τίω modo *honorandi*, modo *puniendi* significatum habere, tertius quaerentes generalior non diu latebit, qui est, *Pendere*, *Luere*, *Solvere*, unde secundaria nascitur notio, nempe: *Tractare aliquem pro meritis*. Si nunc bene quis meritus est, sponte inde fluit significatio *honorandi*, sin contra, *puniendi*. Eodem modo in *ἐλπίζω* inter duo illa *spero* et *metuo* tanquam medium est, *Credo*, *Existimo*, qua acceptione tum alibi, tum apud Homerum occurrit, Iliad. *N*, non procul ab initio:

Οὐ γὰρ ὅγ' ἀθανάτων τιν' ΈΕΛΠΕΤΟ ὃν κατὰ θυμὸν
Ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ Δαναοῖσιν,

Neque enim ille existimavit, immortalium quempiam venturum, qui vellet vel Troianis vel Danais opem ferre. Rursus Oppian. Halieut. lib. I, vs. 88

Οὐ μὲν γὰρ γαίης πολυμήτορος ΈΛΠΟΜΑΙ ἅλμην
Παυροτέρας ἀγέλας, οὔτ' ἔθνεα μείονα φέρβειν,

Non enim crediderim, mare pauciores greges neque minora numero animalia nutrire, quam terram multorum matrem. Confer. Plat. lib. V. de Rep. pag. 451, lin. 6 *Ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι, ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν, καὶ δικαίων, καὶ νομίμων*, *Ita arbitror, minus cum peccare, qui invitus occidit, quam impostorem in rebus pulcris, et bonis, et iustis, et legitimis*. V. et Theogn. vs. 46. Hinc si malum aliquod sequitur, commode explicatur per *φοβοῦμαι*, ut apud Herodot. Erat. cap. 109 *Ἢν μέν νυν μὴ συμβάλωμεν, ΈΛΠΟΜΑΙ τινα στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα, ὥςτε Μηδίσαι*, *Quod si praelium non committimus, metuo, ne magna suborta seditio mentes Atheniensium moveat ad partes Medorum sequendas*. Nec aliter voces Latinae *spero* et *spes* explicandae veniunt, quae natura sua nihil aliud quam *περὶ τῶν μελλόντων δόξαν* notant. Vid. Flor. lib. III, init. *Quis SPERARET post Carthaginem aliquod in Africa bellum?* Et Suet. Caes. cap. 60 *Praelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat, ac saepe ab itinere, interdum spurcissimis tempestatibus, quum minime quis moturum SPERARET*. Quamquam alii legunt *PVTARET*. Consule Dukerum ad. Flor. l. c. Luculentus est Virgilii locus lib. IV Aen. vs. 419

Hunc ego si potui tantum SPERARE dolorem.

Vbi *sperare* manifesto pro *putare*, *credere*, *existimare*. Manifestius tamen lib. II, vs. 658

Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto,
SPERASTI? —

Manifestissime lib. X, 291

Speculatus litora Tarchon,
Qua vada non SPERAT, nec fracta remurmurat unda.

Confer lib. XI, vs. 275. *Haec* [mala vel supplicia] *adeo ex illo mihi iam*

Speranda fuerunt
Tempore —

Imo Catullus carm. 83. ut nullus dubitet amplius, cum praeterito construit:

Chommoda *dicebat*, *si quando* commoda *vellet*
Dicere, et hinsidias *Arrius* insidias:

en campagne. Demosthen. Olynth. II Ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως, *Vobis ad bellum pro huius urbis dignitate profectis*, id est, *eo modo*, *eoque apparatu*, *quem urbis dignitas postulet.* Paulo post, Εἰςφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, id est, *Contribuendo*, *ad bellum exeundo*, *omnia promte faciendo.*

IV. Ἔοικα, praeter vulgares acceptiones, quibus significat *similis sum*, *videor*, et similia, coniunctum cum infinitivo, maximeque futuri temporis, deliberatam aliquid iam iam faciendi voluntatem ostendit. Lucianus in Charonte: Ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι καὶ ἀκούσαιμι, id est, *Je pense*, *que je m'en vais descendre tout bellement*, *à fin de mieux voir et entendre.* Loquitur Charon, qui e summo monte, quae infra vel fiebant, vel dicebantur, minus commode videre, vel audire posset.

V. Ἔοικε, cum dandi casu, saepe vertendum videtur, *convenit*, *consentaneum est:* atque adeo, *tribuendum est:* quod postremum et rarius est, et praecipue observandum. Demosthen. Olynth. II [51] Δαιμονίᾳ τινὶ, καὶ θείᾳ παντάπασιν

Et tum mirifice SPERABAT se ESSE LOCVTVM
Cum, quantum poterat, dixerat hinsidias.

Contra *reor* pro *spero* utitur Virg. lib. Aen. XII, vs. 188

Cesserit Ausonio si fors victoria Turno etc.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
Vt potius REOR, et potius Di numine firment.

Si iam illa *existimatio* cum affectu animi coniuncta versatur circa bonum quodpiam futurum, inde nascitur verbi ἔλπομαι notio *sperandi*, sin contra, *metuendi.* Et sic in aliis huiusmodi quid patientibus. In malam partem pro *metu* vocem ἐλπὶς intelligas apud Euripid. in Orest. vs. 857

Οἴμοι, προςῆλθεν ἐλπὶς, ἣν φοβουμένη
Πάλαι, τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.

Hei mihi, *metus adest*, *quem olim timens*, *propter futura tabescebam luctu.* Ad rem appositissime Plato eodem modo explicat cognatum substantivum ἐλπὶς, de Legibus lib. I, pag. 644. Vbi, postquam dixerat, unicuique duos inesse consiliarios contrarios, qui vocantur voluptas et moestitia, ita pergit: Πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα ἐλπίς· ἴδιον δὲ φόβος μὲν, ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς· θάῤῥος δὲ, ἡ πρὸ τοῦ ἐναντίου, *Ad quas ambas accedunt opiniones de futuris, quarum quidem commune nomen spes est, peculiare vero alteri metus, quae est spes vel opinio dolorem antecedens, alteri confidentia, quae contrarium praecedit affectum.*

51 Paulo post principium.

ἔοικεν εὐεργεσίᾳ, *Fortunato cuidam, planeque divino beneficio tribuendum fuerit.*

VI. Ὡς ἔοικε, non tantum significat, *ut videtur, ut par est*, et similia, verum etiam sumitur interdum pro *utique, plane*, et similibus adverbiis. Plutarch. in Theseo [52], Ὁ γὰρ δὴ χρόνος ἐκεῖνος ἤνεγκεν ἀνθρώπους, χειρῶν μὲν ἔργοις, καὶ ποδῶν τάχεσι, καὶ σωμάτων ῥώμαις, ὡς ἔοικεν, ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους, id est, *Tempus enim illud homines ferebat manuum operibus, celeritate pedum, et corporum viribus eximios plane atque invictos.* Amiotus vertit, *grandement.*

VII. Aliquando commode reddi potest, *videlicet, nimirum, quippe.* Idem Plutarch. ibid. [53] Παίων γάρ, ὡς ἔοικε, κεφαλῇ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁ Τέρμερος, ἀπώλλυεν, *Videlicet*, aut *quippe, Termerus enim ille incusso capite occurrentes perimebat.* Quas ibi voces addidit Plutarchus, ut ostenderet, quam iuste a Theseo simili mortis genere occisus interierit. Demosthen. pro Corona, Ἀλλ' οὐκ ἦν ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια, οὐδ' ἔμφυτα, *At haec, nimirum, Athenienses a maioribus non didicerant, nec omnino, vel ferenda, vel moribus suis consentanea existimabant.* § 182.

VIII. Alias vertere mallem, *ut perhibent, ut fama est, ut aiunt*, aut simil. Plutarch. ibid. [54] Λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (Ἀμαζόνας) ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι περὶ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μέν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται, id est, *Ferunt, circa Chaeroneam alias etiam interiisse, ac secundum eum rivulum sepultas esse, qui olim, ut perhibent, Thermodon, nunc vero Haemon vocatur.* Interdum, *ut credo, ut mihi persuadeo.* Demosthen. pro Coron. Μέλλων δὲ ἰδίου βίου παντός, ὡς ἔοικε, λόγον διδόναι τήμερον, *Cum autem privatae totius vitae reddenda, ut credo, mihi hodie ratio sit.* Interdum significat, *ut video:* Plautus, *Vt hoc natum intelligo.* Platonis in convivio, cum unus diceret, aliquid se puero factum esse, infert alter, πάνυ ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν· *Pervetustum id quidem, ut video;* quo modo etiam superius illud Demosthenis reddi

52 Pag. 3, lin. 26.
53 Pag. 5, lin. 20.
54 Pag. 13, lin. 26.

posset. Idem Demosthen. ibid. *Καὶ, ὡς ἔοικεν, ὁ σύμβουλος καὶ ῥήτωρ ἐγὼ, τῶν μὲν ἐκ λόγου, καὶ τοῦ βουλεύεσθαι, πραχθέντων, οὐδενὸς αὐτῷ συναίτιος εἶναι δοκῶ, Atque, ut video, consiliarius ego cum sim et orator, nihil ipsi tamen ad ea, quae vel oratione, vel consilio meo perfecta sunt, contulisse videor.*

IX. Verbum ἔχω notandos habet usus, qui sequuntur. Primo cum his praesertim adverbiis, *πῶς, ὅπως, ὡς, οὕτως, εὖ, καλῶς, κακῶς*, et genitivo casu [55], eleganter Atticeque coniungitur: ut, *Οὕτως ἔχω τῆς γνώμης, eius sententiae sum.* Plutarch. Camillo, *Ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος, ἢ βουλήσεως ἔσχε, Vt quisque paratus, aut animatus fuerit;* verbatim, *ut quisque promtitudinis, aut voluntatis habuerit.* Sic, *εὖ ἔχειν τῆς ῥώμης*, aut *τῆς συνέσεως, robore* aut *prudentia valere.* Sic, *ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος* [56], *ut habebat*

55 Simile illud Heliodori Aethiop. lib. I, cap. 3 *Ὡς δρόμου εἶχον, ἔφευγον, Quanto potuerunt cursu contendere, fugerunt.* Locutio est elliptica. V. c. cum dico, *οὕτως ἔχω τῆς γνώμης*, post *ἔχω* subaudi *ἐμαυτὸν*, ut recte observat Cl. Bos. et ante *γνώμης* in proclivi est intelligere praepositionem *περί*. [Vel intellige praepositionem *ὑπὲρ*, quae diserte addita legitur Aelian. V. H. XIV, 1 *ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι, καὶ ὧν ἀφῄρημαι νῦν, οὕτως ἔχω.* Nec tamen plane est damnanda praepositionis *περὶ* ellipsis. Etenim illa interdum additur: veluti Xen. Oecon. II, 12 *οὕτω δὴ καὶ ἐμοὶ ἔχει ΠΕΡῚ τῆς οἰκονομίας.* Z.] Vt sit integra locutio: *Οὕτως ἔχω ἐμαυτὸν περὶ τῆς γνώμης.* Rarius cum Dativo. Demosthenes ep. III, ubi vergit ad finem: *ΤΗ͂ι γε ΕΥ̓ΝΟΊΑι ΟΥ͂ΤΩΣ ἜΧΩ ΠΡῸΣ ὙΜΑ͂Σ, ὡς ὑμᾶς ἂν εὐξαίμην πρὸς ἐμὲ, Tam bene vobis cupio, quam vos mihi optarim.*

56 Exemplis nihil tritius. Similiter dixerunt *ὡς ποδῶν εἶχον*, vel, ut Herodot. lib. IV, cap. 116, *εἴχοντο.* pro quo et non raro invenies, *ἢ ποδῶν εἶχον.* Est et ubi duo adduntur Genitivi. Vide sis Arrian. Exp. Al. lib. VI, cap. 6 *Οἱ δὲ ψιλοὶ ὩΣ ΤΆΧΟΥΣ ΕἾΧΟΝ ΠΟΔΩ͂Ν, ἐφείποντο, Levis autem armaturae milites, quanta pedum celeritate poterant, eum sequebantur.* [Alia exempla vid. apud Markland. ad Lys. pag. 665. ed. Reisk. Z.]

Cum aliis Adverbiis constructum eorumdem significationem adsumit, idque quintuplici modo.

Primo, Adverbium simpliciter sine ullo casu additur: ut, *Ἀδυνάτως ἔχω*, pro, *Οὐ δύναμαι.* Quo modo et sequentem habet Infinitivum, quemadmodum *δύναμαι.* Idem Arr. lib. I, cap. 26 *Τὸν δὲ ὑπὸ καμάτου ἘΓΕΡΘΗ͂ΝΑΙ μὲν ἈΔΥΝΆΤΩΣ ἜΧΕΙΝ ἐκ τοῦ ὕπνου, Eum prae lassitudine e somno excitari non potuisse.*

Secundo, additur Accusativus a verbo rectus. Aristoph. *Νεφ.* vs. 979 *Ἴσχειν τὼ πόδ' ἐναλλὰξ, Habere pedes alternatim*, i. e. *Alternare pedes.*

Tertio, alius casus additur ab Adverbio rectus. Dem. Phil. IV,

quisque celeritatis, id est, *pro sua quisque celeritate;* licet cum εὖ, καλῶς et κακῶς saepe accusativum adsciscat. †

X. Secundo, cum praepositionibus ἀμφὶ et περὶ, postulat accusativum et significat, διατρίβω, *versor*, *occupor:* ut, ἀμφὶ τοδὶ νῦν ἔχω, *nunc quidem in eo sum*, aut *versor*. [57]

pag. 60 Ἐκ δὲ τοῦ ΤΟΥΤΩΝ ΟΛΙΓΩΡΩΣ ὑμᾶς ἘΧΕΙΝ, *Ex quo hoc neglexistis.*

Quarto, additur Dativus personae, erga quam hoc vel illo modo, bene maleve adfecti sumus, ut, Ἔχω σοι φιλανθρώπως, ἀπεχθῶς, οἰκείως, etc. V. Dem. contra Phorm. pag. 587, lin. 49 et Philostrat. Heroic. c. 1 Ὑμναῖος Πεπαρήθιος ἘΠΙΤΗΔΕΙΩΣ ΜΟΙ ἜΧΩΝ, *Hymnaeus Peparethius, necessarius meus.*

Quinto, pro Dativo illo invenies quandoque Accusativum cum Praepositione πρός. Herodian. lib. I, cap. 12 Ἀπεχθῶς ἔχοντες πρὸς αὐτὸν, *Infensi ipsi.* H. [Ἔχειν ὁμοίως τινί. Herodot. III, 24. *Reizius.*]

† *Καλῶς ἔχει*, seu in superlativo *Κάλλιστα ἔχει*, interdum est formula, qua quid modeste negatur, aut, qua quis se beneficio oblato usurum esse negat, sed gratum tamen se profitetur. Germanis solenne est: *Es ist gut: ich bedanke mich.* V. c. apud Athenaeum Deipnos. XIV, 12, aliquis rogatus, *Λάβ' ὕδωρ κατὰ χεῖρας*, respondet, *μηδαμῶς· καλῶς ἔχει.* It. Theocrit. XV, 3. mulier advena, cui sella et pulvinar paratur, ait: Ἔχει κάλλιστα. Sic Latini usurpant suum *Recte*, et *Benigne.* V. c. Terent. Eun. II, 3, 50 *Rogo, num quid velit?* Recte, *inquit.* Atque Horat. Epist. I, 7, 16 *Vescere sodes.* Alter respondet, *Iam satis est.* Tum invitatus, ut *quantumvis tollat*, respondet, *Benigne.* Confer vs. 62. Vid. Casaub. ad l. l. Theocriti. Caeterum illa formula καλῶς ἔχει, inprimis cum dativo personae, significat *laudabile est et honorificum:* quemadmodum οὐ καλῶς ἔχει notat, *turpe est.* V. c. Xenoph. Mem. I, 3, 3 οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον. Z.

57 In genere dicamus, verbum ἔχω constructum cum aliqua praepositionum cum suo casu, reddi per illud verbum, ad cuius significationem expressum nomen proxime accedit. E. g. Ἔχω διὰ φροντίδος, i. e. φροντίζω, *Est mihi curae.* Lucian. Dem. Encom. pag. 907 *Διὰ στόματος ἔχειν*, *In ore habere*, vel, *memoriter tenere.* Athen. Deipnos. lib. XIV, cap. 3 Ἔχω σὲ ἐν ὀργῇ, *Succenseo tibi.* Thucyd. lib. II, cap. 18 Ἔχειν ἐν αἰτίαις, vel δι' αἰτίας, *Culpare.* vid. Nostrum infra Cap. IX, Sect. 3, Reg. 12. Sic, *in spe habere*, pro, *sperare* dixit Sallust. B. C. cap. 31. Cum praepositione ἐπὶ, sequente dandi, vel κατὰ, sequente generandi casu, significat *hostili* vel *offenso in quempiam animo esse.* Ita Herodot. Erat. cap. 49 *Δοκέοντες, ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι* (supple, *γῆν τε καὶ ὕδωρ*), *Putantes, hostili in ipsos animo dedisse terram et aquam Aeginctas.* Similiter cum praepositione κατὰ non semel in capite II. Apocalyps. Ioann. Ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα· Verbatim, *Habeo pauca adversum te.* Nos satis feliciter, *Op, of tegen wien heeft hy het?*

Tertio, cum participiis quibusdam, maximeque aoristi temporis, explicatur per aoristum Indicativi, et verbi, cuius participium adiunctum habet: ut, μαθὼν ἔχω, id est, ἔμαθον, *didici:* συλλαβὼν ἔχω, id est, συνέλαβον, *comprehendi:* ποιήσας ἔχω, id est, ἐποίησα: ut Gallice dicimus, *J' ai appris, j' ai fait.* Demosthen. in Leptin. Τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω, μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι, id est, *Singulas omittam recensere, unam illam, quae caeteras omnes comprehendit, exponam.* [58] [Ab hoc pleonasmo differt, si eiusdem verbi ἔχειν Participium verbo alicui finito iungitur: ubi plane abundat. E. g. Aristoph.

58 Quia non admodum crebra sunt exempla, tertium addo ex Platonis Phaedro pag. 257. lin. 21 *Τὸν λόγον δέ σου πάλαι ΘΑΥΜΑ΄ΣΑΣ ἜΧΩ, Tuam vero orationem iam dudum admiror.* [It. Hesiod. Oper. 42 *Κρύψαντες ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι, Occultarunt Dii victum hominibus.* Simile est illud Lucretii VI, 898. *quia multa quoque in se Semina* habent *ignis stupae tedaeque* tenentes. Vbi *habent tenentes* positum est pro *tenent* simpliciter. Z.] Potest etiam hoc modo apud Latinos verbum *Habeo* construi cum Participio, sed non nisi Praeterito Passivo. E. g. *Vinculis illum constrictum habet.* Quod Graece diceremus: *Αὐτὸν ἔχει δήσας.* Curt. lib. IV, cap. 1, §. 18 *Caeterum date aliquem regiae stirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere se regnum.* Sed tamen, apud Latinos certe, si ad participium spectas, praeteriti; si ad verbum, praesentis significationem habet. Adeo ut *acceptum habere regnum* et *accepisse* differant, quod posterius notat tantum accepisse, licet iam amissum, sed prius, non tantum accepisse, sed etiamnum possidere. Quod inde vel maxime patet, quia ipsum verbum *Habeo* hoc modo praeterito aliisque temporibus variari potest. Exemplum habet Sallustius B. I. cap. 10 *Neque ea res falsum me habuit.* Et B. C. cap. 23 *Tale periculum Reip. haud occultum habuit.* Confer Ter. Hecyr. IV, 2, 6. Et in Eun. II, 3, 92. Quin et exemplum, quod ex Demosth. affert Auctor, praesentis temporis rationem habet, quo minus convenit cum Gallico *j'ai appris, j'ai fait;* quae plane praeterita notant. Contra ἔχω θαυμάσας praesens potius quam praeteritum significat, ut apud Heliod. Aethiop. lib. V, cap. 16 *Τὴν ἄλλην μὲν τῆς οὐσίας πολυτέλειαν ἜΧΩ ΘΑΥΜΑ΄ΣΑΣ, Reliquum apparatuum splendorem admiror.* Dico, *potius;* nam etiam in praeterito de re exacta loquitur Vlysses apud Sophocl. in Ai. Flag. vs. 22

Νυκτὸς γάρ ἡμᾶς τῆςδε πρᾶγος ἄσκοπον
ἜΧΕΙ ΠΕΡΑ΄ΝΑΣ. —

Hac enim nocte contra nos inopinum facinus patravit. Temporis interim differentia dependet a verbo, cui participium iungitur; sic praeteritum sit, θαυμάσας εἶχον vel ἔσχηκα. [Si genera verbi perfecti et infecti tenuisset, melius esset locutus. conf. §. XIII. *Reizius.* ∮ 183.] Caeterum quomodo Graeci verbum cum participio passivo iungant, mox Reg. 14 dicemus.

Nub. 509, *Τί κυπτάζεις ἜΧΩΝ περὶ τὴν θύραν;* h. e. *Quid moraris ad fores?* Scholiastes ad hunc locum ita: Ἀττικῶς περιττεύει τὸ ἔχων. Plat. in Gorg. φλυαρεῖς ἔχων, h. e. *nugaris*. Cratin. apud Scholiast. Aristoph. Nub. 354, ληρεῖς ἔχων, *garris*. Sic illud Platonis in Phaedro pag. 340, *Τί δῆτα ἔχων στρέφῃ;* explicat Timaeus Sophista in Lexico, ἀντὶ τοῦ ἐνδιατρίβεις. It. Theocrit. XIV. 8, *Παίσδεις* (pro παίζεις) ἔχων. Ad quem locum Schol. Ἀττικῶς τὸ ἔχων παρέλκει. ἤγουν, σὺ μὲν παίζεις. Z.] Rarius cum participio praesentis temporis. Arrianus lib. IV, cap. 8, Ἱκανὸν εἶναι τίθεμαι, ἐν τοιᾷδε παροινίᾳ, τὸ καθ' αὑτὸν σιγῶντα ἔχειν, *Satis meo iudico tum fuisset, in tanta eius temulentia, quietum se ac silentio tenere: se tenir coy.*[59]

XI. Quarto, ἔχειν πρὸς, vel ἐς, id est, *respicere, spectare, pertinere ad;* ut, ὅδε ὁ λόγος ἔχει πρὸς σὲ, id est, *Haec ad te spectat oratio.* Sic, ὅσον ἔχει πρὸς ἐμὲ, τοῦτο δὴ ποίησον, id est, ἐμοῦ γε ἕνεκα, *mea quidem causa, hoc facito;* id est, *per me licet hoc facias.* Quo sensu eleganter de oraculorum explicatione usurpari solet. Pausanias Eliacôn I, Κρεσφόντου δὲ συμφρονήσαντος, ὡς ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔχει τὸ μάντευμα, id est, *Cumque Cresphontes, re secum expensa, coniecisset, ad istum hominem oraculum pertinere,* id est, *de illo intelligendum esse;* ubi obiter notandus usus verbi συμφρονεῖν, pro *diligenter secum expendere*, vel *coniicere de sensu oraculi*, de quo infra, Sect. XI, Reg. 3.[60]

XII. Quinto, ἔχειν est παρέχειν, cum dandi casu personae[61], et accusativo rei: ut, πολὺν κίνδυνον ἔχει τοῦτο τῇ

59 Non videtur pro locutionis novitate unicum hoc suppetere exemplum; quare ἔχειν σιγῶντα, subaudito pronomine ἑαυτὸν, eadem forma dictum putaverim, qua τηρεῖν ἑαυτὸν πιστὸν, de quo idiomate supra ad Cap. III, Sect. 2, Reg. 1. Verbum ἔχειν hunc usum obtinere, docuit Stephanus ex Platone, apud quem, ἑαυτὸν ἔσχεν ἀφανῆ, *Se ipsum e conspectu eripuit.* H.

Ad Vigeri observationem a vanitate vindicandam pertinet illud Favorini apud Gellium IX, 8, ἔχω προςδεόμενος, pro προςδέομαι. Z.

60 Cum praepositione πρὸς etiam comparationi inservit. Ita Lucian. Dem. Encom. pag. 890 *Καὶ μηδ', ὅπως ΠΡΟ'Σ ΤΟ'Ν 'ΗΣΙ'ΟΔΟΝ ΕΙ'ΧΕΝ (Ὅμηρος) ἡλικίας, σαφῶς εἰδέναι, Nec etiam, quomodo ad Hesiodum sese habeat Homeri aetas, evidenter scire,* i. e. *utrum Hesiodo Homerus sit antiquior.* Confer Cap. IX, Sect. 8, Reg. 13.

61 Si additur; nam saepius abest, ut apud Isocr. ad. Dem.

πόλει, verbatim, *multum hoc periculum habet civitati*, id est, *civitatem in magnum discrimen adducit.* πολλὰ πράγματα ἔχειν τινὶ, vel παρέχειν, aut παρέχεσθαι, *plurimum negotii alicui facessere.* [62] εὔνοιαν ἔχειν τινὶ [63], *aliquem benevolentia prosequi.* συγγνώμην ἔχειν τινὶ, id est, *alicui veniam dare.* [64]

XIII. Sexto, cum accusativo temporis coniungitur, sequente participio praesentis vel aoristi ad significandum intervallum temporis, ex quo res aliqua facta sit, vel infecta; ut, *πολὺν ἤδη τὸν χρόνον ἔχω, μὴ πρὸς αὐτὸν ἐπιστείλας, a longo iam tempore ad eum non scripsi.* Ita Chrysost. loquitur in Epistol.

XIV. Septimo, *οὐκ ἔχω*, non tantum significat, *non possum*, ut ἔχω saepe loco τοῦ *possum* usurpatur, sed etiam *nescio;* idque cum ὅτι, vel ὅπως interdum solo, interdum una cum verbo χρὴ sequente infinitivo: ut, *οὐκ ἔχω ὅ,*

Τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἕξει τὴν διάγνωσιν, Nam quod obscurum est, ex eo quod manifestum est, celerrimam exhibebit cognitionem, h. e. *cognoscetur.* Conferenda, quae supra dixi ad Cap. III, Sect. 8, Reg. 8.

62 Alias ἔχω πράγματα, absente Dativo, neutraliter explicatur pro *vehementer occupatus sum, operoso labori incumbo;* quo sensu fere sequitur Participium. Ita Dem. de Class. p. 74 *Πάνυ πολλὰ ΠΡΆΓΜΑΤΑ ἜΣΧΟΝ ΣΚΟΠΩ͂Ν, Considerando vehementer fui occupatus.* Nostro idiomate, *Ik heb veel moeite gehad met onderzoeken.* Et Plat. Theaet. p. 174 *Ζητεῖ τε καὶ ΠΡΆΓΜΑΤΑ ἜΧΕΙ ΔΙΕΡΕΥΝΩ͂ΜΕΝΟΣ, Inquirit et magno labore perscrutatur.*

63 Cui opponitur, *χόλον ἔχειν τινί, Infensum esse alicui*, apud Herodot. Vran. cap. 27. Ac diverso sensu dicitur res *ἔχειν χόλον, ὀργὴν, συγγνώμην* etc. *quae iram movet, venia digna est* etc. Exemplum habet Demosth. Phil. IV, pag. 57, in fine: *Ταῦτ' ἀπιστίαν, ταῦτ' ὀργὴν ἔχει, Haec diffidentiam, haec iram habent*, i. e. *movent, pariunt.* Sic, quemadmodum dicitur quis *ἔχειν θαῦμα*, i. e. *mirari*, ita non dubito, quin res dicatur *ἔχειν θαῦμα*, i. e. *admiratione digna esse.* Sophocl. Electr. vs. 900

Ἰδοῦσα δ' ἜΣΧΟΝ ΘΑΥ͂ΜΑ
καὶ περισκοπῶ,

Quod quum vidi, admirabar et circumspecto. Huc refer, quod supra iam tetigimus, Cap. III. Sect. 8, Reg. 8 *Ἔχειν φόβον.* § 184.

64 Cum dativo loci ponitur pro *ἐπιπλεῖν, πελάζειν* vel simili. Ita apud Thucyd. lib. III, cap. 33 *Ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, ὡς ΓΗ͂Ι ἑκούσιος οὐ ΣΧΗ͂ΣΩΝ ἀλλ' ἢ Πελοποννήσῳ, Per altum duxerit cursum, non ultro alii terrae, nisi Peloponneso appulsurus.* § 185. Idem effert per accusativum, praefixa praepositione εἰς, lib. XI, cap. 62 *Ἔσχον ἐς Ἱμέραν, Himeram appulerunt.* Et alibi.

τι λέγω ἐν τῷ παρόντι, *in praesentia quid dicam, nescio.* Plato de Rep. II.[65] Οὔτι γὰρ ὅπως βοηθῶ, ἔχω, οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω, *Nec video, quemadmodum opem feram, nec rursus, quemadmodum non feram, intelligo.* Sic οὐκ ἔχω, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, *Quid agendum sit, nescio.*[66] [οὐδ' ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ἕξετε, *quid sit faciendum, non habebitis*, Demosth. pag. 425, 10. ed. Reisk. Z.]

XV. Cum multis accusativis iungi solet.[67] Rarior illa est, cum accusativo φύσιν, coniunctio, quam habet De-

65 Pag. 368.

66 Rara avis, quando post ἔχω in hac acceptione sequitur participium passivum. Invenies apud Platonem Sophist. pag. 226, lin. 35 Τῆς μὲν ὄνομα ΟΥ'Κ ἜΧΩ ΛΕΓΌΜΕΝΟΝ, *Alterius quidem nomen dicere non possum.*

67 Multis cum Accusativis notandos habet usus, quos hic praeterire nefas duxi: et in genere quidem, quemadmodum verbum ποιέω cum Accusativis substantivorum uno verbo active explicatur, ut suo loco dicemus, ita verbum ἔχω cum multis Accusativis neutraliter sumitur. Talia sunt, quae modo tetigimus, πράγματα ἔχειν, pro πραγματεύεσθαι, θαῦμα ἔχειν, i. e. θαυμάζειν, ἡσυχίαν ἔχειν, i. e. ἡσυχάζειν etc. [it. Συγγνώμην ἔχειν τινὶ, pro συγγινώσκειν, Lys. pag. 759, ed. Reisk. Δυςτύχημα ἔχειν, pro δυςτυχεῖν, ib. pag. 746 Ἔργον ἔχειν, pro ἐργάζεσθαι, *laborare, operam dare*, Xenoph. Mem. II, 10, 6. Ages. XI, 12. Ἐπίδοσιν ἔχειν, h. e. ἐπιδιδόναι, Xen. Oecon. XX, 23. Ἀπολογίαν ἔχειν, h. e. ἀπολογεῖσθαι, Aelian. V. H. II, 39. Βίον ἔχειν, h. e. βιῶναι, ibid. III, 29. Δεῖπνον ἔχειν, h. e. δειπνεῖν, ibid. III, 39. Γνώμην ἔχειν, h. e. γιγνώσκειν, *statuere, decernere*, ibid. IV, 8. Z.] Sic cum comparativo ἧσσον et ἔλασσον, ut ἧσσον ἔχειν, *inferiore conditione esse.* Sic in praelio dicuntur ἔλασσον ἔχοντες, qui sunt *inferiores*, apud Thucyd. lib. III, cap. 5.

Cum nonnullis Accusativis reciprocam admittit constructionem, atque inprimis cum Accusativo ἡσυχίαν. Nam, ut dicimus ἡσυχίαν ἔχω, ita ἡσυχία ἔχει με, quo sensu et genitivus additur, qui Latinis per infinitivum exponitur. Herodot. Erat. cap. 135 Ὡς σφέας ἡσυχίη τῆς πολιορκίης ἔσχεν. Verbatim: *Vt illos quies obsidionis habebat*, h. e. *Postquam obsidere desierunt.* [Idem valet quoque de multis aliis nominibus, veluti Δύη ἔχει με πολλὴ, *vehementer timeo*, Odyss. ξ, 215. Θάμβος ἔχεν εἰςορόωντας, h. e. ἐθάμβησαν οἱ εἰςορόωντες, Iliad. γ', 342. Δία οὐκ ἔχε ὕπνος, h. e. *Iupiter non dormiebat*, Iliad. β', 2. Πολλή μέντ' ἄν με φιλοψυχία ἔχοι, *Essem vitae cupidissimus*, Plat. Apolog. cap. 27 etc. Z.]

Cum Accusativo artis, scientiae etc. constructum notat, *Scio, Teneo, Calleo.* Sic Platoni, Ion. p. 531 Ὁ τὴν ἀριθμητικὴν ἔχων, est, *Arte Arithmetica instructus.* Nos quoque dicimus, *Hy heeft de konst weg.* Imo, quod et notatu dignum puto, ubi Latini addunt Adverbium, (puta *pulcre, bene*, vel *probe instructus*) illud Graeci mutant in adiectivum, cum praecedenti substantivo conveniens. Quale est illud in Ce-

mosthenes Olynth. II Ἀλλ' οὔτ' εὔλογον, οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε, *At hoc quidem neque rationi consentaneum est,*

bet. Tab. Ὅμως μέντοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς φωνὴν ἈΚΡΙΒΕΣΤΈΡΑΝ ἔχειν, *Et tamen non inutile fuerit, nos quoque ipsos* (verbatim) *linguam accuratiorem habere*, i. e. *linguae istius accuratiorem habere cognitionem.*

Ad haec, praeter Accusativos regula 12 notatos, in primis sequentes observa.

I. Primus est καιρόν. Res dicitur καιρὸν ἔχειν, quae opportuno tempore fit. Thucyd. lib. I, cap. 42 Ἡ γὰρ τελευταία χάρις, ΚΑΙΡΌΝ ἜΧΟΥΣΑ, κἂν ἐλάσσων ᾖ, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι, *Novissimum enim beneficium, opportune collatum, quantumvis minus, potest maius delere crimen.*

II. Ἔχειν κακὸν dicitur is, qui *male affectus est* sive corpore sive animo, sequente praepositione ἐν cum suo casu. Plat. in Gorg. p. 478 Ἀθλιώτερος πότερος δυοῖν ἘΧΌΝΤΟΙΝ ΚΑΚΌΝ, εἴτ' ἘΝ ΣΏΜΑΤΙ, εἴτ' ἘΝ ΨΥΧῌ, *Vter eorum miserior, qui male affecti sunt, isne, qui corpore, an, qui animo?*

III. Res dicitur ἔχειν λόγον, *quae ratione nititur.* Ita Demosthenes l. c. pro οὔτε εὔλογον, οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν, potuisset dicere, οὔτε λόγον, οὔτε φύσιν ἔχει. Exemplum habet Plato in Phaedone, pag. 62.

IV. Ἔχειν ὄνομα dicitur res, quae, vera caussa suppressa, specioso nomine praetexitur. Herodot. Polymn. cap. 138 Ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέως ΟΥ̓́ΝΟΜΑ μὲν ΕἾΧΕ, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, *Haec regis expeditio verbo quidem fiebat contra Athenas, re autem vera contra cunctam Graeciam mittebatur.* Neque nostrates hic Graecis cedunt. Dicimus enim: *Het had den naam, als of* etc. Atque haec ex pluribus pauca sufficiant.

Imperativus huius verbi duos habet usus observandos. Prior est, quando in secunda persona, adiecta particula δή (ἔχε δή), ponitur pro φέρε δή, ἴθι δή, de quibus infra Cap. VIII, Sect. 5, Reg. 9. Plat. Io. pag. 535 ἜΧΕ ΔΉ, καί μοι τόδε εἰπὲ, *Agedum, etiam mihi hoc dic.* § 185. b.

Alter est in tertia persona: ubi prolixiori paulo orationi finis imponitur, tum familiaris Graecis est imperativus ἐχέτω cum Adverbio ἱκανῶς. Idem in Phaedro, pag. 274. Οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι, ἹΚΑΝΩ͂Σ ἘΧΈΤΩ, *Itaque haec de arte et imperitia dicendi satis dicta sunto: sufficiant.*

Restat, ut de usu Passivo huius verbi dicamus, qui varius et mirus est. Praemoneo tamen tirones, quantumvis variae sint significationes, eas tamen omnes primariam notionem redolere, quae est *adhaerere;* construitur tunc cum generandi casu, ut apud Heliod. Aethiop. lib. V, cap. 16 Τὰ δ' ἔτι ἀδιήγητα καὶ ἘΧΌΜΕΝΑ ΤΩ͂Ν ΕἸΡΗΜΈΝΩΝ ἔνθεν ἑλών, *Alia, quae nondum erant narrata, et cum praemissis cohaerebant, continuabat, inde sumto exordio.* Dein praeter ea, quae ex Lexicis satis nota sunt, significat primo *amore aliquem amplecti, colere.* Apud Plat. ep. 6 ἘΧΈΣΘΑΙ δὴ παντὶ ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ ΤΟΎΤΩΝ ΤΩ͂Ν ἈΝΔΡΩ͂Ν

nec habens naturam, id est, *neque cum natura congruit*, *praeter naturam est*. Herod. lib. II Ἕνα ὄντα κῶς (pro

Amplecti sane benevolentia quovis meliore modo hos viros suadeo. Adde Theogn. vs. 31.

— Αἰεὶ ΤΩ῀Ν ἈΓΑΘΩ῀Ν ἜΧΕΟ,

Cole semper et amplectere viros bonos. Deinde dicitur quis ἔχεσθαί τινος, qui in re quapiam firmiter perstat. Ita in Epicteti Compendio cap. 29 ΤΩ῀Ν ΒΕΛΤΙ΄ΣΤΩΝ σοι ΦΑΙΝΟΜΕ΄ΝΩΝ οὕτως ἜΧΟΥ, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν, *In iis, quae tibi constant esse optima, serva firmiter stationem, in qua a Deo collocatus es.* Plato in Phaed. pag. 100, lin. 40 ΤΟΥ΄ΤΟΥ ἘΧΟ΄ΜΕΝΟΣ ἡγοῦμαι οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν, *Hac in re si firmiter perstitero, me nunquam perturbatum iri, autumo.* Praeterea cum genitivo artis vel scientiae notat, *incumbere*, *operam dare*. Idem ille Plato suppeditat nobis exemplum in epistola 7, pag. 340, lin. 33 Παρὰ πάντα δὲ ἀεὶ ΦΙΛΟΣΟΦΙ΄ΑΣ ἘΧΟ΄ΜΕΝΟΣ, *Praeter omnia vero Philosophiae operam dans.* Consentit Aristides, orat. funebr. in Eteon. pag. 136, init. Τῶν δὲ μαθημάτων οὕτως εἴχετο, *Literis tantam operam navabat.*

Et, quoniam rem, cui incumbimus, magno studio promovere conamur, hinc ἔχεσθαι ἔργου τινὸς per *Festinare*, *Celerare* vel simile quidpiam pro varia occasione redditur. Sic apud Herodian. lib. II, cap. 11 Τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο, *Summa festinatione itineri se accingit.* Et Heliod. lib. Aethiop. X, cap. 16 Παύσασθε μὲν δακρύοντες, καὶ ἡμᾶς κατοικιζόμενοι μάτην, τῆς δ' ἹΕΡΟΥΡΓΙ΄ΑΣ ἘΧΩ΄ΜΕΘΑ, *Absistite a lacrymis, et nos commiseratione monere desinite, et sacris accingamur.*

Res quoque dicitur ἐγκλήματος ἔχεσθαι, *quae vitio datur.* Antoninus εἰς ἑαυτὸν lib. II, c. 7 Ἀξίως ἔφη, μείζονος ἘΓΚΛΗ΄ΜΑΤΟΣ ἜΧΕΣΘΑΙ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἁμαρτανόμενον, ἤπερ τὸ μετὰ λύπης, *Recte dicebat, peccato, quod cum voluptate fit, maiorem culpam subesse, quam quod cum dolore.* Eodem idiomate, sed diverso sensu dicitur aliquid ἀληθείας ἐχόμενον, *adhaerere* seu *proximum esse veritati*, i. e. *prope verum* vel *verosimile esse*, apud Euseb. in Hierocl. cap. 12 Ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα προθύμως τοῖς εἰκόσι τε καὶ ἈΛΗΘΕΙ΄ΑΣ ἘΧΟΜΕ΄ΝΟΙΣ πειθόμενος, *Porro ego lubentissime probabilibus et verosimilibus fidem habens.* Significat et tempus proxime subsequens, et quasi superiori adhaerens, ut, ἐν τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ, *Anno subsequenti*, I Machab. IV, 28.

Deinde, si ad rem quampiam gerendam plurium opera desideratur, hi dicuntur ἔχεσθαι τοῦ ἔργου· unde *Adstare*, *Adesse*, *Manum admovere*, *Operam praestare*, etc. redditur. Hinc Aelian. de Natur. Animal. lib. V, cap. 3 ἜΧΟΝΤΑΙ δὲ ἄνθρωποι ΤΟΥ῀ ῞ΟΠΛΟΥ τριάκοντα, *Triginta homines ad funem adstant.* Non absimili ratione, ἐχόμενός μου καθήσῃ, invenio in libro Esdrae cap. IV, 42, *Iuxta me sedebis.*

Denique non minus eleganter res dicitur ἔχεσθαί τινος, ad quam opera alicuius desideratur, seu, cuius perfectio ad alicuius operam peculiariter pertinet. Plat. in Protag. pag. 324 Οἱ ἄνδρες οἱ

πῶς) φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; *Quomodo verosimile sit, eum, unus cum esset, multa millia interfecisse?*

ἀγαθοὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς αὐτῶν υἱεῖς διδάσκουσιν, ἃ ΔΙΔΑΣΚΆΛΩΝ ἜΧΕΤΑΙ, *Viri boni aliis quidem artibus suos filios instruunt, ad quos magistrorum opera desideretur.* [Sive, *quae ad magistros pertinent, quae a magistris doceri possunt.* Sic Aeschin. Dial. I, 4, et 6 occurrit ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἴχετο. Conf. Bach. ad Xenoph. Oecon. VI, 1, ubi occurrit τὰ τούτων ἐχόμενα διεκπεραίνειν, h. e. *absolvere, persequi ea, quae cum illis sunt arcto vinculo coniuncta.* Z.] Huic affine est ἐμοῦ ἔχεται, *Penes me est, In mea potestate situm est.* Homer. in Terram Matrem:

— ΣΕΤ' δ' ἜΧΕΤΑΙ δοῦναι βίον, ἠδ' ἀφελέσθαι,

In tua potestate situm est vitam dare et auferre. Idem lib. Iliad. I, vs. 102.

— ΣΕ'Ο δ' ἘΞΕΤΑΙ, ὅ, ττι κεν ἄρχῃ,

Penes autem te erit, quodcunque prior dixerit. Locutionem explicat ibidem Eustathius: Δυσμίμητος φράσις τὸ, ΣΕ'Ο δ' ἘΞΕΤΑΙ, ὅ, ττι κεν ἄρχῃ, ληφθεῖσα ὡς ἀπὸ πείσματος, ὅ ἐστι σχοίνου, ἀρχομένου μὲν ποθεν, συνδέοντος δὲ πρὸς τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ ἄλλό τι. καὶ δηλοῖ, ὡς ὁ ἔκ τινος ἀγαθὸς λόγος τελεςφορηθεὶς ὑφ' ἑτέρου, ἀρχὴν μὲν ἄλλοθεν ἔσχεν, ἔχεται δέ πως καὶ τοῦ τελέσαντος αὐτόν· καὶ δοκεῖ αὐτοῦ μάλιστα εἶναι, ὃς ἴσχυσε τὸν ἀγαθὸν λόγον εἰς τέλος ἀγαγεῖν, i. e. *Locutio non facile imitabilis, nempe Σέο δ' ἔξεται, ὅ, ττι κεν ἄρχῃ; desumta tanquam a reste, hoc est fune, qui aliunde quidem incipit, sed connectit quid alteri extremitati; et significat id, quod a quopiam optime dictum est, et ab altero effectum datum, aliunde quidem initium habere, sed quodammodo esse illius, qui id perficit, et eius maxime esse, qui sua potestate id ad finem perducit, videtur.* In quibus omnibus, si quis modice attendat, princeps significatio est *adhaerendi*, a qua caeterae sunt deductae. H.

Ἔχεσθαι τινὸς quoque significat *aliquid magno studio persequi, non remittere a re.* Sic Demosthenes pro Coron. pag. 251. ait, se ἔχεσθαι τῶν ἀδικημάτων τοῦ Φιλίππου, h. e. *continuo et acriter Philippi maleficia indagare, et indagata aperire et castigare, exagitare.* Nostri dicunt: *Schritt vor Schritt folgen, immer hinter drein seyn, immer auf dem Nacken seyn* etc.

Interdum significat *aliquid unice curare, aliis rebus neglectis.* V. c. Demosth. Phil. I, pag. 51 Ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, h. e. *Ictus, caeteris partibus corporis neglectis et vulneri expositis, non nisi plagam, seu, partem laesam curat, eamque tuetur adversus novam iniuriam.* Z.

Ad exquisitos usus verbi ἔχειν pertinere quoque videtur, quod nonnunquam significat *divitem esse.* E. g. Lys. p. 579. ed. Reisk. χρὴ τοὺς ἔχοντας παρέχειν τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἀπόρως διακειμένοις. Sophocl. Aiac. Flag. 157 Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει. Demosth. p. 1123. et Aristoph. Plut. 596 ἔχειν et πλουτεῖν, ut synonyma, coniunguntur. Eandem vim etiam Latini suo *habere* subiiciunt: ut Senec. Vit. beat. 26 *Quid ergo*

SECTIO VIII.

De Verbis ἥκω, [καταλαμβάνω, κεῖμαι,] λανθάνω, μέλλω, νικάω, νομίζω, οἶδα, ἴσθι, οἶμαι.

REGVLA I.

Praeter ea quae attigimus Cap. III de Nomine, Sect. 7, Reg. 5, et Sect. 9, 6, primum, Ἥκω Attice, quemadmodum ἔχω, iungitur etiam cum participio praesentis, praeteriti et futuri temporis. Praesentis, ἥκω φέρων, *venio afferens*, id est, *affero*. Isaeus, Τῶν οὐ πραχθέντων γραμματεῖον ἥκει φέρων, *Rerum nunquam gestarum schedulam affert*. [it. Plat. Phaed. cap. 66 ἧκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον, *Adduxit eum, qui venenum erat exhibiturus*. Z.][68] Praeteriti, Demosthen. Ἧκεν ἀναστρέψας, id est, ἀνέστρεψε, *rediit*. Item Olynth. I, initio, Εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος[69] ἥκει τις, *Si quis huc veniat, utile quid meditatus*. [it. Demosth. Olynth. I, pag. 11 ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες, *Rediimus domum ab expeditione Euboica*. Z.] Futuri, Demosthen. saepe, ἥκω συμβουλεύσων, *huc consilii dandi causa venio*.

II. Secundo, cum πόῤῥω, εὖ, ἐπὶ et πολὺ, gaudet genitivo: ut, πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἥκων, *admodum aetate pro-*

inter me stultum, et te sapientem interest, si uterque habere volumus? Plurimum. Divitiae enim etc. Sic Terent. Eun. V, 8, 49 *Habet quod det*. Contra μὴ ἔχειν est *pauperem esse*, ut 1 Cor. XI, 22, aut μηδὲν ἔχειν, ut Aristoph. Plut. 552 Πτωχοῦ μὲν βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστὶν μηδὲν ἔχοντα. Z.

68 Syntaxi eadem dicitur etiam Ἔρχομαι, Ἄπειμι ἔχων. Thucyd. lib. I, cap. 9, Ἃ [χρήματα] ἬΛΘΕΝ ἐκ τῆς Ἀσίας ἜΧΩΝ, *Quam pecuniam ex Asia attulerat*. Xenoph. Cyropaed. lib. I, cap. 14 ἜΧΩΝ ἌΠΕΙ, οὓς ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς, *Abi, tecum ducens, quoscunque velis*.

69 Observetur praeteritum ἐσκεμμένος formae quidem passivae, sed significationis activae. Minus tritum est in huiusmodi idiomate praeteritum, cuius ἡ διάθεσις non tantum, sed et τὸ σημαινόμενον est passivum. Occurrit cum verbo ἔρχομαι apud Homer. Iliad. Σ, vs. 180

— Αἴ κέν τι νέκυς ᾐσχυμμένος ἔλθῃ,

Si quid indignum cadaver passum fuerit. Quo sensu Belgae etiam verbum *komen* usurpamus, sed non nisi cum infinitivo: ut, *Hy koomt smaad te lyden*.

vectus; πόῤῥω, vel *εὖ ἥκειν* vel *ἐπὶ πολὺ τῆς παιδείας*, verbatim, *longe, bene, ad multum venire doctrinae:* id est, *multum in doctrina profecisse: être bien, ou beaucoup avance.* Sic, *εὖ ἥκειν τῶν χρημάτων*, apud Herodotum, *pecuniis abundare.*[70]

III. *Λανθάνω* cum participio[71] iungi solet, tuncque

70 Intersero duo verba *καταλαμβάνειν*, et *κεῖσθαι*, quorum prius praeter vulgarem et ubique obviam significationem *comprehendendi, invadendi* et *occupandi*, etiam impersonaliter videtur usurpari. Nam quemadmodum dicitur, *θάνατος αὐτὸν κατέλαβεν*, ita quoque dicimus, *κατέλαβεν αὐτὸν ἀποθανεῖν*. Pausan. in Corinth. pag. 95 *Ἐπωπέα κατέλαβεν ἀποθανεῖν, Epopeum mors occupavit.*

Alterum idiomate nostratibus communi de legibus usurpatur, et dicunt Graeci, *κεῖται νόμος*. Nos: *'Er leyt een wet.* Lucian. Abdicat. *Κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς ΚΕΙΜΕ΄ΝΟΥΣ τοὺς νόμους, Male interpretaris, o pater, leges bene conditas.* Lysias contra Frumentar. *Τοῖς νόμοις τοῖς ΚΕΙΜΕ΄ΝΟΙΣ ἐβοήθουν, Leges latas defendebam.* Confer 1 Tim. I, 9. Hinc *μεταφορικῶς* de fatali necessitate, quae tanquam firmissima lex hominibus *iacere* dicitur, apud Orpheum, seu quisquis Argonauticorum auctor, vs. 104

Ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ὑπαλύξαι, ἃ δὴ πεπρωμένα ΚΕΙ͂ΤΑΙ,

Sed vitari non possunt, quae a fato sunt destinata. Diverse ab hac translatione apud sacros scriptores persona dicitur *κεῖσθαι εἴς τι*, cui tanquam provincia vel necessitas imposita est aliquid faciendi. Sic in priori ad Thessal. ep. cap. III, 3 *Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι ΕΙ΄Σ ΤΟΥ͂ΤΟ ΚΕΙ΄ΜΕΘΑ, Nostis enim ipsi, nos ad hanc rem esse constitutos.* Et ad Philippens. I, 17 *Εἰδότες, ὅτι ΕΙ΄Σ ἈΠΟΛΟΓΙ΄ΑΝ τοῦ εὐαγγελίου ΚΕΙ͂ΜΑΙ, Gnari, mihi defendendi Euangelii provinciam esse impositam.* Pro eodem *τίθεμαι* utitur priori epist. ad Timoth. cap. II, 7 et ep. posteriori cap. I, 11.

Alia tamen acceptione dicitur Christus *κεῖσθαι*, i.e. *ΠΡΟΚΕΙ͂ΣΘΑΙ ΕΙ΄Σ πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, Positus esse casui et resurrectioni multorum in Israel, et in signum, cui contradicatur*, ut vertit Beza, Luc. II, 34. Ad haec *ἐν φανερῷ* res dicitur *κεῖσθαι*, quae manifesta est. Contra *κεῖται ἐν ἀφανεῖ, quod incertum est*, Thucyd. I, 42. Deinde, *κεῖται τῇ πόλει ὄνομα, Vrbi nomen est inditum*, apud Plat. Cratyl. At, *τὰ σωτήρια πόλεως κεῖται ἐν αὐτῷ, In illo salus Reip. est sita.* V. Dinarch. contra Dem.

71 Quod cum substantivo in casu convenit, qui ut plurimum est Nominativus: aliquando Dativus, ut apud Aristoph. *Ἐκκλησ.* vs. 26

Ἦ θοιμάτιά τ' ἀνδρεῖα ΚΛΕΨΑ΄ΣΑΙΣ ΛΑΘΕΙ͂Ν
Ἦν χαλεπὸν αὐταῖς. —

Verbatim: *An difficile fuit illis furantibus vestes virorum LATERE? i. e. vestes virorum clam subducere?* Est ubi Participium ex praecedentibus repetendum relinquitur. Vid. Xenoph. Instit. lib. II, pag. 53 *Καὶ ναὶ μὰ Δία ἔπαιόν γε τῇ μαχαίρᾳ πᾶν ὅ, τι*

Latine per adverbium *clam* explicatur: ut, ἔλαθεν ὑπεκφυγὼν, *clam aufugit.* Aliquando per nomen *imprudens*, ut, ἔλαθεν εἰς μέσους ἐμπεσὼν τοὺς πολεμίους, id est, *imprudens medios in hostes incidit.* [72] Imo, per particulam καὶ

δυναίμην ΛΑΝΘΑ'ΝΕΙΝ, *Et per Iovem gladio feriebam quicquid clam poteram.* Subaudi post λανθάνειν ex praecedentibus παίων. H.

At non semper verbum λανθάνω adiunctum habet participium, sed interdum iungitur particulae ὅτι et verbo finito, loco participii. V. c. Xenoph. Mem. III, 5, 24 Οὐ λανθάνεις με, "ΟΤΙ — ΛΕ'ΓΕΙΣ ταῦτα etc. pro λανθάνεις με λέγων. Idem in Oecon. I, 19 Καὶ "ΟΤΙ πονηρότατοί γε ΕΙ'ΣΙ'Ν, οὐδὲ σὲ λανθάνουσιν. Similiter quoque ponitur particula ὅτι vel ὡς cum verbo finito, ubi alias solet vel infinitivus vel participium sequi. E. g. Xenoph. Memor. III, 3, 14 Οὐκοῦν οἴει, 'ΩΣ πολὺ ἂν καὶ τοῦτο ΔΙΕΝΕ'ΓΚΟΙΕΝ τῶν ἄλλων, pro infinitivo, διενεγκεῖν, neglecta particula ὡς. Id. IV, 2, 21 Δῆλός ἐστιν, "ΟΤΙ οὐκ ΟΙ'ΔΕΝ, pro εἰδώς. Vid. Hindenburg. ad Xenophont. Mem. III, 5, 24. Z.

72 Vel per verbum *Ignoro*, *non animadverto.* Plat. Crit. pag. 49, lin. 11 'ΕΛΑ'ΘΟΜΕΝ ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν ΔΙΑΦΕ'ΡΟΝΤΕΣ, *Non animadvertimus, nos a pueris nihil differre.* Hebr. XIII, 2 Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ "ΕΛΑΘΟ'Ν τινες ΞΕΝΙ'ΣΑΝΤΕΣ ἀγγέλους, *Hospitalitatis ne obliviscamini; nam per hanc nonnulli ignari angelos hospitio exceperunt.* Quo modo et verbum γιγνώσκω, praecedente negatione, usurpatur. Aristoph. Nub. vs. 909 Χρυσῷ ΠΑ'ΤΤΩΝ μ' οὐ ΓΙΓΝΩ'ΣΚΕΙΣ, *Non animadvertis, quod auro me conspergas.*

Idem quoque observa in verbo ἀποκρύπτω. Vt, ἔχων ἀποκρύπτει pro κρύβδην ἔχει, *Clam habet.* Plut. in Vit. Cic. pag. 869, lin. 29 Ξίφη δὲ καὶ στυππεῖα, καὶ θεῖον εἰς τὴν Κεθήγου ΦΕ'ΡΟΝΤΕΣ οἰκίαν 'ΑΠΕ'ΚΡΥΨΑΝ, *Enses, et stupam, et sulphur in domum Cethegi clam portaverunt.* Verbatim: *Ferentes abdiderunt.* [Sic ipsum Medium ἀποκρύπτομαι adhibetur. Xenoph. Mem. II, 3, 14 ἐπιστάμενος πάλαι ἀπεκρύπτου, *te dudum scivisse ignoravisti.* Z.] § 185. c.

Aliquando mutua fit casuum permutatio (casum hic voco quamcunque variationem, quae verbis accidere solet) et ipsum verbum λανθάνω in participio ponitur. Thucyd. lib. I, cap. 65 "Εκπλουν ΠΟΙΕΙ'ΤΑΙ ΛΑΘΩ'Ν τὴν φυλακὴν τῶν 'Αθηναίων, *Enavigat clam praesidio Atheniensium.* Eodem modo Herodian. lib. II, cap. 14 Προὔλεγον λανθάνοντες, *Clanculum praedicebant.* Quomodo et alia similis significationis participia cum verbis construuntur; ut participium ἐγκαλυπτόμενος apud Athenaeum lib. Deipnos. VII, pag. 278 Καὶ γὰρ οὐκ 'ΕΓΚΑΛΥ'ΠΤΟ'ΜΕΝΟΣ ὁ 'Επίκουρος ΛΕ'ΓΕΙ, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ, *Non enim obscure Epicurus dicit, sed disertis verbis.* Pro οὐκ ἀσαφῶς, οὐκ αἰνιγματωδῶς. Pro eodem utitur idem ἀποκρυπτόμενος, pag. seq. in fine. Eandem, quam verbum λανθάνω, sortiuntur structuram cum

cum alio verbo coniunctum, redditur etiam *clam:* ut, ἔλαθον καὶ ἀπέκτειναν, *clam interfecerunt*, verb. *latuerunt et interfecerunt.* [73]

Aliquando λανθάνειν ἑαυτὸν, absolute, est, *sui, munerisque sui*, vel *orationis*, et caeterorum id genus, *oblivisci.* Eusebius Praeparat. III de Porphyrio loquens, Ὁ δὲ τὰς Αἰγυπτιακὰς μυθολογίας ἐπὶ ἀσωμάτους μεταφέρει δυνάμεις, λαθὼν ὁ σοφώτατος αὐτὸς ἑαυτὸν, id est, *Ille autem Aegyptiacas fabulas ad naturas corpore vacuas transfert; in quo suimet ipsius homo consultissimus obliviscitur.*

IV. *Μέλλω*, in vulgata significatione nunquam nisi cum infinitivo iungitur, licet reddatur per futurum participii Latini: ut μέλλω ποιεῖν, non ποιῶν, *facturus sum*; quod moneo, quia tirones plerique omnes cum participio coniungunt, quod Graecos φιλομετόχους esse audierint. Infinitivus autem, aut praesentis, aut futuri, aut Aoristi esse potest. †

Participiis verba continuationem vel absolutionem significantia, quorum alterum per Adverbium *semper*, alterum per *tandem* saepissime redditur. E. g. *Μανθάνων διατελεῖ, Semper*, seu, *per totam vitam discit. Εἰπὼν ἀπαλλάγηθι*, verbatim: *Dicens perfungere*, pro, *Tandem dic.* Estque huius locutionis scita elegantia, cum quis vel dicturus cunctatur, vel prolixa oratione usus monetur, ut, quae supersunt, uno verbo dicat, et sic a dicendi partibus, tanquam ab onere se liberet. Vid. Plat. in Gorg. pag. 491, lin. 25.

73 Vel etiam pro καὶ particula δὲ ponitur. Ita Hom. Iliad. *X*, vs. 277

Ἂψ δ' Ἀχιλῆϊ ΔΙΔΟΥ, ΛΑΘΕ Δ' Ἕκτορα —

Rursus Achilli dedit, latuit vero Hectorem, i. e. *Achilli dedit clam Hectore.* H.

† Praesens μέλλω, et ἔμελλον Imperfectum servit fere periphrasi Futuri, § 185. d. sequente infinitivo sive praesentis sive aoristi utriusque sive futuri temporis sive, sed rarissime, praeteriti. 1) cum *praesente:* Aelian. V. H. III, 32 μέλλω κιθαρίζειν. et Lys. Vol. V, pag. 280 ὅπερ καὶ διαγινώσκειν ἔμελλον περὶ τοῦ πράγματος. 2) cum *aoristo priori:* Homer. Iliad. ω', 46 *Μέλλει γάρ που τις καὶ φίλτερον ἄλλον ὀλέσσαι.* Lys. pag. 412. ed. Lond. *ὀνομάσαι μέλλων.* Homer. Iliad. σ', 98 *Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ ἔμελλον ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι.* Aelian. V. H. III, 27 *ἔμελλον ἀποδημῆσαι ἐπὶ στρατείαν.* Plura vide apud Dorvill. ad Charit. p. 38. 3) cum *aoristo posteriori:* Aelian. V. H. V, 20 *μελλόντων ἁλῶναι λιμῷ.* Aeschyl. in Prometh. 626 *Μήτοι με κρύψῃς τοὖθ', ὅπερ μέλλω παθεῖν.* Aesch. Dial. II, 13 *ἐμέλλετε ἀπαλλαγῆναι.* Aelian. V. H. XII, 49 *καὶ ἔμελλε πιεῖσθαι τὸ κώνειον,* 4) cum *praeterito:* Plat. Apol. 17 *οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι.* Hoogevenus [in exam. animadv. Zeunii, praef. pag. XVI.] censet

V. Secundo, idem infinitivus aliquando reticetur, ut apud Iosephum, II in Apionem, *Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ὁπότε μηδ' ὁ πρεσβύτατος ἐνδυνήθη ἐπισχεῖν τὴν ὁρμήν;* id est, *Nam quid facturi non erant, cum omnium natu maximus impetum cohibere non potuerit?* ubi post ἔμελλον, vel παθεῖν, vel ποιεῖν intellige. Demosthenes in Leptinem, *Φημὶ τοίνυν ἐγώ, (καὶ πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω),* ubi τὸ μέλλον significat, τὸ μέλλον λεχθήσεσθαι, id est, *Dico igitur: (ac nemo per Iovem, Athenienses, cum invidia, quod abs me dicetur, audiat, sed, utrum illud verum sit, attendat).* Idem pro Corona, *Τότε τοίνυν τὰ μὲν ἔμελλεν, ὡς ἐδόκει, τῶν δεινῶν, τὰ δ' ἤδη παρῆν,* id est, *Atqui tunc ex calamitatibus, uti videbatur, imminebant aliae, aliae iam praesentes erant.* Post ἔμελλεν supp. γενήσεσθαι, συμβήσεσθαι, aut aliud simile, id est, *eventurae erant.*

VI. Tertio, idem infinitivus ex alio verbo praecedente subaudiri debet. Isocrates in Helenae Laud. *Τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δὲ ἔμελλον, ταῖς δὲ ἠπείλουν τῶν πόλεων, Vrbes alias vastabant, alias vastaturi erant, aliis denique minabantur;* ubi post ἔμελλον subaudi πορθήσειν, ex praecedente verbo ἐπόρθουν.[74]

τεθνάναι esse praesens. Ergo si hominis sententiam probas; res redit ad usitatam dicendi rationem. 5) cum *futuro:* Plat. Apol. 6. *Μέλλω ὑμᾶς διδάξειν·* et c. 4 est *ἔμελλε ποιήσειν.* Haec pauca ex multis exempla sufficiant ad errorem quorundam veterum Grammaticorum, et in his Phrynichi et Thomae Magistri, refellendum. Ille enim negat, ἔμελλον sine barbarismo posse iungi aoristis et praeterito. [Fischer. ad Well. III. part. 2. pag. 19. *Herm.*] Hic autem concedit usum quidem Atticum aoristorum et praeteriti post μέλλω, sed non nisi addita particula ἄν, v. c. μέλλω ποιῆσαι ἄν. § 185. e. Quare putat, in loco Plat. Apol. 17 negligentia librariorum particulam ἂν excidisse. Caeterum consuetudinem Graecam τῷ μέλλω iungendi Infinitivum futuri imitantur interdum Latini, quando *Fore* addunt futuris. Cuius rei loca extant in Ernest. Clav. Ciceron. s. voce *Fore.* Z.

74 Estque hic idiotismus non minus gratus in responsionibus. Ita Plutarchus in Apophth. narrat, Pyrrhum, τῶν στρατιωτῶν ἀετὸν αὐτὸν προσαγορευόντων, i. e. *militibus ipsum aquilam nominantibus,* statim subiecisse: *Τί γὰρ ΟΥ ΜΕΛΛΩ, τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις, ὥσπερ ὠκυπτέροις, αἰρόμενος; Quid ni essem, vestris armis, tanquam alis, sublevatus?* Potestque in hac acceptione verbum μέλλω eadem subticentia nostro idiomate reddi: *Ik zoude.* Parique modo ad praecedentia sic responderemus: *Waerom zoude ik niet?* Eodem modo

VII. Quarto reddi Gallico idiomate potest, *je dois*; quod etiam Latinis inusitatum non est. Homer. Iliad. Ξ, vs. 125.

Τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, ὡς ἐτεόν περ,

vulgo, *vous devez déja avoir entendu cela.* Latini dicerent, *haec vos iam audiisse mihi persuadeo*, aut *verisimile est.* Ita etiam Lucian. usurpat. Sic, Ἔμελλεν ἄρα οὐ μετρίως περὶ τὰ μείζω σπουδάσεσθαι, ὅς γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν, *Verisimile admodum est, eum maioribus non mediocrem operam daturum fuisse, qui non dubitavit in longe minoribus studium collocare.* Hoc ipsum Tullius imitari voluit, epistola quadam ad Lentulum, dum ait: *Certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me,* Τῶν δεῖνων ἀνθρώπων, οὓς γε σὺ δι' ὑπονοίας ἔχειν ἤδη μέλλεις. Eodem pertinet illud Demosthen. pro Corona cum futuro coniunctum, Τί ἔμελλον κελεύσειν; ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; *Quid me iubere oportuit, quid me eidem consilii dare?* † [Dionys. Hal. V, 24. καὶ ἔμελλεν, ὥςπερ εἰκὸς, εἰς ἀθρόους βάλλων, ἀεί τινος τεύξεσθαι σκοποῦ. *Reizius.*]

apud Platonem lib. III. de Rep. pag. 405 roganti Socrati, *Nonne, dominantibus in urbe intemperantia et morbis, curiae et pharmacopolia aperiantur, et in magno sint honore?* respondetur, Τί γὰρ οὐ μέλλει; *Waerom zouden zy niet?* [Adde Plat. Phaed. 24 extr. Socrates admonitus, ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν, εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστίν· respondet, ἀλλὰ ἡδομένῳ γε. πῶς γὰρ οὐ ΜΕΛΛΕΙ; scil. μοὶ ἡδομένῳ εἶναι. Et Xenoph. Oecon. XVIII, 1 Ὅτι μὲν οὐ τέμνειν τὸν σῖτον δεῖ, οἶσθα. Alter respondet, Τί δ' οὐ μέλλω; scil. εἰδέναι. Id quod latet in praecedenti οἶσθα. Conf. Bach. ad h. l. et qui ibi laudantur auctores. Z.]

Idem infinitivus ex verbo subsequente subaudiri debet. Thucyd. lib. I, cap. 134. ubi de Pausaniae morte agit: Καὶ αὐτὸν ἘΜΕΛΛΗΣΑΝ μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν, *Et illum quidem in Caeadem deiecturi erant, quo loco facinorosos homines deiicere solent.* Vbi post ἐμέλλησαν subaudi ἐμβάλλειν ex sequentibus. Consentit Athenaeus, lib. IV Deipnos. pag. 166. ubi refert Tarentinorum dictum praedicantium, alios ex labore et sedulitate sibi quaerere solitos, unde in posterum vivant, αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνουσίας καὶ τὰς ἡδονὰς οὐ ΜΕΛΛΕΙΝ, ἀλλ' ἤδη βιῶναι, *Se autem ob consuetudines familiares ac voluptatem non victuros, sed iam vivere.* H.

† Verbum μέλλειν significare verosimile esse, multis ex Homeri locis fit clarum. Nam Odyss. α', 232 Telemachus ait: Μέλλεν μέν ποτε οἶκος ὅδ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων Ἔμμεναι, ὄφρ' ἔτι κεῖνος ἀνὴρ ἐπιδήμιος ἦεν, h. e. *Verosimile erat, hanc domum fore opulentam et salvam, quamdiu ille vir* (Vlysses) *erat apud suos.* § 185. f. Igitur non est, quod cum Clarkio interpreteris *solebat*, aut cum Scho-

VIII. Quinto, apud Aristotelem potissimum, *οἱ μέλλοντες* [immo vera lectio *μένοντες*, de Rep. II. 11. p. 334. ed. Duval.] opponuntur *τοῖς ἐξεληλυθόσι·* quemadmodum apud Romanos designati magistratus opponuntur magistratu iam perfunctis. Dici ergo potest, *οἵ τε τοῦ ἄρχειν ἐξεληλυθότες, καὶ οἱ μέλλοντες, tam qui magistratu abierunt, quam qui magistratus designati sunt.*

IX. Sexto, passim apud Demosthen. et alios Atticos pro *βούλεσθαι*, *velle*, aut *ἐπιθυμεῖν*, *cupere:* ut, *χρὴ φιλομαθεῖς εἶναι τοὺς πολυμαθεῖς ἔσεσθαι μέλλοντας*, *studiosos oportet esse, qui docti esse velint*, aut, *quos doctos esse velis.* Sic, *εἰ τουτονὶ τὸν κίνδυνον ἀπώσασθαι μέλλετε*, *si de amoliendo hoc periculo cogitatis.* Tale illud Solonis ad Periandrum, apud Laertium: *Εἰ μέλλεις ἐκποδὼν πάντας ποιήσεσθαι, οὐκ ἂν φθάνοις, Si omnes expellere statuis, nunquam voti compos eris.* [75]

X. Hoc sensu *μέλλω* etiam inanimatis tribuitur: ut, *εἰ μέλλει ὀρθῶς διοικεῖσθαι ἡ πόλις*, verbatim, *si recte administranda est respublica*, id est, *ut recte administretur.* Quamquam saepe tum adhibetur dativus personae: ut, *εἰ μέλλει καλῶς ἡμῖν φέρεσθαι τὰ πράγματα, si res feliciter nobis cedere cupiamus.*

Contra *ἐθέλειν*, *velle*, interdum pro *μέλλειν*, usurpatur, ac rebus etiam inanimis tribuitur. Herodot. saepe: ut lib. II [76], *Εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος, Quod si aliquando Nilus cursum alio velit avertere*, id est, *si avertere contingeret:* vel, *si quando avertet.* Idem ibid. *Εἴ σφιν ἐθελήσοι ἡ χώρη, ἡ ἔνερθε Μέμφιος, εἰς ὕψος αὐξά-*

liaste, *ὄφειλεν*. It. ibid. δ', 181 *Ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτόν, Verosimile erat* (*ἐῴκει* recte hic interpretatur Scholiastes) *ipsum deum ex invidia illis impedimentum obiecisse.* Ibid. vs. 377 *ἀλλά νυ μέλλω Ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, Verosimile est, a me esse offensos immortales deos.* Ibid. σ', 137 *Καὶ γάρ ἐγώ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι*, h. e. *Spes mihi erat, fore, ut aliquando inter homines sim beatus.* Sic quoque intelligi debet locus Odyss. χ', 322, quem ipsum vulgo minus recte capiunt, si *μέλλειν* per *solere* reddunt. Sic enim Vlysses ad Leioden iamiam interficiendum ait: *Si tute ipse fateris, te fuisse vatem apud procos, πολλάκι*, addit, *που μέλλεις ἀρήμεναι* etc. h. e. *Verosimile est utique, a te vota esse facta, ne ego domum redirem.* Z.

75 Item Cebetis in Tab. *Δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ, Ostendit, quae via sit ingredienda, si velint vitam incolumem agere.*

76 Cap. 11.

νεσθαι, verbatim, *Si eis voluerit regio infra Memphim in altum attolli*, id est, *si quando regio illa in altum attolletur*, εἰ μέλλῃ αἴρεσθαι.[77]

XI. Postremo, μέλλειν significat *existimari*, vel *ita se gerere, ut merito existimari possit.* Homer. Odyss. Σ, vs. 137

Καὶ γὰρ ἐγώ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι,
Eiusmodi eram, qui iure beatus esse viderer posse.[78]

[Nihil hoc aliud est, quam quod supra reg. VII. dixerat. *Herm.*]

77 Verba sunt cap. 14. Videtur haec locutio Herodoto potissimum peculiaris, nec a Belgismo abhorret. Dicimus enim v. c. *zoo ons de wind wil dienen.* Graece: Εἰ ὁ ἄνεμος ἘΘΕΛΗΣΕΙ ἡμῖν συλλαμβάνειν. Nec ineleganter verbum hoc rebus inanimis tribuitur, ubi ponitur pro σημαίνειν, ut apud eundem lib. VI, cap. 36 *Πλανωμένων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τί ΘΕΛΕΙ τὸ ἔπος εἶναι, τό σφι ἀπείλησεν ὁ Κροῖσος*, *Ambigentibus Lampsacenis, quid sibi vellet hoc dictum, quod Croesus ipsis minatus erat.* Est et ubi hac acceptione apud Herodotum per δύναμαι explicatur. Ita lib. I, cap. 74 *Ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσεις ἰσχυραὶ οὐκ ἘΘΕΛΟΥΣΙ συμμένειν*, *Nam sine firma necessitudine conventiones stabiles non manere volunt*, i. e. *non possunt.* Tale est illud Solonis:

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ,
Αὔλειοι δέ τ' ἔχειν οὐκ ἘΘΕΛΟΥΣΙ θύραι,

Ita malum publicum occupat cuiuslibet aedes, et atriales ianuae non possunt illud arcere. Adde Platonem in Phaedro pag. 230, lin. 35 *Τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν με ΘΕΛΕΙ διδάσκειν*, *Regiones et arbores nihil me docere possunt.* Nec aliter Horat. Art. Poet. vs. 89

Versibus exponi tragicis res comica non VVLT.

Potest et per *soleo* reddi, aut adverbium *plerumque*, ut apud Herodot. in Polyhymn. cap. 157 *Τῷ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἘΘΕΛΕΙ ἐπιγίνεσθαι*, *Negotium consilio bono initum optatus fere finis consequi solet.* Ita loquitur Plat. lib. VI, de Rep. pag. 503 *Εὐμαθεῖς καὶ μνήμονες, καὶ ἀγχίνοοι, καὶ ὀξεῖς, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἕπεται, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἘΘΕΛΟΥΣΙΝ ἅμα φύεσθαι*, *Nempe non solent homines natura simul esse docili, memori, sagaci, perspicaces, aliisque dotibus ornati.* [De hoc significatu verbi θέλειν vid. Bach. ad Xenophont. Hier. I, 30, et Hindenburg. ad Xenoph. Mem. III, 12, 8. Z.]

Est et eius usus in summa dubitatione et admiratione: quale est illud eiusdem Erat. cap. 37 *Τί ΘΕΛΕΙ τὸ ἔπος εἶναι; Quid sibi vult hoc dictum?* Nec non illud, quod exstat in Act. Apost. cap. II, 12. Vbi simillima est eorum oratio, qui festo pentecostes magna Dei opera admirantes exclamabant: *Τί ἂν ΘΕΛΟΙ τοῦτο εἶναι;* Nos totidem verbis ita vertimus: *wat wil dog dit zyn?* Vbi alia ex Aristotele a Casaubono citata loca consule. Eodem modo cap. XVII, 20 *Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν ΘΕΛΟΙ ταῦτα εἶναι.*

78 Atque adeo hoc sensu commode per *possum* redditur, quomodo et Latini futuris utuntur. Ita Horat. lib. IV, Od. 3:

XII. *Νικᾶν*, quod universe *vincere* est, ac proprie, *in iudicio causam vincere*, quatuor praeterea usus habet ob-

O mutis quoque piscibus DONATVRA cycni, si libeat, sonum.

Quae Graece ita reddi possent:

Ὦ τοῖς ἀφώνοις ἰχθύσι Μέλλουσα δώσειν, εἰ θέλεις, [*θέλοις. Herm.*] *φθόγγον κύκνου.*

Similiter Epod. carm. I.

— Non, ut adsit, auxili LATVRA plus praesentibus.

Graece:

— Μέλλουσα μὴ [immo *οὐ. Herm.*] *Μᾶλλον παροῦσα τοῖς παροῦσ' ἄλκαρ φέρειν.*

Adde Lucan. Pharsal. lib. V, vs. 366

— Vnumque caput tam magna iuventus Privatum FACTVRA timet. —

Sic fere Graece:

Καὶ δὴ ἴαν κεφαλὴν μεγάλη νεότης ἰδιῶτιν Δειμαίνει μέλλουσα τιθεῖν. —

Per se denique positum significat *Cunctari (Talmen, Dreygen)*. Cuiusmodi est illud Platonis in Critia pag. 108, lin. 40 *Τοῦτ' οὖν αὐτὸν ἤδη δραστέον, καὶ ΜΕΛΛΗΤΈΟΝ οὐδὲν ἔτι, Hoc igitur ipsum faciendum iam est, neque amplius cunctandum.* Confer b. Luc. in Act. cap. XXII, 16 *Καὶ νῦν τί ΜΈΛΛΕΙΣ; Et nunc quid stas?* Sic passim de Atheniensibus queritur Demosth. in suis orationibus, *ὅτι ἀεὶ ΜΈΛΛΟΥΣΙ, quod semper cunctantur.* Nos satis feliciter: *Hy zal altyd, en't koomt 'er nooyt toe.* Hinc apud Thucydidem *Ἔχθρα ΟΥ' ΜΈΛΛΟΥΣΑ*, vertitur, *Praesentes inimicitiae:* verba sunt lib. I, cap. 42 *Φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ ΟΥ' ΜΈΛΛΟΥΣΑΝ πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι, Apertas et praesentes iam contra Corinthios inimicitias suscipere.* [Sic Aristoph. Plut. 606 *'Αλλ' οὐ ΜΈΛΛΕΙΝ χρῆν σ', ἀλλ' ἀνύτειν.* Z.] Res etiam et promissum dicitur *μέλλειν*, cum in eo perfitiendo morae nectuntur. Ita Iulianus apud Herodianum, lib. II, cap. 6 imperium, quod venale erat, licitans, militibus magnam pecuniae summam pollicetur, additque, *τα χρήματα μὴ ΜΕΛΛΗΣΕΙΝ, ἀλλ' οἴκοθεν ἤδη μεταπέμψεσθαι, In numerando argento nullam moram esse futuram, sed illico id domo translatum iri.* Hinc etiam substantiva *μέλλησις* et *μέλλημα* inde deducta *cunctationis* significatum obtinent. Prioris exemplum habet idem lib. III, cap. 4 *ΜΕΛΛΗΣΕΩΣ καὶ βραδύτητος δοὺς δίκας, Cunctationis et tarditatis poenas dans:* et Thucyd. lib. modo allati cap. 69 *Ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινὰ, ἀλλὰ τῇ ΜΕΛΛΗΣΕΙ ἀμυνόμενοι, O Lacedaemonii, otiosi estis soli ex omnibus Graecis, non vi quaedam, sed cunctatione ulciscentes.* Participium quoque neutrius generis, praefixo articulo (*τὸ μέλλον*), pro *μέλλησις* usurpatur apud Euripid. Orest. vs. 426

— ΤΟ' ΜΈΛΛΟΝ δ' ἴσον ἀπραξίᾳ λέγω.

Cunctatio vero similis est inertiae. Hinc *τὸ βραδὺ* et *μέλλον*, tanquam *ἰσοδυναμοῦντα*, coniungit Thucyd. lib. I cap. 84, init. *Καὶ τὸ βραδὺ καὶ ΜΈΛΛΟΝ, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε, Neque tarditatis aut cunctationis, quam in nobis maxime reprehendunt, vos pudeat.*

servandos. Primus est, ut cum accusandi casu sententiam aut decretum significante coniungatur: hoc modo νικᾶν τὴν γνώμην, vel τὰς γνώμας περί τινος, verbatim, *vincere sententiam*, vel *sententias de re aliqua*, id est, *sententia vincere*, aut *superiorem evadere*. Sic ψήφισμα νικᾶν, *decretum vincere*, is dicitur, *cuius sententiam populi voluntas, et decretum consequatur*. Plato in Gorgia [79], Ὁρᾷς, ὡς οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων; *Vides, ut oratores ii sint, qui his in rebus, et consilium dant, et sententia superiores evadunt?*

XIII. Secundus usus est, ut eadem in significatione dicatur sententia ipsa νικᾶν. Thucyd. lib. II, Ἦν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικηκυῖα, *Prius enim Periclis sententia vicerat.* [80]

Tertius, eadem item significatione, est, ut absolute cum infinitivo coniungatur, qui loco τῆς γνώμης, et cuiuscunque nominis usurpatur; ut, Ἐνίκησε τὸν Πομπήϊον θαλάσσης κύριον ἀναγορεύεσθαι, id est, *Vicit ea sententia, quae Pompeio maritimum imperium deferri iubebat.* Plutarch. Pomp. pag. 660, Ὡς δ' οὖν ἐνίκα φεύγειν εἰς τὴν Αἴγυπτον, *Cum ergo sententia illa vicisset, quae fugam in Aegyptum suadebat.*

XIV. Quartus usus est, ut simplex νικᾶν et composit. ἐκνικᾶν sumatur pro *invalescere*, vel *obtinere*: idque duobus modis.

Primo, casu praecedente nominis eius, quod *invaluisse*, vel *obtinuisse* dicitur, ut, τόδε τὸ ἔθος ἐνίκησε, vel ἐξενίκησε, *hic mos obtinuit*; ἡ φήμη, ἡ δόξα ἐνίκησε, *fama, opinio invaluit.* Quo sensu iungitur etiam cum Infinitivo.

(De Participio cum Articulo pro substantivo vide infra Cap. VI, Sect. 1, Reg. 18.) Imo cum genitivo coniungit idem lib. eod. cap. 42 Καὶ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται, *Et instans belli periculum adhucdum incertum est.* Contra ἀμέλλητον, *quod sine cunctatione fit*, apud Lucian. Nigrin. et adverbium ἀμελλητί, *sine mora, promtissime*: quo opportune admodum utitur Philo de Sacr. Ab. et Cain. pag. 109 Δεόντως οὖν μιμούμενοι τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν οἱ ὑπήκοοι παῖδες ἈΜΕΛΛΗΤΙ μετὰ πάσης σπουδῆς τὰ καλὰ δρῶσιν, *Decenter igitur imitantes patris naturam obedientes filii promtissime et magna alacritate id, quod bonum est, agunt.*

79 Pag. 456, init.

80 Frequens hic est ellipsis, qua dicitur, ἡ ἐμὴ νικᾷ. sc. γνώμη. Plat. de Rep. lib. III, p. 397.

Aristid. Panathen. de Attica regione: *Ὅπερ πᾶσι τοῖς ἐπιγείοις ἐστὶν ἡ πᾶσα γῆ, τοῦτο ἥδε νενίκηκεν εἶναι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει μήτηρ καὶ τροφὸς κοινὴ*, id est, *Quod terrenis omnibus terra est universa, id ipsum ut hominum generi terra haec esset, mater, communisque nutrix, obtinuit.*

Secundo absolute, ac verborum impersonalium more. Pausan. Messenic. *Καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐπὶ Ἰλίῳ* (sup. *πόλεμον*) *κληθῆναι Τρωϊκὸν καὶ οὐχ Ἑλληνικὸν, ἐξενίκησε, Quemadmodum invaluit, ut bellum, quod apud Ilium gestum est, Troianum diceretur, non Graecum.* Sic, *Ἐνίκησε κατ' ἔτος ἡμέρᾳ ῥητῇ γενέσθαι τὴν πανήγυριν, Invaluit, uti quotannis certo die solennis ac publica celebritas fieret.* Quod hac reg. de verbo *νικᾷν* dictum est, idem de verbo *κρατεῖν* dictum putetur. § 186.

XV. Verbum *νομίζειν*, praeter vulgarem acceptionem, primo, sumitur pro *νόμον δίκην καταστῆσαι*, aut *φυλάξαι*, *legis instar constituere*, vel, *observare*[81]; unde *τὰ ἐν πόλει νενομισμένα*, id est, *τὰ νόμιμα*, *instituta Reipubl.* vel *mores ac ritus in ea observari soliti.* Thucydid. lib. II *Ὥςπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσι*, id est, *Quemadmodum ipsi quoque Iones ab Atheniensibus oriundi hodie quoque celebrare solent;* prisca scilicet Bacchanalia.

Rarius quod sequitur, ac parcius imitandum, cum solo dandi casu[82]; ibid. II, 38: *Ἀγῶσι μὲν καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν*, id est, *Patrio more nos exercentes cum ludis et sacrificiis annuis, tum etiam privato, sed honesto apparatu.* †

81 *Instituere* dicit Virg. lib. VII, Aen. vs. 69

— *Vestigia nuda sinistri*
INSTITVERE pedis, crudus tegit altera pero.

h. e. *in more positum est sinistri pedis plantas habere nudas.* H.

Sic Xenoph. Hier. III, 3 *Μόνους τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νηποινὰ ἀποκτείνειν, Multae civitates lege sanxerunt, solos adulteros impune esse occidendos.* Demosth. pag. 1077, ed. Reisk. *ὥςπερ οἱ ἀρχαῖοι ἐνόμιζον, quemadmodum maiores lege sanxerunt.* Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 1, et Antiphont. pag. 749 *ἱερὰ νομιζόμενα sunt sacrificia vetusto ritu et cerimonia probata et recepta.* Et Antiph. pag. 753 *ὅρκος νομιζόμενος* est *iusiurandum ritu vetusto sancitum.* Z.

82 Minus rarum cum dandi casu eorum, quibus aliquid legitimum est. Sic legimus apud Sozomenum lib. VIII, cap. 10 *Παρὰ τὸ νενομισμένον Ῥωμαίοις, Praeter institutum Romanorum.* H.

† Apud Aeschinem Dial. II, 24 bis *νομίζειν* cum dativo occurrit, ubi de numis usurpatur, qui

Rarum etiam illud Herodoti lib. II *Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες*, id est, *Ammonii, quippe qui Aegyptiorum atque Aethiopum coloni sint, ac linguam utroque cum populo commune aliquid habentem instituerint.* § 187.

Secundo proprie *de iustis exsequiarum* dicitur, ut vocantur a Tullio: haec enim absolute vocantur *τὰ νενομισμένα* [83], hoc est, *τὰ ἐναγίσματα.*

Tertio, *νομίζεσθαι* est *illustri existimatione praeditum esse.* Plato in Gorgia: *Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι, ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι, νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες;* (ita enim distinguendum est, alioqui pravus omnino sensus existeret) id est, *Num ergo tibi videntur, ut solent nequam assentatores in civitatibus, ita boni Rhetores clari et illustres haberi?* [84] § 187. b.

XVI. De verbo *οἶδα* duo praecipue notanda sunt. Alterum est, illud magis in usu esse, quam praesens, *εἴδω*, ut *novi* apud Latinos, quam *nosco:* unde illud tam frequens, *οἶσθα γάρ*, *οἶσθα σαφῶς*, *nôsti enim*, *nôsti plane*: et compositum *σύνοιδα*, pro *συνείδω*, vel *συνείδομαι*, quae vix unquam usurpantur. § 188.

Alterum est, idem praeteritum, sequente *ὅτι*, et praecedente *εὖ*, parenthesi saepe includi, ac tum aut vacare omnino, aut verti posse, *sat scio.* Demosthen. *περὶ τῆς παραπρεσβ.* [85] *Βούλομαι*, inquit, *πρὸ πάντων, ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας, (εὖ οἶδ' ὅτι) τοὺς πολλοὺς ὑπομνῆσαι*, id est,

publice sunt recepti et probati: et permutatur cum verbo *χρῆσθαι*. V. c. *τῷ νομίσματι νομίζουσι*· et paulo ante auctor dixerat *νομίσματι χρῶνται*. Plura exempla collegit Abreschius Diluc. Thucyd. pag. 193, et docet, rationem rei petendam esse ex intellecto verbo *χρῆσθαι*. Z.

83 Sive *τὰ νομιζόμενα*. Aristid. pro Quat. pag. 509. [item Demosth. pag. 733, ed. Reisk. *Ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν, ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι, παρασκευάζουσι.* Ibid. pag. 1399 *Τῶν νομιζομένων τυγχάνουσιν ἐν μεγάλῃ τιμῇ καὶ πολλῷ ζήλῳ* etc. Z.

84 Locus Platonis est p. 466, lin. 10. Addo acceptionem hanc quartam. Vbi quid *serio* aliquem dicere innuunt Graeci, utuntur hoc verbo, quo in casu graecissant admodum nostrates. Dicimus enim: *Dat hy zegt, meent hy.* Gr. *Νομίζων λέγει.* Ita loquitur Socrates apud Plat. in Phaedr. pag. 257, lin. 32 *Ἴσως δὲ καὶ τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἴει ΝΟΜΙ'ΖΟΝΤΑ λέγειν, ἃ ἔλεγεν*, *Fortasse putas, eum, qui conviciabatur, serio haec, quae dicebat, dixisse.*

85 Pag. mihi 201, lin. 37.

Antequam ea, quae ad rem meam pertinent, dicere aggredior, eorum vos admonitos esse volo, quorum tamen optime, sat scio, meministis.

Rarius est exemplum, quod sequitur, ex eodem petitum, Ὡς ἅπαντες, εὖ οἶδ' ὅτι, τοῦτον τὸν λόγον ἀκηκόατε, *Nam vos omnes, sat scio, aliquid hac de re iam audiistis;* quae phrasis ita ordinanda esset, εὖ οἶδ' ὅτι ἅπαντες etc. [86]

XVII. Eodem fere modo usurpatur εὖ ἴσθι [87], verbatim, *bene scito;* ut apud Lucianum, *Αἰσχυνοίμην ἄν*, εὖ

86 Post εὖ οἶδ' ὅτι malim quaedam subintelligere, quam mutare verborum ordinem: sic enim haec verba positivam sententiam magis confirmare videntur. Clarus est locus apud Xenophontem Hist. Gr. lib. VI, non longe ab initio: Ἠκούετε μὲν οὖν, εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα. Quae verba si ita transponis: Εὖ οἶδ', ὅτι ἠκούετε etc. sensum hunc habent: *Probe scio, vos audivisse nomen Iasonis.* At, si post ὅτι intelligis, τοῦτ' ἀληθές ἐστιν, vel ἠκούετε, vel simile quid, vehementius affirmant, ita: *Audivistis utique (quin probe scio, vos audivisse) nomen Iasonis.* [Item Plat. Apol. 27 Ἐλωμαί τι ὤν, ΕΥ ΟΙΔ' ὍΤΙ, κακῶν ὄντων; hic intelligi debet κακά ἐστι. Z. § 188. b.] Hanc ellipsin pati coniunctionem ὅτι, infra notabimus, Cap. VIII, Sect. 9, Reg. 4, quam supplet Paulus Act. Apost. cap. XXVI, 27 Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; ΟΙΔΑ ὍΤΙ ΠΙΣΤΕΥΕΙΣ, *Credis, o rex Agrippa, prophetis? scio te credere.* Neque semper necesse est, ut εὖ praecedat, quod ab Aristide saepe omittitur. Ita ille Orat. Leuctr. pag. 91 Εἴ τις τούτων μὲν παρεληλυθέναι τὴν ἐξέτασιν ἡγεῖται, τὴν δὲ τοῦ νῦν παρόντος πολέμου πρόφασιν ἀκριβῶς ζητεῖ, ἀδικεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ΟΙΔ' ὍΤΙ, κρίνει, *Si quis praeteritorum nullam rationem habendam existimat, sed in praesentis belli caussam acriter inquirit, is Lacedaemonios, sat scio, iniuste agere iudicat.* Omittit etiam Demosth. Philipp. II, pag. 28 Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐπὶ τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ μνημονεύετε, ΟΙΔ' ὍΤΙ, ῥηθέντα, *Nam omnia haec in suggestu hic dicta esse, sat scio, meministis.* [Et Aristoph. Lysistr. 60. *Herm.*] At Οἶσθ' ὅτι in secunda persona vertitur per *Ita habeto.* Barbare: *Posito.* Belgice: *Heem eens.* Plat. Gorg. pag. 486 Νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλον ὁτονοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, ΟΙΣΘ' ὍΤΙ οὐκ ἂν ἔχοις, ὅ τι χρήσαιο σαυτῷ, *Nunc enim si quis te comprehensum, vel alium quempiam, in vincula coniiciat, dicens [te] iniuriam fecisse, cum tamen nullam feceris, ita habeto, te nihil habere, quod ageres etc.*

87 Cui itidem subiungitur ὅτι, apud Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, haud longe ab initio: Νῦν μέντοι ἐξαιροῦμεν ἀνδρί σε, ΕΥ ἼΣΘΙ ὍΤΙ, οὔτε τὸ εἶδος ἐκείνου χείρονι, οὔτε τὴν γνώμην, οὔτε τὴν δύναμιν, *Nunc tamen eiusmodi viro te seligimus, qui illi profecto, neque corporis forma, neque animi dotibus, neque potentia cedit.* Nec aliud est Terentianum illud in Hecyra, Act. I, sc. 1:

ἴσθι, ἐπ᾽ αὐτῷ, id est, *Huius causa erubescerem utique;* nam εὖ ἴσθι verti debet, *profecto, utique, enimvero, mihi crede:* ut apud Tullium in Verr. *Fuit tanti, mihi crede.* Graece, Τοσοῦτον, εὖ ἴσθι, διενήνοχε· aut particulae istae omnino vacant. [Ne bruta quidem animalia voces edunt nihil significantes. *Herm.*]

XVIII. Οἶμαι, inclusum parenthesi, non minus ironice, quam serio usurpari solet; ut, *credo*, et *opinor*, Latine. Cuius exempla passim obvia.

Secundo, verti potius debet, *utique, nimirum, plane, profecto.* Demosthenes de Cherson. Εἶτ᾽, οἶμαι, συμβαίνει, τῷ μὲν, ἐφ᾽ ἃ ἂν ἔλθῃ, ταῦτα ἔχειν, *Ita fit plane, ut ille quidem, quaecunque in loca veniat, eadem occupet.*

Sic Olynth. II, Ὥςπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, id est, *Prorsus enim quemadmodum et domus, et navigii fundamentum firmissimum esse debet.* Ibid. Ὅπῃ τις ἂν, οἶμαι, προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν, πάντ᾽ ὠφελεῖ, *Videlicet cuicunque parti vel exiguas vires addideris, eam summopere iuveris:* id enim est, πάντ᾽ ὠφελεῖ, Gallice, *Vous l'avancez du tout.* Ibid. Ἀλλ᾽ οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν, *Sed nimirum haec omnia nunc quidem felix rerum successus tegit.*

XIX. Secunda persona verbi eiusdem, οἴει, cum aliis modis, quam infinitivo, maximeque cum indicativo futuri temporis, aut abundat, aut verti potest, *obsecro, tandem.* Plato VI de Repub. Ἀνόνητα δὲ πονῶν, οὐκ, οἴει, ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὐτόν τε μισεῖν, καὶ τοιαύτην πρᾶξιν; *Qui autem rebus inutilibus vacat, an non is, obsecro, tandem aliquando et se, et eiusmodi occupationem odisse cogetur?* Communiter diceretur πονοῦντα οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεσθαι;

Nam nemo illorum quisquam,
SCITO, ad te venit.

Notandum est etiam, τὸ εὖ ἴσθ᾽ ὅτι nonnunquam claudere periodum. Aristoph. Plut. vs. 183

Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος
Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, ΕΥ ΙΣΘ᾽ ΟΤΙ,

Nam tu solus auctor es omnium (scito) malorum et bonorum. [Adde loca, quae collegit idem Hoogev. in lib. de partic. pag. 876, ubi Οἶδ᾽ ὅτι etiam elliptice claudit periodum. V. c. Aristoph. Vesp. 1339 Ἀλλ᾽ οὐκ ἀποδώσεις, οὐδὲ φιαλεῖς, ΟΙΔ᾽ ΟΤΙ, scil. τοῦτ᾽ ἀληθὲς, aut simile aliud. Idem in Pac. 364 Ἑρμῆς γὰρ ὢν κλήρῳ ποιήσεις, ΟΙΔ᾽ ΟΤΙ. Euripid. Phoeniss. 1611 Τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ; Ἥδ᾽ ἡ θανοῦσα; Ζῶσα γὰρ, σάφ᾽ ΟΙΔ᾽ ΟΤΙ, hic ex antecedentibus repeti debet ὡμάρτησεν ἄν. Confer Aristoph. Plut. 890. Z.]

non coactum iri arbitraris? Gallice, *ne pensez-vous pas, qu'il soit un jour contraint?* Idem lib. VII, Οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γενέσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν; *Nonne absurdum, obsecro, eum arbitrabitur, qui haec eodem semper modo fieri existimet, nec levissimam inclinationem subire?*

S E C T I O IX.

De Verbis καταγινώσκειν, [λέγειν § 189.] [ὁμολογεῖν,] ὀφλισκάνειν, παριστάναι, πάσχειν, περιϊδεῖν, περιορᾶν.

R E G V L A I.

Verba, καταγινώσκειν, et ὀφλισκάνειν in propria significatione ἀντίστροφα sunt. Nam illud cum genitivo personae, et accusativo rei, est *dignum aliquem statuere ea*, vel *opinione*, vel *re*, vel *poena*, quae accusativo exprimitur; ut, καταγινώσκω σου πολλὴν ἀμαθίαν, *dignum te iudico, qui admodum imperitus habeare;* ὀφλισκάνειν autem significat cum accusandi casu, *ea ipsa re poenave dignum esse*, vel *damnatum*. Ita Chrysostom. Τοσούτῳ πλείω τὸν γέλωτα ὀφλισκάνουσι παρ' ἡμῶν, verbatim, *Tanto maiorem risum a nobis debent*, id est, *tanto digniores sunt, qui a nobis rideantur*. Sic, πολλὴν ἄνοιαν ὀφλισκάνεις, verbatim, *multam stultitiam debes: dignus es, qui stultissimus habeare.* †

† Ἄνοιαν ὀφλισκάνων, *dementiae damnatus, qui dementissimus habetur*, occurrit Dem. Olynth. I, sub finem, Ἆρά γε ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε ἐφ' ἑκάστου τούτων, ἡλίκην ἂν ὠφληκότες παράνοιαν ἦτε, εἴ τι τοιοῦτον ἐτυγχάνετε ἐψηφισμένοι; *Num videtis et intelligitis, quantae amentiae, ob illa singula, accusaremini, si eiusmodi quid decrevissetis?* Id. adv. Aristocr. p. 660. Item Ὑμεῖς δὲ ὅσῳ χεῖρον, ἢ προσῆκε, κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε, *Quo infelicius rem gessistis, eo digniores vos contumelia esse existimamini*, Idem Olynth. II, ab initio. Item Ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ, *Arbitrarer, ea nonnullis vestrum sufficere, ex quibus pudorem, ignaviam et omnis generis infamiam nobis publice contraximus.* Demosth. Philipp. I, pag. 52. Z.

[Est tamen ubi e contrario *καταγινώσκω* reperitur cum genitivo rei, et accusativo personae; ut Lysias ὑπὲρ Ἐρατοσθένους· *Τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου διαῤῥήδην εἴρηται, τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται*, *In foro, quod est in Areopago, disertis dictum esse verbis, ne caedis hunc damnaret, qui in uxore sua adulterum deprehensum hac poena affecerit.* Sed hic usus est magis Latinorum; ut quum dicimus, *damnare aliquem furti*, aut *alligare furti*, quod est apud Herodotum *καταδῆσαι τῆς κλοπῆς*· cui contrarium *absolvere.* Graeci tamen usitatius secundum casum personae tribuunt, quartum rei. Chrysost. ad pop. Antiochenum: *Οὐκ ἐπειδὴ κατέγνων ὑμῶν ῥαθυμίαν, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πλέον κατορθωθὲν ἔγνων*, *Non, quod vos inertiae condemnavi, sed, quia maximam partem iam a vobis perfectam esse cognovi.* Simile est illud Iuliani apud Sozomenum, *ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων*, de libello, quem ei Christianus quidam exhibuit, qui videbatur accurate compositus. Dicit enim, se et legisse illum librum, et penitus cognovisse, et suo iudicio damnasse; id est, non dignum, qui iterum legeretur, iudicasse. Scite quidem; ingenium enim huic homini non defuit. Sed non minus scite respondit ei Basilius Magnus, ut fertur, *Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως*, *Legisti forsan, sed non intellexisti; nam si intelligeres, neutiquam condemnares.*[88] [Immo, *nam si intellexisses, neutiquam condemnasses. Reizius.*]

Ὁμολογεῖν significat (ut Budaeus) *spondere*, id est, *roganti promittere*: nam cum quispiam me ad coenam vocat, si dico me venturum, condico, *καὶ ὁμολογῶ.* Plato Convivio: *Ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι*, nempe, *ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος*, *Ad coenam domum Agathonis.* Fere synonyma sunt haec verba, et *aliquid pacisci* significant, *ὁμολογῶ, συγχωρῶ, συμφωνῶ, συντίθεμαι* et *συμβαίνω.*]

II. Absolute *ὀφλισκάνειν*, vel *ὠφληκέναι δίκην*, id est, *damnatum esse iudicio:* ut, *ὀφλισκάνειν δίαιταν*, *ab arbitris damnatum esse.*[89]

88 Exemplum *ἀπροσδιόνυσον*, vocis significationem, non constructionem indicans.

89 Desidero exemplum. At *ὀφλισκάνειν δίκην ἔρημον* est, *Vadimonium deserere*, ap. Theophr. Charact. *Περ. Λογοποι.* Accusativus *δίκην* non raro dissimulatur, sequente genitivo, crimen vel vitium significante, ut apud

III. Notandum est Athenis dictos esse ὀφλισκάνοντας τῷ δημοσίῳ, verbatim, *debentes publico*, qui a Romanis postea *Aerarii* sunt appellati: et προςτιμᾷν τῷ δημοσίῳ dicebatur iudex, qui damnatum reum mulctam aerario publico solvere iubebat.

IV. Aorist. secund. verbi ὀφείλω usurpatur optando, vel solum, vel cum particulis εἴθε, αἴθε, et ὡς· et solum quidem, Plutarchus in Bruto, Ὤφελε ζῆν Βροῦτος, *Debuit vivere Brutus*, id est, *utinam Brutus viveret*. Demosth. pro Coron. Ὧι γὰρ ἐκείνους σωθῆναι μάλιστα διέφερεν, οὗτος καὶ παθόντων, ἃ μήποτ' ὤφελον, τῆς ὑπὲρ πάντων λύπης πλεῖστον μετεῖχε, id est, *Cuius enim maxime intererat, salvos illos esse, is, passi cum essent quae nunquam debuerunt*, id est, *quae utinam passi nunquam essent, omnium maxime eorum vicem doluit*. § 190.

V. Cum particula εἰ: Plato IV de Republ. Εἰ γὰρ ὤφελον, ἔφη, verbatim, *si enim debui, inquit*, id est, *utinam vero, inquit*.

[Cum particula εἴθε: Aristoph. Vesp. 730 Εἴθ' ὤφελέ μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενής εἶναί τις! *Vtinam mihi sit* [*esset. Herm.*] *curator aliquis aut cognatus!* Z.]

Cum particula αἴθε: Iliad. *A*, vs. 415

Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων
Ἧσθαι! — —
Vtinam in navi sine lacrymis, ac sine incommodo sessitares!

Aristidem pro Quatuorv. pag. 237 Πρότερον δ' ἔγωγ' ἂν ᾤμην τὸν Μελέαγρον ΌΦΛΗΣΑΙ ΔΕΙΛΙΑΣ, ἢ Περικλέα, *Prius equidem crediderim, Meleagrum damnandum esse ignaviae, quam Periclem*. [Ὄφλειν, quod plane idem valet quod ὀφλισκάνειν, absolute poni, intellecto nomine δίκην, duobus comprobatur exemplis in Bosii Ellips. gr. Alterum sumtum est ex Platone, ubi est, ἐὰν δὲ ὁ φεύγων ὄφλῃ, *si reus fuerit damnatus*: alterum ex Marmore Sandwicensi. At vero ἐρήμην δίκην ὄφλειν, h. e. *contumacia condemnari, ob vadimonium desertum condemnari*, occurrit apud Antiphont. pag. 711, ed. Reisk. ubi permutatur cum προςκληθέντα μὴ ἐλθεῖν. Item apud Isaeum pag. 101 δεδίαμεν, μὴ ὄφλωμεν δίκην, *Metuimus, ne condemnaremur*, [*condemnemur. Herm.*] et alibi. Tum formula ὀφλισκάνειν τὴν δίαιταν, reperitur apud Demosthen. adv. Aphob. sub finem: ὦφλε τὴν δίαιταν, *condemnatus est ab arbitro*. Item in Dionys. Halic. Isaeo pag. 362 ὡς μὲν τοίνυν καὶ τότε ὦφλον τὴν δίαιταν, ἀκηκόατε, *Illos ab arbitris esse condemnatos, audivistis*. Z.]

Cum particula ὡς: Iliad. Γ, [90]

— Ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι!

Vtinam ibi periisses! Synesius Epist. 44 ad Ioannem, Ἀτυχεῖς μὲν ἄρα, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖς· ὡς ὤφελες μηδ' ἀτυχεῖν! *Id fortunae quidem potius, quam tua culpa contigit: utinam tamen ne fortuna quidem ipsa tam mala uterere!*

VI. In exemplis allatis valde notandum est, numeri simul ac personae rationem haberi: male enim diceretur, ὡς ὤφελες μηδ' ἀτυχεῖν, pro *utinam ne mala quidem fortuna uterer*;[91] licet apud Latinos *utinam* omni personae numeroque conveniat.

At vero ὄφελον per ο, omnibus promiscue numeris personisque servit.[92] Greg. in Iulianum, Ἤιει μὲν εἴς τι τῶν ἀδύτων, ὡς ὄφελόν γε καὶ τὴν εἰς ᾅδου φέρουσαν! id est, *In obscurum aliquod adytum penetravit, qui utinam inferos quoque subiisset!* †

Idem ubi loquitur de apum mellificio, Ἡ δὲ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται· ὡς ὄφελόν γε καὶ ἡμεῖς, τοιοῦτο λαβόντες σοφίας ὑπόδειγμα! id est, *Apis mel suum recondit in cellulis; atque utinam nos ipsi, qui eiusmodi sapientiae exemplum accipimus!* Denique Suidas existimat, ὄφελος eadem significatione usurpari, quod tamen superioribus longe rarius est.[93]

90 Prop. fin. vs. 428.

91 In prima persona, pro *htereris*. Nec mirum; nam ὤφελες est secunda persona. Coniugent tirones in hunc modum: Ὡς ὤφελον ὀλέσθαι, *Vtinam periissem!* Ὡς ὤφελες ὀλέσθαι, *Vtinam periisses!* Ὡς ὤφελεν ὀλέσθαι, *Vtinam periisset!* etc.

92 Nam quod Homerus l. c. ὄφελες dicit, Ionum more loquitur, detracto augmento. H.

† Vbi ὡς ὄφελον simpliciter ponitur, Iufinitivus ille, qui requiritur, est eruendus ex serie orationis. Vt in illo Gregorii intelligi debet ἰέναι. Atque apud Heliodor. VIII, 11 Οὐ γάρ που καὶ ἀθανασίαν, ὩΣ ὌΦΕΛΕ, ἐπαγγέλλεται, repete ἐπαγγέλλεσθαι, h. e. *Neutiquam promittit immortalitatem, utinam promittat!* Z.

93 Imo barbarum. Decepit Vigerum locus corruptus, quem corrigit Kusterus ex MS. codice Parisiensi, qui dat ὄφελες. H.

Saepe ὄφελον, tanquam particula, simpliciter habet vim optandi, poniturque pro εἴθε, *utinam*, et iungitur ita vel optativo, ut Psalm. CXIX, 5 ὄφελον κατευθυνθείησαν! vel Imperfecto, ut Gregor. Or. 28 ὄφελόν γε μηδὲ ἦν προεδρία! vel Futuro, ut Gal. V, 12 ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς! vel Infinitivo, pro εἴθε ἔμελλον, uti auctor est Thomas Magister, ut Herod. I, 111 μήτε ἰδεῖν ὄφελον.

VII. In verbis *παρίστημι* et *παρίσταμαι*, pauca haec observa. Primum est, *παριστάναι*, in voce activa, fere sumi pro *sistere:* ut, *Τοῖς δικασταῖς τὸν φεύγοντα παραστῆσαι*, *Iudicibus reum sistere.* *Τῷ ἀναβάτῃ τὸν ἵππον παραστῆσαι*, *Sessori equum admovere.*

Secundum est, pro, *afferre*, *praebere*, *movere:* ut *λόγον παραστῆσαι*, *sermonem*, vel, *loquendi occasionem praebere.* *Ὀργὴν παραστῆσαι*, *iram movere.* *Ὑποψίαν παραστῆσαι*, *Suspicionem praebere.* *Εὐκαιρίαν παραστῆσαι*, *Opportunitatem praebere.* *

Tertium est, pro *mentem iniicere*, aut *persuadere:* idque vel absolute: ut, *Παρέστησέ μοι τοῦτο ποιεῖν*, *Hoc ut agam, mihi persuasit:* vel cum accusat. *δόξαν*, *γνώμην*, et simil. *Χρησιμωτάτην αὐτῷ παρέστησα τὴν γνώμην*, id est, *ἐνέβαλλον*, *ἐνεποίησα*, *Vtilissimam ei mentem inieci.* [item *διαλογισμὸν*, ut Aeschin. de fals. Leg. pag. 324 *Πολλὰ καὶ χαλεπὰ τῷ κρινομένῳ διαλογισμὸν παρίστησι, μή τι παραλίπῃ τῶν κατηγορημένων.* Z.] Demosthen. pro Coron. initio: *Ὅπερ ἐστὶ μάλισθ' ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν*, id est, *Quod vestra maxime interest, hanc ut Dii vobis mentem iniiciant.* [Et ibidem paulo post: *ὅ, τι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι*, *Quod et ad gloriam civitati et ad religionem singulis pro-*

Ὤφελε quoque, quod vulgo Infinitivis tantum iungitur, apud Callimach. Epigr. XVIII construitur cum Indicativo, id quod rarissimum existimandum est, cuius simile exemplum occurrere negat Hoogevenus in de Partt. § 191. Locus Callimachi est, *Ὤφελε μήδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες!* Caeterum quaeritur, annon illud *ὤφελον*, iunctum particulis *ὡς*, *εἴθε*, *αἴθε*, vim optandi per se habentibus, abundet? Rem recte negare videtur Hoogevenus, qui ait, illud adiectum *ὤφελον fatale quid* indicare, q. d. *utinam fatale hoc esset*, vel *fuisset:* id quod Graeci efferant per *ὤφελε*, *debuisset.* Z.

* Demosth. adv. Mid. pag. 537, 22 *Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία*, *Non enim plaga movit iram, sed ignominia.* Idem adv. Aristocr. pag. 654, 24 *Τὸ ψήφισμα τουτὶ — φόβον καὶ δέος παριστὰν*, *Plebis scitum illud, quod timorem metumque attulit.* Aeschin. adv. Timarch. *παραστήσειν τῷ μὲν φυγόντι θαῤῥεῖν, ἐκπεπλῆχθαι δὲ τῷ κατηγόρῳ καὶ πεφοβῆσθαι περὶ αὐτοῦ*, *allaturum esse reo fiduciam, sed accusatori trepidationem metumque sui.* Polyb. IV, 5. *παριστάναι τινὶ ὁρμὴν*, *ardorem iniicere.* Id. IV, 30 *πίστιν παριστάναι τοῖς ἀκούουσι*, *fidem facere audientibus.* Z.

futurum sit, id in mentem iniiciant Dii vobis omnibus, ut de hac causa iudicetis. Z.]

VIII. Quarto est, παρίστασθαι in voce media sumi ut plurimum, pro *in medium producere*, tam in iudicio, quam extra iudicium: ut, παρίστασθαι [94] τοὺς μάρτυρας, idem quod προβάλλεσθαι, *testes producere.* *

Aliquando pro *adesse, praesto esse, favere, patrocinari.* Sic apparitores dicuntur τοῖς δικάζουσι παρίστασθαι, *praesto esse iudicibus;* et οἱ συνδικοῦντες τοῖς φεύγουσι παραστήσασθαι, *patroni reis adesse, opitulari.* †

Aliquando pro ἐπέρχεσθαι, ἐπιέναι, παρατυγχάνειν, id est, *in mentem subire*, aut *venire.* Dicunt enim, παρίσταταί μοι τοῦτο ποιεῖν, *venit in mentem hoc agere:* § 192. unde ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν idem est, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐκ τοῦ παρατυχόντος, αὐτόθεν, ἐκ καιροῦ, id est, *Ex tempore dicere*: vel τὸ ἐπερχόμενον, τὸ παρατυγχάνον, τὸ εἰσιὸν εἰπεῖν. ††

IX. Aliquando pro *fidenti ac praesenti animo esse*, § 193. ac fere cum dativo ψυχῇ, θυμῷ, aut alio simili: ut, οὕτω παρέστη τῷ θυμῷ, ὡς κἂν αὐτοψεὶ τὸν πολέμιον ἐκφοβεῖν, *tam fidenti animo constitit, ut hostem aspectu ipso terreret.* Hinc τὸ παράστημα, id est, τὸ φρόνημα, vel τὸ λῆμα, *animi fiducia, atque praesentia* †††; et παραστατικὸς ἀνὴρ, id est, ὁ

94 Παραστήσασθαι dant edd. Paris. et Argent. H. Recte. *Herm.*

* Sic Isaeus pag. 75 Μάρτυρας παρίστανται, *Testes ad latus suum adstare iubent.* Id. pag. 207 Τὸν δ᾽ ἂν αὐτῷ παρίστατο, *hunc sibi adstare iussit.* Quando quis vero testes dicere iubet, is dicitur παρέχεσθαι τοὺς μάρτυρας. Z.

† Demosth. de fals. Legat. pag. 366 οὐ γὰρ ἔγωγ᾽ ἂν ἔδωκα οὐδενὶ οὐδὲν, ὥςτε μοι παραστάντας ἐνταυθοῖ βοᾶν οἷα πεπόνθασιν, *Non enim equidem quicquam ulli dedi, ut mihi hic adstarent,* (*causam meam adiuvarent*) *clamando, quae essent perpessi.* It. adv. Stephan. pag. 1120 Τῷ μὲν υἱεῖ τῷ τούτου, πολλῶν πραγμάτων ὄντων, οὐ παρέστη πώποτε, οὐδ᾽ ἐβοήθησεν, *Huius filio, quamquam saepe causas forenses habuit, nunquam patronus adstitit, nec auxilium tulit.* Z.

†† Haud dubie in hac forma intelligi debet ἐν τῇ γνώμῃ, id quod diserte additum legitur apud Demosth. Philipp. I, pag. 44 Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, *Illud enim ei in animo obversari debet.* It. apud Andocid. pag. 87 ἤδη παύσασθε, εἴ τῳ ὑμῶν διάβολόν τι ἐν τῇ γνώμῃ περὶ ἐμοῦ παρέστηκεν, *Iam quiescite, si cui vestrum aliqua criminatio adversus me animo vestro obversatur.* Z.

††† Similiter παράστασις, quod non modo dicitur de pecunia, quae a certantibus in iure depo-

φρονηματίας, et ὁ πρὸς τὰ παρατυγχάνοντα πρόθυμος, ἕτοιμος, πρακτικὸς, ἐνεργητικὸς, βουλευτικὸς, id est, *in omni casu acer, vividus, ac solers.* [v. c. Polyb. XVI, 4 Τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλυόμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς γενναιότητι λαμπρότερος ὢν καὶ παραστατικώτερος, ἢ πρόσθεν. Z.]

Aliquando, *in ditionem redigere, deditione capere*, hoc est, χειρώσασθαι, ὑποχείριον ποιεῖσθαι, ὑπὸ χεῖρας ποιεῖσθαι, ὑφ᾽ ἑαυτὸν ποιεῖσθαι· ut, Οἱ πάλαι αὐτοκράτορες ἔργον ἐποιοῦντο, τὴν οἰκουμένην παραστήσασθαι, *Prisci Imperatores id agebant, ut orbem terrarum in ditionem suam redigerent.*[95]

[Nonnunquam significat *persuadere, commovere, impellere*, cum praepositione εἰς, πρὸς etc. ut Polyb. Excerpt. Leg. 85 Ταχέως παρεστήσατο τὸν νεανίσκον πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῷ Περσεῖ τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, *Facile persuasit adolescenti, ut idem speraret, quod Perseus.* Ibid. Ἔφασαν παραστήσασθαι τὸν βασιλέα πρὸς τὰ παρακαλούμενα, *Ostenderunt, se commoturos esse regem, ut, quae poscerentur, faceret.* Id. II, 59 Ὁ συγγραφεὺς βουλόμενος παραστήσασθαι τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ μᾶλλον αὐτῷ συναγανακτεῖν ἐφ᾽ οἷς ἔπαθεν, *Cum scriptor id spectarit, ut lectoribus commoveret maiorem indignationem ex casibus hominis.* Z.]

X. De verbo πάσχειν notentur sequentia. Primo cum adverbio εὖ, aut neutro ἀγαθὸν, significat, *beneficium*, aut *emolumentum accipere*, opponiturque τῷ εὖ ποιεῖν. Aristoteles in Ethic. Ἐλάττων, inquit, ὁ παθὼν εὖ τοῦ ποιήσαντος, id est, *Inferior est, qui beneficium accepit, eo qui fecit.* Lysias, Τίς ἐλπὶς ὑπὸ τούτου ἀγαθὸν πείσεσθαι; *Quae spes ullius emolumenti ex eo capiendi?* [Cum eadem praepositione quoque occurrit apud Plat. in Critone cap. 10 οὐ δεῖ κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ᾽ ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ τις ὑπ᾽ αὐτῶν, *Nemo debet iniuria affici, ne is quidem, a quo quis iniuriam aliquam accepit.* Z.] Sic ἀντευπαθεῖν, *vicissim beneficio affici*, opponitur τῷ ἀντευποιῆσαι, *vicissim beneficium facere.*

nitur, ut victus amittat, et vincens recuperet, ut Isae. pag. 45, der *Vorstand:* sed etiam de *fortitudine, audacia, fiducia*, v. c. Polyb. III, 63. XV, 3. V, 9 etc. Z.

95 Haec et plura de hoc verbo observata, exemplorumque auctoritate fulta, congessit Budaeus Comment. L. G. p. 114, 115, 116, 117 et alibi. Item de verbo πάσχειν, quod sequitur, eundem consule pag. 45.

XI. Secundo, affici animo et voluntate, vel aliquo sensu: idque cum adverbio, aut neutro, ac fere praepositione πρός. Plato in Gorgia, Ὁμοιότατον, inquit, πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥςπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους, καὶ παίζοντας, *Eundem adversus philosophos animum et sensum experior, quem adversus balbutientes, et puerorum more lusitantes.* Vbi obiter notanda etiam est coniunctio neutrius, τοῦ ὁμοιότατον, cum ὥςπερ· quod etiam dicunt, ὁμοίως, ὥςπερ. Latini, *perinde ac, velut, quasi.*

XII. Tertio, eadem prope verborum constructione manente, significat potius *facio*, quam *patior*: quemadmodum apud Latinos, contra, *facere* interdum *pati* significat; *iacturam facere.* Sic ὅμοιόν τι πάσχει, id est, *perinde facit,* verbatim, *simile quid patitur.*[96]

Hinc Attica illa et elegans locutio: Ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; vel, τί ἂν καὶ πάθοιμι; id est, *quid enim agerem?* quod Galli dicerent, *qu'y serois-je?* Galenus X Θεραπευτικ. Τί ἄν τις πάθοι, inquit, πρὸς ἀνθρώπους, μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ πεισθῆναι δυναμένους; id est, *Quid feceris huic hominum generi, cui nec re ipsa, nec oratione persuaderi possit?* Sic, ἀτοπώτατόν τι ἔπαθεν, *absurdissimum quid passus est*, id est, *ineptissime fecit.*

XIII. Quarto, παθεῖν τι, aliquando significat, quod Latini dicunt, *aliquid humanitus accidere;* vel *aliquo quid fieri;* hoc est *mori.* Tull. in Philipp. *Vt si quid mihi humanitus accidisset, hanc vocem testem relinquerem egregiae voluntatis,* Ἵνα, ἄν τι πάθοιμι, τήνδε τὴν φωνὴν καταλίποιμι ἄν, τῆς ἀξιεπαίνου προαιρέσεως μάρτυρα γενησομένην. § 190. b. Ita pro lege Manilia: *Si quid eo factum esset, in quo spem*

96 Hoc modo eleganter dixeris, πάσχειν τὶ τεκτονικὸν, *more fabrorum agere*, πάσχειν τὶ φιλοσοφικὸν, *more philosophorum agere.* Aristides Orat. pro Quatuorviris, pag. 250 ἜΠΑΘΟΝ ΤΙ ὉΜΗΡΙΚΌΝ, καὶ παραπλήσιον αὐτὸν τοῖς θεοῖς ἐνόμισαν. Verbatim: *Passi sunt aliquid Homericum*, i. e. *Homerico more*, vel, *ut Homero mos est*, *et eum Diis similem censuerunt.* [Similiter Aristoph. Nub. 814 Τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ; *Quid agis, pater?* Id. in Vesp. 1008 Τοῦτο σκαιῶν θεατῶν ἐστι πάσχειν, *hoc inepti spectatores solent facere.* Scholiastes ad Eurip. Hecub. 614 ΤΙ' ΓΑ'Ρ ΠΑ'ΘΩ; ἤγουν τί ποιήσω; τὸ γὰρ ποιεῖν πάθος ἐστίν· ἐπειδὴ ὁ ποιῶν τι πάσχει τρόπον τινὰ κατ' αὐτὸ τὸ ποιεῖν. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 603. et Valkenar. ad Eurip. Phoeniss. 902. Z.]

essetis habituri. Graece, *Εἰ γοῦν τι πάθοι, ἐπὶ τίνα δὴ τας ἐλπίδας μετατρέψετε;* Dicunt etiam, *εἰ παθεῖν τί μοι συμβαίη*, vel *εἴ τι πάθοιμι ἀνήκεστον*, *si quid patiar insanabile.* Quod etiam in rebus inanimatis usurpatur; ut, *εἴ τι πάθοι ναῦς ἀνήκεστον*, id est, *si navis naufragium fecerit.* Quae phrases ὑποκοριστικαὶ sunt. [97]

XIV. Quinto, Attica loquendi formula et forensis est, *ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι*, verbatim, *quod oporteat pati, aut solvere*, id est, *quid aut poenae, aut mulctae subeundum sit.* Nam *κρίνεσθαι ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι*, est *iudicium subire hac formula, quid aut poenae luendum sit, aut pecuniariae mulctae subeundum.* Sic *ἐπάγειν τίμημα, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι*, est *mulctam pro ratione criminis irrogare, seu poena luenda sit, seu pecunia tantum persolvenda.*

XV. *Περιϊδεῖν*, et *περιορᾶν*, verbatim, *circumspicere*, vulgo et eleganter sumuntur pro *negligere, habere susque deque*, aut *sinere aliquid impune fieri*, ac fere cum accusativo participii. Cuius idiotismi exemplis nihil frequentius. Isocrat. Panegyr. *Τοσούτους τῶν συμμάχων περιορᾶν αὐτοῖς δουλεύοντας*, id est, *Tot socios permittere illorum servitute oppressos teneri.* Herodian. lib. II *Τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιϊδεῖν ἐῤῥιμμένην*, *Non permittere, ut Romanum imperium prostratum iaceret.* [Aristoph. Nub. 124. *ἀλλ οὐ περιόψεταί μ' ὁ θεῖος Μεγακλέης ἄνιππον.* *Reizius.*]

97 Quibus mirum quantum veteres delectati fuerint: et hinc *πάθος* pro *morte* vel *caede* apud Herodot. lib. I, cap. 13. [Sic *παθεῖν τὶ* apud Thucyd. lib. IV, p. 97 dicitur *de militibus in acie cadentibus.* Z.] Vide simile quid, supra ad Cap. III, Sect. 4, in fine. Caeterum hanc structuram si sequatur Participium, non est, quod Latine verbum verbo reddere coneris. Idiotismi huius soli Graeciae concessi exemplum exhibetur in Cebet. Tab. non ita longe ab initio: *ΟΥ'ΔΕ'Ν ΔΕΙ-ΝΟ'Ν ΠΑ'ΣΧΕΤΕ, ὦ ξένοι, ἔφη, 'ΑΠΟΡΟΥ'ΝΤΕΣ περὶ τῆς γραφῆς ταύτης.* Ita enim ad verbum perperam: *Nihil mirum patimini, o hospites, inquit, dubitantes de hac pictura.* Elegantius ita reddas: *Non mirum, o hospites, inquit, vos dubitare de hac pictura.* Quae verba, mutua casuum permutatione facta, ita efferri possunt: *Οὐδὲν δεινὸν ΠΑΘΟ'ΝΤΕΣ, ὦ ξένοι, ἔφη, 'ΑΠΟΡΕΙ'ΤΕ* etc. Adi Aelian. V. H. lib. ult. cap. 47 *Τί δὴ ΠΑΘΩ'Ν οὕτω ΘΑΥΜΑ'-ΖΕΙ τὴν τέχνην; Quid patiens, quo animo*, vel simpliciter, *Quid est, quod artem adeo miretur?* § 194. Caeterum, quomodo *τὶ* cum participio construatur, vide infra Cap. VI, Sect. 1, Reg. 7. H.

Rarius, aliquando tamen, cum infinitivo loco participii coniungitur. Thucydid. lib. I Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προςλαβεῖν περιόψεσθε, *Sed etiam ex vestra ditione vires sibi comparare patiemini.* [Περιόψομαι, in futuro utuntur hoc verbo; in aliis temporibus, περιϊδεῖν et περιορᾶν. Bergl. ad Aristoph. *Reizius.*]

S E C T I O X.

De Verbis ποιεῖν, ποιεῖσθαι, πράττειν, προςποιεῖσθαι.

R E G V L A I.

Primo, ποιεῖν et ἐργάζεσθαι significant *beneficio* aut *damno afficere*, tuncque vel cum adverbio et accusativo personae, vel sine adverbio, cum duobus accusativis, altero rei, altero personae, coniunguntur: ut, κακῶς, vel πολλὰ κακὰ, vel καλὰ τὸν ἐχθρὸν ποιεῖν, vel ἐργάζεσθαι, id est, *multis vel damnis, vel bonis inimicum afficere.* *

II. Ποιῶ cum adverbiis καλῶς, δικαίως, εἰκότως, δεόντως, et si quae sint eiusdem significationis, sequente participio, verti debet, *iure*, *merito:* participium autem sequens per verbum eiusdem participii reddendum est; ut, Καλῶς ἄρα ποιεῖς, τῶν ἀδικουμένων προϊστάμενος, id est, *Iure omnino eos, qui iniuriam patiuntur, defendis.* [98]

* Interdum ποιεῖν, et δρᾶν simpliciter significat κακοποιῆσαι, intellecto κακόν. Vt Eurip. Med. 289 Κλύω σ' ἀπειλεῖν, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι, τὸν δόντα, καὶ γήμαντα, καὶ γαμουμένην δρᾶσειν τι, *Audio te minari, ut nunciant mihi, socero, sponso et sponsae te aliquid mali illaturum esse.* Anacr. Od. XII. Τί σοι θέλεις ποιήσω; *quibus te plectam poenis?* It. Demosth. pag. 968 παρὰ τοῦ πεποιηκότος δίκην λαβεῖν, *Vlcisci eum, qui male fecit.* Id. pag. 855 Τί σοι ποιήσουσιν οἱ μάρτυρες; *Quid mali tibi afferent testes?* Sic Xenoph. de Re Eq. VI, 4, 5, ποιεῖν permutatur cum κακουργεῖν. Vid. Cuperi Observatt. I, 9. Z.

98 Adi Aristoph. in Pac. vs. 1311.
Εὖ ποιεῖς δὲ καὶ σὺ φράζων, *Bene mones.* Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. I, pag. 16 Καλῶς ἐποίησας προειπὼν, *Bene fecisti, qui praemonueris.* Conf. Act. Apost. cap. X, 33 Σύ τε ΚΑΛΩ͂Σ ἘΠΟΙΗΣΑΣ παραγενόμενος, *Et tu recte fecisti, quod veneris.* et epist. III, Ioann. comm. 6. Οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας, *Quos recte facies si prosecutus fueris.* Vel mutua casuum permutatione facta, saepius dicunt Graeci: ΚΑΛΩ͂Σ ἄρα ΠΟΙΩ͂Ν τῶν ἀδικουμένων ΠΡΟΙ͂ΣΤΑΣΟ. Confer Cap. VI, Sect. 4, Reg. 4.

Quod autem rarius est, interdum neutrum, τὸ καλὸν, aut aliud simile, adverbii loco ponitur, sequente τὸ cum infinitivo. Demosthen. pro Corona, *Καί τοι καλὸν μὲν ἐποιήσατε, καὶ τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, πολλῷ δ' ἔτι τούτου κάλλιον,* τὸ etc., *Et quidem, cum insulam illam iure defendistis,* vel *cum defendenda insula iuste praeclareque fecistis, tum hoc etiam multo praeclarius, quod* etc.[99] Vide cap. de Particip. Sect. 4, Reg. 4.

III. *Ἀνόνητον ποιῆσαι*, cum gignendi casu est, *spoliare fructu eius rei, quae per genitivum significatur:* verbatim, *utilitate carentem facere.* Demosthen. pro Corona, *Εἰ δ' αἰτίαν ἐπάγω τούτῳ ψευδῆ, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόνητόν με ποιῆσαι*, id est, *Sin autem crimen ei falsum impingo, tum vero uti me bonorum omnium fructu spoliare velint.* Est enim ὄνασθαι, cum gignendi casu, *fructum ex aliqua re capere:* ut, *Ὄναιο σύγε τῆςδε τῆς εὐφυΐας*, id est, *Macte praestantis huius indolis.*

IV. Secundo, διαδικασίαν ποιεῖν, est *iudicium constituere*, aut *rem in disceptationem et iudicium vocare.* Demosthen. adversus Timocratem, *Ἐὰν δὲ ἀμφισβητῆταί τι, ποιεῖν διαδικασίαν*, id est, *Sin autem controversia erit aliqua, iudicium ut de ea constituatur:* quod simplicius dicitur, κρίσιν ἐπί τινι ποιῆσαι.[1]

V. Tertio, ποιεῖσθαι significat *adoptare:* idem enim est παῖδα, vel υἱὸν ποιεῖσθαι, quod παῖδα θέσθαι, id est, *filium adoptare.* Quod etiam de patre ac matre dici potest, qui nonnunquam a viris principibus adoptantur. Plutarch. in Alexand. loquens de Leda, *Ἣν ἐποιήσατο*, inquit, *μητέρα, καὶ Καρίας βασίλισσαν ἀπέδειξε*, id est, *Quam in matrem adoptavit, et Cariae reginam creavit.* Dicunt etiam εἰςποιεῖν eodem sensu. At ἐκποιεῖν est *in adoptionem dare.*

99 Non omnino huic absimile est, quando pro Infinitivo est accusativus, praecedente εὖ. Insignis est elegantiae, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, *Rebus praesentibus opportune uti*, apud Plat. Gorg. pag. 499.

1 Cum substantivo tempus significante moram in loco notat: ut, *Triduum in urbe moratus sum* vel *transegi*, Τρεῖς ἡμέρας ἐποίησα ἐν τῇ πόλει. Exempla pete ex Actis Apost. cap. XVIII, 23, et XX, 3. Consule omnino Casaub. ad Act. Apost. Cap. XV, 33. [It. Demosth. pag. 392 *Οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα*, *Nec praeconem manserunt, nec ullam interposuerunt moram.* Z. Vid. quae ad Platon. Phileb. p. 158. ed. Stallb. dixi. G. D.]

Sic enim Isaeus Rhetor: *Κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένοι τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη*, id est, *Seu paternis in aedibus maneat, seu adoptandus alteri detur.* Hinc ποιητὸς et εἰςποιητὸς υἱὸς, *filius a nobis adoptatus: ἐκποιητὸς* vero, *quem adoptandum tradimus.* Hinc etiam εἰςποίησις, idem quod υἱοθεσία, *adoptio activa; ἐκποίησις* vero *passiva.* *

VI. Quarto, ποιεῖσθαι ἐν ὀργῇ τινα, verbatim, *aliquem in ira facere*, id est, *alicui succensere, et irasci.* Demosth. Olynth. I *Τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε*, id est, *Iis, qui de negotiis postremi dixerint, succensetis.* [2]

* Demosth. p. 1364 *ποιήσασθαι υἱὸν αὐτῷ*, *adoptare sibi filium.* Aeschin. p. 212 *υἱὸν ἐποιήσατό σε*, *te adoptaverat.* Apud Isaeum Orat. de sorte Apollodori, ab initio, absolute et ποίησις, *adoptio*, et ποιεῖσθαι, *adoptare*, occurrit: *Ὤιμην μὲν, ὦ ἄνδρες, προςήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο.* Z.

2 In genere verbum ποιέω cum praepositione ἐν constructum, cum sequente casu, si potest, uno verbo redditur; alioquin pro natura nominis a praepositione recti vertendum est. *Ποιεῖσθαι ἐν νόμῳ* (ad verbum, *in lege facere*) dicebantur ii, quibus aliquid in more positum et lege sancitum erat. Ita Herod. Clio cap. 131 *Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοίοισι χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς, καὶ βωμοὺς οὐκ ἘΝ ΝΌΜΩι ΠΟΙΕΥΜΈΝΟΥΣ ἱδρύεσθαι*, *Persas autem scio hisce legibus uti: statuas, neque templa, neque altaria apud illos lege sancitum est exstruere.* Vbi obiter observa Participium χρεωμένους pro Infinitivo, de quo Sect. 3, §. 8.

Ποιεῖσθαι ἐν δευτέρᾳ τάξει, sequente Genitivo, significat, *Posthabere.* de quo vide infra Sect. seq. §. 7 Cui simile est illud Thucydidis lib. VII, cap. 3. *Ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο*, *Parvi faciebant.*

Ποιεῖν ἐν μέσῳ, proprie *Facere in medio*, Graeci dixerunt pro, *Medium includere.* Exemplum habet Thucyd. lib. I, c. 62. *Καὶ*, (supple ex praecedentibus, ἦν ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως) *ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι, κατὰ νώτου βοηθοῦντας ἘΝ ΜΈΣΩι ΠΟΙΕΙΝ αὐτῶν τοὺς πολεμίους*, *Et Aristei sententia erat, quum Athenienses in se impetum facerent, a tergo accurrentes, hostes medios includere.*

Huic simile est, *Ποιεῖν ἐν αἰσχύνῃ*, *Probro afficere.* Demosth. de Cor. pag. 332, lin. 37 *Ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν*, *Probro affecturus urbem.*

Eodem modo, ποιεῖσθαι ἐν αἰτίᾳ, *criminari*, vel *crimini dare.* Paus. in Achaicis, p. 411 *Ἀχαιοὶ δὲ ἐποιοῦντο ἐν αἰτίᾳ Φλαμίνιον*, *Achaei Flaminio crimini dabant.* Sic ποιεῖν ἐν χερσὶ τὴν μάχην, est, *cominus congredi*, apud Arrian. de Exp. Al. lib. II, cap. 10. *Ἀλέξανδρος μὲν σπουδῇ ἐς ποταμὸν ἐμβαλὼν, καὶ ἘΝ ΧΕΡΣῚ ΜΆΧΗΝ ΠΟΙΗΣΑΣ*, *Alexander celeriter amnem ingressus, et cominus congressus.* [Sic ποιεῖν ἐν

VII. Quinto, πίστεις ποιήσασθαι idem quod πίστεις vel πιστὰ διδόναι, vel τίθεσθαι, id est, *fidem suam alteri alterum*

χάριτι est, *gratificari.* Vt Plat. in Phaed. cap. 64 Τμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενοι ὑμεῖς, καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐν χάριτι ποιήσετε, ἅττ' ἂν ποιῆτε, *Si vosmet ipsos curatis, et mihi et meis, et vobis ipsis, quicquid faciatis, gratum feceritis.* Atque ποιεῖσθαι ἐν ὑποψίᾳ, est *suspectum habere aliquid*, Aeschin. adv. Timarch. pag. 35. Z.]

Simili ratione construitur cum praepositione ἄνευ, sequente generandi casu, adeo ut ποιεῖν ἄνευ significet, *Privare.* Plato Hipp. mai. p. 290, in fine: Τοὺς μέλλοντας ἑστιᾶσθαι ἌΝΕΥ ὌΨΟΥ ἂν πάνυ γενναίου ΠΟΙΗ͂ΣΕΙΝ, *Conviviaturos generosissimo opsonio privaret.* Ad verbum: *Faceret sine opsonio.* Eadem ratio est in aliis praepositionibus: ut ποιεῖσθαι ἐς φυλακήν, *Coniicere in carcerem.* Ita Thucyd. lib. III, cap. 3 Τοὺς ἄνδρας ἐξ αὐτῶν ἘΣ ΦΥΛΑΚᾺΣ ἘΠΟΙΗ͂ΣΑΝΤΟ, *Viros, qui in illis* (*triremibus*) *erant, in custodias coniiciebant.* Ποιεῖν ἀπὸ ὄψεως, *E conspectu dimittere.* Quam locutionem imitatus est Apuleius, cuius verba: *Haec ut primum ANTE iudicis CONSPECTVM FACTA EST.* Et: *Intra limen sese facit.* Exempla Graeca suppeditat Casaubonus ad Suet. in vita Aug. Vid. mox Reg. 12.

Eodem modo cum praepositione ἐξ, apud Aristidem, pro Quatuorviris, pag. 505 ἘΞ ἼΣΟΥ πάντας αὐτοὺς ΠΟΙΕΙ͂Σ, *Omnes illos eodem ordine habes.* Tale quoque est, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, de quo Noster Reg. 11. At ποιεῖσθαι περὶ ἑαυτὸν, in malam partem, pro, *Ad se rapere*, apud Isocrat. Panathen. pag. 552.

Similis quoque est huius verbi cum Adverbio ἔξω constructio. Ita Aelian. V. H. lib. X, cap. 2 ubi de perdicibus ait, ἜΞΩ ΠΟΙΗ͂ΣΗι τοῦ λέμματος, *Simulac pedes de ovi testa exseruerunt.* Verbatim: *Extra fecerunt.* Conf. Act. Apost. cap. V, 34 Ἐκέλευσεν ἜΞΩ βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ΠΟΙΗ͂ΣΑΙ, *Iussit apostolos paulisper abduci.* [Interpretes ad hunc locum laudant quoque Xenoph. Cyr. IV, 1, 2 ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιεῖν, *Extra telorum iactum abducere cohortem.* Philostrat. VIII, 3 ἐκποιεῖν ἑαυτὸν τοῦ δικαστηρίου, *ex dicasterio abire.* Z.] Contra ποιεῖσθαι ἐντὸς, *Intro mittere.* Ita Thucyd. lib. II, cap. 83, in fine: Τά τε λεπτὰ πλοῖα, ἃ ξυνέπλει, ἘΝΤῸΣ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΑΙ, *Parvaque navigia, quae simul navigabant, intro recipiunt*, i. e. *Intra navium, quae ita ordinatae erant, circulum.* [Item cum particula ἔσω, seu εἴσω: veluti Palaephat. 50, ubi Daphne, cum fugeret Apollinem, dicitur orasse Terram matrem, Πάλιν αὐτὴν εἴσω ποιῆσαι, *ut illam rursus in se reciperet.* Xen. de Re eq. VI, 8, ἔσω τῆς γνάθου ποιῆσαι τὸν δάκτυλον, *digitum in maxillam inserere.* Z.] Latinis hoc insolens, nisi illi construunt verbum *facio* cum accusativo pronominis reciproci, ut *facere se extra*, *facere se intro.* Quo facit Apuleii locus lib. V Metamorph. quem in hunc usum citat Vorstius de Lat. falso susp. cap. 27 *Invitata Psyche talium locorum oblectatione, propius accessit: et paulo fidentior INTRA LIMEN SESE FACIT.* Cum suo casu ita adver-

obligare: quo sensu iungitur potissimum cum praepositione *πρὸς*, et accusat. casu. Athenaeus lib. VIII, de Iphiclo quodam, qui nuncium promissis ad munus explendum adducere conabatur, *Πίστεις*, inquit, *πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, πέμπει* [3], id est, *Eum ablegat, posteaquam suam ei fidem certa mercedis promissione obligasset.* Ita Polybius lib. V de Leontio verbum *τίθεσθαι* usurpavit: *Ἐξέπεμψεν*, inquit, *τοὺς θησομένους τὰς πίστεις πρὸς τὸν Ἀντίοχον*, id est, *Nonnullos summisit, qui certis conditionibus cum Antiocho rege paciscerentur, eiusque fidem obligarent.*

VIII. Sexto, *ποιεῖσθαι κέρδος*, quod Latini *quaestum facere*, Galli, *faire son profit.* [4]. Plutarch. in Cicerone, *Ὧν οὐδὲν ἐποιήσατο κέρδος*, id est, *Quorum nihil omnino privatam in utilitatem convertit,* ubi notandum est, id etiam quod compendii fiat, in accusandi casu, quemadmodum et ipsum *κέρδος*, a Graecis collocari.

IX. Septimo, *γνώμην ποιήσασθαι*, idem est quod *γιγνώσκειν*, *statuere*, ac fere cum infinitivo iungitur: ut apud Thucyd. *Γνώμην ἐποιοῦντο κηρύγμασι χρήσασθαι ἐπιτηδείοις*, id est, *Opportunis praeconiis uti statuebant.* [5].

bium *ποῤῥωτάτω* construit Isocr. in Nicocl. pag. 66, in extremo: *Βουλόμενος ἅμα μὲν ἘΜΑΥΤΌΝ ὡς ΠΟῤῬΩΤΆΤΩ ΠΟΙΗ͂ΣΑΙ ΤΩ͂Ν ΤΟΙΟΥ'ΤΩΝ ὙΠΟΨΙΩ͂Ν.* Verbatim: *volens me facere quam longissime a talibus suspicionibus.* Significat, *se huiusmodi suspiciones velle a se quam remotissimas.* [It. Appian. Bell. Parth. p. 267 *συνεβούλευε, ποῤῥωτάτω τοῦ νεανίσκου ποιεῖν ἑαυτόν. Auctor erat, ut quam longissime ab adolescente sese subduceret.* Z.]

3 Vt pateat, praepositionem *πρὸς* hic non referendam esse ad *τὸ πέμπει*, sciendum est, hoc verbum revera apud Athenaeum non sequi: videtur hunc locum, ut et alios plures, hausisse Auctor ex Budaeo, apud quem p. 62 totidem verbis citatur. Locus est lib. VIII, c. 16. Verba sunt: *Πίστεις πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, θηρεύσας ἰχθύδια ἐκ τῆς κρήνης, καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὑδρεῖον, ἔδωκε τῷ Λάρκᾳ.* Locus Polybii est p. m. 404, in fine.

4. Belgae, *Winst doen.*

5. Locus Thucydidis extat lib. II, cap. 2. Conferatur Pausaniae epistola apud eundem, lib. I, cap. 128 *ΓΝΩ'ΜΗΝ ΠΟΙΟΥ͂ΜΑΙ θυγατέρα τὴν σὴν ΓΗ͂ΜΑΙ*, *Animum induco, filiam tuam ducere uxorem.* At, non sequente infinitivo, diversam ab hac significationem; *putandi* scilicet, *iudicandi* etc. obtinet. Arrian. de Exp. Alexandri, lib. IV, cap. 27 *Ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει, ΓΝΩ'ΜΗΝ ΠΟΙΗΣΑ'ΜΕΝΟΣ, ὅτι μαθόντες τῶν Ἀσσακηνῶν ἅλωσιν ἐνδώσουσι σφᾶς αὐτοὺς, Hinc Coenum Bazira mittit, ratus, illos, cognita Assacenorum expugnatione, se*

X. Octavo, χάριν ποιεῖσθαι, id est, μετ' εὐχαριστίας ἀποδέχεσθαι idem prope, quod χάριν εἰδέναι. Cui oppo-

ipsos dedituros. Sed haec et similia, quorum maxima hic turba cumulari potest, una regula recte quis comprehendat hoc modo: verbum ποιεῖσθαι cum multis substantivorum accusativis constructum, una voce Latine redditur, atque idem notat, quod substantivum, si in verbum mutetur. E. g. Ποιεῖσθαι καταστροφήν, pro καταστρέφειν, *Evertere.* Vi porro istius substantivi res ea, quae v. c. dicitur *everti*, pro quarto secundum casum obtinet. Sic apud Herodot. Erat. cap. 27 *Καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων ἐποιήσατο*, *Facile eorum subactionem fecit.* Latinius, *subegit.* Habet autem semper activam significationem, non tamen semper transitivam. Dixeris enim φυγὴν ποιεῖσθαι pro φεύγειν, *Fugere*, non indignante Graecia. v. Thucyd. lib. III, cap. 33 *Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος, καὶ ΦΥΓΗ'Ν 'ΕΠΟΙΕΓΤΟ*, *Celeriter, relicta Ephesо, navigavit Alcidas, et dedit se in fugam.* Et cum genitivo, *Τῆς πατρίδος φυγὴν ποιεῖσθαι*, *In exilium abire.* [Imo potius hoc in loco significat, *exilium decernere*, sive, *exilii poenam in facinus aliquod constituere.* Z.] v. Lysiam ἐν τῇ πρὸς Σίμωνα ἀπολογίᾳ, p. 39. Hic quoque non raro graecissant Latini. Nam *facerent fugam* dixit Terentius in Eun. IV, 7, 17. Et Caes. B. G. I, 20, 1 *Prima vespera secessionem faciunt.* Ita Corn. Nep. in Vit. Thrasyb. c. 3. *Caedem facere eorum vellent:* Gr. *Φόνον ποιεῖσθαι ἐκείνων ἐβούλοντο.* Similiter Cicero in Orat. III in Cat. cap. 4 *Caedemque infinitam civium fecissent;* et Sallust. B. C. cap. 11 *Nihil reliqui victis fecere.* Pro *Nihil reliquere.* Cum autem dicimus, pro Accusativo Genitivum addi personae patientis, non est, quod quis obiiciat Thucydidis locum, lib. VIII, cap. 62, ubi ποιεῖσθαι ἁρπαγὴν σκεύη καὶ ἀνδράποδα, in quarto casu. Ideo enim non licet dicere, φόνον ποιεῖσθαι τοὺς ἐχθρούς, ζήτησιν ποιεῖσθαι τὰς ναῦς. [Recte. Quare locus ille Plat. in Phaed. cap. 47. extr. merito corruptus esse videtur viris doctis: ubi est, Τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας ζήτησιν, ἣν πεπραγμάτευμαι, βούλει σοι, ἔφη, ἐπίδειξιν ποιήσωμαι; § 194. b. Nolo hic repetere, quae copiosius de hoc loco disputavi in Animadverss. ad Anacr. et Platon. pag. 132. Z.] Perinde enim est, ac si nos dicamus: *De vaten en slaven tot buit maken.* Quomodo et τὰ χρήματα λείαν ποιεῖσθαι, i. e. *Pecuniam in praedam vertere*, dixit Plutarchus in Caes. pag. 708. Confer eundem pag. 715, lin. 32 *Τοὺς ἄλλους ἐποιοῦντο λείαν*, *Alios praedae addicebant.* Nec plane absimile est illud Heliodori lib. Aethiop. IX, cap. 2, ubi Hydaspes Syenen aggressus, quam primo impetu se capturum putabat, cum experiebatur strenuam oppidanorum defensionem, dicitur ὀργὴν τὸ πρᾶγμα ποιήσασθαι, verbatim, *iram rem fecisse*, h. e. *rem*, puta *obsidionem*, *in iram vertisse*, sive repudiato consuetae oppugnationis consilio, in iram exarsisse, nova scilicet expugnandi ratione inventa. Quae structura ab illo idiomate longe est diversa. Rarum est in hoc genere illud Theophrasti in Garrulo: *Εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ*, *Si Iupiter fecerit aquam*, i. e.

nitur ὀργὴν ποιεῖσθαι, id est, δι' ὀργῆς ἄγειν, vel ἔχειν. Demosth. Oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας [6], utrumque coniungit: Καὶ χάριν, inquit ille, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, καὶ τοὐναντίον ὀργὴν, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, πεποιῆσθαι, id est, *Eique gratiam habere, si ea dignus erit: contra vero succensere, si quid eiusmodi perpetrarit*, supp. *cui debeatur iracundia.*

XI. Nono, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, vel ἐφ' ἑαυτῷ, id est, *in potestatem redigere*, v. c. τὴν πόλιν, τὴν χώραν, τὸν ἄν-

pluerit. Conf. Aristoph. in Vesp. vs. 261, 263

Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον
Ὕ Δ Ω Ρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν Π Ο Ι Ή Σ Α Ι·
Ἔπεισι γοῦν τοῖσιν λύχνοις οὑτοιῒ μύκητες·
Φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τουτὶ, Π Ο Ι Ε Ι͂ Ν Ὑ Ε Τ Ό Ν μάλιστα.

Fieri aliter non potest, quin per quatriduum plurimum imbrem immittat deus, nam lucernas fungi obsident; hoc quum fit, solet uberrima cadere pluvia. Etiam illud Platonis in Phaedone: Ποιεῖν μουσικὴν, *Facere musicam*, i. e. *exercere, componere carmen.* Plane ut Phaedrus:

MEDICINAM ignoto FACERE coepisset loco.

Et *Pecuariam facere* legimus apud Suet. in Caes. cap. 42. Et *argentariam fecit* apud Cic. pro Caecin. cap. 4.

Eodem modo cum Adiectivis ποιέω active construitur. Demosthen. de Foed. Al. pag. 88, prop. fin. Ἐ Κ Σ Π Ό Ν Δ Ο Υ Σ Α Ὑ Τ Ο Ὺ Σ Π Ο Ι Ή Σ Α Ν Τ Ε Σ συμβουλευώμεθα, πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς etc. *Foedere illos excludamus, et deliberemus, quomodo tractandi sint*, etc. Vbi ἐκσπόνδους αὐτοὺς ποιήσαντες redditur Latine potius per Verbum, sequente Coniunctione *Et*, quam per Participium. Rationem vide infra Cap. VI, Sect. 1, Reg. 14. Consentit Aristid. pro Quatuorv. pag. 36 Λακεδαιμονίων ἐθελόντων Ἐ Κ Σ Π Ό Ν Δ Ο Υ Σ Τ Ὰ Σ Π Ό Λ Ε Ι Σ Π Ο Ι Ε Ι͂ Ν, *Lacedaemoniis volentibus civitates foedere excludere.* Similiter Plat. ep. 2, init. Δ Ί Ω Ν Α δὲ μόνον Ἐ Ξ Α Ί Ρ Ε Τ Ο Ν Π Ο Ι Η͂Ι, *Dionem autem solum excipis.* Confer Dinarch. pag. 102, lin. 16. Et Eu. Ioann. cap. XVI, 2 Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς, *E synagogis vos eiicient.* Item Act. Apost. VII, 19 Ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη, *Exponere infantes.* Huc pertinet id, quod Auctor mox monebit, Reg. 15. Atque hoc in idiotismo plurimum graecissant Latini. Ita Horat. lib. I, Sat. 4, vs. 39

— *Eripias si*
Tempora certa, modosque, et, quod prius ordine verbum,
POSTERIVS FACIAS. —

i. e. *Postponas.*

Adde Ovid. lib. V Met. vs. 480

— *Vitiataque semina fecit.*
— Μεμιασμένα σπέρματ' ἐποίει.

Similiter apud Comicum Heaut. II, 3, 100

— *Ademtum tibi iam faxo omnem metum.*

Huiusmodi sunt: *Me missum face, Missa isthaec face*, eidem familiaria.

6 Pag. 212, lin. 25.

δρα.[7] At ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, idem est quod ἀναδέχεσθαι, *in sese recipere.* Demosth. Πάντα ἀναδεχόμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα, *Cuncta illorum peccata in sese recipiens.*

XII. Decimo, ἐκποδὼν, vel ἀπο τῆς ὄψεως ποιεῖσθαί τινα, id est, *Aliquem nostro conspectu summovere, expellere.*[8] Χωρὶς ποιεῖσθαι τοῦ κινδύνου, *Periculo liberare.* Ἀρχὴν ἐπί τινι ποιεῖσθαι, *Imperium in aliquem transferre.* Plutarchus in Theseo: Ἀλλ' ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, *Qui in spurium quendam alienumque filium imperium translulit.*

XIII. Vndecimo, ἔργον ποιεῖσθαι[9], verbatim *opus facere,* id est, *aliquid studiose conari, se mettre en grand devoir.* Plutarch. in Theseo: Τότε πρῶτον (supp. λέγουσι τὸν Θησέα) ὄψει γνωρίσαι τὸν Ἡρακλέα, ποιησάμενον ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ περὶ Τραχῖνα, *Tum primum aiunt Theseum de vultu Herculem novisse, cum iam eum circa Trachinem convenire studiose conatus esset.* Plato in Timaeo: Τίμαιον περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστ' ἔργον πεποιημένον, id est,

7 Rarius Praepositio ἐπὶ a Pronomine reciproco aufertur et additur sequenti substantivo cum Accusativo. Herodian. lib. I, cap. 9 Ποιησάμενος ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, *Quum sibi vindicaverat auctoritatem.* Qualemcunque tamen differentiam vide Cap. IX, Sect. 4, Reg. 20.

8 Vel *de medio tollere.* Ἡγούμενος οὐ δυνήσεσθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἘΚΠΟΔΩ͂Ν ΠΟΙΗ'ΣΕΙΕΝ, *Arbitrans se imperium obtinere non posse, nisi et hunc e medio sustulisset,* Isocr. in Euag. Confer Cap. IX, Sect. 4, Reg. 5.

9 Confer Bud. pag. 146. Vel, omisso substantivo ἔργον, pro eodem dixerunt πᾶν ποιεῖν. Plat. in Phaedro p. 252, lin. 44 ΠΑ͂Ν ΠΟΙΟΥ͂ΣΙΝ, ὅπως τοιοῦτος ἔσται. *Omne faciunt, i. e. omni studio id agunt, ut talis evadat.* Nec nostrum illud est absimile: *zy doen alles, om hem zo te krygen.* Vel pluraliter πάντα. Idem, lib. VI, de Rep. pag. 488 ΠΑ'ΝΤΑ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΑΣ, ὅπως ἂν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψοι, *Omnia facientes, sive, Omnem lapidem moventes, ut sibi gubernaculum committat.* Ex Latinis imitatur Ovid. lib. Met. IX, vs. 540.

> — *OMNIA FECI,*
> *(Sunt mihi Dii testes) ut tandem sanior essem.*

Confer. Cic. epist. ad Fam. lib. XVI, ep. 9 *Scio te OMNIA FACTVRVM, ut nobiscum quamprimum sis.* Obtinet eadem loquendi ratio, ubi interrogative profertur per *quid,* ut apud Virg. Ecl. II, vs. 35

> *Haec eadem ut sciret, QVID non FACIEBAT Amyntas?*

At Graeci idem aliquando per participium efferunt: v. g. ΠΑ͂Ν ΠΟΙΩ͂Ν ἀποφεύγει τὸν θάνατον· pro πᾶν ποιεῖ, ὅπως ἀποφεύγοι, *Mortem, qua licet arte, evitat.*

Timaeum, qui proprio ac singulari studio universi naturam nosse conatus erat. Gall. *Qui avoit pris à tâche.*

XIV. Duodecimo, ποιεῖσθαι, idem est, quod Latine, *interpretari*, id est, *existimare* dicitur; quo sensu cum duobus accusat. fere coniungitur. Gregorius Nazianzen. de invictissimo quodam Martyre, Πομπὴν, inquit, ἀλλ' οὐ συμφορὰν τὸ πρᾶγμα ποιούμενος, id est, *Rem eam non calamitatem, sed honorificam pompam interpretatus.* Plutarch. Pomp. Ὥςτε καὶ Πομπήϊον εὐτύχημα ποιεῖσθαι μέγα τὸν τοῦ πολιτεύματος καιρὸν, i. e. *Ita ut Pompeius etiam rei gerendae occasionem summae felicitatis loco duceret.* Sic, Τὴν τῶν πολεμίων ἀκαιρίαν εὐκαιρίαν ποιεῖσθαι τὴν ἡμετέραν, id est, *Tempus hostibus importunum, opportunitatem nostram interpretari.* [10]

XV. Decimo tertio, ἐξώλη καὶ προώλη ποιεῖν, *funditus aliquem perdere.* Demosthen. pro Coron. extrem. versib. Τούτους ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ ποιήσαιτε, *Eos funditus terra marique profligetis.* Ἐξώλης ab ἐξόλλυμι, ut προώλης a προόλλυμι. Dicunt etiam ἐξώλης ἀπολοίμην, *funditus inteream.*

XVI. Decimo quarto, ποιῆσαί τινι τὸν λόγον, id est, *Alicui orationis argumentum dare*, vel *aliquem ad dicendum excitare.* Aristid. Panathen. Οὐ μὴν ἀλλ' αὐτό τε τοῦτό ἐστι καὶ τὸ μόνον πεποιηκός μοι τὸν λόγον, *Enimvero illud ipsum est, adeoque solum, quod me ad hoc orationis genus excitavit.* [11]

10 Huic affinis est significatio *prae se ferendi*, sive, *sibi vindicandi.* Ita Plat. Theag. pag. 128, lin. 17 Τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὁντινοῦν ΠΟΙΟΥΜΑΙ δεινὸς εἶναι, *Huius vero disciplinae prae unoquoque me esse peritum prae me fero.* Et in Hippia minore, pag. 372, lin. 27 Οὐ γάρ πώποτ' ἔξαρνος ἐγενόμην μαθών τι, ἐμαυτοῦ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ τὸ μάθημα εἶναι ὡς εὕρημα, *Non enim unquam inficiatus sum, me aliquid didicisse, id, quod didiceram, mihi vindicans, ac si esset inventum meum.* Vbi ποιεῖσθαι pro περιποιεῖσθαι.

11 At ποιεῖσθαι λόγον, sequente genitivo, duo praecipue notat, quae ex diversa τοῦ λόγου significatione nascuntur: quatenus enim deliberationem notat (ut patuit Cap. III, Sect. 6, Reg. 3.) haec locutio commode redditur, *diligenti cogitatione perpendere*; ut apud Philostr. de vita Apollon. lib. V, cap. 35 Ἀνδρὶ μὲν οὖν φιλοσόφῳ τὸ ἐπὶ νοῦν ἐλθὸν εἰρήσεται, ΠΟΙΗΣΕΤΑΙ δὲ, οἶμαι, ΛΟΓΟΝ ΤΟΥ μή τι ἀνοήτως ἢ μανικῶς εἰπεῖν, *Philosopho sane, quidquid in mentem venit, licebit dicere: diligenti autem (credo) cogitatione perpendet, ne*

[Adde αἷμα ποιεῖν, vel πράττειν, vel δρᾷν, h. e. *occidere*. V. g. Polyb. XV, 31 *Τοῦ δὲ ποιεῖν αἷμα καὶ φόνους ἐγένετό τις ἐκ ταυτομάτου καταρχὴ τοιαύτη*, *Sanguinis fundendi caedisque patrandae casu huiuscemodi extitit initium.* Eurip. Orest. 406 *Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον.*

quid stulte, et rationi dissentaneum proferat. Quatenus autem aestimationem notat (ut ostensum est ibid. Reg. 7.) significat, *in pretio habere:* ut apud eundem in Heroicis, cap. 11 *Φησὶ γάρ, κἀκείνους πολὺν ΠΕΠΟΙΗ͂ΣΘΑΙ ΛΟ͂ΓΟΝ ἈΡΕΤΗ͂Σ*, *Nam ait, illos virtutem magno in pretio habuisse.* Caeterum, quod in hoc verbo observatione dignum visum est, coronidis loco addam. Habent Graeci, Latini, aliique hoc commune, quod verbum *Faciendi* cum pronomine relativo constructum implicite significat id, quod praecedens verbum, ad quod refertur, denotavit. E. g. *Descripsit res gestas Achillis Homerus, quod ni fecisset*, i. e. *ni eius facta memoriae prodidisset, eius nomen etiam oblivione obrutum fuisset.* In hac tamen occasione id sibi peculiare vindicant Graeci, ut articulus subiunctivus retineat aliquando genus substantivi, quod in praecedenti membro invenitur. Isocr. in Panegyr. *Ἧς (δυνάμεως) ἡμεῖς ὁπόταν κρείττω διαβιβάσωμεν (ἣν βουληθέντες ῥαδίως ἂν ποιήσαιμεν) ἀσφαλῶς ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καρπωσώμεθα*, *Quibus si nos robustiores copias traiecerimus (quod, velimus modo, facile facere possemus) secure tota Asia potiremur.* Vbi, ἣν ποιήσαιμεν, pro ὃ ἂν ποιήσαιμεν. H. § 194. b.

Vulgo ποιεῖν et πράττειν cum accusativo personae coniungitur, uti supra est demonstratum: v. c. *ποιεῖν τινὰ κακῶς*, *male facere alicui.* Verum non est quod dubitemus, recte quoque dativo personae iungi posse. V. g. Dinarch. adv. Demosth. pag. 13 *ὁ μεγάλα ΤΗ͂ι ΠΟ͂ΛΕΙ ἀγαθὰ ποιήσας.* Lys. adv. Eratosth. pag. 417 *Πολλοῖς τεκμηρίοις παραστήσω τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτῶν γινομένας, ὁπότεροί ΜΟΙ ταῦτα πράξουσι*, *Multis argumentis docebo mutuas inter se simultates, non vestra sed sua ipsorum causa susceptas, utri mihi haec sint facturi.* Demosth. pro Phan. pag. 855 *Τί ΣΟΙ ποιήσουσιν οἱ μάρτυρες;* sc. *κακόν.* Id. ad Phaenipp. pag. 1045 *Οὐδὲν πώποτε ΤΟΥ͂ΤΟΙΣΙ πεποίηκας.* scil. *προςφιλές.* Lys. adv. Agorat. pag. 472 *Οὓς σύ, βουλομένους ἀγαθόν τι πρᾶξαι ΤΗ͂ι ΠΟ͂ΛΕΙ, ἀπέκτεινας.* Luc. Act. Apost. IX, 13 *Ὅσα κακὰ ἐποίησε ΤΟΙ͂Σ ἉΓΙΟΙΣ σου.* Ibid. XVI, 28 *Μηδὲν πράξῃς ΣΕΑΥΤΩ͂ι κακόν.* Isocrat. de Bigis sub fin. *Τισίας μὲν μηδὲν ἀγαθὸν ποιήσας ΤΗ͂ι ΠΟ͂ΛΕΙ.* Xenophon. Hellen. IV, pag. 540 *Ἐνόμισε καταπρᾶξαι ἄν τι ΤΗ͂ι ΠΟ͂ΛΕΙ ἀγαθόν.* Isae. pro Nicostr. pag. 78 *Ὃς ΤΩ͂ι ΤΕΘΝΕΩ͂ΤΙ μηδὲν τῶν νομιζομένων ποιήσας.* Aelian. Hist. Anim. I, 58 *Καίτοι ῥαδίως ΑΥ͂ΤΗ͂ι τοῦτο δράσαντες.* Ambitiosi in his exemplis cumulandis fuimus propterea, quod animum inducere non poteramus, ut crederemus cum Wolfio et Reiskio, loca omnia, in quibus eiusmodi occurrat constructio, esse culpa librariorum depravata. Z.

Idem ibid. 1140 *Κακῆς γυναικὸς οὕνεχ' αἷμ' ἐπράξαμεν.* Confer Cuper. Observatt. III, 19.

Quemadmodum *πάσχειν* interdum ponitur pro *ποιεῖν*, ita contra *ποιεῖν* videtur significare *πάσχειν*. V. c. Polyb. XI, 2 *ποιεῖν ἧτταν* pro *vinci: Τοιγαροῦν οἱ πλεῖστοι διὰ τὴν αὑτῶν ἀμέλειαν καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀβουλίαν αἰσχρῶς μὲν ἐποίησαν τὰς ἥττας.* Z.] § 195.

XVII. *Πράττειν*, primo verti potest, *dare operam, satagere, diligenter exquirere.* Thucyd. lib. IV [12] *Ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται*, id est, *Diligenter ac studiose videbat, qua ratione cum aliis celerrime conveniret, ab aliis dissideret.* Hic enim futurum indicat. pro optat. vel subiunct. *ξυμβήσεται*, pro *ξυμβήσοιτ' ἄν*, vel *ἂν ξυμβήσηται*, et *ἀπαλλάξεται*, pro *ἀπαλλάξοιτ' ἄν*, vel *ἂν ἀπαλλάξηται*, usurpavit. De quo iam sup. Sect. II, Reg. 5. [13]

XVIII. Secundo, *occulte moliri, practiquer*, cum accusativo. Demosthen. Philipp. I *Μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν τῶν Θηβαίων κατάλυσιν, Philippum aiunt una cum Lacedaemoniis Thebanorum eversionem moliri.* [It. Andocid. pag. 92 *Πράττοντές τινες δήμου κατάλυσιν ἐλήφθησαν, Quorundam molitio et conatus formae democraticae evertendae deprehensus est.* Z.] Affine illud Plutarchi in Cicerone, sed in bonam partem, *Πράττειν κάθοδον τῷ Κικέρωνι, Ciceroni reditum moliri*, id est, *id agere, ut redeat.* *

XIX. Tertio, *πράττειν τι παρά τινος*, est *aliquid ab aliquo impetrare*, vel *conari impetrare.* Isocr. ad Nicoclem: *Πράττειν παρὰ τῶν Θεῶν ἀγαθόν, Boni aliquid a Diis im-*

12 Cap. 128, in fine.

13 Vel sequente *ὅπως*. Thucyd. lib. I, cap. 56 *Τῶν γὰρ Κορινθίων ΠΡΑΣΣΟΝΤΩΝ, ὍΠΩΣ τιμωρήσωνται αὐτούς*, et quae sequuntur. *Corinthiis enim id agentibus, quomodo eos ulciscerentur* etc. Hoc modo Attice construitur cum praepositione *εἰς*, quod eidem frequens est. In promtu est apud eum exemplum lib. I, cap. 65 *ἘΣ ΤΕ Πελοπόννησον ἜΠΡΑΣΣΕΝ, ὅπῃ ὠφέλειά τις γενήσεται.* Oratio haec elliptica ita suppleri potest: *Ἐς τε Πελοπόννησον ἄνδρας πέμψας ἔπρ.* etc. *Et in Peloponnesum misit, qui id agerent, ut auxilium quoddam mitteretur.* H.

* Hinc *πράττειν τὴν πόλιν τινὶ* est *urbem alicui prodere.* Polyb. IV, 17 *Τούτοις ἔπραττον τὴν πόλιν.* Conf. lib. XIII, 2. Z. § 196.

petrare.[14] [Hinc apud Xenoph. πρακτικὸς παρὰ θεῶν dicitur. Z.]

Quarto, *πράττειν τι πρός τινα*, est *aliquem certa de re convenire*, vel *agere cum illo de tali re*, vel *transigere.* Thucydid. *Πράξαντες πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως*, *Qui cum illo de capienda urbe egissent, transegissent.*[15] Quod etiam, rarius licet, dicitur, *πράττειν ἔς τινα.* Saepe autem, *πράττειν πρός τινα περί τινος*, ut *πολέμου, εἰρήνης*, et similibus.

XX. Quinto, *πράττεσθαι* et *εἰςπράττεσθαι*, cum duobus accusativis, uno rei, altero personae, est, *exigere aliquid ab aliquo.* Demosthen. in Leptin. *Πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας τριακοστὴν*, id est, *Ab iis, qui suis ex provinciis frumentum exportent, trigesimam exigit*, supple *partem.*[16]

14 Nos satis feliciter: *Hy kan veel by hem doen; dat is, te weg brengen.*

15 Verba Thucydidis exstant lib. IV, cap. 114. Caeterum observetur et frequens huius verbi usus, in primis apud Demosthenem: *τὰ κοινὰ πράττειν*, pro, *Fungi magistratu*, vel *Administrare Remp.* vid. epist. 3, p. 116, lin. 5 *Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλεύοντα καὶ ΤΑ΄ ΚΟΙΝΑ΄ ΠΡΑ΄ΤΤΟΝΤΑ ἀδύνατον*, *Fieri enim non potest, ut vir consiliarius et remp. administrans omnibus placeat.* [Hinc *οἱ πράττοντες τότε τὰ πράγματα*, apud Lys. p. 483. sunt *Principes reip. qui tum erant.* Z.] Ad haec absolute ponitur pro *rem ex voto conficere*, cui opponitur *ἀπρακτεῖν.* Homer. Odyss. *Γ*, vs. 60

Δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ ΠΡΗ΄ΞΑΝΤΑ νέεσθαι,
Da insuper Telemachum et me, re ex voto confecta, redire.

Denique *εὖ πράττειν*, *Feliciter vivere.* *Κακῶς πράττειν*, *Male multari.* Exemplis plena omnia. Et *πράττειν ὑπέρ τινος*, *Stare a partibus alicuius*, apud Dinarchum contra Demosthenem. Cuius contrarium est *ἀντιπράττειν.* [In hoc sensu *πράττειν* quoque dativo iungitur. E. g. Demosth. Phil. III, pag. 126 *Φιλιστείδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ*, *Philistides a partibus Philippi stabat.* Item cum praepositione *μετά.* Vt Isaei Orat. de Sort. p. 96 *Μεθ' ἡμῶν πάλιν ἔπραττεν*, *Iterum nobis favere coepit.* Z.]

16 At *πράττεσθαί τινα χρήματα* est *Pecunia aliquem multare.* Thucydidi lib. IV, cap. 65 *Ἐλθόντας δὲ τοὺς στρατηγοὺς οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν φυγῇ ἐζημίωσαν, Πυθόδωρον καὶ Σοφοκλέα· τὸν δὲ τρίτον Εὐρυμέδοντα ΧΡΗ΄ΜΑΤΑ ΈΠΡΑ΄ΞΑΝΤΟ*, *Reversos domum duces populus Atheniensis multavit, Pythodorum et Sophoclem exilio, at tertium Eurymedonta pecunia.* De usu verbi *πράττω* plura vide apud Budaeum pag. 162. H.

Verum nonnunquam *πράττεσθαι* cum praepositione *παρὰ* construitur. Vt Aelian. V. H. XIV, 35 *Πολὺ ἐπράττετο, καὶ ἔτι μᾶλλον*

XXI. Sexto, διαπέπρακται, absolute pro *actum est*, praecedente nominativo casu. Plutarch. in Fabio, Διανοηθεὶς (Annibal) ὡς πάσῃ τέχνῃ καὶ βίᾳ κινητέος ἐστὶν εἰς μάχην ὁ ἀνὴρ, ἢ διαπέπρακται τὰ Καρχηδονίων, *Statuens omni arte ac vi pertrahendum in certamen Fabium, aut de rebus Carthaginiensium actum esse.* Gallice, *Ou autrement, que les affaires des Carthaginois étoient faites*, vel, *que c' étoit fait des affaires des Carthaginois.*

XXII. Verbum προςποιεῖσθαι, id est, *simulare*, ἐλλειπτικῶς nonnunquam usurpatur; ita ut, quod subauditur, ex antecedentibus intelligi debeat. Demosthen. pro Corona: Ὅρα, μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ᾖς, ἐμοὶ δὲ προςποιῇ, (supple, ἐχθρὸς εἶναι) id est, *Vide tu, ne horum vere sis inimicus, dum mihi te inimicum esse fingis.*

Idem ibidem adversus Aeschinem, qui liberalibus doctrinis imparatus cum esset, eruditi nomen et famam ambiebat: Τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν, ὥςπέρ σοι, [Legitur ὥςπερ σύ, et recte. P. 270, 4. ed. Reisk. verte, *cuiusmodi tu es. Herm.*] προςποιουμένοις δὲ ὑπ' ἀναισθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι, περίεστιν, id est, *Derelictis autem*, (id est, *ab omni doctrina imparatis,*) *cuiusmodi es, qui tamen ea instructi prae stupore videri volunt, unum hoc superest, ut auditoribus suis, dum ita loquuntur, molesti sint, non tales esse videantur.*

παρὰ τῶν ξένων. Deinde ipsum activum πράττειν eodem occurrit subinde sensu. E. g. Luc. Euang. XIX, 23 *Διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἜΠΡΑΞΑ αὐτό;* Lucian. in Vit. Auct. *Φέρ' ἴδω τί καὶ ΠΡΆΞΕΙΣ με ὑπὲρ αὐτοῦ*, *Age videam, quid pretii a me pro eo exigas.* Demosth. adv. Androt. p. 617 *Διπλᾶς ΠΡΆΤΤΟΝΤΕΣ τὰς εἰςφοράς.* Eodem sensu apud Cicer. Verr. II, 6, 52. 53. dicitur *pecuniam facere.* Hinc πρηκτῆρες apud Homerum sunt *mercatores, negotiatores:* v. c. Odyss. θ', 162 *Ἀρχὸς ναυτάων, οἵτε πρηκτῆρες ἔασιν.* Conf. Spanhem. ad Callim. p. 31. Caeterum πράττειν nonnunquam, uti δρᾷν et ῥέζειν, habet vim *sacrificandi.* Vid. Cuper. Observatt. III, 13. Z.

SECTIO XI.

De Verbis συγκροτεῖν, συῤῥηγνύναι, συμφρονεῖν, τιθέναι, τίθεσθαι, τυγχάνειν.

REGVLA I.

Συγκροτέω, quod proprie est *complodo*, usus aliquot notandos habet. Primo, *quaecunque in unum coeunt, ac veluti compinguntur, atque conflantur*, συγκροτεῖσθαι *dici possunt*. Ita literae plures syllabam in unam coeuntes συγκροτοῦνται. Ita *consensus*, quem Tullius vocat *conspirantem* atque *conflatum*, συμπνέουσα καὶ συγκεκροτημένη ὁμόνοια dici possit. Ita δύναμιν, aut στρατείαν συγκροτεῖν, *exercitum conflare*. Ita συνωμοσίαν συγκροτεῖν, *conspirationem conflare*.

II. Secundo, qui *comparantur*, *instruuntur*, et in aliquo diligenter *exercentur*, συγκροτεῖσθαι quoque dicuntur. Ita συγκροτεῖν τὸν πόλεμον, *bellum instruere*, *aut conflare*; συῤῥηγνύναι vero *committere* est. Hoc sensu dictum est a Demosthen. II Olynth. Δόξαν ἔχουσιν, ὥς εἰσι θαυμαστοὶ, καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. *Vulgo habentur egregii quidam milites, atque in re bellica plurimum exercitati.*

Sic, τὸν πότον συγκροτῆσαι, *egregie convivium instruere, simulque ad hilariter bibendum invitare.* Quod postremum saepius dicitur, πότον συῤῥηγνύναι.

Huc pertinet illud Philonis, de vita Mosis [17], Συνεκρότουν ἄλλος ἄλλον, μὴ ἀποκάμνειν, id est, *Sese mutuo, ne deficerent, coniunctis vocibus excitabant.* *

17 Pag. 496, lin. 48.

* Oeconomia verbi συγκροτεῖν haec mihi esse videtur. Proprie dicitur in fabris, qui malleo ferrum aliaque *metalla vel ducunt, vel coagmentant.* Etenim Scholiastes Theocriti ad illud, ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες, h. e. *versuti homines et vafri*, Idyll. XV, 49, Ἡ δὲ μεταφορὰ, inquit, ἀπὸ τῶν κεκεντρωμένων χαλκῶν. Hinc factum est, ut idem verbum transferretur omnino ad res, quae *coguntur in unum, coalescunt, congregantur, et in ordinem quendam rediguntur.* Quare Demosth. adv. Mid. pag. 250 συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν τὸν χορὸν, est *chorum colligere et docere.* Et in argum. ad eand. orat. p. 512 συγκροτεῖν et λαμβάνειν, ut idem valentia, copulantur, quibus opponitur *spernere aliud, aliud probare.* Similiter Ioseph. Bell. Iud. IV, 3, 12. copiae alicuius dicuntur inferiores fuisse non quidem numero,

III. *Συμφρονεῖν*, ut obiter supra monui, cum universe significat, *aliquid secum animo reputare*, aut etiam, *ratiocinando percipere:* tum vero peculiariter est, ex certo rerum ac περιστάσεων concursu, *de vera oraculi sententia probabilem ducere coniecturam, cum ante incertus omnino dubiusque penderes.* Vide sup. Cap. III, Sect. 6, Reg. 3, et Sect. 7, Reg. 11 huius capitis.

Plutarch. in Themistocl. Ὡς κελευσθεὶς (Dodonaeo quodam oraculo) πρὸς τὸν ὁμώνυμον τοῦ Θεοῦ βαδίζειν, συμφρονήσειε πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπεσθαι, id est, *Quomodo, iussus cum esset, ad aliquam Deo Cognominem proficisci, re tandem expensa intellexerit, se ad illum mitti.*

Dicebant etiam συμβαλεῖν, et συμβάλλεσθαι τὸ λόγιον, vel τὸ μάντευμα, *oraculi mentem coniicere, vel percipere.* Pausanias in Messenic. Οἱ μάντεις ἀπείρως εἶχον συμβάλλεσθαι τὸ εἰρημένον, *Vates oraculi mentem assequi non poterant.* Vide Reg. 16.

IV. De verbis τιθέναι, et τίθεσθαι, notanda sequentia. Primo, τίθεσθαι cum dativo casu idem est, quod προςτίθεσθαι, vel κατατίθεσθαι, vel συγκατατίθεσθαι, id est, *assentiri.* Chrysostom. ad Thessalonic. II Οἱ μὲν τοῦ πνεύματος τὴν χάριν φασὶν, οἱ δὲ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, οἷς ἔγωγε μάλιστα τίθεμαι, id est, *Alii Spiritus gratiam esse volunt, alii Romanum imperium, quibus ego maxime assentior.*

Eodem sensu accipi videtur τὸ κατακοσμεῖσθαι, cum praepositione, quod proprie *componi ornari*que significat. Plutarch. in Fabio pag. 191 Οἱ δ' ἄλλοι προςετίθεντο, καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην, ὑπὸ μεγέθους αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, id est, *Caeteri vero, summa eius aucto-*

at ὅπλοις καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι, h. e. *armorum praestantia, et eo, quod non in ordines erant redactae, et instructae.* Ib. Arch. XIII, 13, 3 occurrit συγκροτεῖν στρατιωτικὸν, *milites cogere, conscribere.* Deinde quoniam metalla, quae *ita tractantur, fiunt duriora et robustiora:* significat *ita exercere aliquem, ut fiat melior et aptior et fortior.* Sic Polyb. I, 16 dicuntur συγκεκροτημένα πληρώματα. Aliquot eiusmodi exempla laudat ex Luciano Dorvillius ad Charit. pag. 86. Tum quia duo ferra illa a fabris quasi colliduntur: translatum est ad eos, qui *manus complodunt probandi gratia.* V. c. Xenoph. Symp. VIII, 1 Ὁ μὲν δὴ Συρακόσιος ἐξελθὼν συνεκροτεῖτο. Atque cum plausus habeat vim excitandi: interdum quoque, ut in loco Philonis a Vigero laudato, significat *excitare, adhortari* etc. Z.

ritate potentiaque compulsi, ad eius sese voluntatem adiungebant.

V. Secundo, τίθεσθαι cum accusativo, [et adverbio modum ac rationem indicante, *Herm.*] est *moderari ac regere*, μεταχειρίζεσθαι, vel διατίθεσθαι. Xenophon Memorab. I Οἴεσθαι χρὴ τὴν φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι, id est, *Existimandum est, prudentiam universa, prout ipsi libuerit, moderari.* Hinc αὐτεξουσίως, vel αὐτοκρατορικῶς τὸν πόλεμον τίθεσθαι, id est, *summa cum potestate bellum administrare.* § 197.

VI. Tertio, τιθέναι, vel τίθεσθαι, apud Dialecticos, idem fere est, quod λαμβάνειν, *sumere*, vel ὑποτίθεσθαι, quod barbari *supponere* dicunt, Tullius vero *ponere*, id est, quasi *pro confesso sumere.* Sed τιθέναι fere adiunctum habet εἶναι, quod τίθεσθαι respuit: ut οἱ τὸ κενὸν εἶναι τιθέντες, vel οἱ τὸ κενὸν τιθέμενοι, *qui vacuum esse volunt.*

Quarto, τίθεσθαι τὸν ἀγῶνα, *certamen instituere*, vel *edere.* Gregorius de Martyre, Οὐ περὶ τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τοῦ εὐσεβοῦς τόνδε τὸν ἀγῶνα τιθέμενος, *Non pro pecunia, sed pro pietate hoc certamen edens*, aut *committens.*

VII. Quinto, τίθεσθαι est *existimare ac ducere:* qua in significatione aliquando iungitur cum παρὰ et οὐδὲν, vel πολύ: nam, παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τινα, est, *aliquem nihili facere*[18]*:* παρὰ πολὺ vero, id est, *plurimi.* Aliquando cum solo accusativo: ut, δεύτερόν σε τίθεμαι τῶν φίλων[19], id est, *secundum tibi locum inter amicos tribuo.* Quo modo saepe δεύτερον sequitur genitivus, tuncque δεύτερον τίθεσθαι est *posthabere:* ut, δεύτερον χρὴ τίθεσθαι τῆς φρονήσεως τὴν ὑγίειαν, id est, *posthabenda est prudentiae corporis valetudo.*[20] Sic μέγα, vel σμικρὸν τίθημι, vel τίθεμαι

18 Exemplum habet Plut. in vit. Demosth. pag. 352, lin. 43 *ΠΑΡ' ΟΥΔΕΝ τὸ προςκροῦσαι τῷ δήμῳ ΘΕΜΕΝΟΣ, Nihili faciens populum offendisse.*

19 Vel ἐν τοῖς φίλοις, quod malim, tum quod nescio, an hic sit verborum Graecorum sensus, tum saltem ad tollendam ambiguitatem: nam eadem verba notant: *Amicis te posthabeo*, sive, *ultimo te inter amicos loco pono.* Caeterum *ponere* pro *ducere* adhibent etiam Latini: ita enim Nepos in Alcib. cap. 3 *Neque ei par quisquam in civitate PONERETVR.*

20 Pro eodem dicitur, ἐν δευτέρᾳ τάξει ποιεῖσθαι vel τίθεσθαι, *Secundo ordine ponere*, verbatim, itidem sequente Genitivo, pro *postponere.* Plut. in Vit. Demosthen. pag. 852, lin. 14 *Τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ΈΝ ΔΕΥΤΕΡΑι ΤΑΞΕΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ καὶ τοῦ πρέποντος, Securitatem et sa-*

τόδε τὸ κέρδος, *magnum vel exiguum hoc lucrum duco.* Frequentissime cum praepositione ἐν, et dandi casu: ut, ἐν οὐδενὸς μέρει, vel ἐν οὐδενὶ λόγῳ [21], vel ὑπὸ λόγῳ τίθεσθαι, *nullo in numero vel loco habere.* [22] Ἐν καλῷ, vel αἰσχρῷ τίθεσθαι, *honestum vel turpe ducere.* Ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, *studio dignum ducere.* [23]

VIII. Sexto, τιθέναι, vel τίθεσθαι, est *tribuere, assignare.* Qua in acceptione duobus fere modis usurpatur. Primo cum accusativo rei, quam tribuit, et genitivo rei vel personae, cui tribuit. Demosthenes Olynth. I Τὸ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως, id est, *Quod multa hoc[24] bello amiserimus, id inertiae nostrae iure ac merito tribuatur.*

lutem putat postponendam honesto et decoro. Gr. *In secundo ordine honesti facere et decori.*

21 Exemplum habet Aristides, Orat. ad Capitonem, pag. 550 Ἐκεῖνος τοὺς μὲν τῆς τραγῳδίας ποιητὰς οὐδὲ ἐν λόγῳ τίθησιν, *Ille tragicos quidem poetas nullo numero habet.* Est et ubi ἐν μέρει, ἐν λόγῳ, vel si quid his simile, subaudiendum relinquitur, sequente genitivo, a dissimulato substantivo profecto. Ita idem pro Quatuorv. pag. 251 Ἐγὼ μᾶλλον ἂν τοῦτο ἔδεισα, μήτις αὐτὸν τῶν ῥητόρων μὲν ἀποστεροίη, ΤΙΘΕΙΉ ΔΕ ΤΩ͂Ν ΣΤΡΑΤΗΓΩ͂Ν, *Ego potius hoc timuissem, ne quis eum de rhetorum numero eximeret, et inter duces recenseret.* Vbi τιθείη τῶν στρατηγῶν, pro ἐν μέρει τῶν στρατηγῶν. Eandem habet significationem, si cum praepositione εἰς construitur. Ibid. pag. 326 Εἰς εὐεργεσίας τιθέναι μέρος, *Beneficii loco habere.* Eodem modo εἰς λόγον τιθέναι. Ibid. p. 345.

22 Exempla vid. apud Bud. pag. 92, in fine.

23 Eodem modo apud Thucyd. lib. I, cap. 35 Εἶτα ἐν ἀδικήματι θήσονται, *Deinde criminis loco ponent.*

Cum praepositione ἐκ cum genitivo ἴσου constructa comparationem notat τίθημι (*Gelyk stellen*) sequente dandi casu eius, cui aliquem aequiparamus. Aristid. Orat. eadem: Καὶ μὴν ἘΞ ἼΣΟΥ μὲν ἔγωγ' οὐδέποτ' ἂν ΘΕΙΉΝ Αἰσχίνην ΠΛΆΤΩΝΙ, *Enimvero nunquam ego Aeschinem Platoni aequipararem.* Quod apud eum est ἐξ ἴσου, apud Athenaeum est ἐκ παραλλήλου. Ita enim ille lib. Deipnos. penult. p. 647 Λυγκεὺς, ὁ Σάμιος, ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιστολῇ ἘΚ ΠΑΡΑΛΛΉΛΟΥ ΤΙΘΕΙ͂Σ τὰ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ἐξαιρέτως γενόμενα ΤΟΙ͂Σ ἐν τῇ Ῥόδῳ, γράφει οὕτως, *Lynceus Samius in epistola ad Diagoram illa, quae in Attica gignuntur eximia, iis, quae Rhodi, aequiparans, ita scribit.*

24 Quo bello? at nondum susceptum erat. An, ad quod apparandum Athenienses Demosthenes hortatur? At in eo non potuerunt multa amisisse. Intellige bellum in genere, sive varia bella, in quibus Athenienses multa amisisse paulo ante exemplis ostendit Orator. Iuvat in partem notata alia in editione mea MS. lectio, quae articulum τὸν reiicit, et sic κατὰ

Secundo, cum duobus accusativis. Demosthen. ibid. consequenter: *Τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίῤῥοπον, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην*, id est, *Quod autem nec idem ante nobis evenerit, et quaedam belli societas his calamitatibus aequalis*[25] *subito extiterit; id vero ipsorum erga nos amoris beneficio tribuendum censeo.*

IX. Septimo, *τιθέναι*, cum praepositione *εἰς*[26], et accusativo casu, redditur per verbum affine huic accusativo. Nam *τιθέναι εἰς ὀργὴν*, id est, *ὀργίζεσθαι*, *irasci*: *τιθέναι εἰς μνήμην*, id est, *μεμνῆσθαι*, *meminisse*: *τιθέναι εἰς εὔνοιαν*, id est, *εὔνουν ὑπάρχειν*, *bene velle.* Demosthen. pro Coron. *Ἀλλ' οὐ τίθεται ταῦτα παρ' ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην, οὐδ', ἣν προσῆκεν, ὀργὴν*, id est, *Verum ista vos diligenti recordatione, quaque par esset iracundia, non prosequimini.*

X. *Τιθέναι*, vel *τίθεσθαι τὰ ὅπλα*, verbatim, *ponere arma:* (qua de phrasi apud Lexicographos vix quicquam reperias) nonnulli sumi posse putant pro *ὅπλα κατατίθε-*

πόλεμον notabit, *quotiescunque bellum gessimus.* de quo idiomate vide, quae infra notabo Cap. IX, Sect. V, Reg. 4. Locus Demosthenis est pag. 2, lin. 39. Subaudi *ἔργον*, vel si quid occurrit commodius, ut genitivi *ἀμελείας* constet ratio; et nihil novitatis mirare. Habebis duos accusativos, de quibus mox.

25 Reddere malim: *Quod autem id antea non evenerit, et nobis ostensa sit belli societas, quae has calamitates compenset.*

26 At *τίθεσθαι* passive *εἴς τι* dicitur persona, cui, tanquam provincia, aliquid agendum est impositum, pro quo et *κεῖσθαι* dixerunt. Vid. ad Sect. 8, Reg. 2.

Nec non cum aliis praepositionibus et propriis illarum casibus. Sic dicitur *πρὸς καλοῦ τίθεσθαι*, pro *Probare;* cui contrarium est *ἀπὸ καλοῦ τίθεσθαι*, *Improbare.* *Πρὸς οἰωνοῦ τίθεσθαι*, *Augurari*, sive, *pro omine habere.* Athenaeus, lib. Deipnos. I, pag. 13 *Καὶ ταῦτα ἔπρασσον ΠΡΟ'Σ ΟΙ'ΩΝΟΥ' ΤΙΘΕ'ΜΕΝΟΙ*, *Et haec faciebant boni ominis caussa.* Ad quae verba ita apud Casaub. Eustathius: *καθά φησιν Ἀθήναιος· ἔπρασσον οἱ παλαιοί, ΠΡΟ'Σ ΟΙ'ΩΝΟΥ', φησί, ΤΙΘΕ'ΜΕΝΟΙ, τουτέστιν οἰωνιζόμενοι.* [At, *πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι*, est *ad decori rationem referre.* Demosth. adv. Aristocrat. pag. 664. Z.] Simili modo cum adverbio *ἔξω* construitur, sequente Genitivo. Plut. in Demosthene, pag. 852 *Ἔξω λόγου τίθεμαι Φωκίωνα*, *Phocionem excipio, ex caeterorum numero eximo.* Imo citra ullam praepositionem cum solo accusativo per verbum cognatum redditur. Apud Athenaeum lib. VI, pag. 223 *Ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι ΠΑΙΔΙΆΝ ΘΕΜΕΝΟΣ ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον*, *Quod Antiphanes in Neottide iocans cavillatur hunc in modum.*

σθαι, vel ἀποτίθεσθαι, Gallice, *mettre bas les armes.* Quam acceptionem ipse quoque Thucydidis Scholiastes probat. Mihi nondum locus occurrit, in quo ita proprie sumi credam, nisi qui armati consistunt, nec tamen re ipsa pugnant, ii proprie arma dicantur abiicere. Quatuor praecipue modis usurpari reperio, quorum tres postremi communi quodam ex fonte manant. [Semper τίθεσθαι τὰ ὅπλα dicitur, nunquam τιθέναι, his quidem, quae hic enumerantur, significationibus. *Herm.*]

XI. Primus est, pro τάττειν, vel τάττεσθαι, id est, *aciem instruere*, vel *instrui*, Gallice, *mettre ses gens en ordonnance*, ou *se mettre en ordonnance:* non tam ad certamen ineundum, (quod potius παρατάττεσθαι, vel ἀντιπαρατάττεσθαι, vel παράταξιν εὐτρεπίσαι, diceretur:) quam vel πρὸς ἐπίδειξιν, *pour faire monstre*, (Plutarch. in Pomp. Ἐξοπλίζειν καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν) vel ad securitatem, dum verbi causa bellicum habetur concilium, aut urgente hoste milites Imperator alloquitur. Xenoph. Expedit. lib. VII, pag. 395 *Εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα, Haec si expetitis, iam iam armati ordine consistite:* ubi Xenophon Imperator vagos et inordinatos milites alloquitur. Et paulo post: *Τοὺς ἄλλους ἐκέλευσε ταῦτα παρεγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα, Alios* (Duces) *iubebat eadem ad suos cohortatione uti, ac milites ordinare.* Qui sensus ex sequentibus elicitur; subiungit enim de militibus, οἱ δὲ αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι etc., *Illi autem sese ultro ac sponte ordinantes.* Tum infert ἐπεὶ δὲ ἔκειτο τὰ ὅπλα, verbatim, *postquam arma iacuerunt:* id est, *postquam ordinata acies, et quieta constitit.* Thucyd. lib. II [27] *Καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα, Edixitque praeco, qui ex patriis Boeotorum omnium institutis in belli societatem venire vellent, ii ut secum in armis consisterent. Qu' ils se rengeassent avec eux en armes;* non, ut interpres, *apud ipsos arma poneret.* Melius Scholiast. σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι. Idem lib. VIII [28] *Καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασαν*, id est, *Armis instructi, et ordine collocati, concionem habuerunt.* Imminebat enim hostis.

27 Cap. 2. Et paulo ante: Θέμενοι ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα, *Cum in foro armati constitissent.* Ad quem locum consule Hudsonum.

28 Cap. 93.

Affini admodum sensu dicitur *καθέζεσθαι*, *sedere;* id est, *interquiescere*, *subsistere*, *faire alte.* Thucyd. lib. II [29] *Καὶ καθεζόμενοι, ἔτεμνον, πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα*, id est, *Ibique subsistentes*, vel, *castris positis*, *mox populari coeperunt*, *primum Eleusinem.* *Τέμνειν* enim *vastare* est, *populari*, *diripere*, idem quod *δηῶσαι*, *κακῶσαι*, *ἄγειν καὶ φέρειν.*

Idem ibid. paulo post, *Καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ* (id est, *παρ' αὐτὸ*, supp. *χωρίον*) *στρατόπεδον ἐποιήσαντο*, *Ad illud* (supp. *oppidum*) *subsistentes*, *castrametati sunt.* Vnde *καθέδρα*, *obsidio*, *le siege*, vel *mora*, *quae in obsidione trahitur.* Ibid. *Ἐν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ*, (id est, *διὰ τὴν καθέδραν* [30]) *εἶχεν*, *Archidamo iratus erat exercitus ob longiorem obsidionis moram.*

XII. Secundus usus est pro *στρατοπεδεύεσθαι*, vel *καταστρατοπεδεύεσθαι*, *castra metari:* (quod etiam *στρατοπεδείαν ποιεῖσθαι*, *χάρακα βάλλεσθαι*, aut *καταβάλλεσθαι*, aut *τίθεσθαι*, *παρεμβάλλειν*, aut *παρεμβολὴν ποιεῖσθαι*). Qui usus, inter caeteros, Dionysio Halicarnass. perfamiliaris est. Lib. V, pag. 311 *Θέμενοι δὲ* (Sabini) *πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα*, id est, *Iuxta eos castra metati.* Thucydid. lib. II [31] de Thebanis, qui Plataeam invaserant: *Θέμενοι δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα*, id est, *Cum in foro armati constitissent*, *castra posuissent.* Quis ibi vertat, *arma ponere*, *cum hostilem urbem invaderent?* Scholiastes reddit, *περιτίθεσθαι*, id est, *arma induere.* Sed iis iam induti erant.

Tertius, praecedenti affinis ac geminus, pro *castra munire* potius quam *metari:* Gallice, *se fortifier.* Idem Dionys. lib. VIII, pag. 549 *Ὀλίγον στῖφος, εἰς ὄρους κορυφήν τινα ἀναδραμὸν, καὶ θέμενον ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμενε*, *Exigua manus*, *conscenso montis iugo*, *et castris eo in loco munitis*, *sequentem ibi noctem exegit.* Et alibi. Thucyd. lib. IV, pag. 282 [32] *Ὑπεχώρησαν πρὸς τὸν λόφον, καὶ ἔθεντο τὰ ὅπλα*, *In collem se receperunt*, *ibique castra munierunt.* Vbi Scholiastes perperam explicare videtur, *ἀπέθεντο.* Idem lib. VIII, pag. 620 *Εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ τὰ ὅπλα*, id est, *Vrbem continuo*

29 Cap. 19.

30 Malim *ἐν τῇ καθέδρᾳ* pro *ἐν τῷ καθέζεσθαι*, *In ipsa obsidione: vel etiam, dum urbem corona cingebant.* Locus est in fine capitis 18.

petiere, ibique castra muniere; ubi Scholiastes adhuc, ἀπέθεντο.

XIII. Quartus usus est cum secundo tertioque coniunctior, ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, *obsidere.* Gall. *planter son camp devant une place.* Quo sensu Thucydides lib. VIII, p. 573 [33] praepositionem cum accusativo adhibuit: *Πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων κρατοῦντες ἤδη, τὰ ὅπλα τίθενται,* i. e. προςμιγνύουσι τῇ πόλει, *Ad ipsam Milesiorum urbem iam victores castra ponunt.* Herodotus lib. I [34], ubi de Pisistrato ab exilio redeunte, atque Athenas invadente: *Οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα, Pisistrati exercitus ad Pallenidis Minervae templum pervenit, illudque castris positis obsidere coepit.* Vbi minus recte Interp. *altrinsecus arma posuerunt.* [35]

Eodem modo explicari possit, quod Dionysius Halicarnass. ait, πλησίον τῶν πολεμίων ὅπλα τίθεσθαι.

XIV. *Κατατίθεσθαι κλέος, δόξαν, εὐδοξίαν,* et simil. *gloriam sibi comparare;* κατατίθεσθαι τιμὴν, aut ζημίαν, *mulctam persolvere;* κατατίθεσθαι χάριτας, vel χάριν τινὶ, est ὀργὰς ἐπιφέρειν, vel ἦρα φέρειν, de quibus supra Cap. III, Sect. 8, Reg. 15, i. e. *se ad alicuius voluntatem accommodare, ab aliquo gratiam inire.* At cum praeposit. et accusat. κατατίθεσθαι εἰς vel πρός τινα τὴν χάριν, aut τὴν εὐεργεσίαν, *beneficium in aliquem conferre.* Sic, κατατίθεσθαι ὀργὴν ἔς τινα, Xenophonti est, *iram in aliquem effundere.* At, σπουδὴν πρός τινα κατατίθεσθαι, *studium in aliquem conferre.*

XV. *Τυγχάνειν,* inter alias [36], quandam *fortuiti* significationem involvit, in qua primo, cum participio coniun-

31 Cap. 2.

32 Cap. 44.

33 Cap. 25.

34 Cap. 62.

35 Vid. et Heliod. Aethiop. lib. VII, cap. 1 *Περὶ μέρος τοῦ τείχους τὰ ὅπλα καταθέσθαι κελεύσας, Circa aliquam muri partem castra poni iubens.* Vbi itidem interpres *arma deponere reddit.* H.

De usu elegante et exquisito verbi διατιθέναι vide quae tradit Hemsterhusius ad Lucian. Nigrin. Tom. I, pag. 81, et Ernestius V. C. ad Xenoph. Mem. I, 6, 3. Z.

36 Ego fortuiti casus significationem principem ac dominantem statuo, quae sese extendit per omnes usus existendi, contingendi, assequendi ut diligentius in-

gitur. Herodot. lib. VIII Ἔφη τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ, id est, *Dixit se tum forte cum Demareto fuisse.*

Secundo, cum variis particulis: v. c. cum εἰ οὕτως, in Aoristo 2 indicativi. Aristoteles Ethic. III, 8 Καὶ εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ, id est, *Quod si aliquando contingat, tum vero sponte morbo laborabit.* [37]

Tertio, cum εἰ solo, in Aoristo 2 optativi: nam εἰ τύχοι, est, *si ita ceciderit*, aut *cecidisset*, vel *contingeret.* [38]

Quarto, cum ἄν, et Aoristo 2 optat. [non cum opt. *Herm.*] vel subiunct. Demosth. Olynth. II Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα, εἰς μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχοι. [τύχῃ recte legitur ap. Dem. p. 21, 3. Reisk. *Herm.*] *At quae huiusmodi sunt, semel (pour une fois) ac brevi tempore consistunt, et vero magnam fortasse de se spem concilant.* [39]

tento facile ex sequentibus patebit. H.

Verissime iudicat Hoogevenius. Falluntur igitur Gramaticii ii, qui opinantur, τυγχάνειν cum part. merae servire periphrasi, et veluti τυγχάνω ἔχων idem valere quod ἔχω, cum tamen sit *nanciscor*, seu *casu*, *sorte*, *fortuna aliquid mihi obtigit.* Sic illud Cebetis ab initio, ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες, significat *forte ambulabamus.* Plat. in Phaed. ab initio, Rogatus aliquis, quare Socrates diu post condemnationem supplicio sit affectus, respondet, Τύχη τις αὐτῷ συνέβη. ἜΤΥΧΕ γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου etc. Z.

37 Verba sunt in ed. Lugdun. c. 7 minus recte, ut puto, versa: ait ille: *si quis sciens ac volens iniuste agit, ex eius voluntate non pendet, ut desinat esse iniustus, sed erit iniustus.* Tum subdit: Οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν, ὑγιής, καί, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἑκών· νοσεῖ ἀκρατῶς βιοτεύων. Sic enim distinguo. i. e. *Neque enim, qui aegrotat* (supple ex praecedentibus: *si voluerit*) *erit sanus, etiamsi forte sponte laborat: aegrotat ille ex intemperantia.*

38 Quod si adverbium οὕτως hic interponatur, saepius et eleganter ponitur pro οἷον, *Exempli gratia, Verbi caussa, Puta*, vel simili. Exemplum quaere apud Aesch. contra Ctesiph. pag. 280, lin. 14 Διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος, ΕἸ ΟΥ̓́ΤΩ ΤΎΧΟΙ, ὁ τῶν Ῥοδίων, ἢ Χίων, ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως, *Confecerunt, ut proclamaretur, se coronari a populo, puta, Rhodiorum, vel Chiorum, vel alius cuiusdam urbis.* Potest tamen in hac acceptione adverbium οὕτως abesse. Ita enim Scholiastes Aristophanis ad haec verba, quae exstant in Avibus, vs. 1069 Ἑρπετὰ καὶ δακετά. Καὶ τὰ ἄλλα δακετά, ὥςπερ, ΕἸ ΤΎΧΟΙ, ὁ σκορπίος, *Et alia mordentia, ut, verbi gratia, scorpius.*

39 Cum τάχ' ἂν εἰ. Idem Demosthenes pro Phormione, pag. 607, lin. 4 Ὁ μὲν γὰρ περὶ πάντα ἄδικος, ΤΆΧ' ἊΝ ΕἸ ΤΎΧΟΙ, καὶ τοῦτον ἠδίκει, *Nam qui in*

Quinto, cum ἡνίκα, et ἂν, in eod. Aorist. 2. Demosth. Olynth. I. *Τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν*, id est, *Nunc quidem cedens, si res ita tulerit, nunc vero minitans.*[40]

XVI. Sexto, cum ὅ, τι, et ἂν, in eod. Aorist. 2; nam ὅ, τι ἂν τύχῃ, est *quicquid forte contigerit*, vel *prout se aliquid forte obtulerit*, vel *quicquid in manus*, aut *in mentem venerit.* *

Septimo, cum οὗ, ὅπου, ὅπῃ, et ἂν, in eod. Aorist. 2 utriusque numeri, id est, *ubilibet, quocunque in loco, ac sine ullo delectu*; ut, *οὐχ ὅπου ἂν τύχοι, ῥᾳδίως διέτριβεν, non facile quovis in loco promiscue morabatur.* † Dicitur etiam ὅπου, et ὅπῃ καὶ τύχῃ, vacante particula *καί*.[41]

Octavo, cum ὁπόθεν, id est, *undelibet*; ut *τοὺς συμμάχους, ὁπόθεν ἂν τύχῃ, συνεκρότησεν, socios, undelibet, undecunque potuit, collegit.*

omnibus iniuriose agit, etiam hunc, si res ita tulerit, laeserit. [*Τάχ' ἂν* pertinet ad *ἠδίκει*. *Herm.*] Cum *κἂν*. Epict. cap. 22 *Μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, ΚΑ'ΝΝ ΟΥ'ΤΩ ΤΥ'ΧΗι συνεπιστενάξαι, Ne tergiverseris una cum illo circumferri, et, si res ita tulerit, congemiscere etiam.* constante *κἂν* ex *καὶ ἐπιδοτικῷ* et *ἄν*.

40 In his acceptionibus potest hoc verbum in omni persona usurpari. E. g. Plat. in Theag. p. 129, lin. 17 *Ἥξω δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἘΑ'Ν ΤΥ'ΧΩ, Redibo paulo post, si ita fors ferat.* Nisi hoc loco quis vertere mallet: *si voti compos factus ero.* H.

* Sic occurrit Xenoph. Oecon. VIII, 3 *Ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενος ἔστιν. Ἀλλ' ὅταν μὲν ποιῶσιν, Ὅ, ΤΙ ἌΝ ΤΥ'ΧΗι ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, καὶ θεᾶσθαι ἀτερπές. Ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσιν* etc. Hic *ποιεῖν ὅ, τι ἂν τύχῃ ἕκαστος*, et *ποιεῖν τεταγμένως* inter se opponuntur. Z.

† Sic Xenoph. Oecon. III, 3 aliquis interrogatus, cur alii rem familiarem mediocrem recte administrent, alii vero, multo opulentiores, minus recte rebus suis uti possint, respondet, *Τί τούτων ἐστὶν αἴτιον* (sc. *ἄλλο*), *ἢ ὅτι τοῖς μὲν ὍΠΟΥ ἜΤΥΧΕΝ ἕκαστον καταβέβληται, τοῖς δὲ ἘΝ ΧΩ'ΡΑι ἕκαστα ΤΕΤΑΓΜΕ'ΝΑ κεῖται;* Z.

41 Vacat particula *καὶ* non magis, quam nostratium *ook*, cum dicimus: *waar hy ook zyn mag.* Dicamus potius, explere illam vicem particulae *ἂν*, pro *ὅπῃ ἂν τύχῃ*. Estque locutio elliptica, quae ita suppleri possit, cum v. c. dicimus: *Quocunque arma intulit, maximum sui terrorem iniecit:* Gr. *Ὅπῃ καὶ ἔτυχεν ὅπλα ἐπενέγκας, τὸν μέγιστον τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ φόβον ἐνεποίησεν*, suppl. *οὐ μόνον πολλαχῇ, ἀλλὰ καὶ ὅπῃ* etc. Caeterum malim *ὅπῃ ἂν* dicere, quam *ὅπῃ καὶ*, cum illud sit tutius ac certius. [Malis, si sapias, quod quoque loco aptum est. *Herm.*]

Nono, cum partic. ὅπως, in Aorist. 2 indicativi, id est, *fortuito*, ac *temere*, ὅπως ἔτυχεν. [42]

Decimo, cum ὁπότερον, vel ὁπότερα in Aorist. 2 indicativi, significat, *id quod aeque potest esse, ac non esse;* aut vice versa, maximeque apud Philosophos. § 198.

XVII. Aliquando *tritum aliquid*, *commune*, *obvium* ac *vile* significat: tuncque saepissime participium usurpatur, vel simplex vel compositum ex praepositione ἐπὶ, v. c. οὐκ ἔστιν εἷς τῶν τυχόντων, vel ἐπιτυχόντων, hoc est, τῶν

42 Vel cum particula ὡς. Aelian. Var. Hist. lib. XIII, cap. 19 *Ἀπέδειξε, πάντας Ἀθηναίους πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πατρῷον αὐτοῖς ἔθος, τοὺς δὲ Μεγαρεῖς εἰκῇ, καὶ ὩΣ ἜΤΥΧΕ, τεθαμμένους*, *Ostendit, omnes Athenienses ortum versus iacere secundum patrium eorum institutum, Megarenses vero temere et fortuito esse sepultos.* [Sic Ptolemaeus, Aelian. V. H. XII, extr. ne Perdiccas rem sentiret, Alexandri cadaver *λιτῶς καὶ ὩΣ ἜΤΥΧΕ προπέμψαι κρυπταῖς ὁδοῖς* dicitur, h. e. *negligenter*, *incuriose*, *simpliciter*, *sine ornatu*, *pompa*, et *splendido comitatu.* Z.] Confer Isocrat. Areop. pag. 300. Caeterum ex praecedentibus satis constat, hoc verbum fortuitum casum sive sortem significare, et eandem vim habere, quam Latinorum syllabica illa adiectio, *cunque* vel *libet*, ut *ubicunque*, *undecunque*, *quilibet* etc. Iungitur tunc cum particulis ὡς, τις, ὅπου, ὁπόθεν, et similibus; ut, ὅςτις ἔτυχεν, *Quem sors obtulit*, *Quilibet.* Scylax in Periplo: *Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ Ἀθηναίων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης, ὉΠΌΘΕΝ ἜΤΥΧΕΝ*, *Habitant vero in Creta Graeci, alii Lacedaemoniorum coloni, alii Argivorum, alii Atheniensium, alii ex aliis Graeciae partibus undecunque.* Arrian. de Exped. Al. lib. VI, cap. 4 *Προςορμιζόμενος δὲ, ὍΠΗ ΤΎΧΟΙ, ταῖς ὄχθαις*, *Vbicunque appellebat ripis.* Et sic in caeteris. Potuisset dicere, *ὅπη τύχοι τῶν ὀχθῶν.* Nam habet hoc modo sequentem generandi Casum, ut de Antiocho ex Polybio Athenaeus, lib. V. Deipnosoph. pag. 193 *Ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίοτε τοὺς θεραπεύοντας, ΟΫ́ ΤΎΧΟΙ ΤΗ͂Σ ΠΌΛΕΩΣ ἀλύων* (Ita ὁ πάνυ Casaubonus pro *αὐτῶν*· deque huius mutationis qualiscunque necessitate vide, quae supra diximus ad finem Sect. 2, capitis III.) *ἐφαίνετο*, *Quandoque ex aula ministris se subducens, ubivis per urbem otiose vagans conspiciebatur.* Potest et hoc modo in omni persona usurpari, idque non tantum in *αορ. β′*, sed etiam in aliis temporibus. Cum particula ὡς; ut, *Οὐχ ὩΣ ἘΤΎΓΧΑΝΟΝ, ἀλλὰ δικαίως καὶ νουνεχόντως ἐποίησα*, *Non utcunque*, sive, *temere, sed iure et prudenter feci.* Cum ᾗ et Genitivo, apud Xenoph. de Exp. Cyr. lib. VI, pag. 386 *Παραγγείλας διαβαίνειν. Ἧι ἕκαστος ἘΤΎΓΧΑΝΕ ΤΟΥ͂ ΝΆΠΟΥΣ ὤν*, *Imperans, ut quisque, ad quamcunque partem saltus forte esset, illac transiret.*

εὐτελῶν, καὶ ἀπεῤῥιμμένων, *Non est unus e populo, non vilis et contemtus aliquis.* Rarius dicitur eodem sensu, ὢν ἔτυχεν. Demosthen. pro Corona, Οὐ γὰρ ὢν ἔτυχεν, ἦν, *Nec enim erat unus e vulgo.* *

XVIII. Τυγχάνειν, cum genitivo est *sortiri*, tam in bonam, quam in malam partem. [Recte. Nam ἡ τύχη est vel ἀγαθὴ, vel κακή. Sic Xenophont. Cyr. V, 4, 31 est καταδακρύειν τὴν αὑτοῦ τύχην, et ibid. IV, 2, 25 τύχη de victoria adhibetur. Z.] In bonam: ut τυγχάνειν τῶν δικαίων, *ius suum obtinere.* [Recte. Etenim hic quoque maximam partem sibi vindicat Fortuna. Non semper obtinet constantia legum, sed causa tua obnoxia est favori iudicum et suffragiis, eloquentiae patroni, aliisque rebus, quae casui debentur. Z.] Quod etiam dicunt ἐλλειπτικῶς, sine genitivo expresso. Dionysius Halicarnass. lib. III [43] Ἵνα μηδετέρα πολέμου ἄρχῃ, (*Albanorum et Romanorum urbes intelligit,*) ἡ δὲ ἐγκαλοῦσα ὅ, τι δήποτε ἀδίκημα, δικάζηται παρὰ τοῖς ἀδικοῦσιν· εἰ δὲ μὴ τυγχάνῃ, τότε τὸν ἐξ ἀνάγκης ἐπιφέρῃ πόλεμον, *Vt neutra bellum incipiat, sed utravis accepta qualibet iniuria quereretur, ea iudicio apud iniuriae auctores experiatur: quae si ius suum non obtineat, tum necessarium denique bellum inferat.* In malam vero partem: dicunt enim τυγχάνειν τῆς ὀργῆς, *iram subire alterius:* τυχεῖν φθόνου, *in invidiam adduci:* τυχεῖν ζημίας, *mulctam subire;* τυχεῖν τιμωρίας, *poena mulctari.* Plato in Gorgia, ἀθλιώτερος μὲν, ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ὁ ἀδικῶν, *Miserior quidem fuerit auctor iniuriae, si poenas non dederit, atque omne supplicium effugerit.* τυγχάνειν

* Demosth. de Falsa Legat. p. 415 οἱ τυχόντες ἄνθρωποι sunt *homines triviales, plebeii, de infima plebe, qui neque illustri loco nati sunt, nec rebus praeclare gestis inclaruerunt.* Xenophont. Memor. III, 9, 10 οἱ ὑπὸ ΤΩ͂Ν ΤΥΧΟ΄ΝΤΩΝ αἱρεθέντες sunt, *qui a plebe creati sunt.* Ibid. I, 1, 14 ξύλα ΤΑ` ΤΥΧΟ΄ΝΤΑ sunt *ligna vulgaria, ubivis facile obvia.* Atque οἱ τυχόντες φόβοι apud Lycurg. Orat. pag. 164 sunt *discrimina leviora, contemnenda.* Interdum quoque τὰ τυχόντα significant *parva, mediocria,* quoniam talia facile possunt reperiri, nec magni aestimantur. V. c. apud Polyb. I, 70 οὐδὲ τὸν ΤΥΧΟ΄ΝΤΑ χρόνον ἀναστροφὴν δόντες, h. e. *qui ne ad breve quidem tempus rem differendam putabant.* Ibid. IV, 40 κἂν τὸ ΤΥΧΟ΄Ν εἰςφέρηται, *si vel minimum inferatur.* Et paulo post τὸ τυχὸν et λίαν πολὺ invicem sibi opponuntur. Z.

43 Pag. mihi 138, lin. 21.

μέμψεως, et κατηγορίας, *reprehendi*, et *accusari*.[44] Vide quae supra diximus in ἀπολαύω, Sect. 4, 8.

XIX. Ἐπιτυγχάνειν, absolute sumitur, pro εὐστοχεῖν, id est, *coniectura assequi*, *rem tangere*, vulgo *rencontrer*. [Alias, si cum gen. construitur, idem valet quod simplex τυγχάνειν, h. e. *consequi*, seu *nancisci*. Cum dat. occurrit Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 553. ubi ἐπιτυγχάνειν μάχῃ, si vera est lectio, significat *propere pugnare*. Z.] Plut. in Pericle, 155, a. ubi loquitur de ostento quodam explicando: Ἐκώλυε δ' οὐδὲν, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν· τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος, *Fieri autem poterat, uti et Physicus, et vates rem attingerent:* (Gall. *rencontrassent bien:*) *altero rei causam, altero finem assignante.* Est enim hic ἐκλαμβάνειν, *accipere*, i. e. *interpretari*, *assignare*. Quo modo etiam δέχεσθαι et ἐκδέχεσθαι aliquando sumuntur. Ex quo illud Polybii citatum a Suida, Οὐκ ὀρθῶς τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, id est, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, uno verbo, παρακούεις. Galli ad verbum eleganter, *vous ne prenez pas bien paroles.*

SECTIO XII.

De Verbis ὑβρίζω[45], ὑπάρχω, ὑπερβάλλω, et ὑποστέλλομαι.

REGVLA I.

Ὑπάρχω, praeter vulgatam acceptionem, nonnullas habet observatione dignas. Primum enim sumitur absolute:

44 In bonam et malam partem simul. E. g. cum dicuntur aliqui dignum meritis suis vel supplicium vel praemium ferre: id Graeci exprimunt non minus eleganter quam breviter, Τυγχάνειν τῶν προσηκόντων. Exemplum quaere apud Isocratem in Euag. pag. 389, in fine: Ὥστε πάντας τυγχάνειν τῶν προσηκόντων, *Adeo ut omnes pro suis quisque meritis tractarentur.* H.

Nec hic praetermitti debet usus verbi συμβαίνει, quod, sequente Infinitivo, abundare videtur ex Atticismo. V. c. Plat. in Phaed. cap. 12 et 13 συμβαίνει εἶναι, pro ἐστίν. Actor. Apost. XXI, 30 συνέβη βαστάζεσθαι, pro ἐβαστάζετο. Apud Theophr. Char. I occurrit συμβέβηκεν ἡμῖν ἔχειν, pro εἴχομεν. Thucyd. lib. I, pag. 13. extr. edit. Hervag. *Ταῦτα συνέβη γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις*, h. e. *haec evenerunt Atheniensibus.* Ex Polybio aliquot loca collegit Raphelius ad locum laud. Actorum. Z.

45 Praemitto ὑβρίζειν, cuius verbi prima notio statui potest, ex nimia fortuna insolescere, pristi-

pro *auctorem esse*, *incipere*, *initium dare*, tam in bonam, quam in malam partem. Quo in sensu quinque fere modis usurpatur.

nae conditionis immemorem; hinc alios superbe et contumeliose tractare, tanquam se inferiores. Vid. Ael. V. H. lib. VIII, cap. 15. Vbi dicitur Philippus, fusis praelio Atheniensibus, victoria elatus, tamen λογισμοῦ κρατῆσαι, καὶ οὐχ ὑβρίσαι, *rationi obtemperavisse*, *et nihil insolenter egisse*. Et de viro opulento Theognis vs. 749 ait:

Ὑβρίζει πλούτῳ κεκορημένος —

Divitiis saturatus insolentius se iactat. Si quisquam alius, hoc manifestum facit Paupertas apud Aristoph. in Plut. vs. 564. Vbi, postquam se ipsam commendavit a modestia, statim subiungit: Τοῦ πλούτου δὲ ἔστιν ὑβρίζειν, *Sed cum Pluto*, i. e. divitiis, *est morum insolentia*. Tale est cognatum nomen ὑβριστὴς apud Palaephatum de Incredib. cap. 1, ubi loquens de Centauris ait: Λαβόντες χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον καὶ ὑπερήφανοι, *Nacti pecunias*, *et re bene gesta gloriosi*, *et propter divitias contumeliosi extiterunt et superbi*.

II. Hinc μετωνυμικῶς designat omnes illos affectus, quos omnium rerum abundantia parturire solet, quales sunt ferocia, petulantia, stuprum, contumelia, iniuria, [et imprimis de ea iniuria et contumelia dicitur, quae alteri infertur eam ob causam, ut rideatur et contemnatur. Z.] quae omnia uno nomine ὕβρις signantur. Vid. denuo Aelian. V. H. lib. I, cap. 19 Ἐσθῆτι πολυτελεῖ ἐθρύπτοντο, καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὕβριζον, *Splendidis vestibus luxuriabant*, *et mensae intemperantia supra modum effusi*, *ad contumelias et iniurias erant proclives*. Hinc recte opponuntur ὕβρις et σωφροσύνη. [uti σώφρων et ὑβριστὴς apud Xenophont. Apol. 19. Z.]

III. Construitur ὑβρίζεσθαι cum εἰς Praepositione, suum casum postulante, id est, Accusativum eius rei, in qua quis contumelia afficitur; qui Casus si est nominum γυνὴ vel παῖς, vel alius similis significationis substantivi, mutatur etiam ipsius verbi propria et generalis denotatio in specialem. Tunc enim notat *Stuprari*. Sic Dem. de foed. Alex. pag. 87, lin. 18 Τοὺς δὲ τυραννουμένους ἀκρίτως ἐστὶν ὁρᾷν ἀπολλυμένους ἅμα, καὶ ΥΒΡΙΖΟΜΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΠΑΙΔΑΣ καὶ ΓΥΝΑΙΚΑΣ, *Tyrannide oppressos indicta caussa interimi videre licet simul*, *et eorum uxores liberosque ad stupra rapi*. Lucian. in Soloec. Tom. III, pag. 580. [ed. Amstelod.] sic notat differentiam inter ὑβρίζειν τινὰ et ὑβρίζειν εἴς τινα: Τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν, ἤτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἰς σὲ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅςτις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σὲ ὑβρίζει, i. e. *Illud*, contumeliose te tracto, *pertinet ad corpus*, *nempe verberibus*, *aut vinculis*, *aut etiam alio modo*: *at*, Contumeliosus sum in te, *dicitur*, *cum contumelia fit in tuorum aliquid*. *Qui enim contumeliose tractat uxorem tuam*, *in te contumeliosus est*. Cui Lucianeae tamen sententiae quomodo occurrat Kusterus, vid. eum ad Aristoph. in Plut. vs. 900, et doctorum virorum notas ad hunc Luciani locum. [Conf. Markland.

Primo, per se solum, ac sine ullo casu. Demosthen. contra Neaeram, Οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος, ἀγωνιοῦμαι τὸν ἀγῶνα τουτονὶ, *Ego non auctor, sed ultor iniuriae, hac in causa et actione versabor.* Itaque τῷ ὑπάρχειν, in malam partem opponuntur, τὸ ἀμύνεσθαι [46], τὸ τιμωρεῖσθαι [47], in bonam vero, τὸ ἀντευποιεῖν, ἀντευεργετεῖν [48], id est, *beneficium reponere:* in utramque, τὸ ἀμείβεσθαι, τὸ ἀνταμείβεσθαι. Thucydid. lib. II. in malam partem, Δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, εἴπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν, id est, *Aequum statuentes iniuriam eodem modo reponere, quo Lacedaemonii priores fecerant.*

II. Secundo, iungitur cum genitivo, beneficium aut iniuriam significante, et praepositione πρὸς, vel εἰς cum accusativo personae. Plutarch. Pomp. Πάλαι δεόμενος χρείας

ad Lysiam pag. 17 et 149, edit. Reisk. qui eundem Luciani canonem refellit. Z.]

IV. Minus trite, sed non minori elegantia res ipsa dicitur ὑβρίζεσθαι, in qua quis luxuriat. V. g. si quis vestem purpuream aureis laciniis superinducat, gemmis aliisque rebus pretiosis operiat, dicerent Graeci, ὑβρίζεσθαι τὴν πορφύραν. Quod egregie patet ex Xenophontis Κύρ. παιδ. lib. II, pag. 56, sub fin. ubi vestis, quae nullo auro, purpura, aliove opere Phrygio erat contexta, dicitur οὐδὲν τι ὑβρισμένη. Latini *illudere auro* dicunt. Ita Virg. lib. II, Georg. vs. 464 dicit:

Illusasque auro vestes, Ephyreiaque aera.

Hinc τὰ ὑβρισμένα explicantur per τὰ ἄγαν πολυτελῆ, apud Ael. V. H. lib. I, cap. 31, ubi loquitur de consuetudine Persarum, regibus munera offerentium. Verba sunt: Οὐδὲν τῶν ὑβρισμένων, οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προςφέρουσιν· ἀλλ' ἢ βοῦς, ἢ ὄϊς, ἢ δὴ σῖτον, καὶ οἶνον ἄλλοι, *Nihil pretiosum nimis, aut nimis magnificum offerunt, sed vel boves, vel oves, vel frumentum, alii vinum.* Nec placet interpretis sententia, vertentis, *neque nimis attrita et vilia, neque nimis pretiosa et magnifica;* quia in sequentibus enumerat φοίνικας, quibus nescio an quid vilius in orientalibus regionibus nasceretur.

46. Hinc apud Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 259 Ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, redditur, *Vim vi repellere*, i. e. *Iniuria nos afficientibus*, q. e. τοὺς ὑπάρξαντας sc. τῶν ἀδικημάτων, ἀμύνεσθαι, *parem gratiam referre.* Maxime notus est huius verbi usus ex Homero, et oppositio haec egregie patet ex eius versu, quem Claudius in ore habebat, et cuius meminit Sueton. in eius vita cap. 42

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

47 Apud Demosth. in Neaeram pag. 519, lin. 30 Ὥςτε καὶ ἀνεπίφθονον αὐτῷ ΤΙΜΩΡΕΙ-ΣΘΑΙ ΤΟΝ ὙΠΑΡΞΑΝΤΑ, *Ita ut ei non sit invidiosum ulcisci iniuria lacessito.*

48 Vel etiam τιμᾶν. Exemplum habet Arrianus loco mox citando.

τινὸς ὑπάρξαι, καὶ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτὸν, id est, *Cum pridem optaret, eum sibi priore quadam opera beneficioque demereri.* [49]

Tertio, cum genitivo rei, et dativo personae: ut, *ὑπάρχειν τινὶ τῆς εὐεργεσίας*, aut *ὕβρεως*, *aliquem vel beneficio, vel iniuria provocare.* *

Quarto, cum duplici accusativo, uno rei, altero personae, cum praepositione πρὸς, vel εἰς. Demosth. de Falsa Legat. *Οὓς διὰ τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε*, id est, *Quos propter beneficia, quibus vos priores affecerunt, libationum et poculorum participes esse voluistis.*

III. Quinto, cum accusativo rei, et dativo personae. Aeschin. de Falsa Leg. *Τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε Ἀμύντᾳ τῷ Φιλίππου πατρὶ*, id est, *Beneficia, quae priores in Amyntam Philippi patrem contulistis.*

Sexto, cum participio, *beneficium* aut *iniuriam* significante. Xenoph. lib. V de Cyri expedit. *Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποτε ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες, Nec enim ulla vos unquam iniuria priores affecimus.* Sic ὑπῆρξα καλῶς, vel εὖ ποιῶν, *beneficio prior affeci.* Porro, quicquid hic de ὑπάρχω dictum est, de composito προϋπάρχω dictum puta.

IV. Secunda acceptio τοῦ ὑπάρχειν est, *favere, adesse, stare a partibus alicuius*, cum dativo casu. Demosthen. de Falsa Legat. *Δῆλός ἐστιν, ἐάν περ ἐκφύγῃ νῦν, καθ' ὑμῶν ὑπάρξων ἐκείνῳ*, id est, *Liquet eum, si hoc iudicium effugerit, contra nos illi adfuturum esse.* Xenoph. lib. V, de expeditione Cyri, ubi Timasio milites alloquens et profectionem illis suadens: *Καὶ ὑπάρξει ὑμῖν* (inquit) *ἡ ἐμὴ πόλις, ἑκόντες γάρ με δέξονται, Vobis etiam praesto erit civitas mea, siquidem me libenter excipient.* Gallicus idiotismus non abludit, *je suis à vous.*

49 Cum praepositione εἰς apud Arrian. lib. III de Exp. Al. cap. 27 *Τούτους Ἀλέξανδρος, ὩΝ ἘΣ Κῦρον ὙΠΗ͂ΡΞΑΝ οἱ πρόγονοι αὐτῶν, τιμήσας, Iis Alexander, quod illorum maiores de Cyro bene meriti fuissent, honore adfectis.* H.

* Sic apud Andocid. pag. 71 *οἳ ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι, qui auctores libertatis universae Graeciae extiterunt.* Z.

Tertia acceptio, ἀντὶ τοῦ εἶναι, quae cum vulgaris est, tum praecipue notanda cum gignendi casu. Xenoph. lib. V. Memorabilium, sub finem: Ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημι τῷ ταῦτα μέλλοντι δυνήσεσθαι, καὶ φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι, id est, *Sed etiam ei, qui ea posse voluerit, cum disciplina opus esse, tum bona indole praeditum illum esse oportere.*

V. Quarta acceptio huius verbi est, ἔξεστι, *licet*, συμβαίνει, *contingit*, ἀνάγκη, *necesse est:* in qua nonnunquam absolute ponitur sine ullo casu. Plutarch. Τότε δὲ ἀναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαῦσαι οὐχ ὑπῆρξε, *Tum exercitum recreare, et quiete reficere non licuit.* Thucydid. Καὶ οἱ μὲν τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο, καὶ διὰ τάχους ἔθαπτον, ὥςπερ ὑπῆρχε, *Mortuos extulerunt, ac subito sepelierunt, prout licuit.* Saepius cum dativo iungitur. Plato in Sympos. Ὡς ὑπάρχον μοι χαρισαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι, ὅσαπερ οὗτος ᾔδει, *Tanquam liceret mihi, ubi hoc Socrati dedissem, quaecunque novit, audire.* Aeschin.[50] Ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν, ἢ τεθνάναι, id est, *Ipsi necesse erat, aut fugere, aut mori.* [Plutarch. Caes. cap. 7 τῇ βουλῇ γνῶναι ὑπάρξει, *licebit Senatui statuere.* Plat. Phaed. cap. 29 ὑπάρχει τῇ ψυχῇ εὐδαίμονι εἶναι, *licet animo esse felici.* Z.] De participio huius verbi vide Cap. de Participio Sect. 4, Reg. 9. †[51]

VI. Verbum ὑποστέλλομαι tribus praecipue modis usurpatur. Primo, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, *timere*, cum solo accusandi casu. Dinarch.[52] Τῆς ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλῆς, οὔτε τὴν Δημοσθένους, οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης, *Areopagitico Senatu, neque Demosthenis, neque Demadae potentiam formidante.*

50 Contra Ctesiph. pag. 273, lin. 26. H.

† Ὑπάρχειν etiam significat *esse sub alicuius potestate*, q. d. ὑπὸ τῇ ἀρχῇ τινὸς εἶναι. Sic terra, quae erat iam sub ditione Philippi, Demosth. Olynth. I, pag. 16 vocatur ἡ ὑπάρχουσα καὶ ἡ οἰκεία. It. de Falsa Legat. pag. 384 Ὅλην τὴν πόλιν καὶ σφᾶς ὡμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ, *Fatebantur, se totamque civitatem eius fore.* Z.

51 Verbi Ὑπερβάλλω scita admodum cum aliis est constructio. Inprimis elegans hoc Platonis in Theaet. pag. 192, lin. 23 Πάντα ταῦτα ὑπερβάλλει ἀδυναμίᾳ τοῦ ἐν αὐτοῖς ψευδῆ τινα δοξάσαι, *Haec omnia longe lateque absunt ab eo, ut fieri possit, ut in iis falsum opinari nemo possit.* Ad verbum ita: *Haec omnia abundant impossibilitate, ut etc.* Citra circumlocutionem Latine reddi non potest.

52 Locus extat p. mihi 93, lin. 53.

Secundo, pro *submittere se*[53], aut *subsidere*, absque ullo casu. Philo de Mose, Ἅμα τὴν ψυχὴν εὐλαβὴς ὢν ὑπεστέλλετο, *Cum animo modestus esset, ultro se submittebat.*

53 Quae versio, ut principem redoleat potestatem, ita explicari possit: *Στέλλομαι* sive *στέλλω ἐμαυτὸν ὑπό τινα, νόμον* etc. i. e. *ita me paro, ut legibus sim morigcr.* Haec ut plenius cognoscantur, liceat simplicis naturam paulo fusius exponere. Simplicis verbi *στέλλω* princeps notio non commode satis statui videtur *mitto*, quia haec cum reliquis omnibus nihil commune habet, statuiturque primariae cuiuscunque vocabuli notionis indicium, eam per reliquas omnes, quae hinc rite deducuntur, dominari; iam vero, quid *στολή*, vestis genus, cum significatu *mittendi* habet commune? Genuinam ergo significationem statuo *adorno, paro, adapto, instruo*, cuius notionis exemplorum satis ubivis occurrit. *Στέλλω* itaque sit *adapto, instruo*, eo scilicet sensu, quo quid aptatur, ut idoneum sit ad certum usum, cui destinatur. Non longe fortasse aberravero, si inde vernaculum *stellen* deduxero, quo verbo utimur cum in aliis, tum in re musica, cuius instrumenta, ut fides in cithara, convenienter aptantur, quo harmonice sibi respondeant. Hinc sponte sequitur secundaria notio *vestiendi, comendi, ornandi*: qui enim se vestit, *aptat* vel *ornat*, atque ita *accingit se*, quo honeste ac decore prodeat. Vid. Lucian. Dial. Mort. Tom. I, pag. 339 [ed. Amstel.] *Εἰ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω, καὶ ΕΣΤΑΛΜΕΝΟΣ ταῖς ὀθόναις γελοίως, μάζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων ἐσερπύσω, Nisi enim Lebadiam pervenero, et ornatus linteis ridicule, offam manibus tenens irrepsero.* Vnde *στολή*, *amictus*, et Latinorum *stola*, cuius vocis concinnam, opinor, originem videmus; sed pergendum. *Στέλλω* redditur saepissime *mitto*, ita tamen, ut ἀπὸ τοῦ *πέμπειν* differat: est enim *πέμπειν* simpliciter *mittere*, sed *στέλλειν instructum quempiam mittere*, quem scilicet necessariis ad rem quampiam probe instructum mittimus, quanquam haec duo saepe usus confundit. Hinc *στόλος*, *commeatus, iter, classis*, quae omnibus ad expeditionem necessariis instructa et ornata mittitur. Hinc *ἀπόστολοι* non simpliciter dicuntur *missi*, sed *missi cum mandatis*, quibus divinitus sunt instructi. Eiusdem farinae est *ἐπιστέλλειν* et *ἐπιστολή* similiaque a *στέλλω* composita, quae recensere hic longum. At quomodo *στέλλομαι*, verbum medium, hac ratione notare potest *caveo?* Si primigeniam significationem firmiter tenemus, nihil est, quod aeque facile inveniatur: nam, si *στέλλω* active significat *instruo, paro*, ergo passive *instruor, paror*: et medie sive reciproce *instruo, paro me ipsum.* Qui cavet sibi ab hostibus, a periculo vel quibuslibet malis, *parat* se atque *instruit* iis, quae conductura putat vel ad hostes excipiendos, vel periculum depellendum, vel saltem leviori cum damno superandum. Hinc *στέλλεσθαι* in forma media notat *cavere.* Vtitur b. Paulus in posteriori ad Thessal. ep. cap. ult. com. 6 *Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, Vt vobis caveatis ab omni fratre indecore vivente.* Ita ma-

VII. Tertio, ἀντὶ τοῦ ὑφίεσθαι, vel καθυφίεσθαι, id est, *remittere aliquid de contentione, levius aliquid facere, et quasi se ad vincendum facilem praebere.* Quo sensu aliquando iungitur cum accusativo, idque duobus praecipue modis.

Primo, ita ut solus sit accusativus, ut Isocrat. de Pace, Οὐδὲν ὑποστειλάμενος, μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, *Ita dicam, ut nihil omnino remittam, aut dissimulem.*

Secundo, ita ut sequatur πρὸς, quae modo significet *contra*, vel *cum*, modo κατὰ, vel ἐν. *Contra:* ut Demosth. de Falsa Legat. Ὡς πρὸς πεπρακότας ἑαυτοὺς, καὶ ἀνοσιωτάτους ἀνθρώπους, μηδὲν ὑποστειλαμένου, *Vtpote adversus homines, qui seipsos vendidissent, adeoque sceleratissimos, nihil omnino remittente.* Κατὰ vero: Idem adversus Midiam, Οὐκ ἔστι δίκαιον, τὴν τοῦ παθόντος εὐλάβειαν, τῷ μηδὲν ὑποστειλαμένῳ πρὸς ὕβριν, μερίδα εἰς σωτηρίαν ὑπάρχειν, *Aequum non est, ut eius, qui iniuriam passus est, modestia ei, qui nihil in eadem inferenda remiserit, aliquid ad salutem conferat.* Hoc modo Patronus in causa praevaricans, atque ἐθελοκακῶν, ὑποστέλλεσθαι dicitur.

VIII. Aliquando, cum solo genitivo: ut, ὑποστέλλεσθαι τῆς παῤῥησίας, *aliquid*[54] *de fiducia remittere:* ὑποστέλλεσθαι τῆς ὕβρεως, *minus atrocem in iniuria facienda se*

lim, quam quod Beza habet, *subducatis;* quia saepe fit, ut malorum commercium evitare omnino non possimus, quod et idem Paulus diserte ait in priori ad Cor. ep. cap. VIII, 20 Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσεται, non facile reddiderim: *Vitantes hoc, ne quis nos vituperet*, cui consentiunt Belgae et Erasmus, qui habet *declinantes*, sed in hunc fere sensum intelligam: *Vna etiam misimus fratrem*, στελλόμενοι τοῦτο etc. i. e. *hoc ita parantes*, sive, *dirigentes*, (vernacule, *dit alzo bestellende,*) *ut ne quis nos reprehendat.* Haec si rite attendimus, non difficile erit invenire, quomodo verbum ὑποστέλλεσθαι *submittendi se* significationem sumserit: nam ut superius dictum, ὑποστέλλομαί σοι perinde dicetur ac στέλλομαι ὑπό σοί, *Ita me paro, ut sim sub te*, i. e. *tibi moriger;* quod uno verbo dicimus, *tibi me submitto.* Hinc pendet superior notio *timendi:* nam Dinarchi verba sic reddi possunt, *senatu non submittente se potentiae Demosthenis*, i. e. *non reverente.* Et quis non videt, tertiam notionem *praebendi se ad vincendum facilem*, ex eodem fonte sponte fluere? ut et *remittendi aliquid de iure, de fiducia* etc. § 199.

54 Ex ipsa versione intelligas, nomen τὶ subaudiri, quo constet genitivi ratio. At exemplum ex Gregor. Naz. sequens pertinet potius ad secundum usum.

praebere. Aristot. in Problem. *Διὰ τί ὑγιεινὸν, τὸ τῆς τροφῆς ὑποστέλλεσθαι; Quare ad sanitatem conducit, cibi parciorem esse?* Sic Gregor. Nazianz. dicebat, apud Haereticos τὸν Υἱὸν ὑποστέλλεσθαι τοῦ Πατρὸς, *Filium Patre inferiorem esse.* Itemque, τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, *Spiritum sanctum Filio.*

Aliquando denique, cum praepositione περὶ, et genitivo casu. Demosth. Olynth. I *Οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν, τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ', ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι, Sed minime decere arbitror, propriae salutis causa, quicquam in iis, quae vestra interesse putem, praevaricari.*

Tertio, quemadmodum ὑποστέλλειν aliquando est *subducere*, aut *detrahere:* ita ὑποστέλλεσθαι, *subduci*, aut *detrahi:* tuncque coniungitur etiam cum gignendi casu. Sic apud Aristotel. ὑποστέλλεσθαι τῶν ἀγαθῶν, aliquis dicitur, *cui bonorum aliquid subtrahitur.* Sic ὑποστέλλομαι τῆς ἀξίας, *aliquid mihi de mea dignitate detrahitur:* quanquam ita quoque reddi potest, *remitto aliquid de mea dignitate:* ὑποστέλλομαι τῆς δυνάμεως, *potentia mea remittitur*, vel *remitto aliquid de potestate.*

SECTIO XIII.

De Verbis φαίνομαι, φέρω.

REGVLA I.

De Verbo φαίνομαι duo solum tirones moneo. Alterum est, non minus saepe verbo illo significari, *liquere, constare, manifeste comperiri ac teneri*, quam *apparere*, aut *videri.* Apud Demosthen. passim, ut Olynth. II, Τοῦτ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, i. e. *Tum ut illum nequam esse, quod utique verum est, omnes perspicue videant.* Idem pro Corona, *Εἰ δὲ ἔδει τούτων τινὰ κωλυτὴν φανῆναι, Sin aliquem existere, qui haec impediret, oportebat.* Item ibid. *Οὐκ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὥς γέ μοι φαίνεται,* id est, *Non quod fidem vestram suspectam haberet, ut mihi omnino constat.*[55] [Sic λόγος ἁπλοῦς καὶ φαινόμενος,

55 Sic perspicue a verbo δοκεῖν in Dialogo περὶ πλούτου in fine, distinguitur apud Aeschin. Socr. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι, *Mihi*

Polyb. XVII, 1 est *oratio simplex et clara, quae non ambagibus involucrisque rerum utitur, nec obscura ambiguaque efficitur.* Z.]

Affinis est significatio τοῦ ἐξετάζεσθαι, id est, *certis argumentis deprehendi*, tam in bonam, quam in malam partem. In bonam: Demosthenes pro Corona, *Καὶ λέγων, καὶ γράφων ἐξηταζόμην τὰ δέοντα ὑπὲρ ὑμῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς φοβεροῖς, Videbant me omnes, in mediis etiam periculis, quae essent e republica dicere tum atque decernere.* In malam vero: Idem ibid. *Ὅπερ ἂν φαυλότατος ποιήσειε, τοῦτο πεποιηκὼς ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐξήτασαι, Quod pessimus quisque faceret, id te manifeste rerum exitu fecisse constat:* id est, ἐξελήλεγξαι.

II. Alterum est, peculiari quadam ratione apud Plutarch. in Aristide dici φαίνεσθαι τὰ ἱερὰ, pro καλλιερεῖν [56], id est, *litare*. Locus est pag. 329, e. *Ταῦτα τοῦ Παυσανίου θεοκλυτοῦντος, ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον, Cum ita numen Pausanias obsecraret, laeta cum precibus exta simul apparuerunt, et victoriam aruspices praedixerunt*, qui videlicet pluribus ante sacrificiis litare non potuerant. Caetera dabunt lexica. †

III. De verbo φέρειν observa quae sequuntur. Primo, usurpatur interdum pro *pertinere*, aut *interesse:* ut

sic liquere videtur. [Recte. Nam δοκεῖν cernitur in *opinione*, quae falsa esse potest et vana. Sed φαίνεσθαι plerumque est in *re* extra mentem, quamvis nemo opinatur. Hinc τὰ μὴ φαινόμενα Ebr. XI, 3 sunt *ea, quae omnino non sunt, nec adeo ullo modo in conspectum venire possunt.* Sic Demosth. adv. Conon. pag. 1267 ἀληθῆ εἶναι et φαίνεσθαι, ut idem valentia, copulantur. Interdum tamen δοκεῖν, inprimis ap. Socraticos scriptores, nihil ambigui significat, sed rem quae est. Vid. Lamb. Bos. Exercitatt. Philolog. ad Act. Ap. XVI, 23. Z.]

56 Vel γίγνεσθαι, de quo vide quae notavi supra ad Sect. V, Reg. 6. H.

† Verbum φαίνομαι cum participio aliquo iungi admodum frequens est Atticis. V. c. Plat. Phaed. ab initio, φαίνεται ἀποθανὼν, h. e. *mortuum esse eum constat.* Ibid. cap. 63 ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, *immortalem esse mentem certum est.* Demosth. de Falsa Legat. pag. 378 οἱάπερ αὐτὰ προδοὺς καὶ διαφθείρας σὺ πεποίηκας, τοιαῦτα ἐξεταζόμενα φαίνεται, *Quae tute prodidisti et corrupisti, ea satis sunt explorata.* Id. in Epist. pag. 1470 *Ἐν οἷς ἐγὼ φανήσομαι οὐ μόνον αὐτὸς ἐξητασμένος πρῶτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους παρακεκληκὼς, In quibus ego manifeste non modo meam ipsius operam probavi, sed et alios sum exhortatus.* Z.

apud Platonem: Πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, *Quaecunque ad beatitudinem pertinent*, aut etiam *ducunt*; nam Tullius quidem ita vertit, *Omnia quae ad beate vivendum ferunt*. Sic apud eundem Platon. V de Republ. Μέγα καὶ ὅλον φέρειν εἰς πολιτείαν, id est, πάνυ καὶ πάντως τῆς πολιτείας διαφέρειν, *Plurimum, aut omnino, reipublicae interesse*. Μέγα γάρ τοι φέρειν, inquit, οἰόμεθα, καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν, ὀρθῶς, ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον, id est, *Id enim, seu bene, seu male fiat, permagni arbitramur, imo penitus interesse reipublicae*. Gallice, *qu'il importe de beaucoup, voire du tout*.

IV. Secundo, ut Latini dicunt, *moleste ferre*, et simil. sic Graeci, χαλεπῶς φέρειν· hoc discrimine, quod tunc φέρειν, non tantum iungatur cum accusativo, ut Latine, sed etiam cum dativo et praepositione ἐπί. Plutarch. Pomp. Ἐπὶ τούτοις εἰςενεχθεῖσιν εἰς τοὺς πολλοὺς χαλεπῶς ἔφερον οἱ πρῶτοι, id est, *Haec in vulgus emanasse viri principes moleste ferebant*. Imo, quod rarius videtur, cum solo dativo. Xenophon lib. I de expedit. Cyri: Ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν, *Nolite mirari, me praesentem rerum statum moleste ferre*. Idem histor. Graec. V, Πράγματα δ' ἔχοντες, καὶ παρέχοντες, χαλεπῶς ἔφερον τῷ πολέμῳ, id est, *Cum vicissim et vexarentur ab aliis, et alios vexarent, bellum illud moleste ferebant*.[57]

V. Tertio, φέρειν νύκτα, vel ἡμέραν, *noctem diemve ferre*, i. e. *traducere*, διανυκτερεύειν, διημερεύειν.[58] Plutarch. in Alex. post Cliti caedem, Ἐπεὶ δὲ τήν τε νύκτα κακῶς κλαίων διήνεγκε, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, *Vbi autem et noctem illam, et diem consequentem foedo eiulatu traduxisset*. De participio φέρων vide Cap. de Participio Sect. 2, Reg. 5.

VI. Quarto, imperativus φέρε adhortantis est, ut *age* apud Latinos, idque vel solum, vel cum ἄγε, vel cum aliqua

57 Pro Dativo illo, si participium non praecedat, participio uti ausim: χαλεπῶς ἔφερον πολεμοῦντες. Vide simile quid infra ad Cap. seq. ad calcem Sect. I, n. 11.

58 Desidero exemplum; nam Plutarchus non ἤνεγκε, sed διήνεγκε dixit. Locus extat pag. mihi 694, lin. 41.

ex sequentibus particulis, pro sensus diversitate usurpandis, δή, οὖν, τοίνυν, *igitur*, δὲ, *vero*, γάρ, *enim*, νῦν, *nunc*, et similibus; ut, φέρε δὲ, ἐπανερχώμεθά ποτε, ὅθεν ἐξέβημεν, *Age vero, tandem eo redeamus, unde digressi sumus.* [59]

VII. Quinto, idem imperativus cum infinitivo εἰπεῖν redditur, *verbi causa*, *exempli causa*, *ut ita dicam*, quod alias uno verbo dicitur οἷον· tuncque si sequitur nomen aliquod, in eodem casu poni debet, quo praecedens, si ad illud utrumque referatur: ut, Ἥδε ἡ γνώμη πάντων ἄρα τῶν φιλοσόφων ἐστὶ, φέρε εἰπεῖν, τοῦ Πλάτωνος ἐν Κρατύλῳ, *Haec sententia Philosophorum plane omnium est, verbi gratia, Platonis in Dialogo, qui Cratylus inscribitur.* Alias φέρε εἰπεῖν, absolute periodum inchoare posset, ut apud Latinos, *exempli gratia*, vel *enimvero:* ut φέρε εἰπεῖν, σχεδὸν

59 Pro eodem utuntur imperativo ἴθι. Sic Plato Hipp. mai. pag. 288, lin. 6 ἼΘΙ μοι, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι, *Agedum, Socrates, responde mihi. H.*

De imperativo φέρε, si vim habet particulae *adhortantis et incitantis*, tenendum est, eodem modo, quo ἄγε, adhiberi, et easdem quoque adiunctas habere posse particulas δή, γάρ, νῦν. In eo tantum ab ἄγε differre videtur, quod non nisi in numero singulari occurrit, cum contra ἄγετε saepenumero apud Homerum reperiatur: veluti Iliad. α', 26. 165. 700. η', 194. ξ', 74. Odyss. π', 376 etc. Iungitur igitur φέρε cum omnibus personis utriusque numeri vel in Subiunctivo, vel Imperativo, vel, si est interrogatio, in Indicativo, vel sequitur Infinitivus. Ad singula illa confirmanda sufficiant exempla haec: Lucian. in Vit. Auct. Φέρ' ἴδω, τί καὶ πράξεις με ὑπὲρ αὐτοῦ. Demosth. de Fals. Legat. pag. 414 Φέρε δὴ περὶ τοῦ ψηφίσματος εἴπω, *Agedum de plebis scito dicam.* Aelian. V. H. I, 30 Φέρε, εἴ σοι δοκεῖ, Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γενώμεθα σωτῆρες, *Age, si tibi videtur, fiamus illis miseris Dioscuri servatores.* Plat. in Euthyphr. Φέρε δή, ἐπισκεψώμεθα, τί λέγομεν. Aeschin. Socrat. II, 37 Εἴπερ γὰρ ταῦτα χρήσιμά ἐστι — φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαις; Demosth. de Rhod. Libert. φέρε γάρ, πρὸς θεῶν σκοπεῖτε. Aristoph. Thesmoph. 795. Φέρε δὴ νῦν, εἰ κακόν ἐσμεν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς; Aeschin. Socrat. I, 1 Φέρε, εἴ τις βούλοιτο — πόθεν ἂν γένοιτο; ibid. 10 Φέρε γάρ, εἰσὶν ἡμῖν φύσεις ἵππων ἀγαθῶν; Ibid. 2 Φέρε δή, τίνες ἡμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γεγόνασι; etc. Ex his patet, quam vana sit Moeridis Atticistae regula: Οἶσε, Ἀττικῶς· φέρε, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς. De Infinitivo vide Vigerum in sequenti φέρε εἰπεῖν. Cui addo illum Porphyrii locum, quem laudat Stephanus in Thesauro, Εἰς ἕνα ἀνάγουσι, φέρε εἰπεῖν τὸν Δία, *Ad unum referunt, utpote Iovem.* Atque Nazianzeni, ὡς φέρε εἰπεῖν, *ut ita dicam.* Z.

ὅσοι φιλομαθεῖς, οὗτοι καὶ πολυμαθεῖς, id est, *exempli gratia, studiosi prope omnes docti evadunt.* Atque ita φέρε εἰπεῖν per modum adverbii usurpatur: nec ulla ratio accusativi casus habetur, qui verbo activo alioqui deberetur. § 200.

VIII. Sexto, eaedem voces, φέρε εἰπεῖν, initio periodi, rarius quidem, aliquando tamen transitionibus serviunt, reddique possunt, *at enim, at forte, sin vero* et simil. ac fere cum ἀλλά. Dionysius Halicarnass. lib. IV [60], ubi Servius Tullius, refutatis criminibus aliis, quae sibi a Tarquinio obiici potuissent, ita pergit: Φέρε εἰπεῖν, ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι, καὶ διὰ βαρύτητα ἐπαχθὴς etc., *At fortassis arrogans sum, et propter morum acerbitatem gravis ac molestus:* vel *an vero? an forte?*

IX. Septimo, quod non minus rarum est, φέρε solum accipi nonnunquam videtur, pro φέρε εἰπεῖν, id est, *verbi gratia.* [61] Sic omnino sumitur apud Euseb. Praepar. III, pag. 120, novae editionis, tit. 8 Εὐλόγως τῆς ἀναισχυντίας ἐπιμεμψάμενος τοῖς, φέρε, τὸν ἥλιον αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ πάλιν τὸν Ἡρακλέα, καὶ αὖθις τὸν Διόνυσον, καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ὁμοίως ἀποφηναμένοις, id est, *Iure homines istos impudentiae arguens, qui unum eundemque Solem, verbi causa* (vel *ut hoc praecipue seligam*) *non Apollinem modo,*

60 Opportunius exemplum desidero: nam in verbis Servii Tullii, quae extant pag. 239, lin. 19 φέρε εἰπεῖν referri potest ad superiora. Dixerat Servius, nullius se criminis conscium esse; non tyrannidem a se affectatam, nullam virginem violatam, neminem indicta causa damnatum, si quid horum perpetrasset, non mortem se deprecari. Tum addit: φέρε εἰπεῖν, q. d. *si quid habetis eiusmodi, agedum dicite.* Et sequitur nova obiectio: ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι etc. [Illud φέρε εἰπεῖν in loco laudato Dionysii Archaeol. IV, cap. 36 servit occupationi. Etenim verba ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι est obiectio adversarii, quae fingitur ab oratore. Igitur φέρε εἰπεῖν, ἀλλὰ recte latine redditur *At vero:* id quod in occupationibus adhiberi satis constat: ad verbum, *fac te dicere*, seu, *profer dicere*, h. e. *profer hoc dictum, profer hanc obiectionem* etc. Φέρειν autem saepe significare *proferre, in medium proferre*, Lexica ipsa te docebunt, si negare audes. Z.]

61 Hoc sensu coniungitur cum οἷον, de quo supra Cap. III, Sect. 8, Reg. 12. Ita Clem. Alex. Paedag. lib. III, pag. 260 Πολλὰς δ' ἂν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὕρομεν ὑποθήκας· οἷον ΦΕΡΕ, εὐχῆς μὲν πέρι etc. *Multa etiam apud alios invenire possumus praecepta, quale est illud exempli gratia, de precatione.*

sed etiam Herculem, et Bacchum, et Aesculapium esse statuerunt. Rursus lib. VI, pag. 247, b. Καὶ νοῦς, ὁ φρονήσεως οἰκεῖος, ἀφραίνει πολλάκις κατά τι συμβεβηκὸς, παρατραπεὶς ἐν ὑπερβαλλούσαις, φέρε, σώματος ἀῤῥωστίαις, id est, *Et mens illa, cuius propria prudentia est, aliquo persaepe casu delirat, dum eam, exempli causa, graviores corporis morbi sua de sede movent.*

X. Passivum φέρομαι cum adverbiis καλῶς, κακῶς, et similibus, id est, *bene*, aut *male mecum agitur*, ut Gallice dicitur, *je me porte bien, je me porte mal.* [62] Plutarch. Alcibiad. Ἐκ δὲ τούτου κακῶς φερομένῳ τῷ Νικίᾳ παρῆσαν πρέσβεις ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος, *Exinde Niciae adversa utenti fortuna sistunt se legati ex Lacedaemone.* Thucydidi εὖ φερόμενος ἐν στρατηγίαις dicitur, *cui munus imperatorium bene cedit.* [63]

62 Desidero auctoritatem; nam sequentia exempla aliud confirmant. Quod Galli dicunt, *Je me porte bien, ou mal*, pertinet ad corporis valetudinem. At καλῶς φέρεσθαι, Latine, *bene rem gerere*, [Sic quoque Vigerus rem intellexit, uti ex latina interpretatione fit clarum; nempe *adversa vel secunda uti fortuna.* Z.] est vox militaris, et armorum successum notat. Id quod ex Plutarcho et Thucydide probatur. Quo sensu eleganter res ipsa dicitur καλῶς ἢ κακῶς φέρεσθαι, apud Xenoph. Hist. Gr. lib. III, pag. 501 Γνοὺς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Περσῶν βασιλεὺς, Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι τοῦ ΚΑΚΩ͂Σ ΦΕ´ΡΕΣΘΑΙ τὰ αὐτοῦ etc. *Ipse autem Rex Persarum, cognito, Tissaphernem in causa esse, quod res ipsius male gereretur.*

63 Denique idem significat, quod ἄγειν καὶ φέρειν coniunctim (de quo supra Sect. 4. §. 7.) i. e. *populari.* Thucyd. lib. I, cap. 7 Ἔφερον γὰρ ἀλλήλους, *se invicem populabantur.*

Construitur cum accusativis; ut φέρεσθαι δόξαν, τιμὴν etc. pro, *Consequi.* Sic, φέρεσθαι τὰ πρῶτα, *Primas partes habere.* Vnde participium apud Paus. Achaicis p. 415 Φερόμενοι τὰ πρῶτα ἐν Θήβαις, sunt *Proceres*, *Primores*, *Principes Thebanorum.* Ex hac significatione defluxerunt comparativus et superlativus φέρτερος et φέρτατος, pro *praestantior* et *praestantissimus* apud Hom. Iliad. *Α*, vs. 186 et 581

— Ὄφρ᾽ εὖ εἰδῇς,
Ὅσσον ΦΕ´ΡΤΕΡΟ´Σ εἰμι σέθεν. —

Vt scias, quanto praestantior sim te. Et

— Ὁ γὰρ πολὺ ΦΕ´ΡΤΑΤΟ´Σ ἐστιν.

Is enim longe est praestantissimus.

S E C T I O XIV.

De Verbis φθάνειν, [φύειν, χαίρειν, χρᾶσθαι,] χωρεῖν, et ἐγχωρεῖν.

REGVLA I.

Verbum φθάνω fere cum participio iungitur, quod infinitivi loco est. Ac primo idem significat, quod significaret verbum illud solum, cuius participium annexum habet: ut, ἔφθην κάλλιστον τὸν δρόμον διαδραμὼν, id est, διέδραμον, *praeclarum cursum absolvi.* [64] § 201.

64 Ita verbum φθάνω abundat omnino. Vellem, Auctor exemplum auctoritate fulsisset. Quae Budaeus affert pag. 213, minus probant, quippe in quibus notio *antevertendi* et *occupandi* eluceat, ut nempe ex nudis verbis, a reliquo orationis corpore distractis, coniicere licet: nam ipsa verba consulere non licuit, solito egregio caeteroquin illo Auctore lectorem ad diffusa saepe veterum scriptorum opera remittere, saepissime et nomine contento. Sic ex Athenaeo citat haec verba: Περὶ δὲ Καλλίου καὶ τῶν τούτου κολάκων ΦΘΆΝΟΜΕΝ καὶ πρότερον ΕΙ'ΠΟ'ΝΤΕΣ. Ex Xenophonte: Ἔφθη κατακωλυθείς. Ex Synesio: Ἐφθάκειν πυθόμενος. Et ex Aristotele lib. I. de Generatione animal. Νέοις δὲ οὖσι, (suppl. ex praecedentibus, οὐκ ἐνυπάρχει τὸ σπέρμα) διὰ τὴν αὔξησιν· ΦΘΆΝΕΙ γὰρ 'ΑΝΑΛΙΣΚΌΜΕΝΟΝ τὸ πᾶν. Verba sunt cap. 18, i. e. ἀναλίσκεται, ait. Vbi tamen τὸ φθάνει *antevertendi* significationem minime deponit. Affert Aristoteles scilicet rationem, cur in prima aetate semen non detur, quia omnis materia in corporis incremento absumatur prius, i. e. prius quam in semen formetur. [Mihi quoque videtur semper in omnibus exemplis notio *occupandi*, *praeveniendi et antevertendi* obtinere. Certe nondum locus occurrit, ubi contexti ratione coactus fuerim ab illa regula recedere. Sic in illo Aeschinis adv. Ctesiph. pag. 639 ΦΘΆΝΟΥΣΙ δ' ἐπ' αὐτὰ ΚΑΤΑΦΕΎΓΟΝΤΕΣ τῷ λόγῳ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ τοῖς ἔργοις πλεῖστον ἀπέχοντες, illud φθάνουσι καταφεύγοντες non est secundum praeceptum Vigeri idem quod καταφεύγουσι, sed *facile*, *statim confugiunt.* Sermo enim est de nomine humanitatis et popularitatis, quod quasi in medio sit propositum, ad quod adeo quivis *facile* fugiat, *verbo* quidem, etiamsi *re* longissime ab illo sit alienus. Hinc quoque absolute, sine adiuncto participio occurrit: ut Demosth. adv. Mid. pag. 526 bis reperitur φθάσας τὸν λογισμὸν, et dicitur is, qui ab iracundia et temeritate animi ad rem suscipiendam impellitur, priusquam rem ipsam recte consideraverit. Tum quoque ponitur, sequente particula πρὶν cum Infinitivo: ut Antiph. Orat. adv. Venefic. p. 620. Sermo est de iis, qui intelligunt, sibi insidias esse factas, seque versari in summo periculo: τότε δὲ, pergit orator,

II. Secundo, significationem suam retinet *occupandi* et *antevertendi*, sic ut reddi possit per adverbium *prius*, vel nomen *prior:* ut, *ἀξιέπαινος, ὅςτις ἂν φθάνῃ τὸν φίλον εὐεργετῶν*[65], i. e. *Laude dignus est, qui amicum beneficio prior afficit.*[66] Quo sensu interdum, at raro, cum infinitivo iungitur. Sic Livius lib. I, *Fidenates occupant bellum facere*, *φθάνουσι πολεμοῦντες*, vel *πολεμεῖν.*[67]

III. Tertio, cum infinitivo, significat, ut plurimum, idem quod *ἔχω*, id est, *δύναμαι*, *possum.* Philo de Legat. ad Caium, *Οὐ γὰρ φθάνει προςαναβαίνειν ὁ λόγος πρὸς τὸν ἄψαυστον, καὶ ἀναφῆ πάντη Θεὸν*, id est, *Nec enim potest ratio* (vel *oratio*) *ad Deum, qui nulla ratione tangi queat, adspirare.*

IV. Quarto, praecedente negatione *οὐκ*, et sequente *καὶ*, in alio membro, significat idem quod *ἅμα καὶ*, in diversis membris, (de quibus postea dicemus in adverbio) id est, *ut primum, continuo:* ut, *οὐκ ἔφθη ἐλθὼν, καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἐνεδείξατο*, id est, *ut primum venit, continuo honoris cupiditatem, qua flagrabat, ostendit.*[68] Quo item sensu, rarius licet, aliquando tamen cum infinitivo coniungitur. § 203.

ἐὰν μὲν δύνωνται, καὶ μὴ φθάνωσι, πρὶν ἀποθανεῖν, h. e. *Tum si possunt, nec morte occupantur*, i. e. *non prius pereunt, quam sibi providere, malumque propulsare possunt.* Z.]

65 Ita fere Xenoph. in secundo *ἀπομνήμον.* quem citat Budaeus l. c. [Antiph. Orat. pag. 631 *Εἰ γὰρ μὴ ἜΦΘΗΣΑΝ ΠΕΡΙΔΥ´ΣΑΝΤΕΣ, ἀλλά τινας προςιόντας φοβηθέντες ἀπέλιπον, ἐσωφρόνουν*, *Quod si enim* (sc. sicarii) *non ante veste* (sc. occisum) *spoliarunt, sed metu quorundam supervenientium reliquerunt, haud stulti fuerunt.* Demosth. pro Coron. pag. 239 *Ἐὰν μὴ ἐμμένητε τοῖς ὡμολογημένοις, οὐδὲν προτερήσετε ἔξω τοῦ ἘΦΘΑΚΈΝΑΙ ἈΔΙΚΟΥ̃ΝΤΕΣ*, *Si pacta non servaveritis, nihil lucramini, nisi ut initium iniuriae feceritis.* Z.]

66 Eodem modo construitur compositum *ὑποφθάνω.* Arrian. de Exp. Alex. lib. I, pag. 30, init. *Ὑποφθάσομεν γὰρ αὐτοὶ περάσαντες, πρὶν ἐκείνους ἐς τάξιν καθίστασθαι*, *Nam prius ipsi transierimus, quam illi aciem instruere possint.*

67 Quando in Optativo cum Particula *ἂν* sequentem habet Particulam *ἢ* cum infinitivo, Latini additum Participium vertunt per Plusquamperfectum subiunctivi, sequente *Priusquam.* Herodot. Erat. cap. 108 *ΦΘΑΙ´ΗΤΕ γὰρ ἊΝ πολλάκις ἀνδραποδισθέντες Ἢ τινα ΠΥΘΈΣΘΑΙ ἡμέων*, *Capti enim saepe fuissetis*, vel *potuissetis capi, priusquam nostrum quis audivisset.* § 202.

68 Ne suo auctore careat exemplum, aliud addam ex Isocrate in Panegyrico, pag. 113, b. *Οἱ δὲ ΟΥ̓Κ ἜΦΘΗΣΑΝ*

V. Quinto, in optativo praecedente eadem negatione, cum particula ἂν, significat aliquando plane id futurum, quod participio significatur; idque affirmando, licet constructio sit negativa; ut, οὐκ ἂν φθάνοι τῆς κακουργίας τίσιν ἀποτίνων, id est, *nunquam effugiet poenam sceleri suo debitam.* Sic, οὐκ ἂν φθάνοι ἀποθνήσκων, id est, *mortem nunquam effugiet.* Dio Chrysost. Orat. XII, *Εἰ δὲ ὑμῖν ὑπαίτιός εἰμι τοῦ σχήματος, οὐκ ἂν φθάνοιτε Ὁμήρῳ πρότερον χαλεπῶς ἔχοντες, Quod si eius formae causa*, (supp. qua Iovem expressi, Phidias enim loquitur:) *reus apud vos fuero, prius omnino vos Homero infensos esse oportebat.* Qua constructione reddi aliquando potest, *iam iam, illico;* ut, οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων, id est, *iam iam audies.*[69]

πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, ΚΑΙ` πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες, Hi, quamprimum intellexerant, bello Atticam circumventam esse, rebus omnibus relictis, nobis subsidio venerunt.* Et in Aegin. *ΟΥ'Κ "ΕΦΘΗΜΕΝ εἰς Τροιζῆνα ἐλθόντες, ΚΑΙ` τοιαύταις νόσοις ἐλήφθημεν, Quamprimum Troezenem venimus, talibus morbis correpti sumus. [It. Demosth. ad Macart. p. 1073 *ΟΥ' γὰρ "ΕΦΘΗ ὁ Θεόπομπος τὴν ἐπιδικασίαν ποιησάμενος, ΚΑΙ` εὐθὺς ἐνεδείξατο* etc. Vix *Theopompus effecerat, ut hereditas adiudicaretur*, cum *statim ostenderet*, etc. Z.] Est et ubi potius *priusquam* reddendum. Ita Tantalus apud Lucianum in Dialog. Menippi et Tantali: *ΟΥ' ΦΘΑ΄ΝΩ ΒΡΕ΄ΞΑΣ ἄκρον τὸ χεῖλος, ΚΑΙ` διὰ τῶν δακτύλων διαῤῥυὲν οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου, Priusquam summum labellum irrigo, per digitos dilapsa* [aqua], *nescio quomodo rursus aridam meam manum relinquat.* Sensum hic minus assequemur, si vertimus, *simul ac irrigo labellum*, nam id ipsum erat, quod Tantalus efficere non poterat. Ex adverso superioribus locis haec versio minime quadrat.

69 Ita ex Platonis Euthydemo Budaeus p. 214. [Conf. Demosth. adv. Timocrat. pag. 745 *Εἰ οὖν μὴ τιμωρήσεσθε τούτους, οὐκ ἂν φθάνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θηρίοις δουλεῦον, Quod si igitur istos* (sc. oratores) *non castigaveritis, multitudo servitutem istarum belluarum non effugiet.* Id. adv. Aristogit. pag. 783 *οὐκ ἂν φθάνοι κατακοπτόμενος, Iam iam,* seu, *primo quoque tempore debet trucidari.* Plat. Symp. cap. 11 *Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων, Statim, sine mora*, *dic.* Id. in Phaed. cap. 49. *ὡς διδόντος σοι, οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων, Cum rem tibi concedam, statim perfice*, seu, *doce quae inde consequuntur.* Xenoph. Memor. II, 3, 11 *Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων, Quin mihi statim dic.* Ibid. III, 11, 1 *Οὐκ ἂν φθάνοιτε ἀκολουθοῦντες, Statim me sequimini.* Ernestius V. C. ad hunc locum ita: Facile intelligitur, hanc vim esse a prima et propria verbi *φθάνειν* significatione: quod, qui alterum occupare et praevertere vult, *celeritatem* adhibeat necesse est. Z.] § 204.

VI. Sexto, eadem significatione, qua res omnino futura significatur, interdum subintelligitur participium ex priori membro repetendum: ut obsecranti alterum, ὡς τἀληθὲς εἰπεῖν ἂν βούλοιτο, id est, *verum ut dicere velit*, respondere alter possit, οὐκ ἂν φθάνοιμι, id est, *ego vero id omnino faciam:* ubi subintelligendum est, τἀληθὲς εἰπών.

VII. Aliquando οὐκ ἂν φθάνοιμι contraria significatione est, *nunquam voti compos esse potero*[70]: ut, οὐκ ἂν οὑτωσὶ φθάνοις τὴν Ἑλλάδα μεμαθηκώς, id est, *nunquam hoc modo linguam Graecam perdiscere poteris*, ubi aliquando etiam subintelligendum est superius aliquod participium, ut, Εἰ μέλλεις ἅπασιν ἀρέσκειν, οὐκ ἂν φθάνοις, supple ἀρέσκων: id est, *si omnibus placere coneris, nunquam voti compos eris*[71].

70 Vide, an haec non congruant cum iis, quae dicta sunt Reg. 3.

71 Operae pretium visum est hic interserere trium verborum φύειν, χαίρειν et χρᾶσθαι usum.

Elegans admodum est usus praeteriti perfecti activi verbi φύω· et πέφυκα notat: *Ita natura comparatus sum, ita soleo, ita ingenium fert*, vel simile quid. Construiturque primo cum infinitivo. Vt, πέφυκα ἡγεμονεύειν, *Natura ita sum comparatus, ut imperem.* Plat. Phaed. pag. 80, lin. 5 Πέφυκε μισεῖν, *Naturali odio persequitur.* Hinc eleganter Dionys. Hal. de Antiq. Orat. τὸ πεφυκέναι opponit τῷ βούλεσθαι, cum ita cum Lysia comparat Isocratem: ΠΕ´ΦΥΚΕ γὰρ ἡ Λυσίου λέξις ἔχειν τὸ χαρίεν, ἡ δ' Ἰσοκράτους ΒΟΥ´ΛΕΤΑΙ, *In Lysiae dictione est nativa quaedam elegantia, in Isocratis vero, adfectata.*

Secundo, illi infinitivo praemittitur praepositio εἰς cum articulo. Vt, Καλῶς πέφυκεν εἰς τὸ μαθεῖν, *Ad discendum pulcre natura eius est comparata*, sive, *Celeriter arripit ea, quae traduntur.* Vide et Platonem epist. 7. pag. 343, in fine.

Tertio construitur cum praepositione πρός. Ita Epict. Enchir. cap. 38 ΠΕ´ΦΥΚΕ γὰρ ΠΡΟ´Σ τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγειν, *Illud enim naturae omnium animantium insitum est, ut, quae videntur nocitura, eorumque caussas fugiant.* Adde cap. 36. Ἄλλο ΠΡΟ´Σ ἄλλο ΠΕ´ΦΥΚΕΝ, *Aliud ad aliud natura idoneum est.* §. 205.

Verbum χαίρω, *Gaudeo*, primo scite admodum construitur cum participio, quod Latini solent vel in infinitivum mutare, vel, mutata verborum structura, per nomen efferre. E. g. apud Plat. in Phaedro, pag. 273, lin. 29 Φεῦ, δεινός γε ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας, ἢ ἄλλος, ὅστις δήποτ' ὢν τυγχάνει, καὶ ὁπόθεν ΧΑΙ´ΡΕΙ ΟΝΟΜΑΖΟ´ΜΕΝΟΣ, *Phy! solers quidem in abscondita arte invenienda est Tisias, vel quicunque alius fuerit, vel unde GAVDET NOMINATVS*, i. e. *quocunque alio nomine gaudet*, vel, *nominari velit.* Consentit Athenaeus ib. VII.

VIII. Verbi χωρεῖν, et compositi ἐγχωρεῖν, hi potissimum usus observandi sunt:

pag. 277 Ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δήποτε ΧΑΙ'ΡΕΙ 'ΟΝΟΜΑ-ΖΟ'ΜΕΝΟΣ. *Qui Titanum pugnam carminibus celebravit, sive, Qui Titanomachiae auctor est, sive is fuerit Eumelus Corinthius, sive Arctinus, sive alio nomine gaudet.* Cum participio activo construit Plato in Hipp. min. pag. 369, init. Ἐν ἥτινι βούλει σοφίᾳ, τοῦτο σκέψαι, ἢ πανουργίᾳ, ἢ ὁτιοῦν ΧΑΙ'ΡΕΙΣ 'ΟΝΟΜΑ'ΖΩΝ, *Specta hoc in qualibet cognitione, sive versutia, aut si qua alia tibi arridet appellatio.* [It. Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 627 Ἔχαιρε κολακευόμενος, *Gavisus est adulatione.* Z.] Haud plane absimili idiomate dixit Horatius lib. Epod. Od. 2

Vt GAVDET insitiva DECERPENS pyra.

[Eandem fere rationem construendi admittit synonymum εὐφραίνεσθαι. V. c. Xenoph. Mem. I. 6, 8 Οἱ δ' ἡγούμενοι καλῶς προχωρεῖν ἑαυτοῖς γεωργίαν, 'ΩΣ ΕΥ̓ ΠΡΑ'ΤΤΟΝΤΕΣ ΕΥ̓ΦΡΑΙ'ΝΟΝΤΑΙ, *Qui putant, sibi recte procedere agriculturam, rerum successu delectantur.* Z.]

Secundo, amat verbum ἐάω praecedere, § 206. et ἐάω χαίρειν, eleganter pro *omitto*, *praetermitto* ponitur. Sic apud Platonem frequenter, ut in Gorg. pag. 476, in initio: Καὶ ἐγὼ σὲ μόνον ἐπιψηφίζων τοὺς ἄλλους 'ΕΩ͂ ΧΑΙ'ΡΕΙΝ, *Et tuam unius sententiam exquirens, alios mitto.* Pro verbo ἐᾶν additur nonnunquam εἰπεῖν, ut apud eundem in Phaedro p. 272, fin. Καὶ πάντως λέγοντα, τὸ δὴ εἰκὸς διωκτέον εἶναι πολλὰ ΕΙ'ΠΟ'ΝΤΑ ΧΑΙ'ΡΕΙΝ τῷ ἀληθεῖ, *Et in omni oratione probabilia esse persequenda inprimis, nulla veritatis ratione habita.*

Tertio, dicitur aliquis χαίρων τὶ ποιεῖν, i. e. *Impune aliquid facere.* Ita Herodot. Erat. cap. 50 Ὅς οὐκ ἔφη αὐτὸν οὐδένα ἄξειν ΧΑΙ'ΡΟΝΤΑ Αἰγινητέων, *Qui negabat, eum GAVDENTEM, i. e. impune, quemquam Aeginetarum abducturum esse.* § 207. Nec multum ab hoc differt id, quod pueri in Morali carmine discunt:

Nemo diu GAVDET, qui iudice vincit iniquo.

Quarto, est huius verbi in infinitivo usus in epistolarum initiis. Cuius moris Cleon narratnr auctor fuisse. Moeris in Atticismis: Χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψαι Κλέων Ἀθηναίοις μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. ἔνθεν καὶ τὸν Κωμικὸν [nempe *Eubulum*, uti Suidas est auctor. Z.] ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν· Πρῶτος γὰρ ἡμῖν ὁ Κλέων χαίρειν προςεῖπε, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. *Χαίρειν in epistolis primus traditur scripsisse Cleon ad Athenienses, postquam Pylum expugnaverat. Hinc etiam Comici scomma: Primus enim nobis Cleon illud χαίρειν obiecit, multa mala urbi afferens.* Nec tamen hoc fuit perpetuum; Platoni enim familiare fuit praefigere epistolis εὖ πράττειν. Vide omnino Lucianum pro lapsu inter salut. pag. 197. Pythagorae ὑγιαίνειν. Epicuro εὖ διάγειν. Consule omnino Scholia ad Aristoph. Νεφ. vs. 609, et Πλοῦτ. vs. 322. et Diog. Laërt. lib. III. pag. 223. [Conf. Interpretes ad Thomam Magistrum ubi eadem res traditur. Z.]

Primus est, simplicis χωρεῖν, cum praepositione διὰ et gignendi casu: idque vel proprie; ut διὰ ξίφους καὶ φόνου

Denique verbum χρᾶσθαι elegantes admodum constructiones admittit, quas ut tirones facilius intelligant, non alienum videtur huius verbi unam notionem ubique dominantem, et cum qua caeterae omnes cognationem habent, in medium proferre; quae est, *Agere aliquid opera alterius, sive rei sive personae*, quae, tanquam instrumentum, quo quid agimus, in Ablativo ponitur: et, si recte deducimus a nomine χεὶρ, speciatim notabit actionem, quae manibus fit. Hanc sententiam confirmat idioma Graecorum, qui accusativum τί, ταῦτα, πολλὰ, τοιαῦτα, vel similia infinitae significationis vocabula, non raro addunt. V. c. Τί χρήσῃ τούτῳ; Ταῦτα, πολλὰ, παντοῖα χρῶμαι αὐτῷ. Verbatim: *Quid ages hac re? Haec, multa, varia ago eo*, i. e. *opera eius*. Latinius: *In his, multis, variis eius opera utor*. Nos satis feliciter: *Wat zult gy daar mede doen? Ik doe er alles mede*. Auctoritatem si desideras, consule Aristidem, Orat. pro Quatuorviris, pag. 404 Καί τοι ΠΟΛΛΑ΄ γε καὶ ΠΑΝΤΟΙ΄Α ἘΧΡΗ΄ΣΑΤΟ ΑΥ᾿ΤΟΙ΄Σ, *Licet multas ac varias res eorum opera gessisset*. Suffragatur Demosthenes, contra Phorm. pag. 590, lin. 44 Ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω, ΤΙ΄ ΧΡΗ΄ΣΟΜΑΙ ΤΟΙ΄Σ τούτου ΜΑ΄ΡΤΥΣΙΝ, *Ego vero, quid cum illis testibus agam, non habeo*. Adde Aristoph. in Pace vs. 229 et 1239. Non ignoro, a multis, ut accusativi ratio constet, intelligi praepositionem εἰς. vide sis Nostrum et Cl. Bos Ellips. Gr. in praepositione εἰς. [Recte. Sic enim Scholiastes ad verba Thucydidis lib. II Ἃ γὰρ πόλιν ὕμνησα, *Quae in urbem cecini*, intelligit praepositionem εἰς. Sic. Aristoph. Nub. 22 est τί ἐχρησάμην, ubi Glossator τί explicat ἐς τί, κατὰ τί. cf. Kuster. et Spanh. ad h. l. Verum quoque intelligi potest interdum praepositio πρὸς, quae extat expressa in Demosth. adv. Mid. ab initio: τῇ ὕβρει χρῆσθαι ΠΡΟ΄Σ ἅπαντας· aut ἐπὶ, ut Demosth. adv. Aristogit. pag. 779 Ἐφ᾿ ἃ δ᾿ ἂν καὶ χρήσαιτό τις τοιούτῳ θηρίῳ; *ad quam rem quis tali bellua uteretur?* Z. ℊ 208.] In illis tamen generalibus, τί ταῦτα etc. nunquam, quod sciam, praepositionem adhibuerunt Graeci. Hinc istam tanquam dominantem notionem suo, h. e. primo, loco colloco, quam in omnibus sequentibus aut clare elucere, aut clam subesse, vel parum attendens facile deprehendet. Ad hanc primam refer: Οὐκ ἔχω, ὅ, τι χρήσομαι ἐμαυτῷ. Proprie, *Non habeo, quod mecum agam*, sive: *Quo me vertam, nescio*. Estque elegans phrasis, qua utitur Plato in Gorg. pag. 485, lin. 10 Οἶσθ᾿ ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις, Ὅ, ΤΙ ΧΡΗ΄ΣΑΙΟ ΣΑΥΤΩ͂Ι, *Finge te non habere, quid agas*. [It. Plat. Critone cap. 4 οὐκ ἔχεις, ὅ, τι χρῷο σαυτῷ, *Non habes unde vivas*. Z. ℊ 209.]

Secundo: Si Dativo personae adverbium addatur, Latini totidem verbis exprimere possunt: dicunt enim: *Ago tecum bene vel male*, i. e. *tracto*. Ita Plut. in Vit. Cic. pag. 865, lin. 33 ΤΟΙ΄Σ ΚΙΝΔΥΝΕΥ΄ΟΥΣΙΝ ἀεὶ, καθ᾿ ὅσον οἱ νόμοι παρείκουσι, ΚΕΧΡΗΜΕ΄ΝΟΣ ἘΠΙΕΙΚΩ͂Σ καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩ΄ΠΩΣ, *Semper, quatenus leges permit-*

χωρεῖν, per ferrum ac caedes viam moliri, erumpere: vel metaphorice; ut apud Philon. de Legat. ad Caium, *Ὁ μὲν*

tunt, in eos aequus et benignus quum fuisset. [Sic Xenoph. Ages. II, 25 *χρῆσθαι εὐγνωμόνως ἑαυτῷ, se prudenter gerere, se ut virum bonum prudentemque praestare.* Z.]

Tertio: Si Dativus ille sit rei inanimae, vix ac ne vix quidem citra circumlocutionem Latine reddere poteris. Ita enim modo laudatus Demosthenes de Foed. Al. pag. 87, lin. 7 *ἈΝΕΓΚΛΗ´ΤΩΣ πρὸς ἅπαντας ΧΡΗ͂ΣΘΕ ΤΩ͂Ι ΣΥΜΦΕ´ΡΟΝΤΙ, Ita utilitatis vestrae rationem habete, ut apud omnes reprehensione careatis.* Abhorret enim a Latino more: *Ita agite cum utilitate;* sicut tamen nuda verba sonant. Ita Fabium dictatorem incusant apud Polyb. lib. III, *Ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς καιροῖς, Quasi minus audacter usum temporibus,* i. e. *Quasi non satis in illo animi sit ad captandas occasiones.* Sic Demosthenem accusat Dinarchus pag. 98 *Ὅτι ΤΩ͂Ι ΨΕΥ´ΔΕΣΘΑΙ καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν ἙΤΟΙ´ΜΩΣ ΧΡΗ͂ΤΑΙ, Eum ad mentiendum et omnia absurda dicenda promtum esse.*

Quarto: Proximum ab hoc locum obtineat elegantissima locutio. Quod enim nostratibus est familiare: *Iemand met alle onderdaanigheit zyn dienst aanbieden, zyn respect bewyzen,* vel si quis alius verborum honor in adornandis obsequiis est in usu, id Graeci: *Παρέχειν ἑαυτὸν χρῆσθαι ὅ, τι τὶς ἂν δέῃ* vel *βούληται.* Haec locutio cum naturali *agendi* notione arctissimam habet cognationem; ita enim verba strictim sonant: *Exhibere se eum, cum quo,* vel, *cuius opera quis omnia, quae velit,* sive, *cum quo in omnibus pro lubitu, agat.* Ita apud Xenophontem *Κύρ. παιδ.* lib. VIII, cap. 1 et 2. Vbi, postquam Chrysantes dixisset, *Παρέχωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ ΚΥ´ΡΩι ὍΤΙ ἂν δέῃ, Praesto simus Cyro ad omnia, quae velit,* multi hanc sententiam sunt secuti, iisque visum est, *Τοὺς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοὺς ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ ὍΤΙ ἂν βούληται, Vt omnes viri principes semper in aula adessent, et ad omnia quaecunque exigerentur obsequia parati essent.* At eadem locutio etiam in malam partem accipitur, cum sermo est de hostibus victis vel sese in fidem tradentibus, de quibus aliquis pro arbitrio statuit. Ita Alexander tyrannos urbium in urbes misit, *χρήσασθαι ὅπως ἐθέλοιεν, ut de iis pro arbitrio statuerent,* apud Arrian. lib. III, cap. 2, in fine: et cap. 23 Graecorum legatis postulantibus, ut Alexander omnes exteros in fidem reciperet, iussit, ut omnes se dederent, *ἐπιτρέποντες Ἀλεξάνδρῳ ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ, ὍΤΙ ΒΟΥ´ΛΟΙΤΟ. zig op genade aan Alexander overgevende.* § 210.

Quinto, *Χρῆσθαι τῷ Θεῷ* est *oraculum consulere.* Ita apud eundem lib. eod. cap. 4 *Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε, καὶ ΤΩ͂Ι ΘΕΩ͂Ι ἘΧΡΗ´ΣΑΤΟ, Hic Alexander et miratus est regionem, et oraculum consuluit.* Et apud Lucian. Dialog. Iun. et Lat. dicitur Phoebus *ἐξαπατᾶν ΤΟΥ͂Σ ΧΡΩΜΕ´ΝΟΥΣ ΑΥ´ΤΩ͂Ι, Fallere eos, qui ipsius oraculum consulunt.* Contra frequentissimus

ἂν ἐκποδὼν ἐγεγένητο Γάϊος, δι' ὑποψιῶν κεχωρηκὼς ἀνηκέστων, Summotus ac depulsus Caius fuisset, qui gravissimas in suspiciones venerat.

huius verbi usus est, cum notat *Respondere*. Plat. in Phaed. pag. 65 lin. 10 *Πάνυ ἐθαύμασα, εἴ ΤΙ ἕξει τὶς ΧΡΗ'ΣΑΣΘΑΙ ΤΩ͂ι ΛΟ'ΓΩι αὐτοῦ, Maxime mirabar, si quis haberet, quod ad ipsius verba responderet.* Et in Euthydem. pag. 287, lin. 15 *Εἶτ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος ὑπολαβὼν, οὕτως εἶ Κρόνος, ὥστε, ἃ τοπρῶτον εἴπομεν, νῦν ἀναμιμνήσκῃ, καὶ εἴ τι πέρυσιν εἶπον, νῦν ἀναμνησθήσῃ, ΤΟΙ'Σ δ' ἐν τῷ παρόντι ΛΕΓΟΜΕ'ΝΟΙΣ οὐχ ἕξεις "Ο, ΤΙ ΧΡΗ'ΣΗι; Itane, o Socrates, excipiens Dionysodorus inquit, bardus es, ut, quae superius diximus, nunc repetas, repetiturus quoque, si qua superiori anno diximus, ad ea autem, quae nunc dicuntur, nihil habeas, quod respondeas?* Hinc substantivum *χρησμὸς*, *Oraculum*, *Divinum responsum.* [Atque *χράω* est interdum *oraculum edo*, vel omnino, *respondeo.* Exempla vide apud Stephanum in Thesauro. Z.] Et haec locutio a prima omnino dependet; quid enim aliud est: *Nescio, quid ad haec verba respondeam*, quam (si ita loqui fas esset), *Nescio, quid cum his verbis faciam* vel *agam?*

Sexto, *Χρᾶσθαί τινι λέγοντι* est, *Aliquem inducere loquentem.* Quod discere est ex Proclo in Platonis Polit. pag. mihi 389, paulo post initium: *"Η αὐτὸς λέγων, ἢ "ΑΛΛΩι ΛΕ'ΓΟΝΤΙ ΧΡΩ'ΜΕΝΟΣ, Vel ipse dicens vel alium loquentem inducens.* At *χρᾶσθαί τινι λέγων* [scribere volebat *λέγοντα. Herm.*] est *aliquem in exemplum citare.* Occasio autem, qua aliquis vel alicuius factum citatur, in quarto casu ponitur, praemissa praepositione *εἰς*: ut videre est apud Plut. de Herodoti maledic. pag. 858 *ΠΙΤΤΑΚΩ͂Ι τοίνυν εἰς μικρὰ καὶ οὐκ ἄξια λόγου ΧΡΗΣΑ'ΜΕΝΟΣ, ὃ μέγιστόν ἐστι τῶν πεπραγμένων τῷ ἀνδρὶ, καὶ κάλλιστον ἐν ταῖς πράξεσι γενόμενον, παρῆκεν, Pittacum igitur in paucis, iisque moratu non dignis, allegans, quod praeclarissimum illius est factum, et pulcerrimum viri facinus, id omisit.*

Septimo: Quod si Dativus sit nominis vitii vel defectus, per verbum *Laboro* Latine effertur. Thucydides lib. I, cap. 68 *Σωφροσύνην μὲν ἔχετε, 'ΑΜΑΘΙ'Αι δὲ πλείονι πρὸς τὰ ἔξω πρήματα ΧΡΗ͂ΣΘΕ, Moderationem* (al. *aequitatem) quidem habetis, sed ignorantia maiori laboratis in rebus externis.* Huic adde laudatum modo Proclum in Platonis Remp. pag. m. 369, lin. 50 *Τὴν μέθην διαφθείρειν τά τε σώματα καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ΧΡΩΜΕ'ΝΩΝ*, sc. *αὐτῇ, Ebrietatem perdere et corpora et animas hoc vitio laborantium.*

Octavo: Non absimile est huic significatui, cum v. g. nauta dicitur *χρῆσθαι χειμῶνι*, i. e. *conflictari cum tempestate.* Dem. de Cor. pag. 341, lin. 12 *Εἶτα ΧΕΙΜΩ͂ΝΙ ΧΡΗΣΑ'ΜΕΝΟΝ καὶ πονησάντων αὐτῷ τῶν σκευῶν, η καὶ συντριβέντων ὅλως, τῆς ναυαγίας αἰτιῷτο, Dein cum tempestate conflictatus, vel etiam fatiscentibus ei instrumentis et penitus confractis, naufragii criminetur.* Thucyd. lib. IV, cap. 120 *Φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι Πελληνῆς μὲν*

Secundus cum praepositione ἐπὶ et accusandi casu, id est, *procedere*, *succedere*: ut, Ἐπὶ τὸ βέλτιον χωρεῖ τὰ πράγματα, *Res laetiore cursu feruntur.* Quo sensu crebro iungitur cum πολὺ, πλεῖον, πλεῖστον, ac fere genitivo sequente: ut, Ἐπὶ πλεῖστον τῆς παιδείας χωρεῖν, *Plurimum in eruditione proficere.* Χωρεῖν ἐπὶ πλεῖστον δυνάμεως, *Ad maximam potentiam pervenire.*

IX. Tertius est *militaris* ac *bellicus* pro *in hostem ferri*, vel cum praepositione ἐπὶ, aut πρὸς, et accusandi casu; vel cum adverbio ὁμόσε, et dandi casu; ut, ὁμόσε χωρεῖν τῷ πολεμίῳ. Plutarchus, in Romulo, iungit cum ἐναντίως et εἰς ὅπλα, ubi de Romulo, Ἐβούλετο μὲν εἰς τὰ ὅπλα χωρεῖν τοῖς φεύγουσιν ἐναντίως, id est, *Cupiebat fugientibus ex adverso armatus occurrere.* Quod etiam metaphorice dici-

εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τοῦτο τῷ χειμῶνι, ᾯ ἘΧΡΗ'ΣΑΝΤΟ Ἀχαιοὶ, καὶ αὐτοῦ οἰκῆσαι, *Dicunt Scionaei, Pellene se oriundos ex Peloponneso, et maiores suos primos, a Troia navigantes, in hunc locum fuisse delatos per tempestatem, qua Achivi iactati sunt, ibique sedem posuisse.*

Nono: Mulier dicitur κραυγῇ τε καὶ ὀλολυγῇ ΧΡΩΜΈΝΗ, *quae clamorem et ulutatum edit*, Thucyd. lib. II, cap. 3.

Decimo: Non raro in significatione verbi ἔχω invenitur. Exemplum habet Thuc. lib. I, cap. 10 Πόλεως οὔτε ἹΕΡΟΙ͂Σ οὔτε ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΙ͂Σ πολυτελέσι ΧΡΗΣΑΜΈΝΗΣ, *Vrbe neque templis, neque aedificiis magnificis instructa.* Similiter Aphthonius in Progymn. ΠΡΟΓΌΝΟΙΣ μὲν ΒΑΣΙΛΕΥ͂ΣΙΝ ἘΧΡΗ'ΣΑΤΟ, *Habuit reges generis sui auctores.* Hunc verbi usum imitatus est Cic. lib. Rhetoricorum, cap. 34 *Navis optime cursum conficit ea, quae scientissimo GVBERNATORE VTITVR.* Et in secunda Catilinaria cap. 8 *Quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum usuris, fructibus praediorum: locupletioribus his et melioribus CIVIBVS VTEREMVR.* Et Nep. in Attic. init. *Patre VSVS EST diligente.*

Vndecimo: Est denique ubi in versione non redditur. Ita enim Thucydides, lib. II, cap. 34 Οἱ Ἀθηναῖοι ΤΩ͂Ι ΠΑΤΡΊΩι ΝΌΜΩι ΧΡΏΜΕΝΟΙ δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων, *Athenienses patrio instituto publice humarunt eos, qui primi in hoc bello mortui sunt.* Quae locutio, ut hoc denuo inculcem, primigeniam significationis *agendi* sapit originem. Quid enim aliud est, ταφὰς ποιεῖσθαι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενον, quam, *sepelire*, *secundum patrium institutum id agentem?* Obiter praeterea hic observari vellem, verbum ποιέω cum accusativo ταφὰς constructum idem significare, quod verbum ipsum θάπτω. Vide, quae notavi supra ad Sect. 10, Reg. 9.

tur, *ὁμόσε χωρεῖν τῷ κινδύνῳ, obiicere se periculo: ὁμόσε χωρεῖν τῷ ἐναντία φρονοῦντι, cum eo, qui contrariae opinionis est, collato pede contendere:* vel *ὁμόσε ἰέναι, φέρεσθαι, γίνεσθαι, ὠθεῖσθαι.* [*Χωρεῖν τοῖς Ἑβραίοις εἰς μάχην.* Iosephus pag. 74. *Herm.*]

X. Quartus usus est, pro *capacem esse:* idque vel accusandi casu, ut apud Philon. de Legat. ad Caium, *Μηδὲ τῆς ἡλικίας χωρούσης ἔγκλημα τοιοῦτον*, id est, *Cum ne ipsa quidem aetas eiusmodi crimen caperet*[72], vel (quod rarius est) cum infinitivo, tuncque *χωρῶ* est *possum;* ut, *Οὐχ ἱκανῶς τὰ θεῖα νοῆσαι χωροῦμεν*, i. e. *Divina satis intelligere non possumus.*

Quinto est, cum impersonaliter sumitur; ut, *Οὐ χωρεῖ γενέσθαι τοῦτο*, id est, *οὐκ ἐνδέχεται, οὐκ ἔχει φύσιν*, id est, *non potest*, aut, *non solet hoc fieri.* Quo sensu fere cum dandi casu iungitur, significatque *locum*, aut *facultatem non esse; Οὐ χωρεῖ μοι περιπατοῦντι, Mihi satis ad ambulandum loci non est*[73] § 211.

XI. At *ἐγχωρεῖν* longe saepius impersonaliter sumitur: idque, vel absolute: ut, *καθόσον ἂν ἐγχωρῇ, quatenus licuerit**: aut cum infinitivo, praecedente accusativo, vel dativo, vel utroque simul. Plato III de Republ.[74] *Οὐ γάρ, οἶμαι, σώματι σῶμα θεραπεύουσιν. οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ* (medicorum corpora) *ἐνεχώρει κακὰ εἶναί ποτε, καὶ γενέσθαι, ἀλλὰ ψυχῇ σῶμα· ἣ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε, καὶ οὖσαν, εὖ τι θεραπεύειν. δικαστὴς δέ γε ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ἣ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι* etc., i. e. *Nec enim (medici), opinor, corpore corpus curant, (alioqui mala,*

72 Ita *μεταφορικῶς*. At citra metaphoram ita Plato ait in Symposio pag. 214 *Ψυκτὴρ πλέων ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωρῶν, Psycter plures quam octo cotylas capiens.*

73 Hinc sponte sequitur sextus usus, quo *succedere* notat. [De hac significatione etiam Vigerus supra monuit §. 8. Z.] Occurrit apud Polyb. lib. II *Κατὰ λόγον σφισὶ ΧΩΡΗΣΑΝΤΩΝ τῶν πραγμάτων, Ex sententia rebus succedentibus.* His subiungo notandam phrasin: *Ἐχώρει ἐμοῦ τὰ δάκρυα, Obortae sunt mihi lacrymae.* H.

* Sic absolute occurrit Plat. in Phaed. cap. 65. Crito cum narrasset Socrati, solem nondum prorsus occidisse, et alios admodum sero hausisse venenum, rogat, ne festinaret. *Ἔτι γάρ*, addit, *ἐγχωρεῖ*, h. e. *adhuc tempus est, adhuc per tempus licet*, sc. *abstinere a potione veneni.* Plene dicitur Xenoph. de Re Eq. XII, 16 *ὁ χρόνος ἐγχωρεῖ, tempus concedit.* Z.

74 Pag. 408, in fine.

hoc est, morbis obnoxia corpora, nec habere, nec habuisse deberent:) *sed animo corpus: qui si malus fuerit, et est*; (*malum* autem intelligit, vel improbitatis, vel ignorantiae,) *recte aliquid curare non poterit. At iudex animo imperat animo, quem proinde non oportet a iuventute cum improbis animis educatum esse.* Quem locum, meo iudicio, Interpretes male habuerunt.

CAPVT VI.

De Participio.

SECTIO I.

De Participio in universum.

REGVLA I.

Plvrimos eosque perelegantes participium usus habet apud Graecos.

Primo, si cum particula εἰς coniungitur[75], vicem optativi gerit, aut subiunctivi: ut, ὡς τὸν ἄνδρα κρύβδην ὑπεκ–

75 Adde in Accusandi casu, qualis structura apud Graecos crebro occurrit. Vide Aristid. pro Quatuorv. pag. 220 *Ὡς τὸ μὲν εἶναι ῥήτορα τοῦτο ὈΝ, ὅπερ ἦν ὁ Περικλῆς, αὐτοῖς δὲ οὐκ ἐξ ἴσου ΤῊΝ ΤΥ'ΧΗΝ ΟΥ̓ΣΑΝ, Perinde ac si oratorem esse, idem esset, quod Periclem esse, et ipsis non eadem esset fortuna.* Estque hic idiotismus frequentissimus. Conf. Paus. in Boeot. pag. 561, lin. 40. et 593, lin. 26. et Arrian. de Exp. Al. lib. III, cap. 24 *Πολλοὶ δὲ αὐτῶν καὶ εἰς τὰ ὄρη κατέφυγον, ὩΣ πρὸς ταῦτά γε οὐχ ἭΞΟΝΤΑ ἈΛΈΞΑΝΔΡΟΝ, Multi etiam illorum ad montes confugerant; perinde ac si Alexander eo non esset perventurus.* Ne tamen hic temere agant tirones; nam si participium refertur ad personam, quae immediata praecedit: regulariter pro Accusativo erit Nominativus vel alius casus cum suo substantivo conveniens: regulariter, inquam, quia quandoque Participium ad praecedentem personam spectans, neglecto eiusdem casu, in Accusativo ponitur. vid. infra Reg. 12. Sed hoc raro fit, et tunc, cum inde nulla oriri potest ambiguitas. At si personarum est diversitas, diversus etiam est Participiorum casus, et alterum cum praecedente persona convenit, alterum in Accusativo ponitur. § 212. Ratio est, quod accusativus ille ponatur pro genitivo absoluto. Luculentus est Thucydidis locus lib. IV, cap. 5, qui hanc differentiam

φυγεῖν μηχανώμενον, *quasi homo sese clam subducere moliatur aut moliretur;* pro ὡς ἂν ἀνὴρ μηχανήσαιτο. [Hoc barbarum est. Melius, ὡς εἰ ὁ ἀνὴρ μηχανήσαιτο. *Herm.*] [Plutarch. in Caes. 2, Αὐτὸς ἐπορεύθη πρὸς τὸν διέποντα τὴν Ἀσίαν Ἰούνιον, ὩΣ ἐκείνῳ ΠΡΟΣΗΚΟΝ, ὄντι στρατηγῷ, κολάσαι τοὺς ἑαλωκότας, *Ipse profectus est ad Iunium, qui Asiam cum imperio obtinebat, quippe cui, ut praetori, conveniret de captivis sumere supplicium. Z.*]

II. Secundo, sine particula ὡς, accusativus in neutro participii verbi impersonalis usurpari solet ἐλλειπτικῶς, deficiente κατά· ut, τό γε δοκοῦν ἐμοὶ, *ut mihi quidem videtur.* § 213. δόξαν ἐμοὶ ἐς χωρίον ἀσφαλέστερον μεταβῆναι, *cum securiorem in locum me recipere statuissem;* ubi tamen δόξαν pro genitivo absoluto ponitur.

Idem est usus trium istorum, ἐξὸν, ἐνὸν, παρὸν, *cum liceat,* vel *liceret;* ut, ἐξὸν αὐτῷ περὶ τῆς νίκης ἀπὸ τῶν ἴσων ἀνθαμιλλᾶσθαι, *cum ei liceat,* vel *liceret aequis viribus de victoria contendere.* Aristid. initio Panathen. subobscure: *Οὕςτινας ἂν τροφέας προτέρους ὑμῶν ἄγοι τις,* (δοκοῦν

clarissime ostendit: *Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὩΣ, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ ΟΥΧ ΥΠΟΜΕΝΟΥΝΤΑΣ σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως ΛΗΨΟΜΕΝΟΙ βίᾳ, Illi vero (Lacedaemonii) forte festum aliquod agebant, simulque cognito (hostium conamine) hoc contemnebant, quasi, cum exiissent, vel suum adventum non exspectarent (hostes), vel ipsi facile vi expugnarent.* Vbi ὑπομενοῦντας in quarto casu, quia diversi a Lacedaemoniis intelliguntur, et ληψόμενοι in Nominativo, quia refertur ad eandem personam, quae praecedit. Nam ὑπομενούντων dicere potuisset in Genitivo absolute, non autem ληψομένων. Eodem modo lib. VI, cap. 24 *Καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις, ὡς ἢ ΚΑΤΑΣΤΡΕΨΟΜΕΝΟΙΣ ἐφ' ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν ΣΦΑΛΕΙΣΑΝ μεγάλην δύναμιν, Desiderium cepit omnes pariter abeundi. Ac seniores quidem, tanquam vel ea, ad quae contenderent, in suam potestatem redacturos, vel exercitu, qui magnus erat, nullam cladem accepturo.* Vbi similiter καταστρεψομένοις praecedenti πρεσβυτέροις, ad quod refertur, casu respondet; σφαλεῖσαν autem absolute in Accusativo pro Genitivo absoluto, qualem constructionem cernere est in Enchir. Epict. cap. 29 *Παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς ΚΑΤΑΓΕΛΑΣΘΗΣΟΜΕΝΟΣ, ὡς ΚΑΤΑΜΩΚΗΣΟΜΕΝΩΝ σου ΠΟΛΛΩΝ, ὡς ἘΡΟΥΝΤΩΝ, ὅτι* etc. *Ita te para, tanquam futurum, ut deridearis, et multis ludibrio sis, dicturis etc.* Item observandum, praecedente particula ὥςπερ· cuius exemplum quaere supra init. cap. 3. [Omnino ὡς cum casibus absolutis omnibus participiorum construi, infra docebitur, Cap. VIII, Sect. 10. Z.]

γε δή πως εἰς Ἕλληνας τελεῖν) οὐ ῥάδιον εὑρεῖν, Quos vobis priores nutritios habeat, (qui quidem Grecos inter censeri possint) non facile quisquam inveniat[76].

III. Eodem modo usurpatur *διαφέρον*, *cum intersit*, vel *interesset:* ut, *Πολύ γε διαφέρον τῷ στρατεύματι, τὸν στρατηγὸν τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὑπὲρ τῶν κοινῶν φείδεσθαι, Cum exercitus plurimum intersit*, vel *interesset*, *Imperatorem saluti suae reipublicae causa parcere.* Eodem quoque modo *ἐνδεχόμενον* accipitur: ut, *Ἐνδεχόμενον, τόνγε μὴ ῥαθυμοῦντα τῆς πολυμαθίας ῥαδίως εὖ ἥκειν, Cum fieri soleat*, vel *possit, ut qui minime piger et ignavus fuerit, is facile ad magnae eruditionis laudem perveniat.*

76 Clarius Epictetus apud Arrian. lib. III, cap. 26 *Ἦλθον, ὅτ' ἐκείνῳ ἔδοξεν, καὶ ἄπειμι πάλιν, ἘΚΕΙ'ΝΩι ΔΟΚΟΥ͂Ν, Veni, quando illi ita visum est, et abeo rursus, cum ita illi videatur.* Et Plato lib. VI, de Rep. pag. 487 *Οὐκ οἶδα, ἀλλὰ ΤΟ' ΣΟΙ ΔΟΚΟΥ͂Ν ἡδέως ἂν ἀκούοιμι, Nescio, sed, si ita tibi videtur,* [Apage: immo *tuam sententiam. Herm.*] *audire gestio.* Participii *δόξαν* exemplum habet Pausanias in Achaicis, pag. 398 *ΔΟ'ΞΑΝ δὲ σφίσιν ἀνενεγκεῖν ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τὴν Ἀθηναίων, Cum autem illis visum esset rem ad oraculum Delphicum referre, dedit Pythia regnum Atheniensium Medonti.* Iam ut trium posteriorum *ἐξὸν*, *ἐνὸν*, *παρὸν*, auctoritas constet, vid. Isocrat. Paneg. pag. 132 *Οἵτινες οὕτω περὶ μικρῶν κινδυνεύομεν, ἘΞΟ'Ν ἀδεῶς πολλὰ κεκτῆσθαι, Qui ob res minutas adeo periclitamur, cum liceat multa secure possidere.* Et Dem. adv. Phorm. pag. 588 *ἘΞΟ'Ν δ' αὐτῷ ἀμφοτερόπλουν Ἀθήνησιν ἀποδοῦναι τὸ ἀργύριον, Cum ei liceret pecuniam ultro citroque creditam Athenis reddere.* In Act. Apost. cap. II, 29, videtur poni pro *ἔξεστι*. Participium *ἐνὸν* occurrit apud Aelian. lib. XIII, cap. 38 de Alcibiade: *Εὔηθες τὸν ἔχοντα δίκην μὴ ἀποφυγεῖν, ἘΝΟ'Ν φυγεῖν, Stultum esse, crimine accusatum non effugere, cum fugere possit.* [*Ἐκ τῶν ἐνόντων, ut potest, ut licet, pro viribus.* V. Schäfer. ad Schol. Apoll. Rh. pag. 65. *Herm.*] *Παρὸν* habet Lucian. *ΠΑΡΟ'Ν αὐτῷ κατ' ἐξουσίαν κωμᾶν, Cum liceret ei voluptatibus obsequi.* Aristid. pro Quatuorv. pag. 248 *Καὶ ΠΑΡΟ'Ν εἰρήνην ἄγειν, οὐδαμοῦ τὸν πόλεμον προῃρεῖτο, Et cum liceret pacem agere, neutiquam bellum praeoptabat.* Pro iisdem etiam adiectivum *δυνατὸν* itidem impersonaliter ponitur, ut apud Plat. de Rep. lib. VII, pag. 519, prop. fin. *Ποιήσομεν αὐτοὺς χεῖρον ζῆν, ΔΥΝΑΤΟ'Ν αὐτοῖς ἄμεινον, Efficiemus, ut peius vivant, cum melius possint.* § 214. His addo aliud compositum ex verbo *εἰμὶ μετὸν*, cuius idem, qui superiorum, usus est. Paus. in Achaic. pag. 398 *Οὐδέν σφισι γένος τῶν Ἰώνων ΜΕΤΟ'Ν, Cum nulla Ionas cognatione contingerent.* Pro quo dicitur etiam: *Οὐ μετόν σφισι τοῦ γένους.* In his subaudit Noster *κατὰ*, Cl. L. Bos *μετά*. Mihi in quibusdam praepositionis *κατὰ*, in aliis *τοῦ μετὰ* potior videtur ellipsis.

IV. Similis est usus participiorum ἐγχωροῦν, παρασχὸν, et παρατυχὸν, quae pro eodem fere sumuntur, id est, *ubi liceat*, *cum liceret*, *si quando res tulerit*, et simil. ut, ἐγχωροῦν δι' ὀλίγων ἀφικέσθαι τῶν ἡμερῶν, *cum liceat*, vel *liceret paucis diebus pervenire*. Sic παρασχὸν ἀπηλλαχέναι τοῦ κινδύνου, *si liceret*, vel *licuerit hoc liberari periculo*. [V. Lennep. ad Phalar. Epist. p. 30. sq. G. D.] Thucyd. lib. I, pag. 77[77] iungit εὖ παρασχὸν, id est, *si res fauste successerit*. Ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δὲ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι, id est: *Hominum quippe moderatorum est, ubi laedantur nihil, quiescere: fortium vero, si iniuriam patiantur, ex pace ad bellum se convertere: tum, ubi res successerit, iterum ex bello in gratiam redire.*

V. Sic παρατυχὸν ἀκονιτὶ ἄρασθαι τὴν νίκην, id est, *cum liceat victoriam sine pulvere consequi*. Idem Thucyd. lib. I, pag. 51 Τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω (παρατυχὸν ἰσχύϊ τι κτήσασθαι) προθεὶς, τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο, *Nunc aequi boni rationem obiicitis: quam quidem nemo adhuc (cui modo liceret vi aliquid obtinere) ita potiorem duxit, ut propter eam ab augendis possessionibus abstineret*[78].

77 Cap. 120.

78 Eandem constructionem sequitur participium δεδογμένον ap. Thucyd. lib. I, cap. 125 Τὸ πλῆθος ἐψηφίσαντο πολεμεῖν. ΔΕΔΟΓΜΕΝΟΝ δὲ αὐτοῖς, εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν, *Vulgus bellum gerendum decrevit. Cum autem ita illis visum est, statim tamen bellum suscipi non poterat, quippe qui imparati erant.*

Idem patitur participium δέον. Demosth. de Cor. pag. 353, lin. 40 Ἀλλὰ ΔΕΌΝ ποιεῖν αὐτοὺς περίδειπνον, ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων — τοῦτ' ἐποίησαν παρ' ἐμοὶ, *Sed quum oporteret eos parentalia agere, id apud me, ut qui cum defunctis fueram coniunctissimus, fecerunt.* Et contra Phorm. pag. 585, lin. 45 ΔΕΌΝ δ' αὐτὸν καταγοράσαι φορτία Ἀθήνηθεν μνῶν ἑκατὸν δεκαπέντε, — οὐ κατηγόρασεν ἀλλ' ἢ πεντακισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν, *Cumque eum oporteret coëmere onera Athenis minis centum et quindecim, non amplius mercatus est quam quinquies mille et quingentis drachmis.* Nec tantum in praesenti, sed et in aoristo ά. Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 342 Τειχίσαι τε ΔΕΗΣΑΝ, μόνος ἐξ ἁπάντων εὗρεν, ὅπως δυνήσονται, *Cumque [urbem] munire oporteret, unus ille ex omnibus, qua ratione id fieri posset, invenit.* Sic idem participium eodem tempore in significatione egendi construitur impersonaliter apud eundem, ep. de

VI. Vsurpatur etiam participium pro gerundiis in *do*, vel pro auferendi casu, praesertim participii vocis passivae: ut apud Xenophontem de Agesilao: *Αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον, ἢ ὑπομένοντα μάχεσθαι αὐτῷ*, id est, *Malle cum eo dimicare, expeditionem adversus illum suscipiendo, quam illius sustinendo.* Sic, *Προαιρετέον ἂν εἴη ὀλίγους τινὰς φιλοπονοῦντα τοὺς ἐνιαυτοὺς, τῆς εὐφημίας, ἢ κἂν πλείστους ῥαθυμοῦντα, δυςφημίας ἀπολαύειν*, id est, *Praestabilius omnino fuerit, paucis annis laborando*, vel, *paucorum annorum labore, gloriam, quam multis otiose traductis, ignominiam reportare*[79].

Smyrna, pag. 295 *Ἔτι δὲ ἐσθῆτος ΔΕΗ͂ΣΑΝ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, — πρὸς τοὺς στρατιώτας τοὺς χιτῶνας ἐνείμαντο*, *Deinde, cum vester exercitus vestimentorum indigeret, inter milites tunicas distribuerunt.*

Idem patitur participium *προςῆκον*, *cum oporteat.* Idem Aristides de Quatuorviris, pag. 463 *Καὶ μέγιστον τοῦτο σύμβολον πεποίηται τοῦ μηδὲν βελτίους ὑπ᾽ αὐτῶν Ἀθηναίους γεγονέναι, ΠΡΟΣΗ͂ΚΟΝ* etc., *Et hinc quam firmissime concludit, Athenienses ab ipsis nihilo meliores redditos fuisse, cum debuerit, si ipsi iusti erant, eos tales reddere.*

Nec non participium *προςταχθὲν*, *cum mandatum erat.* Ita Lysias in Nicomach. *Τίς οὐκ οἶδεν, ὅσα τὴν πόλιν ἐλυμήνατο; ΠΡΟΣΤΑΧΘΕ͂Ν γὰρ αὐτῷ τεσσάρων μηνῶν ἀναγράψαι τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, ἀντὶ μὲν Σόλωνος αὐτὸν νομοθέτην κατέστησεν*, *Quis ignorat, quantum intulerit detrimentum reip.? Nam cum iussus erat Solonis leges exscribere intra quatuor mensium spatium, pro Solone se ipsum legislatorem fecit.*

His addas participium *συγχωρηθὲν* impersonaliter orationi insertum. Arrian. de Exp. Al. lib. I, cap. 18, in fine: *Γνοὺς, ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ᾽ ἔχθραν, τοὺς δὲ καθ᾽ ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ, ΞΥΓΧΩΡΗΘΕ͂Ν αὐτῷ, ὁ δῆμος*, *Animadvertens, populum una cum sontibus etiam quosdam immerito, partim odio, partim spe praedae, interemturum, si illi potestas esset facta.* Hic eleganter substantivum, *δῆμος*, periodum claudit, de quo supra Cap. III, Sect. 1, §. 2. Idem si patiuntur alia participia, est Atticismus, de quo vide in fine huius Sectionis. Caeterum hoc idioma Graecorum exprimere voluisse creditur Maro lib. Aen. XI, vs. 383.

Proinde tona eloquio, ***SOLITVM*** *tibi: meque timoris*

Argue tu, Drance. —

Quasi Graece diceres, *εἰωθός*.

79 Adde locum ex Thucydide lib. I, cap. 13, in fine: *Φωκαεῖς Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ΝΑΥΜΑΧΟΥ͂ΝΤΕΣ*, *Phocaeenses, Massiliam dum conderent, Carthaginienses vicerunt praelio navali*, vel *navali praelio pugnantes.* Aliquando tamen Latinorum structura ablativum pati non videtur, sed per coniunctionem *quod* exponere tunc solent. E. g. in oratione Aeschinis contra

VII. Participium aliquando iungitur cum nomine *τίς* interrogante[80], in omni genere, numero et casu, more La-

Ctesiph. occurrunt hoc modo duo participia, quorum alterum per auferendi casum, alterum per coniunctionem reddendum est. Verba sunt pag. 284 *Τὸ δὲ τῆς συμμαχίας ὄνομα ὑπερέβησαν, οὐκ ἘΠΙΛΕΛΗΣΜΈΝΟΙ, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰρήνην ἀναγκαιοτέραν ἢ καλλίω ῩΠΟΛΑΜΒΆΝΟΝΤΕΣ εἶναι, Societatis autem nomen omiserant non ex oblivione, sed etiam, quod pacem magis necessariam, quam honestam putabant.* [It. Xenophon Memor. II, 6, 35 *Ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾷν τοὺς μὲν φίλους εὖ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΑ, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς, Intellexisti, decorum esse, vincere amicos benefaciendo, sed hostes malefaciendo.* Z.]

80 Et hic et alias, ubi generalioribus regulis aliquid comprehendi ac doceri potest, versatur nimium Noster circa specialia. Hinc fit, ut regularum numerus citra necessitatem crescat, et discentium memoria gravetur. Ideoque in opere hoc, ubi hic illic, qui ad unam regulam revocari potest, idem idiotismus per multas dispergitur, in unam generaliorem cogere conatus fui. Vide, quae notavi supra ad Cap. V, Sect. 6, Reg. 8, et Sect. 7, Reg. 10, et Sect. 10, Reg. 9, et infra ad Cap. IX, Sect. 2, Reg. 5. Eodemque, quo alibi, modo hunc elegantem participii usum ad solum nomen *τίς* interrogans refert, cum etiam in eadem acceptione cum alio nomine et particulis iungi possit. Patet hoc vel ex ipsis Auctoris nostri verbis; etenim in primo exemplo participium *ὢν* non modo cum nomine *τίς*, sed etiam adverbio *πόθεν* coniungitur. Similiter in exemplo secundo, quemadmodum interrogamus, *Τί βουλόμενος αὐτὸν λοιδορεῖς;* cur eodem idiomate non liceret respondere? *ΤΟΥ͂ΤΟ βουλόμενος αὐτὸν λοιδορῶ, Hoc volens illum conviciis afficio*, i. e. *Eo conviciis afficiendo hoc sequor:* seu potius: *Eo animo illum conviciis afficio.* Sic pro, *ΤΊ παθὼν εἰς τοῦτο τῆς ἀναιδείας ἦλθεν;* secundum eandem syntaxin cum adverbio *πῶς* loqui nobis permittunt Graeci: *ΠΩ͂Σ διακείμενος τὸ ἀναγκαῖον πέρας τῆς ζωῆς ἐξεδέξατο; Quomodo affectus*, sive, *Quo animo fatalem vitae terminum excepit?* Dicamus ergo, quodvis participium cum quibusdam nominibus, particulis, in primis his interrogativis, *τίς; πῶς; πόθεν; πότε;* et pronomine *τοῦτο*, itemque *τὸ καὶ τὸ*, et simili construi ante verbum eo modo, quem familiaris Latinorum sermo vix ac ne vix quidem admittit. Operae pretium est unumquodque exemplis illustrare, et si qua mihi in probatis scriptoribus occurrit, auctoritate munire. Ita participium coniungitur cum nomine *Τίς*; apud Aristoph. in Nub. vs. 890 *Ἀπολεῖς σύ; ΤΊΣ ὪΝ; Tune perdas? Quis homo?* Cum neutro *τί*; apud Demosthenem de Cor. pag. 516, lin. 17 *ΤΊ γὰρ καὶ ΒΟΥΛΌΜΕΝΟΙ μετεπέμψασθε ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; Quid volentes*, i. e. *Quorsum, qua de caussa eos hoc tempore arcessistis?* Vbi, *τί βουλόμενοι*, pro *τίνος ἕνεκα*· quemadmodum haec duo idem coniungit in eadem oratione pag. 338, lin. 10 *ΤΊΝΟΣ ἝΝΕΚΑ ταῦτ᾽ ἔπραττεν ὁ*

tinis parum usitato: v. g. τίς ὢν, καὶ πόθεν ἐπιχειρεῖς τουτωΐ; *quis existens*, id est, *qui homo, et unde, hoc aggrederis?*

Φίλιππος καὶ ΤΙ' ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ; *Qua de caussa haec fecit Philippus, et quid sibi voluit?* Eodem modo participium ἀποβλέπων eleganter construitur. V. c. ΠΡΟ'Σ ΤΙ' ἂν 'ΑΠΟΒΛΕ'ΠΟΝΤΕΣ ἀποψηφίσεσθε τὴν γραφήν; *Ad quid respicientes*, i. e. *Quorsum abolebitis criminationem?* vel, *Quae res vos movet, ut* etc. Apud Aeschin. in Orat. contra Ctesiph. pag. 307, lin. 4. Cum adverbio πῶς; construitur apud Aristidem Orat. pro Quatuorviris, pag. 268 Ὥςπερ Πλάτων εἴωθεν ἐρωτᾶν, ΤΙ' διδάσκων, ἢ ΤΙ' συμβουλεύων ἐποίει βελτίους 'Αθηναίους, ἢ ΠΩ͂Σ 'ΑΓΩΝ καὶ ΤΡΕ'ΦΩΝ ἐκ νέων εὐθύς; *Vt Plato solet rogare: Quid docens, vel quid consulens*, i. e. *Qua doctrina, quibusve consiliis, vel quomodo ducens et educans*, i. e. *quo ductu et qua mox a pueris educatione meliores reddidit Athenienses?* [Plat. in Euthyphr. cap. 12 Πάλιν εἰπὲ ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε ὌΝ τὸ ὅσιον, pro ἐστὶν, *Dic iterum ab initio, quid tandem sit sanctum.* Ibid. cap. 18 φράσον δή μοι, τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς ΟΥ'ΣΑ ἀπὸ τῶν δώρων; *Dic quaeso mihi, quae sit utilitas Diis ex muneribus nostris.* Idem in Phaed. 19 Πόθεν ΛΑΒΟ'ΝΤΕΣ αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην; pro ἐλάβομεν. Ibid. cap. 21 Πότε ΛΑΒΟΥ͂ΣΑΙ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην; pro ἔλαβον. Xenophon Symp. IV, 53 Τί τοσοῦτον ΝΟΜΙ'ΖΟΝΤΕΣ ἠδικῆσθαι, pro νομίζουσι. In eiusmodi formulis intelligi debet verbum εἰμί. § 215. At vero hoc fieri non potest in his formulis, veluti Aelian. V. H. IV, 13 ΤΙ' ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ 'Επίκουρος ἐπῄνει τὴν ἡδονὴν, εἰσόμεθα ἄλλοτε, h. e. *Cur Epicurus voluptatem laudaverit, alio tempore videbimus.* Hic enim resolvi debet ita: Τί ἐβούλετο, ὅτι ἐπῄνει etc. It. Xenoph. Memor. I, 3, 10 Τί δὴ 'ΙΔΩ'Ν ποιοῦντα, ταῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; h. e. Τί δὴ εἶδες; ὅτι etc. *Quid eum facere vidisti, quod tam male de eo sentias?* It. Plat. in Phaed. cap. 64 Τί ἐπιτέλλῃ, ὅ, τι ἄν σοι ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΕΣ ἡμεῖς, ἐν χάριτι μάλιστα ποιοῖμεν; h. e. Ὅ, τι ἄν σοι ποιοῖμεν, ὥςτε ἐν χάριτι μάλιστα ποιοῦμεν; Z.] Cum pronomine τοῦτο eodem modo construi, patebit ex exemplo mox e Platone citando. Cum adverbio πότε· ut: ΠΟ'ΤΕ 'ΕΛΘΩ'Ν ὡς ἐπικαίρως παρέσομαι; Ad verbum: *Quando veniens quam opportune adero?* h. e. *Quodnam maxime opportunum adeundi tempus captabo?* Cum τὸ καὶ τὸ in Orat. ex Aristide modo citata, pag. 267 Ἔβλαψέ με ὁ δεῖνα ΤΟ' ΚΑΙ' ΤΟ' ΠΟΙΗ'ΣΑΣ, *Laesit me quidam hoc vel illo facto.* Nec minus gratum hoc auribus Graecis est idioma, cum participium et verbum eiusdem vocis coniunguntur. Ita eleganter Plato de Rep. lib. I, pag. 331, prop. fin. ΤΙ' φῂς τὸν Σιμωνίδην ΛΕ'ΓΟΝΤΑ ὀρθῶς ΛΕ'ΓΕΙΝ περὶ δικαιοσύνης; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι, ΤΟΥ͂ΤΟ ΛΕ'ΓΩΝ δοκεῖ ἐμοὶ καλῶς ΛΕ'ΓΕΙΝ, *Quale illud dicis esse praeclarum, quod Simonides dixit de Iustitia? Vnicuique, inquit, quod suum est, tribuere, iustum esse. Hoc mihi a Simonide praeclare dictum videtur.* Verbatim ita: *Quid dicentem ais Simonidem recte dixisse etc.* Et: *Hoc dicens*

Sic, *τί βουλόμενος αὐτὸν λοιδορεῖς; quid volens ipsi conviciaris? quid sequeris eo conviciis afficiendo?* Sic, *τί ποιήσας κατεγνώσθη θάνατον; quodnam ob facinus morte damnatus est?* Sic, *τί παθὼν εἰς τοῦτο τῆς ἀναιδείας ἦλθεν, quid passus*, id est, *quo animo, quo sensu*, vel *quo affectus incommodo, eo devenit impudentiae?* Demosthenes cum illo *τί* genitivum absolutum participii coniungit: Olynth. II *Τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος; Quid facientibus vobis hoc tempus omne consumtum est?* id est, *Quid egistis toto hoc tempore?* aut *qua in occupatione vestra* etc.

VIII. Sic apud Atticos maxime, subiunctivus articulus, aut vox ei significatione respondens, ut *οἷος, ὁποῖος, ὅσος*, praemittitur participio, in eo casu, quem participium exigit, praecedente ut plurimum aliqua praepositione: ita ut

videtur mihi pulcre dixisse. Hoc modo in sermonibus *τῶν διαλεγομένων* scite admodum alter utitur participio eiusdem verbi, quo alter modo usus est. Ita apud eundem libro eodem, pag. 334, in fine: ubi Polemarchus ait: *Κινδυνεύομεν οὐκ ὀρθῶς τὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ΘΕ'ΣΘΑΙ.* Respondet Socrates: *ΠΩ͂Σ ΘΕ'ΜΕΝΟΙ, ὦ Πολέμαρχε; Videmur non recte definivisse amicum et inimicum. Quomodo ergo definivimus?* Vel participium potest esse cuiusvis verbi; late enim patet idiotismus: ut apud Euripid. in Phoeniss. vs. 1649, dicenti Creonti:

Καὶ τῷ τάφῳ νῦν τὴν δίκην παρασχέτω,

Et sepulturae iactura nunc supplicium luat; respondet Antigone interrogans: *Τί πλημμελήσας; Quo commisso scelere?* i. e. *Ob quod peccatum?* Quin etiam participio plura simul vocabula praemitti possunt. Sic apud eundem de Rep. lib. III, pag. 404, prop. fin. *Ὅλην γάρ, οἶμαι, τὴν τοιαύτην σίτησιν καὶ δίαιταν τῇ μελοποιΐᾳ τε καὶ ᾠδῇ, τῇ ἐν τῇ παναρμονίῳ καὶ ἐν πᾶσι ῥυθμοῖς πεποιημένῃ ἈΠΕΙΚΑ'ΖΟΝΤΕΣ, ὀρθῶς ἂν ἈΠΕΙΚΑ'ΖΟΙΜΕΝ, Vniversam enim, arbitror, talem victus ac diaetae rationem si cum lyricis carminibus aliisque canticis, quae harmonia omnibusque rhythmis constant, conferamus, recte nos esse collaturos.* Nonnunquam participium sequitur, ut apud Aristot. de Rep. lib. II. cap. 9 *ΤΩ͂Ι ΔΕ` περὶ τοὺς ναυάρχους νόμῳ καὶ ἕτεροί τινες ἘΠΙΤΕΤΙΜΗ'ΚΑΣΙΝ, ὀρθῶς ἘΠΙΤΙΜΩ͂ΝΤΕΣ, Legem quoque de navium praefectis alii nonnulli reprehenderunt; et merito.* Et lib. I, cap. 9 *Διὸ ΖΗΤΟΥ͂ΣΙΝ ἕτερόν ΤΙ τὸν πλοῦτον, καὶ τὴν χρηματιστικήν, ὀρθῶς ΖΗΤΟΥ͂ΝΤΕΣ, Quare quaerunt alias divitias, aliamque pecuniae quaerendae rationem, et recte.* Confer Plat. in Phaedro pag. 266, lin. 29 *Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ εἶδος ὀρθῶς ἔμοιγε δοκεῖς ΚΑΛΕΙ͂Ν, διαλεκτικὸν ΚΑΛΩ͂Ν, At mihi quidem recte hanc speciem videris dialecticam appellare.* Nec huic syntaxi absimile est, quod habetur infra Sect. 4, Reg. 4.

vix Latine phrasis reddi possit. Demosthenes pro Corona: *Οὐδ' ὑπὲρ οἷα πεποιηκότων ἀνθρώπων κινδυνεύσετε, διαλογισάμενοι, Nec reputantes ipsi vobiscum, quidnam egissent illi, quorum causa periculum adiretis.* Ita enim haec locutio resolvi debet, *οἷα πεποιήκοιεν ἂν οἱ ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν κινδυνεύσετε.* Sic, *Λόγον ἑαυτῷ διδοὺς, πρὸς ὅσα*, vel *οἷα κατωρθωκότα στρατηγὸν ὁ πόλεμός ἐστιν, Secum diligenter aestimans, quam multa feliciter peregisset Imperator, quocum id bellum gerendum esset.*

IX. Participium, in oratoriis praesertim interrogationibus, respondens praecedenti nomini, vel pronomini eodem in casu, resolvi debet per verbum, cuius participium est. Demosthen. saepius, ut Orat. pro Coron.[81] *Ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; Ego ut tibi hospitalem cum Alexandro necessitudinem obiiciam?* (subauditur enim *ὀνειδίζω*,) *unde tu tandem eam tibi parare, vel ea dignus esse potuisses?* ubi *πόθεν λαβόντι;* pro *πόθεν ἂν αὐτὴν σύ γε λάβοις;* Gallic. *Et où l' aurois-tu prise?* Sic, *πῶς ἀξιωθέντι;* pro *πῶς ἂν αὐτῆς ποτ' ἀξιωθείης;*

Idem ibid. *Σοὶ δὲ τῆς ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς σοῖς, τίς μετουσία; ἢ μὴ τοιούτων, τίς διάγνωσις; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; Tibi autem, o labes, vel etiam tuis, quodnam esse possit cum virtute commercium? aut qui tandem eos, qui tales non sint, designare posses?* etc. Vbi hoc etiam notandum, *πόθεν λαβόντι;* et *πῶς ἀξιωθέντι;* ad pronomen *σοὶ* tantum referri, licet interiectum sit *ἢ τοῖς σοῖς.*[82]

X. Participium[83], cum verbo *λανθάνω* coniunctum, per verbum explicari debet; verbum vero *λανθάνω*, per adverbium *clam*, et *occulte:* ut *ἔλαθε τῆς ἐκκλησίας ὑπεκρυεὶς, sese clam e concione subduxit.* Sic, *ἐλάνθανεν ὑποδυόμενος τοὺς ἐν τῷ τέλει, clam se ac furtim in magistratuum benevolentiam insinuabat.*

81 Pag. m. 320.

82 Hoc modo Participium Imperativi vicem obtinet in illo Platonis Phaedr. pag. 228, lin. 36 *Ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου. ΣΩΚΡ. ΔΕΙ'ΞΑΣ γε πρῶτον,* (pro *δεῖξον*) *ὦ φιλότης, τί ἄρα, ὃ ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ, Singula ordine percurram, incipiens ab origine. SOCR. Ostende, amabo, primum, ecquid* [immo *quid. Herm.*] *illud sit, quod sinistra gestas sub veste.*

83 Repetit Auctor ea, quae supra docuit Cap. V, Sect. 8, Reg. 3. ubi consule notas. H.

XI. Participium masculinum, multitudinis numeri, cum nomine singulari et feminino, sed multitudinem significante, iungi potest; ut apud Lucian. Ἡ πόλις ἅπασα κεχηνότες ἀκούουσι, pro κεχηνυῖα ἀκούει, *Vrbs universa hiantibus audit auribus.* †

XII. Aliquando, sed rarius, participii casus in accusativum mutatur, licet praecedat nomen, aut pronomen, aut aliud participium in diverso casu: idque vel cum particula ὡς, vel sine illa. Cum illa quidem, Aristotel. *Οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντας*, pro *ἐξαπατῶσι*, *Nec iis, qui simul in calamitate versantur, fidem habendam putant, quasi fallentibus.* At sine illa, Demosth. Olynth. quad. *Οὐ προςεκτέον ὑμῖν τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας* etc. pro *εἰδόσι*, nam praecessit *ὑμῖν*, id est *Negligenda vobis illorum oratio est, cum sciatis* etc. [84]

† Idem valet quoque de nomine neutrius generis: v. c. Xenoph. Ephes. I, 4 *ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν ΘΥΣΑΝΤΕΣ ΠΑΝ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ.* It. Actor. Apost. V, 16 *συνήρχετο δὲ καὶ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, ΦΕΡΟΝΤΕΣ* etc. Cum nomine masculini generis occurrit Act. Apost. III, 11 *συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς ΠΑΣ Ο ΛΑΟΣ — ἔκθαμβοι.* Alia exempla reperies apud Grammaticos, quos laudat Dorvillius ad Charit. pag. 298. Z.

84 Quoniam hoc rarum est, addam aliud atque aliud. Sic Herodot. Erat. cap. 109 *Ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, ἔστι, ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ΠΟΙΗΣΑΝΤΑ μνημόσυνον λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, In tua nunc potestate, Callimache, est, vel Athenas ad servitutem redigere, vel in libertatem vindicantem tui in omne aevum memoriam relinquere.* Et. Thucyd. lib. I, cap. 120 *Ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μὲν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δὲ, ἈΔΙΚΟΥΜΕΝΟΥΣ, ἐξ εἰρήνης πολεμεῖν, Virorum enim moderatorum est, si non laeduntur, quiescere: bonorum vero, iniuria affectos* (ita Graece, vel *cum iniuria afficiuntur*) *ex pace se ad bellum convertere.* Vide etiam Lucian. Necyom. pag. 105. Audacius illud Thucydidis, qui lib. VI, cap. 24. participium ad praecedens nomen referendum in Nominativum mutat: *Τοῖς δ' ἐν ἡλικίᾳ*, (supple ex praecedentibus, *ἔρως ἐνέπεσεν ἐκπλεῦσαι*) *τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ ΕΥΕΛΠΙΔΕΣ ΟΝΤΕΣ σωθήσεσθαι, Iuniores autem, tum cupientes peregrinas regiones visere et spectare, tum spem concipientes bonam, fore ut salvi redirent.* § 216. [Libenter inquit Ernest. ὁ *πάνυ* ad Xenoph. Mem. II, 6, 26, cum *ἔξεστι* coniungunt participium accusativo Attici, eorumque imitatores, vid. Duker. ad Thucyd. IV, 2. Lucian. in Electr. cap. 2 *οἷς ἔξεστι πλουτεῖν ἈΝΑΛΕΓΟΝΤΑΣ*, pro *ἀναλέγουσι.* Xenoph. l. l. *εἰ ἐξῆν τοῖς κρατίστοις ΣΥΝΘΕΜΕ-*

XIII. Participium aliquando pro infinitivo usurpatur, ut apud Isocrat. περὶ τῆς ἀντιδόσ. Σκοπούμενος, inquit, εὕρισκον ΝΟΥΣ ἐπὶ τοὺς χείρους ἰέναι, pro συνθεμένοις. Similiter quoque cum aliis verbis: veluti Xenoph. Mem. III, 11, 1 ἰτέον ἂν εἴη ΘΕΑΣΟΜΕΝΟΥΣ, pro θεασομένοις. Conf. ad Xenoph. Cyrop. II, 1, 15. Z.] § 217.

Rarum est, quod ita pro infinitivo usurpatur, ut praecedat articulus τὸ per omnes casus. Sic apud Thucyd. (quid enim novitatis apud hunc non invenias?) initio libri VI de magnitudine Siciliae: *Καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται, ΤΟ μὴ ἤπειρος ΟΥΣΑ.* Pro εἶναι. *Et cum tanta sit, freti (tamen) spatium viginti ferme stadiorum (latitudine) facit, quo minus sit continens.* Quanto magis hoc mirum videbitur iuventuti φιλέλληνι, si idem participium neutrum ita pro infinitivo usurpatur, ut expleat vicem gerundii in *do* apud Latinos? Scholiastes Thucydidis ad lib. I, cap. 142 haec verba: Ἐν ΤΩι μὴ ΜΕΛΕΤΩΝΤΙ ἀξυνετώτεροι ἔσονται, *Se non exercendo imperitiores erunt*, per infinitivum explicat [ἐν τῷ μὴ μελετῶντι, ἀντὶ τοῦ, μὴ μελετᾶν]. Et hinc creditur existimasse, participium hic pro infinitivo poni: quam sententiam probat H. Stephan. Append. ad Ioann. Gramm. et Corinth. de Dialect. Mihi tamen longe aliter videtur. Primo, quia tali participio adiectivum alibi addit idem Thucydides: deinde etiam genitivum regit, ut ex locis mox subsecuturis constabit. Atque ita, quia idem participii ac substantivorum regimen est, hinc mihi constat, aperte pro substantivo usurpari: adeo ut ἐν τῷ μὴ μελετῶντι positum sit pro ἐν τῇ οὐ μελέτῃ· nam negativa οὐ et μὴ substantivis hoc modo praemitti, ostendemus ad Cap. VII, initio Sectionis VIII. Certe non per infinitivum explicat, nedum pro eodem poni putat Scholiastes participium, cui adiectivum iungitur, lib. III, cap. 43 Χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ ΤΟΙΩιΔΕ ἈΞΙΟΥΝΤΙ, ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν, *Oportet autem nos in maximis rebus, in tali vestra aestimatione* (i. e. *cum ita erga oratores vestros animati sitis*) *longius prospicientes verba facere.* Vbi ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι, manifeste pro ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιώματι. Schol. Ἐν τοῖς τοιούτοις ὑμῶν ἀξιώμασι καὶ ἐπιτηδεύμασι. Genitivo iungit idem lib. eod. cap. 19 Ἐν γὰρ ΤΩι ΔΙΑΛΛΑΣΣΟΝΤΙ ΤΗΣ ΓΝΩΜΗΣ καὶ αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων καθίστανται, *Nam in animorum discordia etiam factorum diversitas existit.* Pro ἐν τῇ τῆς γνώμης διαλλαγῇ. [Τὸ καλῶς κτάμενον, *bene peracta caedes*: v. notam meam 230. *Herm.*] Confer super his, quae in fine huius sectionis ex eiusdem lib. I, cap. 36 afferemus. Ad haec pro infinitivo participium absolute poni non autumo, cum alius sit sensus, quando participium adhibetur, alius, quando infinitivus. E. g. apud eundem Thucyd. lib. V, cap. 34 Ὥστε μήτε ἄρχειν, μήτε ΠΡΙΑΜΕΝΟΥΣ τὶ, ἢ ΠΩΛΟΥΝΤΑΣ, κυρίους εἶναι. Vbi interpres: *Vt nullum magistratum gererent, utque nullam haberent potestatem earum rerum, quas aut emissent, aut vendidissent.* Scholiastes: Ἤγουν μὴ εἶναι κυρίους ἢ πρίασθαι ἢ πωλεῖν. Rem diligenti examine perpendenti, licet non magna,

οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο διαπραξάμενος, id est, *Diligenti maturoque iudicio reperi, me non aliter rem illam esse confecturum*; ubi διαπραξάμενος, pro διαπράξασθαι, et aoristum cum particula ἂν, pro futuro sumitur. Vid. Cap. VIII. Sect. 2. Sic Demosthen. de Falsa Legat. Ἵνα, inquit, ὅσα ὑπεσχόμην, ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκὼς, pro πεποιηκέναι, id est, *Vt quaecunque vobis sub initium orationis promisi, ea me perfecisse demonstrem.* § 218. Sic, *Cum audissem, nullo alio modo eum in gratiam cum hoste rediturum esse*, Καταμαθὼν οὐδαμῶς αὐτὸν ἂν ἄλλως τὰς πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλαγὰς ποιησάμενον [85], pro ποιήσασθαι ἂν, vel ποιήσεσθαι, sine particula ἄν. Sed firmanda usu haec regula, ne tirones dicant, ut solent, βούλομαι ποιῶν, pro ποιεῖν, et similia, quae mere soloeca sunt. [86]

XIV. Saepe participium, ac praesertim in Aoristo, Latine per verbum elegantius redditur, addita coniunctione, *et*, ac simili verbo sequente. Demosthen. pro Coron. Ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη, *Sed consurgentes, condemnate iam.* Elegantius, *sed consurgatis, ac me iam damnetis licet.* [87]

tamen aliqua differentia occurret. Differunt enim, Κύριος οὐκ ἔστι πωλεῖν, et πωλῶν οὐ κύριός ἐστιν, eo quod οἱ μὴ κύριοι ὄντες πωλεῖν, non ius habeant vendendi; sed οἱ πωλοῦντες οὐ κύριοι, possunt quidem aliquid vendere, sed non cuivis, quocunque tempore, vel qua velint conditione.

85 Ποιησάμενον in quarto casu, cum in duobus praecedentibus exemplis participium in casu recto inveniatur. Ratio est, quod hic a persona ad personam fit transitus, et illic in eadem persona manetur. Sic, v. g. Nominativus manebit in ultimo exemplo, si dicatur: *Cum audissem me rediturum esse in gratiam*, Καταμαθὼν διαλλαγὰς ποιησάμενος. Sed hoc satis tritum. Rarius est, quod participium illud, pro infinitivo in casu recto positum, mutat genus adiectivi, quod verbo personali antecedit, et a Latinis in neutro genere ponitur. E. g. Βελτίων εἰμὶ σιωπῶν, *Melior sum tacens*, pro, *Melius est, me tacere.* Occurrit apud Aristid. Orat. funeb. in Alex. pag. 44. Estque hic Hellenismus perpetuus in δῆλος, φανερὸς, similisque significationis adiectivis. Vide Nostrum supra Cap. III, Sect. 4, Reg. 6.

86 Tutius est in verbis sensum aliquem significantibus: vid. mox Reg. XVI. [Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 17. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. 711. Z.]

87 Vbi oratio sic continuatur, ut sit μονόκωλος, sequenti verbo addunt Graeci particulam, quasi esset δίκωλος. Aristoph. in Vesp. vs. 583 Διὰ τοῦτ' ΟΔΥΝΗΘΕΙΣ, ΕΙΤ' ἴσως ΚΕΙΤΑΙ πυρέττων. Pro ὠδυνήθη, εἶτα κεῖται, *Propterea dolet, deinde, ex*

XV. Idem Aorist. activ. participii, cum suo casu, elegantius verti Latine solet per ablativum absolutum participii passivae vocis. [88] Demosthenes pro Corona: *Τοσούτοις ὕστερον χρόνοις, αἰτίας καὶ σκώμματα, καὶ λοιδορίας συμφορήσας, ὑποκρίνεται*, id est, *Tanto post, criminibus, dicteriis, contumeliisque congestis, histrionem agit.* Graece vix diceretur, *σκωμμάτων συμφορηθέντων.*

XVI. Participium cum verbis, aliquem animi sensum significantibus, § 220. usurpari potest in nominativo casu: ut *μέμνημαι ποιήσας, memini me facere, αἰσθάνομαι διαμαρτών, sentio me aberrasse.* [89] Si tamen alius casus praecessisset, ob verbum adiunctum, tunc participium cum verbo affectum significante coniunctum, in eodem, quo praecedens, casu ponetur. Demosthen. pro Corona: *Συμβέβηκε τοῖς προεστηκόσι, πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακόσιν ᾐσθῆσθαι, Iis qui praeerant, contigit, ut sese omnium primos vendidisse sentirent.*

At cum praeterito medio *σύνοιδα* [90] poni solet participium, vel in nominativo: vel in accusativo: imo etiam in

dolore nempe, *febri correptus cubat.* Plat. Sympos. pag. 200, lin. 5 *Πότερον ἜΧΩΝ αὐτό, οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ΕἿΤΑ ἘΠΙΘΥΜΕΙ͂ τε καὶ ἘΡΑΙ͂; ἢ οὐκ ἔχων; Vtrum prius habet, quod desiderat amatque, tum desiderat et amat? an priusquam habet?* Bimembris esset oratio, *Πότερον ἔχει, εἶτα ἐπιθυμεῖ;* § 219.

88 Quia Latini praeterito Participii activae vocis destituuntur, et numquam, nisi per Deponentia hoc Graecorum idioma assequi possunt.

89 Exemplum habet Aristoph. in Acharn. vs. 455 *Λυπηρὸς ἴσθ᾽ ὤν, Scito te miserum esse,* et vs. 459 *Ἴσθ᾽ ὀχληρὸς ὤν, Scito te molestum esse.* et Sophocles in Electr. vs. 294

Ἀλλ᾽ ἴσθι τοι τίσουσά γ᾽ ἀξίαν δίκην,
Sed scito tamen, te dignum supplicium daturam. Adde tamen, manendum esse in eadem persona, quo casu nonnunquam Participium negligi, ubi adiectivum additur; ut apud Euripid. in Orest. vs. 800 *Ποῦ γὰρ ἂν δείξω φίλος,* pro *φίλος ὤν, Vbi enim ostendere potero, me esse amicum?* § 220. b. Graecum non est, *ποῦ γὰρ ἂν δείξω ἐμὲ εἶναι φίλον;* Imitati sunt hunc idiotismum Latini. Ita Virg. lib. II. Aen. vs. 377

— *Sensit medios DELAPSVS in hostes.*

Pro, *se esse delapsum.* Et Ovid. lib. Met. IX

— *SVPERATA fateri*
Cogor —.

Simile illud Horatii lib. III, Od. 3
INIECTA monstris terra dolet suis.

90 Nec tantum cum praeterito medio, sed et aliis huius verbi casibus. Exemplum Nominativi habet Xenoph. *Κύρ. παιδ.* lib. I, pag. 24 *Ἐπείπερ ΣΥΝΙΣΜΕΝ*

dativo, si nomen aut pronomen in eo casu fuerit, e. g. *Σύνοιδά μοι δι' ὅλου τοῦ ἔτους διηνεκῶς προσηλωθεὶς*, vel *προσηλωθέντα*, [si ad alteram personam refertur. *Reizius*.] vel *προσηλωθέντι τοῖς βιβλίοις*, *Conscius mihi sum, quam toto anno libris affixus fuerim.* § 221.

XVII. Participium aliquando, pro optandi vel subiungendi modo cum particula *εἰ*, usurpatur; ut, *Τὰ περὶ τοὺς λόγους τοῖς ἐῤῥωμένως προςέχειν βουλομένοις εὐπόριστα φαίνοιτ' ἂν*, id est, *Literarum cognitio, si qui modo constanter in eas incumbere voluerint, satis ad parandum facilis videatur;* ubi *τοῖς βουλομένοις* pro *εἴ τις βούλοιτο*. Exempla passim apud auctores omnes, ac praesertim Atticos. [91]

XVIII. Interdum, apud Atticos maxime, participium neutrum [92] accusat. casus ita pro verbo ipso usurpatur,

ἩΜΙ͂Ν ΑΥ̓ΤΟΙ͂Σ ἀπὸ παίδων ἈΡΞΑ'ΜΕΝΟΙ ἈΣΚΗΤΑΙ͂ ὌΝΤΕΣ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἔργων, Quoniam nobismet ipsis conscii sumus, nos a pueris iam incepisse pulcras ac praeclaras actiones exercere. Dativi Epict. Enchir. cap. 56 *Ἀλλ' ἀντιτίθει. πόσῳ ἄμεινον τὸ ΣΥΝΕΙΔΕ'ΝΑΙ ΣΑΥΤΩ͂ι ταύτην τὴν νίκην ΝΕΝΙΚΗΚΟ'ΤΙ*, *Sed illud oppone, quanto satius sit, te tibi conscium esse, tantam victoriam reportavisse.* Aeschin. contr. Ctesiph. pag. 306, in fine: *ΣΥ'ΝΟΙΔΕΝ ἙΑΥΤΩ͂ι οὐδὲν ὧν διαπέπρακται ΔΥΝΑΜΕ'ΝΩι φράσαι*, *Conscius sibi est, nihil eorum, quae fecit, posse se commemorare.* Accusativus quando sequitur, id pertinet ad regulam praecedentem XII.

91 Hoc modo Latinis redditur, *Quivis*, *Quilibet*. Vt: *Scripta in lucem publice edita tractat quivis, cum qui intelligit, tum qui non.* Graece: *Μεταχειρίζεται τοὺς λόγους τοὺς ἐν μέσῳ κειμένους Ὁ ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ ὁμοίως ἐπαΐων, καὶ μή.* Hinc etiam adsumit naturam partitivorum post se regens genitivum pluralem. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 284 *Προσέγραψαν ἐν τῷ δόγματι, ἐξεῖναι ΤΩ͂ι ΒΟΥΛΟΜΕ'ΝΩι ΤΩ͂Ν ἙΛΛΗ'ΝΩΝ ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγεγράφθαι*, *Decreto adscripserunt, licere cuivis Graecorum intra tres menses in eandem pilam adscribi.* Demosth. in Neaeram pag. 519, lin. 44 *Ἐὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἈΘΗΝΑΙ'ΩΝ Ὁ ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ*, *Si quis peregrinus civem Atticam duxerit, quacunque arte usus aut machinatione, ei dicam impingat apud Thesmothetas quilibet ex Atheniensibus.* Caveant interim tirones, ne, hanc locutionem imitari ubique volentes, in errorem impingant; neque enim *ὁ βουλόμενος* hanc significationem admittit, nisi cui competit agendi voluntas. Sic, si dicimus, *Manifestae iniuriae deprehensus est in quemlibet;* cave reddas: *Τὸν βουλόμενον ἠδικηκὼς ἀπεφάνη*· nam nemo sponte cupit iniuria affici. Sed pro eo reponendum: *Πάντα ἕκαστον*, *ὀντιναοῦν*, aut aliud simile.

92 Par occurrit exemplum in lib. Esdrae cap. I, 10 *Καὶ ΤΑΥ͂ΤΑ ΤΑ' ΓΕΝΟ'ΜΕΝΑ, εὐπρεπῶς ἔστησαν οἱ ἱερεῖς καὶ Λευῖται*, *Et cum haec rite fierent, iuste ac*

ut omnino sensus pendere videatur. Thucyd. lib. I, pag. 27 *Τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικὰ, τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων· τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο εἰς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν* etc., id est, *Cum tria sint apud Graecos digna memoratu navalia, vestrum, nostrum, et Corinthiorum, ex iis si duo in unum coire patiemini.* Hic *τρία μὲν ὄντα* pro *τρία μέν ἐστι·* quod etiam dici posset, *τριῶν μὲν ὄντων.* Alioqui *δὲ* sequens post *τούτων* aut omnino vacat, aut sumitur pro *δὴ*, ut infra observabimus. Haec, et similia, intelligenda potius, quam temere imitanda. [93]

decenti ordine stabant sacerdotes et Levitae. Vel distingue: *Καὶ ΤΑΥ͂ΤΑ ΤᾺ ΓΕΝΌΜΕΝΑ εὐπρεπῶς, ἔστησαν* etc. *Et cum haec rite fierent, stabant* etc. § 222. Cuiuscumque generis participia hoc modo construi, conatur probare Kuhnius ad Aelian. V. H. lib. II, cap. 13. Verba sunt: *Εἶτα καὶ φύσει ΦΘΟΝΕΡΟΥ͂Σ ὌΝΤΑΣ* (de Atheniensibus loquitur) *καὶ τοῖς ἀρίστοις βασκαίνειν ΠΡΟΑΙΡΟΥΜΈΝΟΥΣ, — ὡς ἄκουσμα ἜΔΟΞΕΝ ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, Deinde cum natura ad invidiam essent proni, et optimis obtrectare studerent, hae Nubes quam suavissimae erant auditu.* Vbi pro accusativo sensus Dativum videtur postulare. Feminini generis exemplum suggerit et Thucyd. lib. II, cap. 52 *ἘΠΙΣΚΕΥῊΝ οὐκ ΟΥ͂ΣΑΝ τῶν νεῶν, Cum non esset, unde naves possent refici.* Aliud addit ex eodem Aeliani capite: *Ἅτε οὖν* etc. Et vult, ut hi accusativi ponantur loco genitivi absoluti. Quod ad primum et ultimum attinet, quomodo participium accusativum assumat, particula *ὡς* (pro qua etiam *ἅτε* ponitur) vel praesente, vel absente, dictum est supra Reg. 1 et 12. Accusativus in verbis Thucydidis, *ἐπισκευὴν οὖσαν*, potest pendere a praecedenti *ὁρῶντες*. Vide Cl. Duker. ad h. l.

93 Quod ad generalem participiorum doctrinam attinet, multos et varios eorum usus in superioribus explicuit Vigerus: alias eorundem elegantias, quascunque mihi observare licuit, ad calcem huius sectionis praeterire religio fuit.

I. Primo itaque nota, participium ut plurimum cum articulo et verbo, quod fere est *εἰμὶ*, usurpari pro verbo, cuius est participium, *δεικτικῶς*. E. g. Herodot. Clio, cap. 171 *Καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, Κᾶρές ἘΙΣΙ ΟἹ ΚΑΤΑΔΕΊΞΑΝΤΕΣ, Etenim galeis cristas imponendas, Cares ostenderunt. κυρίως, Cares sunt ostendentes*, sive, *qui ostenderunt.* Et, paucis interiectis: *Καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί ΕἸΣΙ ΟἹ ΠΟΙΗΣΆΜΕΝΟΙ πρῶτοι, Et lora scutis primi hi addiderunt.* Habet hoc interdum magnam emphasin, inprimis cum articulus additur. Ita Tyrannicida glorians inducitur apud Lucian. *Τὴν μὲν οὖν τυραννίδα Ὁ ΠΑΥ͂ΣΑΣ ΕἸΜῚ ἐγὼ, Ego itaque sum ille, qui tyrannum occidi.* Locutionis praeterea emphasin non parum auget claudens sententiam pronomen *ἐγὼ*, de quo vide Cap. IV. init. Est ubi articulus negligitur. Thucydid. lib. I, cap. 67 *Ὅτι σπονδάς τε ΛΕΛΥΚΌΤΕΣ ΕἼΕΝ, καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον, Quod et foedera violassent, et in Peloponnesum iniuriosi essent.* [Hunc graecismum nec Latinis esse inusitatum,

multis exemplis docuit Vechnerus in Hellenol. II, 9. Sic v. c. Terent. Andr. II, 3 *Id ego iam nunc tibi renuncio, here, futurum, ut sis sciens*, pro, *ut scias*. Cic. ad Div. XIII, 12 *Est praeterea, quod apud te valet plurimum, a nostris studiis non abhorrens. Est abhorrens*, pro, *non abhorret*. Horat. Od. IV, 8 *Non tibi talium res est, aut animus deliciarum egens*, pro eget etc. Caeterum plura eiusmodi loca Graecorum reperies apud Dorvillium ad Charit. pag. 624, ubi et alii Grammatici laudantur, qui talia collegerunt. Z.] [Aristot. Metaph. IV, 7. pag. 80, 5. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν, ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδίζων ἐστὶν ἢ τέμνων, τοῦ ἄνθρωπον βαδίζειν ἢ τέμνειν. *Reizius.* E tragicis exempla collegi ad Eurip. Hecub. 1153. Adde Porson. addend. ad Hecub. 1169. *Herm.*]

II. Participia verborum vocandi seu nominandi significationem habentium, eleganter cum suo praemisso articulo casum nominis proprii, cui iunguntur, assumunt, omisso nomine appellativo, quod Latini necessario addere debent. Herodot. Erat. cap. 61 Τὸ τῆς Ἑλένης ἱερὸν, τὸ ἐστι ἐν ΤΗΙ ΘΕΡΑΠΝΗΙ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΙ, pro ἐν τῇ χώρᾳ, τῇ καλουμένῃ Θεράπνῃ, *Helenae templum, quod est in Therapne vocata*, h. e. *in loco, qui vocatur Therapne*. Nos prope accedimus: *in het zoo genaamde Therapne*. Consentit Paus. in Achaicis, pag. 402 Βασιλεύειν δὲ αὐτὸν τῶν ΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ ΛΕΛΕΓΩΝ, *Imperasse eum populo, qui Leleges vocantur*. Huc refer illud Athenaei lib. Deipnos. XIII, pag. 577 Μάχων δὲ, ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν ΤΑΙΣ ἘΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΑΙΣ ΧΡΕΙΑΙΣ, *Machon vero Comicus in fabula, quam inscripsit, Chriae.*

III. Participium futuri temporis Latini, modo per coniunctionem *ut*, sequente subiunctivo: modo per supinum in *um* reddunt. Per coniunctionem in illo Platonis Gorg. pag. 478 ΣΩΚΡ. Ποῖ δὲ τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀκολασταίνοντας (scil. ἄγομεν); ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς δικαστὰς, λέγεις. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν δίκην ΔΩΣΟΝΤΑΣ; *SOCR. Quo iniuste et dissolute agentes ducimus? POL. Ad iudices, inquis. SOCR. Nonne poenas daturos?* sive, *ut poenas dent?* Per supinum apud Herodot. Erat. cap. 70 Ἐς Δελφοὺς ΧΡΗΣΟΜΕΝΟΣ τῷ χρηστηρίῳ πορεύεται, *Delphos consultum oraculum proficiscitur.* Quod tamen fere cum Latinis habent commune. [Participium futuri temporis vulgo poni post verba motum in locum aut consilium significantia, veluti ἔρχομαι, εἶμι, οἴχομαι, πέμπω, παραγίγνομαι, ἥκω, καλέω, etc. § 223. dubium non est, et si quis dubitare auderet, facile sexcentis exemplis, quae ubivis obvia sunt, convinci posset. Aliquot quoque eiusmodi loca collegit Pet. Victor. Var. Lect. IX, 4. Atque ipsa rei natura facile rem comprobat. Verum quaeritur, an quoque participia Praesentis aut Aoristorum § 224. ita adhiberi possint? Sunt, qui loca, ubi eiusmodi structura occurrit, audacter corrigenda putent et ad usitatam orationis formam redigere. Sic v. c. in illo Xenoph. Mem. I, 1, 6 Περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο, ΜΑΝΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ ἔπεμπε, εἰ ποιητέα, Reiskius, quae audacia in homine etiam in aliis locis non rara fuit, corrigere sustinet μαντευσομένους. Taylor illud Lycurgi adv. Leocr. pag. 148 οὐς ΣΩΣΑΝΤΑΣ ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλέσεται, correxit σώσοντας, quemadmodum est ad pag. 236. Xenoph. Mem. II, 1, 7

reperitur τοὺς ἀδυνάτους ταῦτα ποιεῖν εἰς τοὺς μηδ' ἈΝΤΙΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥΣ τοῦ ἄρχειν τάξομεν, ubi Leunclavius emendavit ἀντιποιησομένους. At vero ut tirones cauti sint in eiusmodi locis corrigendis, aliquot exempla eiusmodi enallages proferemus. Primum ad demonstrandum, *participium Praesentis* poni *pro Futuro*, pertinent haec: Demosth. adv. Callic. ab initio, ἐν δὲ τούτοις τοῖς ἔτεσιν ἅπασιν οὔτ' ἘΓΚΑΛΩΝ οὐδεὶς πώποτε ἦλθεν, οὔτε ΜΕΜΦΟΜΕΝΟΣ. Isaeus pro Nicostr. pag. 73 τὸ ἐκ τῆς ἑταίρας παιδίον ΕἸΣΠΟΙΩΝ ἦλθεν. Thucyd. lib. VI παραγίγνονται ΒΟΗΘΟΥΝΤΕΣ τοῖς Ἀργείοις. Ibid. pag. 147, edit. Hervag. Λακεδαιμόνιοι δὲ πέμψαντες παρὰ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θράκης ἍΓΟΝΤΑΣ πρὸς Ἀθηναίους δεχημέρους σπονδάς. Ibid. lib. IV ἡ ἔκπεμψίς μου γεγένηται, ἘΠΑΛΗΘΕΥΟΥΣΑ τὴν αἰτίαν. Ibid. lib. VI, πόλιν χρὴ νομίσαι ΟἸΚΕΙΟΥΝΤΑΣ ἰέναι. Rom. XV, 25 Νῦν πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ ΔΙΑΚΟΝΩΝ τοῖς ἁγίοις. Ebr. XIII, 13 ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν, ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ΦΕΡΟΝΤΕΣ. Dion. Hal. VIII, 47 ἀδυνάτων δεομένη ἐλήλυθας. Demosth. pro Cor. pag. 284 ἧκε δ' ἀγγέλλων τις. Deinde *Aoristus pro Futuro*: v. c. Thucyd. lib. VI ἤλθετε εἰς ἀλλοτρίαν ἈΠΑΡΤΗΣΑΝΤΕΣ. Act. X, 17 διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα. Thucyd. lib. I, pag. 5. lin. 8 ΔΟΥΛΩΣΑΜΕΝΟΣ ἦλθεν. Dem. adv. Andr. pag. 614 εἴγε ὁ πατὴρ ὁ σὸς ᾤχετο αὐτόθεν αὐταῖς πέδαις ἐξορχησάμενος. Z.]

IV. Participium, utpote adiectivum, conveniens cum praecedenti nomine, sequente ὡς, saepe vicem obtinet participii verbi impersonalis. Ita, cum dicitur: *Ostensum*, seu, *probatum est, eum esse sapientem:* id Graecis est, Ἀποδεικνύμενος, ὡς σοφός ἐστιν. Idem ibid. cap. 53 Ἐγὼ γράφω, τούτους τοὺς Δωριέων βασιλῆας καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων, καὶ ἈΠΟΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΥΣ, ὩΣ εἰσι Ἕλληνες, *Ego scribo, hos Doriensium reges recte recenseri a Graecis, et ostendi Graecos esse.*

V. Saepe Participium verbo iunctum mutuam patitur permutationem, et per verbum participii vim obtinet. Frequentissimum quidem hoc est in λανθάνω, de quo supra ad Cap. V, Sect. 8. Reg. 3, sed non minus usitatum in aliis verbis. V. g. pro ψεύδονται οἱ λέγοντες, tu eleganter repone, ψευδόμενοι λέγουσιν. Ita Hom. Il. E, vs. 635.

> ΨΕΥΔΟΜΕΝΟΙ δέ σέ ΦΑΣΙ Διὸς γόνον Αἰγιόχοιο
> Εἶναι.

Mentientes dicunt, i. e. *Mentiuntur, qui dicunt, te esse subolem Iovis.* Atticismum hunc agnoscit Corinthus de Dial. [pag. 35. ubi v. Koen. *Herm.*]

VI. Participium neutrius generis, praefixo articulo, pro substantivo habetur. Thucyd. lib. I, cap. 86 Καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ, μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω ΤΟ μὲν ΔΕΔΙΟΣ αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον· ΤΟ δὲ ΘΑΡΣΟΥΝ, μὴ δεξαμένου, ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον, *Et si cui haec a nobis dicta, utilia videbuntur, sed qui metuit, ne iis obsequendo foedera violet, sciat, metum vires habentem adversariis maiori terrore fore, fiduciam vero, si non receperit, cum sit infirma contra potentes hostes, minus formidolosam futuram.* Ex quo unico exemplo tres notandos participiorum usus observa. Primum, quem nunc inculcamus, τὸ

δεδιὸς, pro τὸ δέος, et τὸ θαρσοῦν (cum genitivis, tanquam essent mera substantiva) pro τὸ θάρσος, id quod modo tetigimus ad Reg. 13. Deinde πειθόμενος redditum per Gerundium in *do*, quod exhabet Auctor Reg. 6. Denique φοβῆσον et ἐσόμενον, pro φοβήσειν et ἔσεσθαι, de quo vid. Reg. 13. Sic substantive sumuntur, τὰ γινόμενα, *facultates*, τὰ νενομισμένα, *instituta*, τὸ διαφέρον, *pretium*, τὸ περιέχον, *aër*, τὸ κεχηνός, *hiatus*, τὸ συμφέρον, *utilitas*, et sexcenta alia. Epict. Enchir. cap. 32 Δὸς οὖν τὸ ΔΙΑΦΕΡΟΝ, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον, *Da igitur pretium, si e re tua est id, quod venditur*. Heliod. Aethiop. lib. III, cap. 13, ubi Calasiris ait, Deos cognosci ex incessu pedum, τεμνόντων μᾶλλον ΤΟ' ΠΕΡΙΕ'ΧΟΝ ἢ διαπορευομένων, *Secantium potius aërem, quam transeuntium*. Quin et ut mera substantiva recipiunt adiectiva, certe pronomina; ut apud Lucian. in Tim. Tom. I, p. 129 Εἰ μὴ ἐμφράξηται ΤΟ' ΚΕΧΗΝΟ'Σ ΤΟΥ'ΤΟ, *Nisi obstruxerit illum hiatum*. Rariora sunt participia diversorum generum pro substantivis posita. Sic ὁ κεκτημένος, et ἡ κεκτημένη, propr. *qui, quae possidet*, quorum illud pro δεσπότης, hoc pro δέσποινα ponitur. Lucian. Dial. Meretr. Ἀπολώλαμεν, ὦ ΚΕΚΤΗΜΕ'ΝΗ, ἀπολώλαμεν, *Periimus, o hera, periimus*. Sic ἡ πεπρωμένη et εἱμαρμένη, *fatum*, Epict. fin. Isocr. ad Dem.

VII. Saepe participia pro adverbiis ponuntur, idque vel nuda, vel in regimine. Nuda, qualia sunt λαθών, ἀποκρύπτων, ἐγκαλυπτόμενος, de quibus supra ad Cap. V, Sect. 8, Reg. 3. In regimine, ut ἐτελεύτησεν ἀνὴρ εὐλαβὴς ὤν, *Pie mortuus est*. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 296, lin 21, ubi mentio est iuvenum, quorum patres ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἌΝΔΡΕΣ ἈΓΑΘΟΙ' ΓΕΝΟ'ΜΕΝΟΙ, i. e. *fortiter in bello mortem oppetierant*. Elegans hoc in genere est participium διαλιπών, quod cum μικρόν, πολύ, vel his simili coniunctum, intervallum notat, et explicatur per adverbium, *paulo post, diu post*, vel, *paucis interiectis* etc. Ita Plato in Phaed. sub finem: Ὁ δοὺς τὸ φάρμακον, ΔΙΑΛΙΠΩ'Ν ΧΡΟ'ΝΟΝ ἐπεσκόπει τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη, *Qui pharmacum dederat, aliquo post tempore redit inspectum pedes et crura*. Et paulo post: Ἀλλ' ὀλίγον χρόνον ΔΙΑΛΙΠΩ'Ν ἐκινήθη, *Sed paulo post se movebat*. Sic, *Interiectis paucis ita pergebat*. Μικρὸν διαλιπὼν εἶπε. Quod etiam efferunt Graeci: Εἶτα πάλιν προβὰς ἐπιλέγει, μικρὸν ὑποβάς· μετὰ μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ· μετ' ὀλίγους ἐν μέσῳ λόγους καὶ οὕτω πως διώκει· vel si quid eius generis aliud. Huc refer participia ἀρχόμενος, τελευτῶν, et τυχὸν μέν, τυχὸν δέ, de quibus infra suis locis.

VIII. Aliquando participii nominandi casus servatur, licet sequatur vel praecedat verbum, alium casum postulans. Ita Lucian. Dem. Encom. non longe ab initio: Ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι, *Surgens visum est mihi*, i. e. *cum surrexeram*, pro ἐξαναστάντι. Aelian. V. H. lib. XIII, cap. 23 Ἀπήντησε γὰρ ΑΥ'ΤΩ͂Ι τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι ὑπ' Ἀλκάνδρου, ὡς μέν τινές φασιν, ἐξ ἐπιβουλῆς λίθῳ ΒΛΗΘΕΙ'Σ· ὡς δὲ ἄλλος διαφοιτᾷ λόγος, βακτηρίᾳ ΠΑΘΩ'Ν τὸ πάθος, *Accidit enim huic, ut oculus ipsi erueretur ab Alcandro, ex insidiis, ut nonnulli dicunt, lapide petito: sive, ut alias ferunt, baculo id factum sit*. [V. Brunck. ad Soph. El. 480. *Herm.*]

IX. Servatur idem Nominativus, sequente verbo, quod alio nominativo est vestitum. Idque fit duplici

modo, vel verbum plurale κατὰ σύλληψιν ad duas personas, vel verbum singulare ad alteram e duabus referendo. De priori vid. Lucian. in Tox. pag. 642 Ὁ μέντοι Ἀμιζώκης οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς ἐπὶ τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ ΤΥΦΛΩΣΑΣ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν, ἈΜΦΟΤΕΡΟΙ ΚΑΘΗΝΤΑΙ, *Amizoces tamen non diutius tulit, ut videret ipse, cum coecus esset Dandamis, sed ipse se luminibus privans, ambo sedent.* Pro, *Ipse se luminibus privavit, atque ita ambo sedent.* Alterius exemplum habet Euangelista Ioannes cap. XV, 5 Ὁ ΜΕΝΩΝ ἐν ἐμοὶ, ΚΑΓΩ ἐν αὐτῷ ΟΥΤΟΣ ΦΕΡΕΙ καρπὸν πολὺν, *Si quis in me maneat, et ego in illo, is feret fructum multum.* Vbi nihil est, quod nominativo κἀγὼ respondeat.

X. Est et ubi participium praecedentis substantivi casum non servat, sed in genitivum absolutum vertitur. Sic apud Lucian. in Demosth. Encom. pag. 889 de Homero: Εἰ γοῦν τι σαφὲς αὐτῶν ἦν, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἈΝΘΡΩΠΟΙΣ ἔρις, πατρίδα μὲν ΔΙΔΟΝΤΩΝ αὐτῷ Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, ἢ Κύμην, ἢ Χίον, ἢ Σμύρναν etc. *Si enim aliquid eorum constaret, non discrepans fuisset inter homines contentio, quorum alii patriam ipsi attribuunt Ionicam Colophonem, alii Cumam, vel Chium, vel Smyrnam.* Supple post διδόντων, τινῶν, ut Genitivus sit absolutus integre. Sed haec, quae proxime dicta sunt, tirones intelligant potius quam imitentur.

XI. Imitabantur tutius participii Nominativum post verbum, ubi alias adhiberent accusativum nominis substantivi. V. c. *Adeo leviter ferebat contemtum sui,* Οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος, pro παρόρασιν. Exemplum habet Lucian. Epist. Saturn. Tom. III, pag. 408, lin. 90 Ἐπεί τοι οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιάσαι, ὡς εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα ἂν αὐτὰ καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις, καθῆσθαι ἰδιωτεύοντα, καὶ ἈΝΕΧΕΣΘΑΙ ὑπ' ἄλλῳ ΤΑΤΤΟΜΕΝΟΝ; *Alioquin sane, putas ipsum me adeo unquam insanire, ut, si praeclarum quid essent divitiae et imperium, relictis his atque aliis concessis, privatus desideam, et aliorum imperium subeam?*

XII. Participium cum nomine suo in generandi casu absolute ponitur, ubi Latini infinitivum habent, praecedente Accusativo: idque vel cum particula ὡς, vel sine illa. Cum particula quidem, de quo vide Nostrum infra Cap. VIII, Sect. 10, Reg. 3. Sine ea, apud Demosth. de Foed. Al. pag. 88 Οὐδένα δ' οἴονται αἰσθήσεσθαι ΤΥΡΑΝΝΙΔΩΝ ἀντὶ δημοκρατιῶν ΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΩΝ, καὶ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ ΚΑΤΑΛΕΛΥΜΕΝΩΝ, *Neminem autem putant animadversurum, Tyrannides pro Democratiis constitui, et Respublicas dissolvi.* Quae sic resolvuntur: Ὅτι τυραννίδες ἀντὶ δημοκρατιῶν καθίστανται, καὶ αἱ πολιτεῖαι καταλύονται. Vel, servata Graecorum structura, Latini dicerent: *Neminem animadversurum putant, tyrannidibus constitutis* etc. i. e. *cum constituuntur.* Ita enim Naso lib. I, Trist. el. 2, vs. 37

At pia nil aliud quam ME dolet EXVLE coniux.

Et alibi Tullius: *INTERVERSO REGALI HOC DONO nos graviter hoc tulisse.* Pro, *interversum regale donum.* Rursus Ovid. I. Met. XIV, vs. 242

— AMISSA sociorum PARTE DOLENTES.

Et lib. IV de Pont. el. 6, in extremo:

Quam quisquam vestrum, qui ME DOLVISTIS ADEMTO
Arguat ingratum non meminisse sui.

Nonnunquam, ubi duo sunt membra, prius in generandi casu cum participio absolute ponitur, alterum in infinitivo, praecedente accusativo. Paus. in Boeot. pag. 556 *Ἔνθα ΚΆΔΜΟΥ λέγουσι τοῦ δράκοντος, ὃν ἀπέκτεινεν ἐπὶ τῇ κρήνῃ, τοὺς ὀδόντας ΣΠΕΙ´ΡΑΝΤΟΣ, ἄνδρας δὲ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἈΝΕΙ͂ΝΑΙ ΤῊΝ ΓΗ͂Ν, Hic aiunt, Cadmum draconis, quem ad fontem occiderat, dentes seminavisse, et terram ex illis dentibus viros emisisse.* [Kuhnius aut delendum putat *δὲ*, aut, quod ipse quoque malim, in *δὴ* mutandum. *Herm.*] Vbi *Κάδμου σπείραντος* in genitivo, et *γῆν ἀνεῖναι* coniunguntur. Neque enim hic est coniunctionis *δὲ* pleonasmus, ut fertur, sed potius hic agnoscimus Ellipsin coniunctionis *μὲν*, in priori membro implicite latentis, cui particula illa *δὲ* necessario respondet. Verba sic resolvuntur: *Λέγουσι, Κάδμον μὲν τοῦ δράκοντος ὀδόντας σπεῖραι, γῆν δὲ ἀνεῖναι.* Contra Herodianus, ubi praemiserat accusativum cum infinitivo, mox in sequenti membro subiicit genitivum cum participio. Verba sunt in libro II, cap. 8 *Καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες φασὶ, μηδὲ ΤΟΥ͂Σ ΣΤΡΑΤΙΩ´ΤΑΣ, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς ΕΙ͂ΝΑΙ φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ ΠΛΗΡΩ´ΣΑΝΤΟΣ ἘΚΕΙ´ΝΟΥ, ἃ ὑπέσχετο, Nam, qui inde nuncii huc veniunt, aiunt, neque milites, qui illi argento imperium tradiderant, satis ipsi fidos esse praesidiarios, neque illum, quae pollicitus erat, praestitisse.* Vbi *πληρώσαντος ἐκείνου*, pro, *ἐκεῖνον πληρῶσαι.* § 225.

XIII. Nec tantum infinitae orationis formam per genitivum absolutum ita exprimunt Graeci, sed et similis syntaxis invenitur in interrogationibus dubitativis, ubi nempo ipsa vocula interrogativa cum suo participio in secundo casu ponitur, ratione sane haud ineleganti, ut apud Thucyd. lib. IV, cap. 20 *Πολεμοῦνται γὰρ ἀσαφῶς ὉΠΟΤΕ´ΡΩΝ ἈΡΞΆΝΤΩΝ, Bella enim gerunt, nescientes, utri belli sint auctores.* h. e. *ἀδήλου ὄντος τοῦ πράγματος, τίς ἐστιν ὁ προκαταρξάμενος τοῦ πολέμου*, ut explicat Scholiastes.

XIV. Genitivi absolute positi insolentior hic usus est, quo participium cum suo nomine, vel absque eo, in generandi casu positum, et ob incidentem parenthesin repetitum, vel in aliud similis significationis mutatum, assumit casum, quem verbum sequens postulat. Cum suo nomine apud Paus. Corinth. pag. 97, in initio: *ἘΧΟ´ΝΤΩΝ δὲ ἀσθενῶς ἤδη ΤΩ͂Ν ΣΙΚΥΩΝΙ´ΩΝ*, in Genitivo absolute, *Cum Sicyoniorum res accisae essent.* Quae in parenthesi ibi subsequuntur, brevitatis causa omitto. Post parenthesin subdit: *ΔΙΑΚΕΙΜΕ´ΝΟΙΣ οὖν ἀδυνάτως* (in Dativo) *ἘΠΙΓΕΝΟΜΕ´ΝΟΣ σεισμὸς ὀλίγου τὴν πόλιν ἐποίησεν ἀνδρῶν ἔρημον, Cum itaque maxime infirmi essent, obruens eos terrae motus, eorum urbem fere ad vastitatem redegit.* Vbi obiter observa, *ὀλίγου* pro *ὀλίγου δεῖν* usurpari: vid. supra Cap. III, Sect. 7, §. 11.

Absque nomine suo, apud eundem in Boeoticis p. 578, lin. 19 *ΔΙΑΒΆΝΤΩΝ δὲ ποταμὸν καλούμενον ἀπὸ γυναικὸς τῆς Λύκου Δίρκην.* § 226. Et post parenthesin: *ΔΙΑΒΑ͂ΣΙΝ οὖν τὴν Δίρκην, οἰκίας ἐρείπια τῆς Πινδάρου* etc. *Transmisso amne, qui ab uxore Lyci Dirce vocatur,* (*apparent*) *domus Pindari rudera.*

XV. Parce imitandum censeo Atticismum apud Thucydidem, quo pro Genitivo absoluto Nominativus ponitur. Ita enim ille lib. II, cap. 53 Θεῶν δὲ φόβος, ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε τὸ μὲν, *ΚΡΙΝΟΝΤΕΣ* ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾷν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων *ΟΥΔΕΙΣ ἘΛΠΙΖΩΝ* μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι, *Nec ullus Deorum metus, aut hominum lex eos arcebat: non ille, quia iudicabant perinde esse Deos colere ac non colere, quoniam omnes videbant pariter mori: non haec, quia nemo putabat, se tam diu victurum, dum iudicium constitueretur, quo delictorum poenas daret.* [Nominativi hic propterea positi sunt, quia scriptor sic loquitur, ac si dixisset, θεῶν δὲ φόβῳ ἢ ἀνθρώπων νόμῳ οὐδενὶ εἴργοντο. *Herm.*]

XVI. Vtuntur et Participiis Graeci conditionaliter, ubi alias ἐὰν, εἰ, ἐφ' ᾧτε vel ἐπὶ τῷ cum Infinitivo dicerent. Ita Homer. Iliad. *I*, vs. 261

— Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Ἄξια δῶρα δίδωσι *ΜΕΤΑΛΛΗΞΑΝΤΙ* χόλοιο.
Tibique Agamemnon
Munera digna dabit, si vis moderarier irae.

Vbi μεταλλήξαντι χόλοιο, pro, ἐπὶ τῷ μεταλλάσσειν, vide infra Cap. IX, Sect. 4, ad num. 11. [Vid. Abresch. ad Aesch. vol. II. pag. 47. et Dorvill. ad Charit. pag. 227. 257. *Herm.*]

XVII. Non possum non corollarii loco observare, Graecos adeo fuisse φιλομετόχους, ut non solum duo, ut mox ostendemus, sed et tria participia absque ulla copula coniungere non erubescerent. Ita Isocrat. Panath. pag. 497 Οὓς οὐ πολὺν χρόνον *ΔΙΑΛΙΠΟΝΤΕΣ* Λακεδαιμόνιοι, *ΧΑΡΙΖΟΜΕΝΟΙ* Θηβαίοις, *ἘΚΠΟΛΙΟΡΚΗΣΑΝΤΕΣ* ἅπαντας ἀπέκτειναν, *Quos Lacedaemonii non ita multo post in Thebanorum gratiam, capta urbe, interfecerunt omnes.* Vbi obiter nota οὐ πολὺν χρόνον διαλιπόντες, pro, *non ita multo post:* de quo modo numero VII. Alterum exemplum habet Euangelista Marcus II, 28 Καὶ *ΠΡΟΣΕΛΘΩΝ* εἷς τῶν γραμματέων, *ἈΚΟΥΣΑΣ* αὐτῶν συζητούντων, *ἘΙΔΩΣ* ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτὸν, *Et aliquis scribarum accedens, qui illos disputantes audiverat, et gnarus, eum recte illis respondisse, rogabat eum.* [Aliud eiusmodi exemplum ἀσυνδέτου in participiis vide apud Xenoph. Memor. I, 1, 18. Plura coegit Reizius ad Lucian. Tox. cap. 2, et Forsterus in ind. II. partic. Platonis. Z.] — § 227.

S E C T I O II.

De Participiis quibusdam in oratione abundantibus.

R E G V L A I.

Participia quaedam eleganter in oratione παρέλκουσιν, atque uni decoro [94] serviunt. Eiusmodi sunt ἀνύσας, ἀπιὼν, ἔχων, λαβὼν, φέρων. Hinc illud frequentissimum ᾤχετο ἀπιὼν, *abiit discedens*, id est, *discessit*; satis enim esset ᾤχετο, sine participio. [95] [V. Valcken. ad Callim. p. 261. Huschke Anal. p. 77. seq. *Herm.*]

94 Graecorum scripta versanti quam plurima occurrunt vocabula, quae orationi inserta prima fronte παρέλκειν videntur; diligentius tamen inspecta, non ornatum tantum, sed vel pondus, vel novam orationi significationem addunt, adeo ut fortasse non procul a vero aberraverim, si contendero, nullam in Graeca lingua vocem habendam esse supervacuam, aut temere orationi insertam. At vero, quandoquidem hoc per omnia demonstrare longum esset, contentus fui sparsim in hoc libro ad ea, quae ab Auctoro nostro notantur παρέλκοντα, hic illic notas meas adiicere, et, quod supervacuum videbatur, suam, quae latebat, significationem reddere. Itaque Auctorem nostrum minus recte dicere arbitror, *participia quaedam παρέλκειν, atque uni decoro servire*; praesertim cum ipsemet aliter plane sentiat, cum participio ἀνύσας, quod abundare dicit, suum significatum reddit Reg. 2. Eodem modo participiis λαβὼν et φέρων, Reg. 4 et 5. Sic supra Cap. III, 9, 7. Et quanquam nos quoque, ubi vel vocis alicuius additae significatio latet, vel ea citra necessitatem repeti videtur, illam pro more Grammaticorum πλεονάζειν dicimus, purus putus tamen pleonasmus in lingua Graeca propter ipsius elegantiam et verba significantia mihi semper est suspectus. Vide supra Cap. de Pronomine Reg. 2, et infra Cap. VIII, Sect. 7, Reg. 1, et alibi.

95 Ὤιχετο ἀπιὼν pro *obiit*, utitur Aristides, orat. pro Quatuorviris, pag. 248 *Εἰ ἐπεβίω Περικλῆς, καὶ μὴ πρότερον ὬιΧΕΤΟ ἈΠΙΩΝ, Si Pericles superstes fuisset, nec prius e vita decessisset.* H.

Hoogevenus non male negat, illa participia abundare. Nam v. c. ἀπιὼν, uti simplex ἰὼν, et ἐλθὼν, et similia habet vim *celeritatis* et *impetus*. E. g. Aelian. V. H. III, 33, aquila dicitur devolasse, et ancillis Rhodopidis meretricis custodientibus erepto calceo ἀπιὼν οἴχεσθαι, h. e. *statim*, *celeriter*, *abiisse*. Hinc quoque apud Demosth. pro Coron. pag. 246 εὐθὺς, ut orationi maior concilietur vis, additur: *ὡς ἐκράτησε Φίλιππος, ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιὼν*, h. e. *Simulatque rerum potitus est Philippus, confestim sine mora interposita abiit.* Atque pro ἀπιὼν Pausanias I, 24. eidem verbo iungit φεύγων· ut οἴχεται φεύγων, h. e. *extemplo*

II. *Ἀνύσας*, Aorist. I particip. verbi *ἀνύω*, *perficio*, cum imperativo tantum, sic abundat, ut tamen aliquam ei promtitudinem [96] addere videatur; tuncque vel adiunctum habet *τι*, vel eodem caret. Aristophanes saepe, in Pace: *Οὐκοῦν δῆτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτει ἀνύσας τι*, id est, *Ergo age, et alterum quantocius affer*, vel *adduc Lacedaemone.* Nec enim video, quemadmodum eo loco *τι* interroget, et *ἀνύσας*, pro *ἤνυσας*, positum sit, ut innuit Scholiastes.

Idem in Ranis, sine *τι* usurpavit: *Ἴθι, πέραινε σύ, Αἰσχύλ', ἀνύσας*, id est, *Age, Aeschyle, ad alterum transi quantocius.*

aufugit. De participio *ἰὼν* vide locum Callimachi Epigr. I, ult: quem laudat, et rem egregie explicat Ernest. ὁ πάνυ ad Xenoph. Mem. III, 9, 9 *καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα*, h. e. *tu quoque sine mora parem tibi iunge, sc. coniugem.* De participio *ἐλθὼν* aliquot commemorat exempla Dorvillius ad Charit. p. 297, in quibus et illud Thucydidis III, 73 *ἐξηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλει οὖσιν*, *rem statim ad magistratus defert.* Simili modo nec abundat illi *ὑπολαβὼν*, et *παραλαβὼν*, quod iungi solet verbis *εἶπεν*, *ἔφη* etc. sed commode latine reddi potest, *TVM dixit.* Etenim solet dici in eo, qui quasi alterius sermonem excipit, qui, non interrogatus, post alterum incipit loqui. V. c. Xenophon Memor. II, 1, 29 *ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν.* Plenius rem expressit Dionys. Halic. Archaeol. IV, 33 *Παυσαμένου δὲ αὐτοῦ, παραλαβὼν τὸν λόγον ὁ Τύλλιος ἔλεξεν ὧδε.* Z.

96 Hinc ad maiorem emphasin aliquando *θᾶσσον* additur. Ita Aristoph. Nub. vs. 1255

Οὔκουν ἈΝΎΣΑΣ ΤΙ ΘᾶΤΤΟΝ ἀπολιταργιεῖς
Ἀπὸ τῆς θύρας; —

Nonne quam celerrime te a foribus proripies? Haec promtitudinis significatio clare patet, cum participium *ἀνύσας* in verbum, additum autem verbum in participium mutatur. Sic apud eundem in Avibus, vs. 242

ἈΝΎΣΑΤΕ ΠΕΤΌΜΕΝΑ
πρὸς ἐμὰν αὐδάν,

Celerrime advolate ad meam vocem. q. d. *Perficite advolantes.* Gr. alias: *Ἀπαλλάγητε πετόμενα.* Atque hanc veram esse significationem, vel ex uno eiusdem Comici loco docere possumus. Vid. eum in Vesp. [1163] ubi Philocleoni tergiversanti iam dudum, ut calceos induat, tandem sic acrius instat Bdelycleon: *Ἀνυσόν ποθ' ὑποδησάμενος*, *Tandem aliquando perfice hoc, ut induas calceos.* Accusativum *ὁδὸν* vel *δρόμον* subaudit Cl. L. Bos: quam tamen ellipsin non esse perpetuam, ex ultimo Aristophanis loco constat, ubi nulla itineris vel cursus est mentio. Cum tamen *ἀνύω* natura sua sit verbum transitivum, commode intelligitur *τοῦτο*, *τὸ ἔργον*, vel si quid aptius. [Recte. Hinc Aristoph. Plut. 349 *Λέγ' ἀνύσας, ὅ, τι φῄς ποτε*, h. e. *dic statim, quid sit tandem, quod dicas.* Z.]

Lucianus in Piscatore, sive Reviviscentibus: *Οὐκοῦν, ὦ Ἱέρεια, καὶ ἰσχάδας μοί τινας δὸς ἀνύσασα, καὶ ὀλίγον τοῦ χρυσίου, Ergo, Sacerdos, cedo aliquot mihi caricas, et pauxillum auri: sed propera.*

III. Participium ἔχων saepissime iungitur cum verbis παίζειν, id est, *iocari*, φλυαρεῖν, id est, *nugari*, ληρεῖν, id est, *delirare*, aut *somniare*. Exempli causa, *Παίζεις ἔχων, ἔφη*, ait Lucianus, *Iocaris, inquit, enimvero.* Sic apud Platonem in Gorgia[97], *Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; Quos tu mihi calceos blateras?* Demosthen. orat. contra Leptinem, cum alio verbo participium hoc coniunxit, nimirum παρατάττεσθαι: *in acie opponere*, dum ait: *Ὃν μὲν τρόπον ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο, Quo modo vos cum universis Peloponnensibus commiserat;* nisi malumus, ἔχων eo loco idem esse, quod vulgo dicimus, *vous ayant en sa conduite.*

97 Pag. mihi 490. Cum verbo ληρεῖν ibid. pag. 497, lin. 9 *Ἔχων ληρεῖς, Deliras.* Vbi Ficinus tamen mutat ἑκὼν ληρεῖς, *Vltro deliras.* [Cf. Koen. ad Gregor. pag. 63. Z.] Fortasse, quod hoc participium eo modo adhibitum fere ultimum locum possidet. Sic apud Aristoph. in Avibus, vs. 341 *Τοῦτο μὲν ΛΗΡΕΙΣ ἜΧΩΝ, Hac sane in re deliras.* Atticam esse locutionem, discere licet ex Moeride: *Φλυαρεῖς ἔχων, Ἀττικῶς, ἐν τῇ προσθήκῃ τοῦ ἔχων.* Huius προςθήκης causa obscurior est. Alicuius substantivi defectus mihi subolet. Id vero hactenus mihi observare licuit, participium hoc semper iungi verbis *cunctandi sive tergiversandi, nugandi, ineptiendi, ludendi,* seu *irridendi,* item *incondite quid agendi* vel *loquendi* significationem obtinentibus, non absimili ratione, qua nostrates verbum *leggen* cum similis significationis infinitivis coniungere solent. E. c. Plat. in Phaedr. pag. 236, in fin. *Τί δῆτα ἔχων στρέφῃ; Quid tandem tibi est, quod tergiverseris?* Vbi ἔχων praemissum habes: potestque τί esse accusativus patientis. Sic Aristophan. in Eccles. vs. 1143 *Τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Belg. Waar wat legt gy te talmen?* Et in Nub. vs. 509 *Τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Quid moraris ad ianuam?* vel potius: *Quid est tibi, quod moreris?* Nam ita quodammodo redditur et participium ἔχων. Nostrates propemodum: *Wat hebt gy daar te talmen?* Nec absimilem in reliquis significationem obtinere participium ἔχων, autumo. Iungi et aliis verbis hoc participium, adfirmat H. Stephanus ad Corinth. art. 70, quod tunc credam, quum primum exemplo probatum invenero: nam quod ibidem ex Corintho affertur, ὡς κυρεῖς ἔχων apud Sophoclem, et ipse in Thesauro suo in V. *Κυρῶ* ex eodem affert, ὡς ἔχων κυρεῖ, longe aliud est: et participium ἔχων ponitur ibi pro διακείμενος, ita ut ὡς ἔχων κυρεῖ sit ὡς διακείμενος τυγχάνει. § 228.

IV. *Λαβὼν*, apud Demosthenem maxime, non semel abundat, aut vertendum est, *cape sis*, *prenez-moi*, et ante imperativum praecedens explicandum. Pro Coron. *Καί μοι λέγε τὴν γραφὴν λαβὼν*, pro *καί μοι λάβε τὴν γραφὴν, καὶ λέγε*, *Prenez-moi cette accusation, et la lisez.* Similia passim exempla. [98]

V. *Φέρων*, eodem quoque modo usurpatur, ut apud Aeschinem contra Ctesiphontem: *Εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα*, *Eo res adduxit nostras;* tolle *φέρων*, idem sensus integer remanebit. [99] Vbi tamen notandum est,

98 Confer Aristophanem, Avib. vs. 56 et 648. Non tamen necesse est, ut imperativus adsit, ut patet ex Platone in Phaedro pag. 260, lin. 25 *Ὅταν οὖν ὁ ῥητορικὸς ἀγνοῶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ΛΑΒΩ'Ν πόλιν ὡσαύτως ἔχουσαν, πείθῃ*, *Quando igitur orator ignarus boni et mali civitati eodem modo affectae suadet.* Graeci: *capiens civitatem persuadet.* Plutarch. in fine vitarum Demosthenis et Ciceronis comparatarum, addit pronomen *ἑαυτὸν*, quod vel itidem abundat, vel, quod malim, cum participio *λαβὼν* vertendum est, *subducens se.* Verba haec sunt: *Ἐκ τῶν ὅπλων καὶ τῶν δορυφόρων ΛΑΒΩ'Ν 'ΕΑΥΤΟ'Ν ᾤχετο*, *Ex armis et satellitibus se subducens effugit.* Atque adeo non satis recte abundare dicitur, cum suam significationem retinens verbo maiorem vim addat: patetque non otiosa ipsius praesentia inprimis in constructione, ut apud Hom. lib. Iliad. XII, vs. 451

Ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα ΦΕ'ΡΕΙ πόκον ἄρσενος οἰὸς
Χειρὶ ΛΑΒΩ'Ν ἑτέρῃ. —

Sicut, quum pastor facile fert vellus ovis altera manu prehendens. His similia invenies in Euang. Matth. cap. XIII, com. 31 et 33. Latini omissi participii significationem nudo verbo *habeo* tribuunt, ut in illo Terentii in Andria: *Habeas, valeas, vivas cum illa.* Vbi Graeci dicerent *λαβὼν ἔχε* vel *οἴχου*, vel simile: nostrates, *Loop 'er mee heen.* Eodem plane modo construitur verbum *ἔχω* cum cognatae significationis participio apud Hom. lib. Iliad. *Α*, vs. 356 *Ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας*, *Abstulit, abduxit praemium.* Vbi si participium *ἑλὼν* dicamus abundare, evanescit notio auferendi, quam tamen inprimis innuit Achilles querens praemium suum ab Agamemnone ablatum. Neque tamen *λαβὼν ἔχω* semper idem significat, sed pro varia occasione varie reddendum: ita pro *asservo* ponitur apud Athenaeum lib. I. Deipnosoph. pag. 13. Vbi ait, apud Homerum convivas epularum reliquias domum non asportare, sed relinquere solitos, et subdit: *Καὶ ἡ ταμία λαβοῦσα εἶχεν, ἵνα, ἄν τις ἀφίκηται ξένος, ἔχοι δοῦναι αὐτῷ*, *Et ancilla eas capiens habebat*, i. e. *asservabat, ut, si veniret hospes quispiam, haberet, quod illi apponeret.* [Herodian. VIII, 4, 26. *Reizius.*]

99 Nihil minus, quam abundare, videbimus hoc participium, si observamus, construi illud cum verbo motum ad rem significante: si enim verba cum Aeschinis, tum Plutarchi, nulla Latinitatis elegantiae ratione habita, pro

Participium illud, nescio quam verbo significationem addere, aliquando *voluntarii*, aliquando *praecipitis*, aliquan-

prie vertimus, apparebit pulcra in illis allegoria, quam Latini assequi non possunt. Nam ita nuda verba prioris sonant, quasi *res sustulerit, et in locum quempiam attulerit.* Simile quid in posterioris verbis tum loco citato, cum περ. παιδ. ἀγ. apparet, ubi deridet stultitiam illorum patrum, qui, cum possideant multos servos, quorum alii ad alia praestanda utiles sint, si quem invenerint inter illos ad nullum ministerium idoneum, τούτῳ ΦΕΡΟΝΤΕΣ ὑποβάλλουσι τοὺς υἱοὺς, *huic filios suos subiiciunt*, q. d. *ad hunc portant suos filios et ipsi subiiciunt.* [Wolfius ad locum Aeschinis pag. 474, ed. Reisk. a Vigero laudatum explicat illud φέρων per μετὰ φορᾶς καὶ ὁρμῆς. Sed melior [v. not. 288. *Herm.*] videtur esse ratio Brodaei et Taylori, qui φέρων in eiusmodi locis, quae inprimis apud Aeschinem sunt frequentia, accipiendum esse censent de *rerum inversione et mutatione in contrariam partem.* Id quod inprimis clarum fieri videtur ex loco Aeschin. adv. Ctesiph. pag 535, τὴν ἡγεμονίαν τὴν μὲν κατὰ θάλασσαν ἐποίησε κοινὴν, τὸ δ' ἀνάλωμα ἴδιον ὑμέτερον, τὴν δὲ κατὰ γῆν, εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν, ἄρδην ΦΕΡΩΝ ἀνέθηκε Θηβαίοις. Igitur eiusmodi φέρων commode explicari potest *contra*. It. ibid. pag. 482. ἀδικήσας δὲ Φίλιππον, κἀκεῖθεν ἀποδρὰς, ὑπέβαλεν ἑαυτὸν ΦΕΡΩΝ Θηβαίοις, *Iniuria illata Philippo, inde aufugit, et sese contra tradidit Thebanis.* Plura exempla reperies apud Taylorum pag. 475. Z.] Idem fere sentiendum est de participio ἄγων, quod, ut et φέρων, aperte πλεονάζειν dicit H. Stephanus ad al. script. de Dial. Att. pag. 78. Exempla, quae omnia ex Homero citat, praeferunt sibi

motus alicuius significationem, unde patet, hoc participium non abundare. Ad hoc probandum sufficiat nuda Homeri verborum versio. Loca sunt Odyss. *P*, Δὸς τῷ ξείνῳ πάντα ΦΕΡΩΝ, *Aufer omnia et hospiti trade.* Iliad. *Ψ*, circa finem:

Αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος
Θῆκ' ἐς ἀγῶνα ΦΕΡΩΝ, —

At Pelides praelongam hastam in certamen attulit ac deposuit. Od. *T*, vs. 96

— Ἐκ δὲ βοείην
Θῆκε θύραζε ΦΕΡΩΝ, —

Extra [domum] foras extulit bovinam [pellem] et deposuit. Lib. *A*, vs. 128

Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε ΦΕΡΩΝ πρὸς κίονα μακρὴν,

Hastam tulit et statuit ad columnam longam. In Boeot. vs. 65

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἌΓΩΝ, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,

Aiax vero ex Salamine adduxit duodecim naves, adductasque statuit ibi, ubi Atheniensium stabant phalanges. Nec enim obstat, quod verbum ἄγεν praecedenti versu praemittatur. Iliad. *X*, vs. 350

Οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
Στήσωσ' ἐνθάδ' ἌΓΟΝΤΕΣ, —

Non si decies vel vicies tanta dona huc afferrent et statuerent. Lib. *Ψ*,

Ἦ ῥα, καὶ ἵππον ἌΓΩΝ μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς
Ἐν χείρεσσι τίθει Μενελάου, —

His dictis adducebat equum magnanimi Nestoris filius, et Menelao in manus tradebat. In quibus omnibus participia ἄγων et φέρων suam habent significationem, nec abundant, sed more Graecorum pro Verbis adhiben-

do *fatalis impetus:* ut apud Plutarchum in Themistocle, ubi de eodem loquens, *Μᾶλλον*, inquit, *φοβηθεὶς συγγενῆ, καὶ πρόςφατον φθόνον, ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς, ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτόν*, *Cum vehementius civilem ac recentem invidiam metueret, quam antiquam et regiam iram, huic sese prudens volensque submisit.*[1]

tur et coniunctione *et: ἄγων ἔστησε*, pro *ἦγε καὶ ἔστησε*, de quo Noster Sect. praecedenti Reg. 14. Nec absimile hoc Maronis lib. Aen. VIII, vs. 609

At Venus aethereos inter dea candida nimbos
Dona FERENS ADERAT. —

Simili modo construitur participium *ἔχων* cum verbis *ἥκω, πορεύομαι* et similibus: ut *ἥκει ἵππον ἔχων*, *Venit equum habens*, pro, *Equum adducit.* Xenoph. Instit. lib. II, pag. 60, lin 35 *Ἐγὼ δὲ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, τοὺς ἡμίσεις μὲν τῶν πεζῶν ΈΧΩΝ, ἅπαντας δὲ τοὺς ἱππέας πορεύσομαι*, *Ego vero primo mane cum dimidia parte peditum, et universo equitatu proficiscar.*

1 Agmen claudant *φεύγων* et *τρέχων*, quae participia simili modo construuntur. Prioris exemplum est apud Herodot. *Οἴχοντο φεύγοντες*, *Abierunt fugientes.* Nisi ibidem verbum *οἴχοντο πλεονάζειν* mavis, et simpliciter reponis *ἔφυγον*, ut et apud Arrian. de Exp. Al. lib. III, cap. 7 *Μαζαῖος δὲ, ὡς ἤκουσεν ἤδη προςάγοντα Ἀλέξανδρον, Ὤιχετο φεύγων σὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ*, *Mazaeus autem, ut Alexandri adventum cognovit, fugam capessebat cum universo exercitu.* Pro *ἔφυγεν*. Adeo ut verbum *ᾤχετο* addatur ad celeritatem sive festinationem significandam. Hinc quandoque fit, ut duo participia absque ulla copula uni verbo addantur. Ita Herodot. Erat. cap. 33 *ΟἼΧΟΝΤΟ ΦΕΎΓΟΝΤΕΣ ἈΠΟΛΙΠΌΝΤΕΣ τὴν πόλιν.* Ad verbum, *Abierunt fugientes relinquentes urbem*, vel rectius: *Fugerunt urbe relicta.* Huic simile est participium *ἀποδράς*. Ita Aristoph. *Ἐκκλ.* vs. 196

Ὁ τοῦτ' ἀναπείσας εὐθὺς ἈΠΟΔΡΆΣ ᾤχετο,

Qui hoc persuaserat, illico fugiens abiit. Posterioris exemplum quaere apud eundem Nub. vs. 778

— *Ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης,*
Πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ', ἀπαγξαίμην ΤΡΈΧΩΝ.
— *Instante adhuc una dica,*
Priusquam mea citetur, ego me strangulem.

Vbi itidem participium illud *τρέχων* celeritatem aliquam notat. Latini dicerent: *Ego abeam cito, et me strangulem.* Ita enim Ter. Andr. Act. I, sc. 5, vs. 21

— *Id mihi visus est dicere:*
ABI cito ET SVSPENDE te. H.

SECTIO III.

De Participiis [ἀπολελειμμένος, ἀρχόμενος,] γιγνόμενος, [ἐχόμενος,] et ἐνδεχόμενος.

['Ἀπολελειμμένος — *ignarus*, ut vertit Budaeus. Sophocles, Oedipo tyranno: Quum Oedipus Tiresiae caecitatem exprobrasset, hoc illi Tiresias respondit: *Tu et vides, nec tamen cernis in quanto es malo.* Fuit ergo Oedipus πολὺ ἀπολελειμμένος τῶν ἑαυτοῦ κακῶν, *nesciebat, se patrem occidisse, ex matre liberos suscepisse.* Isocrat. περὶ ἀντιδόσεως: Τῆς παιδείας ταύτης οὐκ ἂν ἐγὼ φανείην ἀπολελειμμένος, *Ego non possum videri ignarus huiusce disciplinae.* Ἀπολείπομαι, proprie, *relinquor a tergo, non assequor*, cui contrarium παρακολουθῶ. Sed utrumque verbum ad *intelligentiam* saepe transfertur; ut is dicitur παρακολουθεῖν, qui rem aliquam *assequitur atque intelligit* †: ἀπολείπεσθαι, *qui minus intelligit, sed est rei penitus ignarus; is enim quasi relinquitur et deseritur a re, quae illum fugit.* [2] Hinc Latini dicunt, *hoc me non fugit*, id est, παρακολουθῶ, *non sum ignarus huius rei.* Hinc εὐπαρακολούθητον, *facile intellectu:* δυςπαρακολούθητον, *difficile intellectu.* [3]]

† Triplicem huius verbi oeconomiam tradit et idoneis argumentis comprobat Raphelius Observatt. ex Polyb. ad Luc. I, 3. Primum enim significat *comitari, multum cum aliquo esse*, atque non modo in personis, sed et in rebus dicitur. Deinde *interesse alicui rei, in ea versari.* Denique *mente atque intelligentia consequi, intelligere, cognoscere.* Caeterum ad discrimen utriusque verbi παρακολουθεῖν et ἀπολείπεσθαι facit locus Demosthenis adv. Leochar. pag. 1083. ubi tanquam antitheta sibi opponuntur: νομίζω γάρ, ἂν τούτῳ τῷ μέρει τοῦ ἀγῶνος σαφῶς ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΗΤΕ, καὶ τῶν ἄλλων ὑμᾶς οὐδενὸς ἈΠΟΛΕΙΦΘΗΣΕΣΘΑΙ, *Arbitror enim, si hanc partem causae satis intellexeritis, reliquarum nullam vos esse ignoraturos.* Z.

2 Quo plane sensu hoc verbo utitur Plato scribens ad Perdiccam: Ταύτας φαῖεν μὲν ἂν ἐπίστασθαι πάμπολλοι, πλεῖστον δ' ἀπολείπονται τοῦ κατανοεῖν αὐτάς, *Has intelligere se quam plurimi profiteantur, longe tamen abest, ut cognoscant.*

3 Participium ἀρχόμενος eleganter admodum ponitur pro ἐν ἀρχῇ, ita ut ἀρχόμενος εἶπον notet, *Initio dixi:* apud Isocr. ad Nicocl. in fine, et Thucyd. lib. IV, cap. 64. init. Quam constructionem sortitur etiam desinendi participium τελευτῶν per omnes numeros, ut ostendetur infra ad Sect. 4, Reg. 6. Hoc sensu sequentem post se amat generandi casum. Plat. Phaedr. pag. 263,

REGVLA I.

Participium γιγνόμενος [4] § 228. b. variis et elegantibus modis reddi potest.

Primo enim significat *iustum*, aut *legibus quasi constitutum:* ut, γιγνομένη τιμὴ, *iustum pretium* †; et γιγνόμενον τίμημα, *mulcta legibus constituta*, vel *iusta legis aestimatio.* †† Sic γιγνομένη χάρις, *iusta et quasi debita gratia.* Demosthen. pro Coron. [5] Ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου, τὸ γιγνόμενον

lin. 39 Ἀλλὰ καὶ ὁ Λυσίας ἈΡΧΟΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ἘΡΩΤΙΚΟΥ ἠνάγκασεν ἡμᾶς ὑπολαβεῖν, et quae sequuntur, *Sed et Lysias in exordio illius de Amore orationis hanc nos coëgit suscipere sententiam* etc. Simile exemplum invenies in illis, quae ibidem paulo ante praecedunt. Et apud Paus. in Lacon. pag. 211, lin. 6 Ὅμηρος δὲ ἔγραψε μὲν ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ἈΡΧΟΜΕΝΟΣ, *Scripsit Homerus in principio operis poetici.* Eo modo opponitur τῷ, διὰ τέλους, apud eundem in Sophist. pag. 237 ἈΡΧΟΜΕΝΟΣ γε καὶ ΔΙΑ ΤΕΛΟΥΣ τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, *Ab initio ad finem usque hoc testatus est.* Idem participium ἀρχόμενος ita cum suo substantivo construitur, ut ad verbum reddi non possit, sed necessario mutari debeat in substantivum cum generandi casu nominis, ad quod refertur. V. c. Demosth. de Cor. pag. 347, in fine: Ἰδεῖν τὰ πράγματα ἀρχόμενα, pro, τὴν τῶν πραγμάτων ἀρχὴν, *Videre initia rerum.*

4 Hoc participium etiam in sua prima, vel certe primae proxima significatione tironibus crucem figere solet ob id, quod, cum aures Hellenismo nondum assuetas habeant, nihil satis intelligunt, quam quod cum Latinorum consuetudine quodammodo convenit. Discant illi pro eo, quod in N. T. est familiare, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ex Xenophonte dicere ἐν ταῖς γιγνομέναις ἡμέραις. Ad verbum: *In diebus, qui fiebant* vel *erant.* Ita enim ille lib. V Κύρ. παιδ. pag. 141 [4, 51] Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος οὕτως ἘΝ ΤΑΙΣ ΓΙΓΝΟΜΕΝΑΙΣ ἩΜΕΡΑΙΣ ἀφικνεῖται πρὸς τὰ μεθόρια τῶν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, *Hoc modo proficiscens per illos dies ad Assyriorum et Medorum fines pervenit.* Hoc idiomate, eiusque auctoritate nixus illud vernaculum, *dit loopende jaar*, verterem, τὸ γιγνόμενον ἔτος. Praesentis enim rei progressionem denotat. H.

† V. c. Demosthen. de Coron. Trier. pag. 1230 Καίτοι πῶς οὐκ ἄδικον, τῶν μὲν ἀναλωμάτων ἀφεστηκέναι, τῶν δὲ ΓΙΓΝΟΜΕΝΩΝ δι' ἐκεῖνα ΤΙΜΩΝ ἀξιοῦν αὐτοῖς μετεῖναι; *Iam vero nonne est iniquum, nihil sumtuum praebere, at consequi velle praemia iis, qui sumtus fecerint, debita?* Z.

†† Demosth. adv. Timocrat. pag. 726 ἐκτίειν τὸ ΤΙΜΗΜΑ ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ, *solvere multam debitam.* Z.

5 Pag. mihi 537, lin. 49 (pag. 261, lin. 1, ed. Reisk. Z.). Idem δίκαιον et γιγνόμενον iungit ut ἰσοδυναμοῦντα advers. Nausimach. pag. 635 Ἐγὼ δ', ὅτι μὲν ψεύσονται, καὶ τὰ πολλὰ ἀπολωλεκότες τῶν ὄντων αὐτοῖς, μικρὰ τῆς πόλεως μετειληφυίας, οὐ ΔΙ-

κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι, id est, *Legis autem meae vi*, vel *ex praescripto legis meae, quod aequum et iustum est singulos pro facultatibus suis pendere, vel contribuere.* Sic ἀγῶνες γιγνόμενοι, *ludi solennes et certo quodam solennique tempore recurrentes.* †

II. Secundo, *naturalem*, aut *proprium;* quo pacto *Atheniensium civitas* ab Aristide in Panathenaica dicitur [6], Τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχουσα πρώτη πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, *Prima Graecarum urbium, naturali quodam et proprio situ, ad solem orientem conversa.*

III. Tertio, *verum, germanumque*, non *fictitium, et adulterinum:* ut ibidem, Διὸ καὶ ἄνδρας, inquit, κρατίστους, καὶ τῆς γιγνομένης ἀρετῆς ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντας ἤνεγκεν, id est, *Quare viros etiam ferre vulgo solet, cum robustissimos, tum eiusmodi, qui maximos in vera germanaque virtute profectus faciant.* [7]

IV. Quarto, γιγνόμενον ἀργύριον, *pecunia non modo proba, sed etiam integrae summae, et nulla ex parte decurtata:* nam τὸ γιγνόμενον ἀργύριον ἀποτίνειν, est, *integram iustamque pecuniae summam persolvere.* [8] Quod Tullius dicit, *recte dare:* Titus Livius, *recte restituere:* Vlpianus, *recte praestare.*

V. Quinto, τὸ γιγνόμενον, absolute, id est, τὸ ἐκ τοῦ ἀργυρίου κέρδος, *usura creditae pecuniae legitima:* qui etiam

ΚΑΙ'ΑΝ, οὐδὲ ΓΙΓΝΟΜΕ'ΝΗΝ ΧΑ'ΡΙΝ ἀξιώσουσι κομίζεσθαι παρ' ὑμῶν, ἐάσω, *Ego vero illud omittam, mentituros illos, et, cum pleraque bona sua perdiderint, unde respublica parum emolumenti cepit, non iustam neque legitimam gratiam a vobis repetituros.* H.

† Sic αἱ θυσίαι αἱ γινόμεναι sunt *sacrificia solemnia*, apud Dinarch. advers. Aristogit. pag. 81. Sic quoque dici mihi videntur τραγῳδοὶ γινόμενοι apud Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 431 et 541. qui admodum male habuerunt Reiskium, sed iniuria. Z.

6 Pag. mihi 167.

7 Verba Aristidis extant pag. mihi 176. Huic affine est, cum in affirmatione dicitur, ΤΑ' ΓΙΓΝΟ'ΜΕΝΑ λέγειν, i. e. *Vera praedicare; Id quod res est dicere:* vel simile quid. Plat. in Theaet. pag. 175, lin. 18 Παντάπασι ΤΑ' ΓΙΓΝΟ'ΜΕΝΑ λέγεις, ὦ Σώκρατες, *Omnino vera praedicas, o Socrates.* [Herodot. II, 28. εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε. *Reizius.*]

8 Ita in Syngrapha apud Demosth. contra Lacritum, pag. 592. creditoribus, a quibus mutuo acceperant argentum, promittunt debitores, σωθέντων τῶν χρημάτων Ἀθήναζε, ἀποδώσειν ΤΟ' ΓΙΓΝΟ'ΜΕΝΟΝ ἀργύριον, i. e. *si salvae Athenas advectae fuerint merces, se integram pecuniam redituros.*

τόκοι γιγνόμενοι dicebantur. Quamquam etiam pro *iusta mercede*[9] sumitur: ut τὸ γιγνόμενον φέρεσθαι, *iustam auferre mercedem.*

VI. Sexto, τὸ γιγνόμενον in universum est *id omne, cui nihil omnino ad perfectionem et integritatem desit.* Sic Aristides loco citato ait, τοὺς δρομέας τὸ γιγνόμενον πεπληρωκέναι, *cursores iustum et integrum curriculum absolvisse.* Quo sensu eleganter sumitur ἀντὶ τοῦ καθήκοντος, pro *officio omni ex parte cumulato:* ut, μηδὲν ἑαυτῷ σύνοιδα τοῦ πρὸς σὲ γιγνομένου μηδαμῶς ἐλλείψαντι, *Conscius mihi sum, nihil a me penitus officii erga te mei praetermissum fuisse.*

VII. Septimo, idem est, quod τὸ μέρος τὸ ἐπιβάλλον, de quo in capite de nomine supra diximus: non tantum *rata portio*, sed etiam *virilis pars et facultas:* ut, πάντες οἱ κληρονόμοι τὸ γιγνόμενον ἐκομίσαντο, id est, *suam quamque partem haeredes omnes abstulerunt.* Sic, Τό γ' ἐπ' ἐμοὶ γιγνόμενον, διαπράξασθαι πειράσομαι, id est, *Quantum in me erit, rem perficere conabor.*

VIII. Octavo, γιγνόμενος est *cohaerens et consentaneus*, vel etiam *cum decoro et dignitate coniunctus:* unde oppositum, οὐ γιγνόμενος significat *absurdum, commentitium, inanem, et indignum;* v. g. ἔμπλεως φαίνεται οὐ γιγνομένων ἐλπίδων, *spes inanes absurdasque fovet:* quae etiam ἐλπίδες μὴ οὖσαι, *spes nullae*, dici possunt.

Hinc fit, ut τὰ γιγνόμενα in neutro dicantur *ea quae decent, atque debentur:* ut apud Aristidem loco citato: Τιμᾶν τοῖς γιγνομένοις τὴν πόλιν, *Dignos civitati honores persolvere:* nisi malis significare *proprios ac peculiares fructus, qui tamen ad singularem istius civitatis rem conditionemque pertineant.*

IX. Nono, τὰ γιγνόμενα *proprias commoditates*[10] significant, *quarum amore ac studio quisque ducatur;* ut apud

9 Quam scilicet aliquis ex laboribus sibi parat. Ita Lucian. in Tox. de eo, qui operam suam purpurariis locaverat, καὶ ΤΟ' ΓΙΓΝΟ'ΜΕΝΟΝ ἐκ τούτου ἀποφέρων, ἔτρεφε τὸν Δεινίαν, *Et hac pecunia, quae ipsi hinc redibat, alebat Diniam.*

10 Τὰ γιγνόμενα *proprias* significare *commoditates*, tunc credam, cum exemplis probatum videro, neque si addidisset Auctor *cum dativo personae, cuius privatae rationes exprimuntur.* Neque Demosthenis verba pag. 26, lin. 12, quidquam probant. Ait ille, Philippum de Thebanis bene meritum, ut eos sibi devinciret, eo-

Demosthen. Philipp II, ubi de Philippo Rege loquitur: Θηβαίους ἡγεῖτο, inquit, ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων, τὰ λοιπὰ ἐάσειν ὅπως βούλεται πράττειν αὐτὸν, id est, *Thebanos existimabant propriis commodis conciliatos et allectos, integram sibi liberamque reliquorum omnium potestatem esse permissuros.*

X. Participium ἐνδεχόμενος primo idem fere est, quod πρόχειρος, *promtus, ad manum, cuius copia nobis est.* Hinc apud Antiphontem, Ταῖς ἐνδεχομέναις ἐκόλασαν τιμωρίαις, *quibus licuit, affecere suppliciis.* Ita contrario sensu, τιμὰς ἀπένειμαν τὰς ἐνδεχομένας τοῖς αὐτῷ κατωρθωμένοις, id est, *quibus potuerunt honoribus res ab eo praeclare gestas prosequuti sunt.*

XI. Secundo, aliquam *facilitatis ac probabilitatis* significationem habet: ut, ἐνδεχομένη πίστις, *fides quae satis facile ac probabiliter adhibeatur*, apud Herodianum lib. II, initio. Sic ἐνδεχομένη πρόφασις, *color, et praetextus vero similis:* ἐνδεχόμενον ἔγκλημα, *crimen probabile:* ἐνδεχομένη ἀπολογία, *defensio bonae fidei*, vel *digna quae utcunque probetur.*

XII. Tertio, iungitur etiam eleganter cum superlativo, idemque tum fere est, quod ὡς vel ὅτι, *quam* apud Latinos. Aristoteles VII. Politicorum, Ἡ πόλις κοινωνία τίς ἐστι τῶν ὁμοίων, ἕνεκεν δὲ ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης, *Civitas quaedam similium communitas est, ad vitam quam optime fieri potest instituendam comparata.* Sic τὴν προθυμίαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐνδεχομένην στασιμωτάτην, *constantissimam alacritatem ostendere.*

XIII. Quarto, τὸ ἐνδεχόμενον, de quo iam superius aliquid attigi, est *perficiendae rei facultas qualiscunque*, ut,

rumque opera contra reliquas Graecorum civitates abuteretur. Putabat, inquit, Thebanos ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων (intellige ἀπὸ Φιλίππου), i. e. *pro iis (beneficiis) quae in ipsos a Philippo collata erant* etc. Atque hunc verborum esse sensum, patet ex sequentibus, ubi ait: Καὶ νῦν τοὺς Μεσσηνίους καὶ τοὺς Ἀργείους, ταῦτα (an ταυτὰ?) ὑπειληφώς, εὖ ποιεῖ, *Et nunc de Messeniis et Argivis eadem mente bene meretur*, scilicet ut illi ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων αὐτῷ συμπράττωσιν, *beneficiis ab ipso conciliati secum facerent.* Nec dubito, quin in malam partem possit adhiberi, ut si quis dicatur *calamitatibus succumbere*, sive, *re male gesta desperare:* ἐπὶ τοῖς αὐτῷ γιγνομένοις ἀθυμεῖν.

κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, *pro virili parte*; quod etiam efferri solet per adverbium ἐνδεχομένως, ut apud Polyb. lib. V, Ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ παρὸν ἐνδεχομένως ἐβουλεύσατο, *Rex opportunum pro tempore consilium cepit*; vel per genitivum pluralis numeri, sed neutrius generis, cum praepositione ἐκ· ut: ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τοὺς πολεμίους ἠμύνατο, *qua potuit ratione hostes propulsavit.* Thucyd. fere dicit: ὡς ἐκ τῶν ἐνδεχομένων.

XIV. Quinto, apud Philosophos illud est, quod *contingens* dici solet; quod nimirum tam fieri, quam non fieri ex sese potest: ut in bello vincere, aut non vincere, ἕν τι τῶν ἐνδεχομένων [11] vocatur: quo sensu opponitur, τῷ τε ἀναγκαίῳ, id est, *tam rei necessariae*, καὶ τῷ ἐφ' ἡμῖν, *quam ei, quae in nostra potestate sita est*, καὶ τῷ κατὰ προαίρεσιν, id est, *et ei, quam sponte ac deliberate suscipimus.* [12]

11 Vt tironibus haec planiora fiant, sciendum est, ellipticam esse locutionem, et subaudiri accusativum, sive orationem infinitivam accusativi partes agentem. Quando itaque verbum ἐνδέχεσθαι vel participium ἐνδεχόμενον proprium *aliquid in se recipiendi* sive *admittendi* significatum obtinet, hinc planum est, aliquid dici ἐνδεχόμενον, quod aliud quodpiam, casum, puta, vel habitum vel conditionem aliam, in se recipere et admittere potest, atque adeo, quod alio modo se habere, aliter accidere potuisset. Patet hoc ex verbis Aristotelis, lib. Eth. VI, cap. 1. Vbi animae ratione praeditae facultates in duas partes dividit, ἓν μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἘΝΔΈΧΟΝΤΑΙ ἌΛΛΩΣ ἜΧΕΙΝ, ἓν δέ γε, ᾧ τὰ ἘΝΔΕΧΌΜΕΝΑ, *vel qua consideramus talia, quorum principia necessario ita se habent, vel qua contingentia.* ubi τὸ ἄλλως ἔχειν accusativi loco subiungitur verbo ἐνδέχονται. q. d. *Non recipiunt in se* τὸ ἄλλως ἔχειν, i. e. ἄλλην ἕξιν. Illud autem ἄλλως ἔχειν aliquando additur, aliquando supprimitur, ut in eodem cap. et seq. Ex hac *aliquid in se recipiendi* notione fluxit illa, quam Auctor modo Reg. 12 ex Budaeo attigit: qui verba Aristotelis ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης, reddit κυριώτερον, *vitae, quam humana natura capit, optimae.* Vide, num magis huic loco apposite: *vitae, quam* (sc. civitas) *capit, optimae.* Locus Aristotelis est lib. VII, de Rep. cap. 8.

12 Claudat hanc Sectionem participium ἐχόμενος, cuius plurali neutro cum genitivo τούτων utuntur Graeci eo loco, ubi, recitatis quibusdam alicuius scriptoris verbis, caetera ob orationis longitudinem recitare supersedent. Latini dicunt: *Et caetera. Et sic deinceps.* Graeci: *Καὶ τἄλλα* [τὰ *Herm.*] *τούτων ἐχόμενα.* Quod etiam aliter efferunt: *Καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις.* Vel, *Καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ἔπους.* Vel, *Καὶ τὰ τούτοις ἐφε-*

SECTIO IV.

De Participiis verborum ὀνομάζω, παρέχω, περιέχω, ποιῶ, [τελευτάω,] τυγχάνω, ὑπάρχω, εἰμί.

REGVLA I.

Notandus usus participii ὀνομάζων, praecedente adverbio. Demosthen. pro Coron. de Aeschine, qui dixerat οἰκειότητας, *necessitudines*, non tam verbis, quam communi utilitate βεβαιοῦσθαι, *firmari:* addit, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων, *admodum graviter nominans*, id est, *specioso admodum nomine, vel etiam oratione usus.*

II. Ὁ παρασχὼν, et τὸ παρασχὸν [13], rarius quidem, aliquando tamen, idem videtur esse, quod παρὼν καιρὸς, *praesens occasio:* sic enim intelligo illud Aristidis in Panathenaica: Ἐναργῆ, inquit ille, καὶ θαυμαστὰ τῆς αὐτῶν ἐπιεικείας σημεῖα ἐξήνεγκαν ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι, *Illustria prorsus, atque egregia aequitatis suae documenta dederunt, quoties se dedit occasio.* Vide Sect. I, Reg. 4.

III. Participium περιέχων, id est, *continens*, cum articulo iunctum, saepe pro *aëre* sumitur; quod is inferiora omnia complectatur. [14] Plutarchus in Alexandro, Λέγεται, inquit, παρὰ δεῖπνον ὑπὲρ ὡρῶν καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος λόγων ὄντων, *Ferunt, cum aliquando super coena de tempestatum varietate, deque aëris temperatione sermo incidisset.* Ibid. Πλείστην φθορὰν ἀπορίαι τῶν ἀναγκαίων καὶ δυςκρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειργάσαντο τῆς στρατιᾶς, id est,

ἑξῆς. Vtuntur etiam Graeci hoc participio cum genitivo post recensionem rerum quarumvis. Ita Antoninus lib. εἰς ἑαυτ. I, cap. 3, postquam plurima, quae a Diogneto doctus erat, enumeraverat, ita caput claudit: Καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα, *Et caetera quae ad Graecorum disciplinam pertinent.*

13 Esse potest hoc Participium τὸ παρασχὸν impersonale, deductum a παρέχει, *Licet*, *Facultas est*, atque ita ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι, est, *ubicunque licet*, sive *occasio sese offert.* Adeoque a παρὼν differt, si ei non adversetur. Alioquin prius illud ὁ παρασχὼν personale est et ellipticum, subaudito καιρὸς, id quod nonnunquam additur. Integrum habes apud Plut. in Caesare pag. 711 Ὡς ἄριστα τῷ καιρῷ τότε παρασχόντι μὴ χρησάμενος, *Quod optima hac occasione non usus esset.*

14 Ellipsin substantivi ἀὴρ agnoscit Cl. Bos, quem adi.

Stragem exercitus maximam, cum rerum necessariarum penuria, tum coeli gravior temperies ediderunt.

IV. Participium activum verbi ποιῶ, cuiuscunque temporis fuerit, iunctum cum adverbio καλῶς, significat *iure ac merito*, idque vel continuata oratione, vel nonnihil etiam disiuncta. Et continuata quidem; ut, καλῶς δὴ ποιῶν αὐτῷ συγγνώμην ἂν ἔχοις τοῦ παρὰ γνώμην ἡμαρτημένου, *merito sane peccati praeter voluntatem admissi veniam ei dederis*; quod vulgo satis feliciter dicimus, *vous ferez bien de lui pardonner.* [15] Sic apud Demosthen. oratione I, Ἵνα

15 Pro varia tamen occasione varie vertitur. Ita Demosthen. ep. I, pag. 108, lin. 49 Ἐπειδήπερ οἱ Θεοὶ ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ, σώσαντες τὴν πόλιν, ἀποδεδώκασιν ὑμῖν, ὅ, τι ἂν βούλησθε, ἐξ ἀρχῆς βουλεύσασθαι, *Postquam Deorum benignitate conservata rep. vobis licitum est de integro, vestro arbitratu deliberare.* Propr. *Dii bene facientes, conservantes* vel *conservando remp. dederunt* etc. Vide, utrum praestet: *Dii iure merito urbem servantes*, an, *pro benignitate sua servantes.* Similis vertendi ratio est in epistola sequenti pag. 111, lin. 34 Ἐπειδὴ δὲ ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς αἰτίαις διηλλάχθητε. Quae verba ita versa invenio: *Postquam vero pro vestra sapientia reis omnibus reconciliati estis.* Similiter apud Heliod. lib. Aethiop. VI, cap. 5 Ἐπίφορός πως ἀεὶ τυγχάνεις τὰ χείρονα μαντεύεσθαι, καὶ ψευδῆ γε ἅμα ΚΑΛΩΣ κατὰ τοῦτο ΠΟΙΟΥΣΑ, *Proclivis quodammodo semper es ad auguria peiora, et quidem, quae simul falsa sunt, hac in parte sapienter faciens.* Latini vel omittentes participium, adverbium *bene* cum verbo iungunt; unde apud Terentium: *Bene mones. Gy doet wel, dat gy het zegt.* Vel plane, ut nostrates, utuntur verbo *Facio*, sequente particula *Quod.* Ita Horatius lib. I, Sat. 4, vs. 17

Di BENE FECERVNT, inopis me QVOD que pusilli
Finxerunt animi. —

Vel in fine sententiae verbum ποιῶ cum praecedentibus coniunctio καὶ connectit, quod cum Latinis commune habent Graeci. Ita ex Demosthene Aristides pro Quatuorviris, pag. 439 Εἶτα τῶν πρότερον γεγενημένων ἀνδρῶν ἀγαθῶν μέμνησαι, ΚΑΙ ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΕΙΣ, *Deinde virorum bonorum, qui olim fuerunt, meministi, et recte facis.* Participii tamen longe frequentiorem esse usum, tirones moneo. Eodem modo εὖ ποιῶν construitur, et commode redditur, *si sapiat*, apud. Plut. in Coniug. praec. pag. 142, lin. 13 Διὸ δεῖ καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικὸν, ΕΥ ΠΟΙΟΥΣΑΝ, φεύγειν, *Idcirco decet matrem familias, si sapiat, omne supervacuum, et meretricium, et quidquid ad pompam pertinet, fugere.* Alias quoque idem, quod καλῶς ποιῶν, notat. Ita apud Plat. de Rep. lib. I, pag. 351, ubi ad verba χαρίζομαί σοι, *Rem tibi gratam facio*, respondet Socrates: Εὖγε σὺ ποιῶν, *Recte tu quidem, Haec est benignitas tua*, vel simile quid.

ὑπὲρ πολλῶν, ὧν, καλῶς ποιοῦντες, ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς, id est, *Vt eorum, quae iure obtinent, plurimorum loco, paucis quibusdam impensis, reliquorum fructu secure potiantur.*

Distincta vero; ut, τἀνδρὸς φιλίαν ἀντὶ πάντων εἵλοντο τῶν χρημάτων, καὶ μάλα γε καλῶς ποιήσαντες, id est, *hominis amicitiam divitiis omnibus potiorem habuerunt, et merito quidem;* quod saepius dicunt, καὶ μάλα γε εἰκότως. Vide Cap. V de Verb. Sectione 10. Regula 2.

V. Secundo, huius idiotismi usus est adiuncto etiam, illustrioris significationis gratia, καὶ τὰ δίκαια, vel τὸ δίκαιον, vel τὰ καθήκοντα, vel τὸ καθῆκον, quae voces *ius officiumque* significant: dicunt enim καλῶς γε, καὶ τὰ δίκαια ποιῶν, eodem plane sensu.

VI. Tertio, negationem aliquam praemittunt, vel continuata, vel disiuncta similiter oratione: ut, τὸν αὐτοκράτορα, τὸν μεγίστης ὅσης αἴτιον τῆς εὐτυχίας γενόμενον, τῆς πατρίδος, οὐ καλῶς ποιοῦντες, ἐξωρίσαντο, *Imperatorem, cuius virtute parta Reipublicae felicitas magna fuerat, e patria per summam iniuriam expulerunt.* Vehementior autem oratio distincta esset, hoc modo: τῆς πατρίδος ἐξωρίσαντο, οὐ καλῶς ἄρα ποιήσαντες, οὐ μὰ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, id

Pro iisdem dicitur etiam ὀρθῶς ποιῶν. Ita Iulian. Misopog. pag. 353 Ὃν καὶ ὑμεῖς, ὡς ὄντα μάλιστα αἰτιώτατον τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων, ΟΡΘΩΣ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ συλλοιδορεῖτέ μοι, *Cui vos etiam tanquam instituti mei principi, iure merito, mecum conviciamini.* Et in his quidem omnibus καλῶς ποιῶν, verbis actionem significantibus iunctum, activam vim merito exercet: at est, ubi passivis iunctum eandem constructionem obtinet, ut in illo Aristoph. Plut. 864 Καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται, *Iure igitur merito perit.* Et apud Heliod. Aethiop. lib. II, cap. 11 Σὺ μὲν καλῶς ποιοῦσα τέθνηκας, *Tu certe iure merito periisti.* ℊ 229. Et lib. VI, cap. 8 Εἰ δὲ μοι περισώζῃ, καλῶς γε ποιῶν, *Sin incolumitate, qua dignus es, frueris.* Similem usum habet εὖ φρονῶν, apud Aristidem, pro Quatuorviris, pag. 431 Τὴν τέχνην τρίτον ὡρίσατο, ΕΥ ΦΡΟΝΩΝ, *Artem tertio loco constituit. Nec id immerito.* Caeterum, quemadmodum καλῶς ποιῶν, ita, uti dictum est, constructum, notat *iure, merito* etc. ita κακῶς ποιῶν eodem idiomate cum verbo omnia contraria significare posse existimem. Certe hoc modo utitur Heliodorus Aethiop. lib. VII, cap. 27 Διότι καὶ ΚΑΚΩΣ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ἡμεῖς σιωπῶμεν, *Eo quod nos, non satis prudenter, tacemus,* vel *tacemus perversa ratione, stolide,* vel si quod aptius.

est, *eiecerunt*, *et iniuria certe quidem*, *per ipsam Reipublicae salutem.*[16]

VII. Aorist. 2 participii verbi τυγχάνω, fere significat *obvium ac tritum aliquid*, aut absolute, *fortuitum quidlibet.* Sic τυχόντες ἄνθρωποι, *homines ex trivio*, ἡ τυχοῦσα ζημία, *poena quaelibet*, aut *vulgaris*, τὸ τυχὸν πταῖσμα, *quaelibet offensio.* Demosthenes epist. ad Philipp. Μικρὰ πρόφασις, καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα ἅπαντα διέσεισε, καὶ διέλυσε, *Levis praetextus*, *et quaelibet offensio cuncta succutere ac dissipare solet*, quod ipsum dixerat, Olynth. II Ἡ πρώτη πρόφασις ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Est enim ἀναχαιτίζειν, *arrepto quasi capillo retrahere.*[17] [Ita ὁ ἐπιὼν, *quivis*, ap. Soph. Oed. R. 393. ubi v. Schol. *Herm.*]

16 Huic subiungo Participium τελευτῶν, *finiens*, quod respondens praecedenti casui vel expresso, vel implicite sub verbo subaudito in omni numero ponitur pro adverbio, *Tandem.* [*Τελευτῶν* numquam *tandem*, semper *denique*, *postremo* vertendum. *Herm.*] Sic in numero singulari Plat. Phaed. pag. 89, lin. 40 *ΤΕΛΕΥΤΩ͂Ν* δὴ θαμὰ προσκρούων, μισεῖ τε πάντας, καὶ ἡγεῖται οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τοπαράπαν, *Finiens*, *Tandem*, *subinde offensans omnesque odit*, *et censet nihil quicquam esse sanum omnino.* Et in Apol. Socr. p. 22, lin. 29 *ΤΕΛΕΥΤΩ͂Ν* ᾔα, *Tandem me contuli.* In Duali numero apud eundem in Phaedro, pag. 254. lin. 11, ubi sermo est de duobus equis, qui primum quidem indignabundi adversantur, *ΤΕΛΕΥΤΩ͂ΝΤΕ* δὲ, ὅταν μηδὲν ᾖ πέρας κακοῦ, πορεύεσθον ἀγομένω, *Tandem vero*, *quum nullus mali finis est*, *procedunt ducti*, vel, *duci se patientes.* Et in Plurali numero apud eundem in Phaed. pag. 90, lin. 21 *ΤΕΛΕΥΤΩ͂ΝΤΕΣ* οἴονται σοφώτατοι γεγονέναι, *Tandem opinantur*, *se sapientissimos evasisse.* Hinc aliquando fit, ut duo Participia absque ulla copula coniungantur. Sic idem in Phaedr. pag. 228, lin. 12 Ἀλλὰ *ΤΕΛΕΥΤΩ͂Ν* παραλαβὼν τὸ βιβλίον etc., *Sed tandem librum apprehendens.*

Eundem sensum in contraria constructione obtinet verbum desinendi cognatum ἀπαλλάττομαι, quod non quidem in Participio positum, sequenti tamen participio casum suum commodat, ipsumque in versione adverbii *Tandem* vicem obtinet. Obscuriora verba exemplo plana facere conabor. Εἰπὼν ἀπαλλάγηθι, vertitur, *Tandem dic.* Vbi participium εἰπὼν assumit casum τοῦ ἀπαλλάγηθι, i. e. in versione redditur per Imperativum: verbum autem per Adverbium *Tandem.* Plat. Gorg. pag. 491, lin. 25 Ἀλλ', ὦ ἀγαθὲ, *ΕΙΠΩ͂Ν ἈΠΑΛΛΑ΄ΓΗΘΙ*, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, καὶ εἰς ὅ, τι; *Sed tandem dic*, *sodes*, *quosnam dicis melioresque et praestantiores*, *et quorsum?* Ad verbum: *Dicens absolve.* Vix tamen dubito, quin dicere liceat ἀπαλλαγεὶς εἰπέ.

17 Cf. Act. Apost. c. XIX, 10, ubi Deus per manus Apostolorum virtutes edidisse dicitur οὐ τυχούσας, *non vulgares.* Et c. XXVIII, 2, ubi barbari dicuntur praestitisse οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν.

VIII. Aliquando τὸ τυχὸν, in neutro significat *casu, forte fortuna*; cui opponitur, τὸ ἐκ προνοίας, *quod certo consilio, et providentia fit.*

Aliquando idem est quod ἴσως, *forte.* Synes. Epist. ad fratrem: *Τυχὸν δ' ἂν καὶ τὰ πρωτεῖα συγχωρηθείημεν*, id est, *Quin et primae quoque partes nobis forte concederentur.* Quo sensu apud Atticos dicitur coniunctim, τυχὸν ἴσως.[18]

IX. De participio verbi ὑπάρχω, pauca haec notanda. Primo, praeter vulgarem acceptionem, qua τὰ ὑπάρχοντα ponuntur ἀντὶ τῶν ὄντων, vel τῆς οὐσίας, id est, *pro bonis et facultatibus*, idem neutrum plurale sumitur loco τῶν δυνατῶν, καὶ ἀφορμῶν, vel ἐνδεχομένων, id est, *subsidiis et opibus.* Thucydid. lib. VI. Ὁρᾶτε, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτοὺς, *Videte, qua ratione pro viribus, opibusque vestris, eos quam optime propulsare possitis.* Cui loco inest etiam significatio praesentis rerum status. Sed clarius lib. VII, praemissis ὡς, et ἐκ, pro ἀπό· Ὁρῶν δὲ ὁ Νικίας τὸ στράτευμα ἀθυμοῦν, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐθάρσυνέ τε, καὶ παρεμυθεῖτο, *Nicias exercitum videns animis consternatum, eum tamen, prout ferebat praesens rerum status, confirmabat, atque solabatur.* Et lib. VIII. sub initium: Ὅμως δὲ, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι, *Sed tamen, ut in praesenti rerum statu,* vel, *prout praesens rerum status pateretur, cedendum ac remittendum nihil visum est.*[19] § 229. b.

18 *Τυχὸν μὲν*, et in altero membro τυχὸν δὲ, proprie *forte quidem, forte vero*, redditur elegantius per geminatum *sive.* Arrian. Exp. Al. lib. I, cap. 10, prope fin. *Καὶ Ἀλέξανδρος ἀφῆκε*, (subaudi ex praecedentibus τὴν ὀργὴν) *ΤΥΧΟ'Ν ΜΕ'Ν* αἰδοῖ τῆς πόλεως, *ΤΥΧΟ'Ν ΔΕ'* σπουδῇ τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου, *Et Alexander iram remisit, sive reverentia urbis, sive quod festinaret traiicere in Asiam.* Et lib. III, cap. 26, ubi Parmenio, Philotae pater, iussu Alexandri interfectus dicitur, *ΤΥΧΟ'Ν ΜΕ'Ν*, ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος, μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ βουλεύματος· *ΤΥΧΟ'Ν ΔΕ'*, ὅτι εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου, *SIVE quod Alexandro non verosimile videretur, Parmenionem filii sui consiliorum non fuisse participem: SIVE, ut maxime illorum fuisset ignarus, quod iam periculosum esset, si Parmenio filio suo interfecto superesset.* [*Εἰ τύχοι, forte*, ait Paulus 1 Cor. XIV, 1. Z.]

19 Idem Participium in singulari numero, praecedente articulo τὸ, eandem rerum praesentium

X. Secundo, idem neutrum plurale, non absimili sensu, sed constructione dissimillima, pro *Deo ipso* vel *fortuna*, vel alio quovis ponitur, quo auctore, talis, aut talis sit rerum nostrarum status. Demosthen. Olynth. II. cum dixisset, Deos et fortunam populo Atheniensi favere, eum, ne sibi desit, cohortatur, *μὴ χείρους εἶναι δόξωμεν περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων; ne deterius nobis, quam Dii ipsi, a quibus ea habemus praesidia, consulere videamur*, aut simplicius [20], *deterius quam praesens rerum status exigat.*

XI. Tertio, *ὑπάρχουσα τιμὴ*, eadem significatione dicebatur, qua *γιγνομένη τιμὴ*, id est, *iusta rei aestimatio*, ut *ἀποδόσθαι τι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς*, *vendere aliquid iusto pretio.*

Quarto, *ὑπάρχων καιρὸς* non tantum pro *praesenti statu*, vel *tempore*, sed etiam pro illo, *quod tum praesens erat, cum aliquid fiebat.* Demosthen. pro Coron. eleganter: *Ἀναγκαῖον, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ἀναμνῆσαι ὑμᾶς, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε, Necesse est, quomodo tunc sese res haberent, vobis in memoriam revocare, ut suo quaeque tempore spectare possitis*, id est, *de singulis pro suo cuiuscunque tempore iudicare;* hoc est, *habita ratione temporis, quo fiebant.*

XII. Ὢν, participium verbi εἰμὶ (quo de superius aliquid obiter aspersimus) primo significat *ζῶντα*, *viventem* [21];

conditionis significationem obtinet. Plat. ep. 4. pag. 320, lin. 28 *ΤΟ δὲ νῦν ῾ΥΠΑΡΧΟΝ περὶ σὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥςτε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης — εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς σὲ, Praesens autem rerum tuarum conditio talis est*, vel, *Ita nunc res tuae sunt comparatae, ut ex universo terrarum orbe — in unum locum, et in ipso maxime in te omnium oculi sint conversi.* Adde Aristot. lib. Ethic. I, cap. 10 *Πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ, ὅτε ἐστὶν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατὰ αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον, Nonne absurdum est, si quis, cum sit felix, re vera felix non dicatur secundum praesentem eius conditionem?*

20 Et melius, saltem tutius. Verba sunt initium orationis.

21 Ita Plat. Euthyd. pag. 275, lin. 11 Ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς, τοῦ Ἀλκιβιάδου, τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὌΝΤΟΣ Ἀλκιβιάδου, *Est autem hic Axiochi filius, ex Alcibiade priore nati, patruelis vero eius Alcibiadis, qui adhucdum est in vivis.* Sic ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ εἶναι συμπίπτειν, *de ipsa vita dimicare*, est apud Heliod. Aethiop. lib. I, cap. 29. Et lib. IV, cap. 12 Ἐμοῦ δὲ ἅπαντα μαθόντος ἐκ θεῶν καὶ εἶναί τε καὶ ὅπου φράσαντος, *Ego autem*

ὁ μὴ ὢν, idem est quod θανὼν, *mortuus.* Thucyd. lib. II Τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν, *Mortuum enim laudare omnes solent.* Et, Τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται, *Mortuorum oblivio, qui potesta nascentur, quibusdam erunt*, id est, *futura soboles extinctorum liberorum oblivionem afferet.*

XIII. Idem participium significat aliquid ἀκμάζον ἔτι καὶ κρατοῦν, *florens adhuc ac vigens.* Sic dicitur, ἀρχὴ οὖσα, *magistratus*, aut *principatus existens*, id est, *florentis adhuc vigoris ac roboris.* Sic, οὖσα δίκη, *causa* vel *lis, qua de re ipsa disceptatur*, vel *nondum iudicata, vel composita.* Sic, ὄντες νόμοι, hoc est, κύριοι, ut ante diximus, Cap. 3. Sect. 5. Reg. 16. *leges, quarum integra vis est.*

XIV. Contra, negatione praemissa, *extinctum aliquid*, vel ἄκυρον, *et abrogatum*, significat. Nam ἀρχὴ οὐκ οὖσα, *sublatus, extinctusque magistratus*, aut *falsus*, οὐκ ὄντες νόμοι, *antiquatae leges*, μὴ οὖσα δίκη, *transacta controversia*, vel *iudicium nullum*, id est, *nullius auctoritatis ac momenti:* quod etiam ἡ μὴ οὖσα, tantum dicebatur, sine nomine δίκη. Hinc τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαγχάνειν τινὶ, apud Athenienses ille dicebatur, qui priore iudicio, vel arbitrio damnatus, quod se tempori non stitisset, intra duos menses, *actorem in ius vocabat, et priorem sententiam nullam esse debere contendebat.*

cum omnino a diis didicissem, et vivere te, et ubi vitam degeres, dixissem. Hinc τὸ εἶναι καὶ μὴ, exponitur *vita* et *mors* apud eundem lib. IX, cap. 6 Ἔχων τό τε ὑμᾶς εἶναι καὶ μὴ, κατ' ἐξουσίαν, *Vitam vestram et mortem in sua habens potestate.* Sic *occidi* et *esse* opponuntur eidem ibid. cap. 27 Ἀναιρεῖν μὲν δυνάμενον, τὸ εἶναι δὲ φιλανθρωπευόμενον, *Cum interimere me possit, pro sua clementia vitam concedit.* Confer Matth. II, vs. 18 Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσὶ, *Rachel plorans liberos suos: nec consolationem admisit, quia non sunt,* sc. *in vivis.* Hinc in futuro apud Poetas οἱ ἐσόμενοι, *Qui erunt in vivis*, i. e. *Posteri.* Hom. Il. Β, vs. 119

Αἰσχρὸν γὰρ τόδε γ' ἐστὶ καὶ ἘΣΣΟΜΈΝΟΙΣΙ πυθέσθαι,

Turpe enim est hoc auditu etiam posteris. Locus Thucydidis est cap. 45. Latinis quoque *esse* est *vivere.* Ita enim Tibull. lib. III, el. 5, vs. 32

Vivite felices, memores et vivite nostri,
Sive ERIMVS, seu nos fata FVISSE volent.

Et Virg. Aen. VI, vs. 870

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
ESSE sinent, —

XV. Eodem pertinet, quae dicitur, οὐκ οὖσα ὑπόθεσις, verbatim, *non existens argumentum*, vel *materia*, id est, *alienum, minimeque ad rem pertinens argumentum.* Demosthen. initio Olynth. III, Οὐδὲν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν, ἁμαρτάνειν. Quae oratio nonnihil Attico more traiecta, sic ordinanda est, ἢ παριστάντες ὑμῖν τὴν ὑπόθεσιν, οὐχὶ οὖσαν τὴν περὶ ἧς βουλεύεσθε [22], id est, *Qui hac utuntur oratione, aliud mihi agere nihil videntur, quam alienum a vestra deliberatione argumentum vobis obtrudendo aberrare.* Quo sensu dici potest, οὐκ οὖσαν ὑπόθεσιν ὑποτίθεσθαι, μεταχειρίζεσθαι, *alienum*, aut, *commentitium tractare argumentum.* [23]

XVI. Eodem ex fonte oritur, ut τὸ ὄν, et τὰ ὄντα *verum* significent: ut, ἀμήχανον ἄρα τοῦ ὄντος ἐξεύρησις, id est, *facultatem omnem superat veri investigatio.* Sic εἴγε τὰ ὄν, vel τὰ ὄντα λέγουσιν οἱ ταύτῃ που φιλοσοφοῦντες, id est,

22. Durior sane, insolentiorque traiectio, cui ne ordinatio quidem satis medetur. An vero putemus, veterum quemquam Graecorum dicturum fuisse, ὑπόθεσιν οὐκ οὖσαν τὴν, περὶ ἧς βουλεύεσθε. An si illud, οὐκ οὖσαν, significatione coniunctum voluisset, non potius τὴν οὐκ οὖσαν, quam οὐχὶ τὴν οὖσαν dixisset Demosthenes? Nam sic articulus τὴν non οὖσαν solum, sed totum illud οὐκ οὖσαν restringere debuisset. Nunc οὖσα ὑπόθεσις est *verum argumentum*, (vid. mox Reg. 16) quod particula οὐχὶ negat. Quare malo omnem traiectionem missam facere, unde sensus eveniet, contrarius quidem, sed forsan verior. Verto itaque: *Nihil aliud mihi videntur quam errare, qui talia dicunt, eam propositionem, de qua deliberatis, et non veram tractantes.* Nempe οὐχὶ negat oppositum, ut paulo post: Ἐπ' ἐμοῦ γάρ, οὐχὶ πάλαι γέγονε ταῦτα, *Haec mea aetate, non olim facta sunt.* Quae autem erat illa propositio, de qua deliberabant Athenienses? Nempe rebus utcunque prosperis elati, Philippum ulcisci volebant. Id quoque clamitaverant oratores; sed dissuadet Demosthenes, de sociorum potius salute cogitandum censens; quam quaestionem sive deliberationem vocat τὴν οὖσαν ὑπόθεσιν. Videtur mihi haec versio nullam Demosthenis verbis vim afferre, nec a mente ipsius aberrare. Locus est statim in orationis initio.

23 Ὁ ὤν quandoque explicatur, *Qualiscunque.* Ita Demosthenes epist. III, in fine, boni civis officium dicit esse, ita erga omnes esse animatum, ut liberos erga parentes oportet, et debere εὔχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμονεστάτων τυγχάνειν, φέρειν δὲ ΤΟΥΣ ΟΝΤΑΣ εὐμενῶς, i. e. *precari, ut illi sint quam aequissimi, ferre autem, qualescunque fuerint.*

si tamen verum dicunt, qui hoc modo philosophantur. [24] Alias τὰ ὄντα, id est, ἡ οὐσία, vel τὰ ὑπάρχοντα, id est, *res familiaris.* [25] Hinc et dativus singularis τῷ ὄντι, idem est, quod ὄντως, ἀτεχνῶς, *vere.*

C A P V T VII.

De Participio.

S E C T I O I.

De certis aliquot adverbiorum terminationibus.

R E G V L A I.

Adverbiorvm quidem, cum inter sese, tum vero cum aliis orationis partibus implicata saepe ratio est. Quae tamen eorum propria magis, ac singularia videbuntur, seponere conabor: ubi vero plurium concursus erit, tum illud seligam, cuius praecipua vis in quolibet idiotismi genere fuerit. [26]

24 Exemplum invenies apud Arrian. de Exp. Al. lib. II, cap. 7. Vbi Alexander, audito Darii adventu, ex amicis quosdam mittit, κατασκεψομένους, εἰ ΤΑ ΌΝΤΑ ἐξαγγέλλεται, *Exploraturos, utrum vera essent, quae nunciabantur.* Pro eodem dicitur ὁ ὢν λόγος. Paus. in Achaic. pag. 419, in fine: *Δίαιος δὲ οὐ ΤΟ'Ν ΌΝΤΑ ἔλεγεν Ἀχαιοῖς ΛΟ'ΓΟΝ, Diaeus autem veritatem ad Achivos non retulit.* Nonnunquam τὰ ὄντα λέγειν est, *Id, quod res est, dicere.* Plat. Theaet. pag. 179.

25 Sic Arrian. libro modo citato, cap. 1 Τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι ΤΩ͂Ν τότε ΌΝΤΩΝ, ὅτε ἔφυγον, *Vt exules ipsorum redirent, restituta illis dimidia parte bonorum, quae tunc, cum fugiebant, possederant.* Vbi obiter observetur elegans praepositionis ἐπὶ usus, de quo infra ad Cap. IX, Sect. 4, Reg. 11.

26 Praemitto Adverbiorum locum significantium generaliorem usum: nam ut apud Latinos adverbia quaedam genitivum post se requirunt, significantem locum generalem, ut, *ubi terrarum* etc., sic apud Graecos non tantum, ποῦ γῆς, πανταχοῦ γῆς sunt in usu, sed etiam, quod Latinis auribus durius est, adverbia haec genitivum loci specialis amant, et reddenda sunt, *in hac* vel *in qua parte* eius loci, qui per generandi

Ac primum quidem, Adverbia, quae proprium gentis idioma significant, in στὶ, in acutum fere desinunt, ut, Ἑβραϊστὶ, *Hebraice;* Ἑλληνιστὶ, *Graece*; Ῥωμαϊστὶ, *Romane*, Κελτιστὶ, melius quam Ἑβραϊκῶς etc.

II. Secundo, praecipuae venustatis et elegantiae sunt, quae in δὸν, acuta ultima, terminantur; ut ἀγεληδὸν, *gregatim*, ἀναβαδὸν, *scansim*, βοτρυδὸν, *racematim, et in uvae morem*, ἐπαναβληδὸν, *obvolutim*, ut ἐπαναβληδὸν τὴν ἐσθῆτα φορεῖν, *veste obvolutum esse*, ὁμοθυμαδὸν, *uno consensu* [27], στοιχηδὸν, *ordine in versus quasi distributo*, ut δένδρα στοιχηδὸν πεφυτευμένα, *arbores in versus digestae*, συσταδὸν, *cominus*, (de quo capite de Nomine diximus, Sect. 12, Reg. 3, ubi de phrasi ἐκ χειρὸς) σωρηδὸν, *cumulatim*, νεφεληδὸν, *nubium instar*. [28]

casum effertur. Thucyd. lib. I, cap. 46, in fine: *Οἱ μὲν οὖν Κορίνθιοι ΤΗΣ ἨΠΕΙΡΟΥ ἘΝΤΑΥΘΑ ὁρμίζονταί τε καὶ στρατόπεδον ἐποιήσαντο, Corinthii igitur ad illam continentis partem appulerunt, et castra posuerunt.* Nam adverbium ἐνταῦθα aliquando etiam motum ad locum significat. Sic, ποῦ τοῦ προςώπου τραυματίας ἐστίν; *Vbi faciei*, i. e. *In qua faciei parte vulneratus est?* H. [Ὅθεν ἀπέσχισάς με τοῦ λόγου Aristoph. Nub. 1410. *Reizius.*]

Etiam adverbia tempus significantia iunguntur genitivo. V. c. ἈΨΕ τῆς ἡμέρας, apud Thom. Mag. It. Ὀψὲ τῆς ὥρας, Dionys. Hal. Arch. VIII. Ὀψὲ τῶν σαββάτων, Matth. XXVIII, 1. Ὀψὲ τοῦ μετοπώρου, Lucian. in Toxar. pag. 49. Ὀψὲ τῆς ἡλικίας, Aelian. V. H. II, 23. It. ΠΗΝΙΚΑ· ut Aristoph. Avib. 1498, πηνίκ' ἐστὶν ἄρα τῆς ἡμέρας; It. ἘΝΤΑΥΘΑ· ut Aelian. de Anim. VIII, 10 ἐνταῦθα τοῦ καιροῦ, h. e. *tum.* De μέχρι aliisque particulis tempus significantibus et genitivum regentibus infra deinceps videbimus. Z.

27 Vid. Act. Apost. II, 1.

28 Sic φορμηδὸν, *Storeae instar.* Thucyd. lib. II, cap. 75. Notantque fere similitudinem aliquam: redduntur autem Latine vel per adverbia in *im*, vel per *in morem, in modum.* Est tamen, ubi omnis similitudo abest, ut παρασταδὸν, *adstando.* Hom. Iliad. *O*, vs. 22

Λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο ΠΑΡΑΣΤΑΔΟΝ. —
Solvere non poterant adstantes.

Theogn. vs. 470

Τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι ΠΑΡΑΣΤΑΔΟΝ οἰνοχοείτω,
Adstet et infundens aliquis potare volenti.

Sic κατωμαδὸν ἵππους ἐλαύνειν, Homero est, *agitare equos scuticam trans humeros vibrando.* Similiter περισταδὸν, *Ab omni parte.* Q. Calab. παραλιπ. lib. X, vs. 402

Τρῶαι καὶ Τρῶες με ΠΕΡΙΣΤΑΔΟΝ ἄλλοθεν ἄλλοι
Αἶψα διαῤῥαίσουσι, —
Troiades et Troës nos undique circumfusi
Discerpent subito. —

Addatur Orpheus, sive mavis Pseudorpheus, libr. Argon. vs. 316

Ἥρωας δ' ἐκέλευσα ΠΕΡΙΣΤΑΔΟΝ ἀμφιχυθέντας,

III. Tertio, nec minoris elegantiae sunt in τὶ, vel in εὶ desinentia. Prioris generis exempla sunt, ἀκονιτὶ, *sine pulvere*[29]; ἀνιδρωτὶ, *sine sudore*[30]; ἀπονητὶ, *sine labore*; ἀμεταστρεπτὶ, *nusquam respectando, sans tourner la tête*[31]; ἀψοφητὶ[32], *sine ullo, vel tenuissimo, strepitu*; ἀσκαρδαμυκτὶ, vel ἀσκαρδαμυκτεὶ[33], vulgo, *sans siller*; πανστρατὶ, et πανστρατιᾷ[34], *cum toto exercitu*.

IV. Posterioris, quae sequuntur: ἀκλαυστεὶ, vel ἀκλαυστὶ, *sine fletu*: αὐτοβοεὶ, id est, *primo clamore*, vel, *primo impetu*, ut αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, *primo impetu urbem capere*[35]: αὐτοψεὶ, *primo*, vel *proprio intuitu*: πανσυδεὶ, vel πασσυδὶ, apud Thucydidem maxime[36], idem, quod apud Poetas πανσυδίῃ, *viribus omnibus, omnique im-*

Heroas iussi tunc undique circumfusos.
[Huc pertinet γνωμηδόν· ut Dionys. Hal. Archaeol. VIII, 43 γνωμηδὸν ἐπυνθάνοντο, h. e. *sententias viritim rogarunt.* Z.]

29 Vide exemplum apud Herodian. lib. II, cap. 14.

30 Adi Xenophont. Κύρ. παιδ. lib. II, cap. 9. [Homer. Iliad. ο', 228 ἀνιδρωτὶ τελέειν, *rem facile, sine sudore, perficere.* Z.]

31 Sic, τρέχειν ἀμεταστρεπτὶ, *Continuato cursu tendere.* Occurrit apud Phil. Iud. de confus. ling. pag. 255. [It. Xenoph. Symp. IV, 50 ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν, h. e. uti Livius XXXII, 12 dixit, *Effuse et sine respectu fugere.* Z.]

32 Occurrit apud Antonin. εἰς ἑαυτ. lib. II, cap. 6, in fine, sed in sensu metaphorico: *sine strepitu, sine iactatione.*

33 Exemplum habet Xenoph. ibid. lib. I, cap. 27, in fine. Suntque fere negativa, ut ἀγελαστὶ, *Absque risu*, Plat. Euthyd. p. 278, lin. 41. Ἀστεναχτὶ, *Absque gemitu*, Aeschin. Socr. dial. de Morte, cap. 2. Ἀδακρυτὶ, *sine lacrymis*, Herodian. lib. I, cap. 4. Vbi etiam ἀναιμωτὶ, pro quo Hom. ἀναιμωτεὶ, *sine sanguine.* At citra negationem ὀνομαστὶ, *Nomine, nominatim.* Ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, cap. 15 Ἀνακαλέσας τὸν λοχαγὸν ̓ΟΝΟΜΑΣΤῚ, εἶπεν ὧδε, *Compellans lochagum (ducem cohortis) nomine, ita infit.* Eleganter quoque Graeci dicunt, βαίνειν ἀκροποδητὶ, *Summis pedum digitis*, seu, *suspenso gradu incedere.* Ita Lucian. in Dial. Mort. Ὥςπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ̓ΑΚΡΟΠΟΔΗΤῚ, *Quemadmodum illi, qui in spinis ingrediuntur summis pedum digitis.* [̓ΑΜΑΧΗΤῚ, *Sine pugna*, Dion. Halic. Arch. VIII, 43 Ἀμαχητὶ ἁλίσκειν τὴν πόλιν. Z.]

34 Πανστρατιᾷ habet Herodotus lib. I, cap. 62, ubi Ionice πανστρατιῇ.

35 Vide supra Cap. IV, §. 12, et sequens αὐτοψεὶ, ibidem.

36 Item apud Xenoph. Κύρου παιδ. lib. I, cap. 22 Ὁρῶν ἐκβοηθοῦντας καὶ ἄλλους πασσυδεὶ, *Videns etiam alios viribus omnibus auxilio accurrisse.* [Scribitur quoque πασσυδὶ, ut Xenoph. Ages. II, 19. Caeterum de vi huius particulae vid. Wass. ad Thucyd. VIII, 1. Z.]

petu †: πανδημεὶ, *publice*[37]: ἀκηρυκτεὶ, *sine praeconis voce.*[38]

V. Quarto, notanda praeterea sunt, quae in δην, acuta penultima, terminantur: quorum ego, saltem praecipuorum, brevem, nec inutilem seriem hic attexo.[39] Primum est ἄρδην, quod aliquando significat μετεώρως, *sublime*, ut ἄρδην φέρεσθαι, *sublime ferri:* aliquando *funditus*, malam in partem, id est, ut Graeci loquuntur, ἀναιρετικῶς, vel ἀφανιστικῶς, ut πόλιν ἄρδην ἐξολοθρεῦσαι, *urbem funditus evertere.*[40] [It. ἀμβολάδην, *valde, magna*

† Sic Callimach. in Del. 159 Πασσυδίῃ φοβέονται, h. e. *omnes una fugiebant.* Sed ibi in varr. lect. quas addidit Cl. Loesner, reperitur πανσυδίῃ· quam scripturam quoque extare continuo in MS. Guelferbytano Apollonii Rhodii, idem tradit. Z.

37 Alio quoque sensu occurrit apud Thucyd. lib. I, cap. 73, ubi in bello Persico dicuntur Athenienses naves conscendisse πανδημεί· Ἐμβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεὶ, *Vniversus (Atheniensium) populus naves conscendentes.* Pro eodem dicitur et παμπληθεί. v. Euang. Lucae c. XXIII, com. 18 Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, *Clamabat universa multitudo.*

38 Ἀκηρυκτεὶ et reliqua absunt ab edit. Paris. sed adduntur ἀκαίρως regulae proxime antecedenti. Extat hoc adverbium apud Thucyd. init. lib. II, poniturque pro ἀκηρύκτως, quo utitur idem in fine lib. I. Alia huius generis sunt, ἀμαχεὶ, *sine praelio*, ibid. lib. I, cap. 143. Ἀτοκεὶ, *sine usura*, Dio lib. LVII. Πανοικεὶ, pro quo et πανοικὶ invenitur, *cum tota domo, cum tota familia.* Aeschin. Socr. dialog. περὶ Πλούτου pag. 26.

39 Ἀνέδην notat vel *Impune.* Dinarch. contra Dem. pag. 98, lin. 12 Ἀνέδην ἐξέσται δῶρα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν, *Impune licebit contra vos munera accipere.* Vel *Licenter, nullo prohibente.* Ita Plato in Protagora pag. 342, lin. 24 Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς ξυγγενέσθαι σοφισταῖς, *Lacedaemonii vero quotiescunque volunt licentius cum suis sophistis versari.* Hinc, cum ex licentia fere oriatur copiosus usus, modum saepe excedens, idem significat quod ἀφθόνως, *largiter, copiose.* Ita exercitus Caesaris post longam inediam, captis Gomphis, subito ἀφθόνῳ ἐνέτυχεν οἴνῳ καὶ ἔπιεν ἀνέδην, i. e. *magna vini copia inventa, bibebant largius,* narrante Plutarcho in Caesare pag. 728. Vel, *Vniversim*, § 230. Aliquando etiam *Promiscue.* Plat. in Hippia min. pag. 368, lin. 10 Ἴθι δὴ, ὦ Ἱππία, ἀνέδην ούτωσὶ ἐπίσκεψαι κατὰ πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, *Age vero, o Hippia, universim omnes disciplinas percurre.*

40 Vtitur eo sensu Antoninus, εἰς ἑαυτ. lib. III, cap. 3 Ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, *Totas urbes funditus toties delentes.* Et Plutarchus in Caesare pag. 731 Τὴν δὲ στρατιὰν ἄρδην ἀνεῖλεν, *Et exercitum internecione delevit.*

vì, Herodot. IV, 181. idem quod ἀμβολαδὶς, apud Callimach. in Dian. 61. Z.]

VI. Secundum, ἀριστίνδην, quod nulla voce Latina reddi potest: significat enim *optimos quosque deligendo: virum e viro lectum*, dicit Tullius pro Milone. Sic apud Polybium senes Lacedaemone ἀριστίνδην αἱρεθῆναι dicuntur, *ita deligi, ut non nisi optimi quique capiantur.* [Locus VI, 8 οἳ κατ' ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ δικαίῳ προςνέμειν ἑαυτούς. Z.][41]

VII. Tertium, βάδην, quod proprie *sensim ac pedetentim* reddi potest, idem ferme quod ἠρέμα, hoc est, *tranquille ac placide.* † Inde compositum ἀναβάδην, (quod tamen paulo ποιητικώτερον videtur) Aristophani tritum in Comoediis, ac potissimum in Acharnensibus, est *pedibus sursum versus extentis, pendente ac supino capite.* Vnde etiam *negligenter et perfunctorie* significat, non autem (ut nonnulli perperam) *studiose et quasi totum aliqua in re occupari.* Euripides certe quidem ab Aristophane carpi videtur, quod ἀναβάδην ἐποίει, hoc est, *carmina sua pedibus sursum porrectis, otiose, negligenterque scribere;* eique καταβάδην opponitur, id est, *corpore honestius composito*, quodque liberaliorem animi contentionem ostendat: tametsi per ἀναβάδην, *locum superiorem* [42],

41 Simile huic πλουτίνδην. Vtrumque iungit Aristoteles de Rep. lib. II, cap. 11 Οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ ΠΛΟΥΤΙΝΔΗΝ οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας, *Nam ex optimis non tantum, sed ex ditissimis etiam magistratus creandos putant.* Non multum hinc abit λογάδην τὶ αἱρεῖν, *Id, quod ex coniectura aptissimum videtur, capere.* Vtitur Thucyd. lib. IV, cap. 4 Ἐγχειρήσαντες εἰργάσαντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, ΛΟΓΑΔΗΝ δὲ φέροντες λίθους, ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι, *Manum operi admoverunt, et ferramenta ad lapides caedendos non habentes, comportabant lapides cum delectu, (sive, quos maxime idoneos coniiciebant,) eo, ubi quisque apte quadrare poterat.* H.

† Sic est Polyb. III, 65 προϊέναι βάδην, *Lente procedere.* Et apud Xenoph. Cyropaed. III, 3, 62 opponitur τῷ δρόμῳ· ut, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος ἐπιλαθόμενος τοῦ βάδην, δρόμῳ ἡγεῖτο. Z.

42 Ita explicat Suidas, ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος, afferens locum, his Aristophanis verbis praemissum, nempe Acharn. vs. 398 Αὐτὸς ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίαν. Locus obscurus videtur: caeterum videtur Aristophanes ludere in voce ἀναβάδην et καταβάδην, quia praecedit verbum καταβαίνειν. Nam Dicaeopoli Euripidem evocanti responderat ille: καταβαίνειν οὐ σχολή,

per καταβάδην, *locum inferiorem* intelligere possumus. [43]

VIII. Quartum, ἐπιγράβδην, quod idem est, ac λίγδην, ἐπιλίγδην, ἐπιψαύδην, et ἀκροθιγῶς, *strictim, obiter*, et quasi ἀφοσιουμένως, id est, *perfunctorie* [44]: ut ἐπιλίγδην ἅπτεσθαι τῆς Ἑλλάδος γλώττης, *strictim linguam Graecam attingere.*

IX. Quintum, ἐπιτροχάδην [45], hoc est, *cursim*, vel *expedite*, quo Poetae quidem saepius, aliquando tamen Oratores utuntur. [46]

X. Sextum, κρύβδην, idem est, quod κρύφα, et λανθανόντως, *clam et occulte:* iunctumque cum verbo substantivo adiective sumitur, ut apud Demosth. *Οὐ γὰρ εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς Θεοὺς, Suffragium, etsi obscurum est, Deos tamen latere non potest.* Quod etiam La-

Non otium est descendere. Mox alter: ἀναβάδην ποιεῖν, ἐξὸν καταβάδην. Fortasse significat: *supra versus facis, cum liceat infra.* q. d. *Descende: potes et hic versus facere, ut illic.* Consule Budaeum pag. 229. Henr. Steph. Tom. I, col. 640. Kusterum ad loc. Aristoph.

43 *Διαῤῥήδην, Clare, Aperte, Manifesto*, Aeschin. contra Ctesiph. pag. 275, in fine. Vbi lex dicitur lata esse praeclare, *ΔΙΑΡ'Ρ'Η'ΔΗΝ* ἀπαγορεύων, τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν, i. e. *Manifesto vetans aliquem, nondum relatis rationibus, coronare.*

44 Proprie *leviter*, ἐπιπολῆς, ut si quis dicatur *leviter vulneratus*, ἐπιγράβδην τιτρωσκόμενος. Quo sensu utitur Homerus Iliad. Φ, vs. 166

> Τῷ δ' ἑτέρῳ (sc. δουρὶ) μιν πῆχυν 'ΕΠΙΓΡΑ'ΒΔΗΝ βάλε χειρὸς
> Δεξιτερῆς. —

Altera vero hasta ipsius cubitum dextrum leviter perstrinxit. Vbi Eustathius pag. 1229 Δηλοῖ δὲ τὸ 'ΕΠΙΓΡΑ'ΒΔΗΝ, τὸ ἐπιπολῆς, ὡς μόνον ἐπιγράψαι καὶ ξέσαι τὸν πῆχυν· τραχύτερον δὲ τοῦτο τοῦ ἐπιλίγδην, ὃ καὶ αὐτὸ ἐδήλου τὸ ὅσον ἐπιψαῦσαι, λείως ὀνοματοποιηθὲν ἀπ' ἀῤῥήτου ῥήματος τοῦ λίζειν, i. e. *Significat vero ἐπιγράβδην, ἐπιπολῆς*, in superficie, *ita ut tantum scarificaverit et raserit cubitum. Asperius vero hoc quam ἐπιλίγδην, quod et ipsum significat* leviter attingere, *molliori vocis appellatione ab inusitato verbo λίζω.* Consule Budaeum pag. 308.

45 Vel ἐπιδρομάδην, *Cursim.* Hinc ἐπιδρομάδην λέγειν, pro, *Raptim dicendo percurrere, Obiter dicere.* Occurrit apud Cyrillum lib. I, contra Iulianum, p. 11. Eiusdem significationis est παραδρομάδην apud Orpheum, Argonaut. vs. 856. At μεταδρομάδην apud Hom. Il. *E*, vs. 80 rectius vertas, *in ipso cursu*, sive [quod solum verum. *Herm.*] *insequendo:*

> Πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα ΜΕΤΑΔΡΟΜΑ'ΔΗΝ ἔλασ' ὦμον,

Ante se fugientem in ipso cursu feriebat in humero.

46 Καταλογάδην dicitur aliquis scribere, i. e. *soluta oratione.* Arrian. Exp. Alex. lib. I, cap. 12. Plat. Sympos. pag. 277, lin. 14.

tini dicerent, *clam esse;* ut κρύβδην τι κακουργήσασθαι, *clam scelus aliquod moliri.*

XI. Septimum, προτροπάδην, magis Poeticum [47], et ab Homero saepius usurpatur; ut προτροπάδην φοβέεσθαι, *fair à vau de route.*

XII. Octavum, σποράδην, *sparsim, huc illuc, passim, ac temere:* σποράδην ἔκειντο ἀνὰ τὸ πεδίον οἱ στρατιῶται, *sparsim fusi per campum milites iacebant.* [48]

XIII. Nonum, φοράδην de eo dicitur, qui aut *lectica,* aut *alienis manibus efferatur;* ac fere cum verbo κομίζεσθαι iungitur: ut, τῆς μάχης τραυματίαν φοράδην ἐκκομίζεσθαι, *e pugna manibus alienis vulneratum auferri.* [49]

XIV. Decimum, φύρδην, id est, *mixtim,* seu *promiscue:* quod etiam πεφυρμένως, a verbo φύρω dicitur: de iis proprie, *quae simul subiguntur, et quasi macerantur:* tum metaphorice de iis, *quae distingui cum decerent, perturbantur et confunduntur.* Cui non absimile χύδην, et κεχυ-

47 Vtitur tamen Arrianus de Exp. Alex. lib. III, cap. 28 Τότε δ' ἐγκλίναντες οἱ βάρβαροι ΠΡΟΤΡΟΠΑΔΗΝ ἔφευγον, *Tum vero terga vertentes barbari praecipitanter fugiebant.* Et Plato Sympos. pag. 221, lin. 21 Τοὺς ΠΡΟΤΡΟΠΑΔΗΝ φεύγοντας διώκουσιν, *In fugam effusos persequuntur.* Vide etiam Phil. Iud. de Vita Moysis pag. 487, in fine. [Item apud Xenoph. Memor. I, 3, 13 occurrit προτροπάδην φεύγειν, *Effuse et sine respectu fugere.* Z.]

48 Exemplum habet Isocrat. Panegyr. pag. 94. Vbi sermo est de antiquis Graecis σποράδην οἰκοῦσιν, i. e. *sparsim habitantibus.* Huic subiungo Συλλήβδην, q. d. *Comprehensim.* Vtuntur hac voce Graeci, ubi, quibusdam enumeratis, caetera uno vocabulo comprehendi volunt; Latini, *In summa, Denique.* Aeschin. contra Ctesiph. pag. 276, in fine: Τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος καὶ ΣΥΛΛΗΒΔΗΝ ἅπαντας, et quae sequuntur, *Vtriusque sexus sacerdotes reddendis rationibus obnoxios esse, lex iubet, et in summa omnes* etc.

Ὑποβλήδην, *Interpellato sermone.* Hom. Il. Α, vs. 292

Τὸν δ' ἄρ' ΥΠΟΒΛΗΔΗΝ ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς,
Huic interpellans respondit divus Achilles.

Magis poeticum est. Hesych. Ὑποβλήδην, ὑποβάλλων τὸν λόγον, πρὶν σιωπῆσαι τὸν λέγοντα. Alia in δην desinentia pete ex I. Polluce lib. VI, cap. 37, Sect. 175.

49 Exemplum habet Lucian. Dial. Alex. et Philippi: Εἴ ποτε τρωθείης, καὶ βλέποιέν σε ΦΟΡΑΔΗΝ τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, *Si quando vulnerareris, viderentque te manibus sublatum praelio efferri.* H.

μένως, hoc est, *temere, ac sine delectu*, ὡς ἔτυχεν· ut, χύδην λέγειν καὶ γράφειν, id est, *temere dicere ac scribere.*

Iam proprios Adverbiorum quorundam, tum singulorum, tum etiam cum aliis coniunctorum idiotismos alphabetico quantum fieri poterit, ordine prosequamur. *

S E C T I O II.

De Adverbiis ἀκριβῶς, [ἄλλως τε καὶ,] *et* ἅμα.

R E G V L A I.

'Ακριβῶς praeter notam significationem, pro *exquisite et accurate*, significat etiam, primo, ἀνενδότως, id est, *severe omnino, ac veluti summo iure:* idemque, quod Tullius ait, *ad vivum resecare:* ut, λίαν ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ἡμαρτημένων ἐξετάζειν, id est, *quosvis errores nimis ad vivum resecare.*

II. Secundo, quod vulgo dicimus, *justement, autant qu'il faut et non plus*, cuius significationis insigne est exemplum illud Plutarchi in Alexandro, ubi de Alexandri galea loquitur: Τὸ δὲ κράνος, inquit, πρὸς τὴν πληγὴν ἀκριβῶς καὶ μόλις ἀντέσχεν, ὥστε τῶν πρώτων ψαῦσαι τριχῶν

* Quemadmodum, uti supra est demonstratum, interdum Adiectivum pro Adverbio ponitur: sic contra Adverbia saepenumero locum Adiectivorum sustinent, intellecto participio ὢν s. γιγνόμενος; v. c. οἱ πάλαι, *pristini:* οἱ οἴκοι γάμοι, *nuptiae domesticae:* ἡ παραυτίκα ἡδονή, *voluptas subita:* ὁ ἄνω, *superior:* ὁ μεταξὺ χρόνος, *tempus interiectum* etc. de qua re supra in cap. de Articulo est expositum: veluti ἡ ὡς ἀληθῶς γῆ, *vera terra*, Plat. Phaed. cap. 58. Οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι, *veri philosophi*, ibidem cap. 9. Οἱ γνησίως φιλόσοφοι, *genuini philosophi*, ibidem cap. 11. Οἱ ὀρθῶς φιλομαθεῖς, *qui recte verum cognoscere student*, ibid. Τὸ ὄντως Ἀλεξάνδρου σῶμα, *verum Alexandri corpus*, Aelian. V. H. XII, extr. Πάντα πολυπόνως γινώσκειν, *miseriarum plena cognoscere*, Phalar. epist. 34. § 231. Diserte ponitur εἶναι et γίγνεσθαι ap. Demosth. Epist. 3, pag. 1485, lin. 4, Ἀσφαλῶς εἶναι, *tutum esse:* it. Χαλεπῶς αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο, *difficilis ipsis erat restitutio*, Thucyd. II, 14. It. Μὴ ῥαδίως αὐτῷ πάλιν οὔσης ἀποχωρήσεως, *Cum non facilis ei esset discessio*, ibid. IV, 10 Latini quoque hunc Graecismum interdum sunt imitati; ut Cic. pro Rosc. Amer. 5. *Quaesitionem haud* remissius *futuram.* Alia exempla reperies apud Vechner. Hellenol. I, 12. Z.

τὴν πτέρυγα τῆς κοπίδος, id est, *Galea vix quantum opus erat, ictui restitit, ut summos ei capillos securis ala stringeret*; [v. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 170. *Herm.*] ubi Interpres ἀκριβῶς *certo* reddit, minus apte, meo iudicio; πτέρυγα vero *mucronem* vertit, cum sit *ala*, id est, *pars latior eius instrumenti ad secandum apta, et in alae morem expansa.*

III. Tertio, *parce:* quae significatio superiori affinis est: *parce* enim est *vix tantum, quantum necesse sit;* ut ἀκριβῶς τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα χορηγεῖν, *parce res ad victum necessarias suppeditare.* Quo sensu ἀκρίβεια quoque Plutarcho dicitur in Pericle, ubi Xanthippus, adolescens profusus, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ μετὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος, *Nimiam patris, sordide ac minutatim pecuniam suppeditantis, parcimoniam aegre ferebat.*[50] [Eadem metaphora nos *genau*, *Genauigkeit. Herm.*]

50 Ἄλλως τε καὶ apud optimos auctores in usu est frequenti pro μάλιστα, *Praesertim.* Exempla passim obvia. Aliquando deest particula καί. § 232. Isocrat. Panegyr. p. 105 Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρότερον τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν· ΑΛΛΩΣ ΤΕ, ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπ' ἐκείνους, *Videtur autem mihi et de rebus a nostra urbe prius contra barbaros gestis dicendum esse, praesertim, quoniam orationem institui de nostro in illos imperio.* Vbi vel καὶ reddendum est *etiam*, vel inter Ἄλλως τε et καὶ vocabulum interseritur. At omnino deest in orat. ad Nicocl. ubi vergit ad finem: *Μηδὲ τοὺς εὐφρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων* (δεῖ) ταῖς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν, ΑΛΛΩΣ ΤΕ ἐπειδὴ περὶ τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες, *Neque hominum prudentia voluptatibus est metienda, sed ii ex utilibus actionibus iudicandi: praesertim cum de animae exercitiis inter se Philosophis non conveniat.* H.

Quae omnino de usu huius particulae sunt tenenda, ea hic paulo diligentius tradamus. 1) Prima et propria vis particulae ἄλλως, quae dominatur per reliquas significationes omnes, est *alio modo, alia ratione, aliter*, h. e. *alio modo, quam quid est dictum vel factum.* V. c. Isocr. Panegyr. εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις. *Si alio modo fieri haud poterat, ut eaedem res manifestarentur.* Interdum est *aliam ob causam:* v. c. Xenoph. Cyr. I, 2, 11, ἦν δέ τι δέῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διατρίψαι περὶ τὴν θήραν. 2) Significat *temere, inconsulto.* Nam res, quae *alio modo* fit, potest fieri deteriori modo, alio modo, quam quem ratio dictitat reique natura poscit, secius, quam fieri debet, ὡς ἔτυχε, quemadmodum interpretatur Hesychius. Sic occurrit Demosth. Epist. I, pag. 1466, ubi ὀρθῶς βουλεύειν et ἄλλως χρῆσθαι opponuntur: Τὰ γὰρ ὀρθῶς βουλευθέντα καὶ δοκιμασθέντα σὺν πολλῇ σπουδῇ καὶ πόνῳ, πολλάκις τῷ τοὺς ἐπι-

στάντας ἄλλως χρήσασθαι διελυμάνθη, *Nam quae recte deliberata sunt, et probata diligentissime et curiosissime, ea saepe temeraria administratione praefectorum sunt depravata.* 3) Quoniam, quae temere suscipiuntur, ea fere fructu carere solent: factum est, ut quoque ἄλλως poneretur pro μάτην, h. e. *frustra, in cassum, sine fructu.* Vt Plat. in Phaed. cap. 64 ἄλλως λέγειν, h. e. *frustra dicere, non persuadere.* 4) Vt *aliter* apud Latinos, ita quoque ἄλλως apud Graecos interdum significat *alioqui*, h. e. *alia ex parte.* Nam qui rem *alio modo* contemplatur, is *alia parte* contemplatur. V. c. Iliad. ι', 695 ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως· νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας, *Iste est insolens alioqui*, (si caeteras hominis considéras actiones et partes vitae) *nunc eundem multo insolentiorem reddidisti.* 5) Si res alio modo considerata quoque talis, seu eadem reperitur; ea *per se, suapte natura, simpliciter, omnino*, talis sit necesse est. Quare ἄλλως quoque significat ὅλως, *omnino, simpliciter, absolute.* § 231. b. Sic occurrit bis apud Demosthenem, ut de Fals. Leg. pag. 348 οἱ δ' ἀντιλέγοντες, ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο, *Qui contra dicebant*, omnino *colluvies hominum et ad perniciem aliorum nata natio esse videbatur.* Et pag. 931 ἡγοῦντο εἶναι τὴν συγγραφὴν ἄλλως ὕθλον καὶ φλυαρίαν, *Arbitrabantur, esse syngrapham* omnino *ludum iocumque.* Quod si igitur rem ita contemplamur, non est quod cum Tayloro aliisque, in illis locis, substituamus ὅλως. 6) Nonnunquam significat *praeterea.* Etenim qui rem alio modo, quam adhuc, contemplatur, is quoque *praeterea* considerare dici potest. E. g. Theocrit. Idyll. XXI, 34 ἄλλως καὶ σχολή ἐστι, *praeterea* (si rem alio modo contemplor,) *quoque nobis otium est.* 7) Ἄλλως τε καὶ sign. *maxime, praesertim*, μάλιστα, καὶ ταῦτα, est particula restringens, sed quae superioribus servatis vim cumulumque addit. Igitur illud τε *copulat* antecedentibus, καὶ *intendit*, et ἄλλως hic quoque est *alio modo*, sed *meliori.* Nam quicquid *aliud* sive *diversum* est, vel peius vel melius esse reperitur. Quemadmodum igitur in superioribus significationibus modus *prior* dominabatur, sic hic obtinet modus *melior.* Quare haec formula posset quoque ita exprimi, *cum alio modo, tum inprimis hoc modo.* Sicut illa, ὅ, τε ἄλλος καί: ut Plat. Apol. cap. 16 φαῦλοι γὰρ ἂν εἶεν τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός, *Viles enim forent, quotquot ad Troiam ceciderunt heroës*, cum alii, tum inprimis *Thetidos filius.* Hactenus de sensu particulae, nunc de usu eius paucis videamus. Construitur illa a) vel cum participio, ut Plat. in Phaedr. pag. 247 τολμητέον τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα, *Audendum est verum dicere, praesertim cum quis de veritate disserit.* b) vel cum particula εἰ, ἂν pro ἐάν, ἐπειδή etc. ut Plat. Epist. IX ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὐτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν, οἷα καὶ σύ. Demosth. pro Coron. initio, πάντων ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι καὶ χαλεπὸν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ. Thucyd. II, 3 ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον. c) vel absolute, ut Plat. in Phaedr. pag. 229 ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδὲς, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας.

IV. Ἅμα, cum dandi casu, tempus[51] significante, eleganter coniungitur: ut, ἅμα τῷ καιρῷ, id est, *commode*, vel *ut primum se dedit occasio*, ἅμα τῷ πρωῒ, id est, *summo diluculo*, ἅμα τῇ ἑσπέρᾳ, *sub primam vesperam*, ἅμα τῷ ἔαρι, θέρει, χειμῶνι, *primo vere*, *prima aestate*, *prima hieme*. [ἅμα τῇ ἁμαρτίᾳ, *in ipso peccato*, Antiph. Orat. pag. 664. Z.]

V. Non absimili modo cum infinitivo nominis instar iungitur: ut, ἍΜΑ ΤΩ͂ι συγκεκροτῆσθαι vel συῤῥαγῆναι τὸν ἀγῶνα, *ut primum certamen commissum est*; ἅμα τῷ αἰσθέσθαι τοῦ σκευωρήματος, *ut primum fraudem sensit*.[52]

d) Interdum inter τε et καὶ aliquid inseritur. Quod cum nonnulli non observassent, inducti sunt, ut putarent, particulam καὶ aut excidisse, aut ab auctore ipso esse neglectam. V. c. Xenoph. Mem. I, 2, 59 ἔφη, τοὺς μὴ βοηθεῖν ἱκανοὺς, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ ΚΑΙ' θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι. § 232. It. Heliodor. II, 17 ἄλλως τε γὰρ ἄπιστον τὸ βουκόλων γένος, ΚΑΙ' νῦν πλέον, *Nam genus pastorum et alias est infidum, et nunc magis.* Ibid. III, 4 ἐγὼ μὲν ἄλλως τε ὀκνῶ τὸ πρᾶγμα πρὸς ὑπόμνησίν με τῶν λυπούντων ἄγον, ΚΑΙ' σὲ ἀποκναίειν ᾠήθην, *Cum alias nolo repetere rem mihi ingratam, tum inprimis tibi me molestiam creare existimassem.* Ibid. VIII, 13 Ἀρσάκη μὲν ἄλλως τε οἰμώζει, ΚΑΙ' τὸ παρὸν ἐν ἐσχάτοις διάγει. It. Thucyd. IV, 78 τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διιέναι ἄνευ ἀγωγοῦ, ΚΑΙ' μετὰ ὅπλων γε δὴ, *Thessaliam sine duce peragrare cum omnino erat difficile, tum inprimis armatis*, seu, *Thessaliam sine duce peragrare difficile erat inprimis armatis.* It. Aristoph. [Nub. 1271.] δεῖ ἀποδοῦναι τὰ χρήματα, ἄλλως τε μέντοι ΚΑΙ' κακῶς πεπραγότι. e) Ceterum in quibusdam locis si sunt integra, negari nequit, illud καὶ plane abesse. Praeter locum Isocratis, quem supra laudavit Hoogeven. affert loca duo ex Iuliani Caesaribus Cl. Hindenburgius ad Xenoph. pag. 22, nempe pag. 7, edit. Heusing. ἄλλως τε οὐδὲ κοσμίαν οὖσαν, et pag. 30 Ἄλλως τε οὐδὲ ᾤμην ἐγὼ etc., *Inprimis ego non arbitrabar etc.* Z.

51 Vel quamlibet actionem. Sic ἅμα τῷ γέλωτι, *Per iocum*, dixit Plutarch. in Caes. pag. 712. Ceterum dativum illum, sive mavis, ablativum non vi adverbii ἅμα, sed intellectae praepositionis σὺν, addi, iam ante me observavit Cl. L. Bos.

52 Exemplum addo ex Aristide, Orat. pro Quatuorviris pag. 270 Οἱ γεωργοὶ πολλοστῷ μηνὶ τῶν σπερμάτων τὴν ἐπικαρπίαν κομίζονται, καὶ οὐχ ἍΜΑ ΤΩ͂ι ΚΑΤΑΒΑΛΕΙ͂Ν, *Agricolae aliquot post sementem mensibus fructus capiunt, non ut primum sementem fecere.* Infinitivo illi pro accusativo potest iungi nominativus, si a persona ad personam transitus non fit, ut apud Herodian. lib. III, cap. 2, §. 9 Ὁ Σεβῆρος ἍΜΑ ΤΩ͂ι ΒΑΣΙΛΕΥ͂Σ ἈΝΑΔΕΙ-

Quo sensu iungi etiam solet cum Indicativo, sequente particula καὶ, et verbo rem factam significante; ut ἅμα ἐνέτυχεν αὐτῷ, καὶ πικρότερόν τι προςεφέρετο, *ut primum in eum incidit, continuo gravius ipsum appellavit.*[53] Tum vero particula τε saepe huic adverbio postponitur: ut, ἅμα τό τε γενόμενον ἀκήκοα, καὶ βοηθήσων ἐδίωξα, *Simul atque rem audivi, statim ad opem ferendam equum admisi.*

VI. Potest et cum duplici participio iungi, sequente καί: ut ἅμα τε γράφων, καὶ λέγοντος ἀκούων, *simul et scribens, et dicentem audiens.* [ut Aeschin. Dial. II, 11 ἅμα γελῶν τε καὶ ἐρυθριῶν. Atque ἅμα καὶ eleganter ponitur pro τε καὶ, ut Aelian. V. H. I, 21 σοφὸν ἅμα καὶ ἑλληνικὸν ἔργον. Z.][54] vel cum uno tantum participio, sequente verbo, sine καί· ut ἅμα γὰρ τοιαῦτα ἀπειλῶν πληγὴν ἐνετείνατο πικρὰν, id est, *haec enim interminando, grave simul inflixit vulnus.*[55]

ΧΘΗ͂ΝΑΙ — διὰ φροντίδος ἔσχε, *Severus, simulatque imperator creatus est, id egit.*

53 Isocr. in Paneg. *ἍΜΑ* διαλλάττονται, *ΚΑΙ*' τῆς ἔχθρας τῆς προγεγενημένης *ἘΠΙΛΑΝΘΑ'ΝΟΝΤΑΙ*, *Simulac in gratiam redeunt, praeteritarum inimicitiarum obliviscuntur.* Eandem hic retinent Latini loquendi consuetudinem, hoc tamen discrimine, quod hi coniunctionem *Ac* vel *Atque* ita cum adverbio *simul* coniungant, ut una vox videatur. Sed, quando adverbio *una* utuntur, particulae disiunguntur. Ita Virgil. Aen. XI, vs. 964

Extemplo teli stridorem aurasque sonantes
Audiit VNA Aruns, haesitQVE in corpore ferrum.

Aliquando infinitivus vel indicativus ille e praecedentibus intelligendus omittitur. Ita Aeschines Socr. Dialogo περὶ πλούτου pag. 50 Εἰ οἴεται, ἡμῖν παρὰ τῶν Θεῶν, ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν *ΚΑΙ*' *ἍΜΑ*, *Si putat, nobis, quaecunque petimus a Diis, datum iri, simul ac*, supple, *petimus.* [Non *simul ac*, sed *simul*, scil. cum precibus. *Herm.*]

54 Vel ubi duo participia sunt, repetitur ἅμα cum particulis μὲν et δέ: ut apud Heliod. Aethiop. lib. V, cap. 16. Ἐπείθετο ὁ Καλάσιρις, *ἍΜΑ ΜΕ'Ν* τῷ Κνήμωνι *ΧΑΡΙΖΟ'ΜΕΝΟΣ*, *ἍΜΑ ΔΕ*' τὸν Ναυσικλέα τῶν μετὰ ταῦτα ἕνεκεν *ὙΠΟΠΟΙΟΥ'ΜΕΝΟΣ*, *Parebat Calasiris, simul et Cnemoni gratificans, et Nausiclen exspectatione sequentium suspendens.* § 233.

55 Coniunctum cum participio, suo substantivo in Dativo casu respondente, vertitur *simulac*, *quamprimum* etc. Plat. Sympos. p. 183, lin. 42. *ἍΜΑ* γὰρ *ΤΩ*͂ι τοῦ σώματος *ἈΝΘΕΙ ΛΗ'ΓΟΝΤΙ*, οὗπερ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, *Nam simul atque corporis flos, cuius tenebatur amore, emarcuit, avolat.* Vbi etiam observanda est Participii syntaxis, de qua supra Cap. IV, Sect. 2, §. 1. Eodem modo Thucyd. IV, in init.

VII. Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, verbatim, *simul dictum, simul opus;* quod Latini brevius adhuc, nec minus eleganter, *dictum, factum:* Galli, *aussi tôt fait, que dit.* [56]

SECTIO III.

De Adverbiis ἀμέλει, ἀντικρὺ, et ἄντικρυς.

REGVLA I.

Ἀμέλει [57], factum ex imperativo verbi ἀμελέω, quasi dicatur, *securus esto*, primo, eleganter ponitur confirmandae et illustrandae rei gratia: quo modo Latini, *certe*, *profecto*, *utique*, *plane*, *omnino*, usurpare solent; ut, τοῦτο γὰρ, ἀμέλει, τῷ γε τὴν ἡλικίαν προβεβηκότι ἀπρεπέστατον φαίνοιτ' ἄν, *Id enim profecto homine iam aetate maturo indignissimum habeatur.* [58]

II. Secundo, εἰρωνικῶς ponitur, ut *nimirum*, *scilicet*, *videlicet*, apud Latinos; e. g. οὕτω γὰρ ἀμέλει, ῥεμβεύων ἀεὶ, καὶ ἀναβαλλόμενος ἐς τοὐπιὸν, συμπερανεῖς κατὰ γνώμην

Ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι, *Simul atque frumentum esset adultum.*

56 Ita ἅμα repetitum celeritatem notat, quam agnoscit quoque Cerdanus ad Virg. Aen. I, vs. 635.

Sic memorat, SIMVL Aenean in regia ducit
Tecta, SIMVL Divum templis indicit honores.

Egregie vero lib. XII, vs. 268.

Dixit, et adversos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, et auras
Certa secat: SIMVL HOC; SIMVL ingens clamor et omnes
Turbati cunei.

Est et ubi ἅμα abundat more Latinorum, apud quos in usu est, *Vna cum.* Plat. Critia pag. 10, in initio: Μυθολογία γὰρ, ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν, μετὰ σχολῆς ἅμ' ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον, *Fabularum enim rerumque antiquarum disquisitio simul cum otio in civitates venit.* [Sic quoque cum indicativo et seq. καὶ construitur. Vt Lys. pag. 820. ἍΜΑ γὰρ πλουτοῦσι ΚΑΙ' ὑμᾶς μισοῦσι, *Simulatque ad opes pervenerunt, statim vos odisse incipiunt.* Z.]

57. Moeris in Atticismis huius adverbii usum ita exponit: Ἀμέλει σημαίνει τρία· διὰ τοῦτο, καὶ τὸ πάνυ, καὶ ἔστι καὶ περιττὸν ἐν ταῖς γραφαῖς κόσμου χάριν παραλαμβανόμενον.

58 Exemplum habet Plato in Hipp. mai. pag. 295, lin. 118 Καὶ ἐὰν νῦν εὕρωμεν, ἀμέλει οὐκ ὀχληρὸς ἔσομαί σοι, *Et si nunc invenerimus, crede mihi, non tibi molestus ero.*

τὸ πρᾶγμα, Ita enim, videlicet, dum fluctuas continuo, dumque procrastinas, rem ex animo conficies.

III. Tertio, etiam initio membri aut periodi, est *enim vero, et quidem, quippe enim;* ut, *ἀμέλει, τίς γὰρ ἀνειμένως τοιαῦτά τινα πάθοι ἄν; enim vero, quis enim haec negligenter, ac dissolute ferat?*

IV. Quarto, non absimili modo usurpari potest, cum nostra ipsi fiducia dubitationem alteri omnem eximimus; ut, *Τί ὀῤῥωδεῖς τὸ νυνί; τί δὲ ἀποκνεῖς; ἀμέλει, οἵοις γε καὶ πρότερον, συμπεσεῖν ἐχθροῖς μέλλομεν, Quid metuis nunc? quid haesitas? nempe cum iisdem nobis, quibuscum ante, hostibus futura res est.*

Tale videtur illud Aristophanis in Nub. Actu primo, Scen. 6 [59], ubi cum ex Strepsiade quodam, ridiculo ac ioculari homine, quaereretur, quomodo tandem aliquid discere posset, respondet ille fidenter, *Ἀμέλει καλῶς, Ego vero praeclare scilicet.* Tametsi Scholiastes velit *ἀμέλει παρέλκειν,* vel *Ἀττικῶς* esse *μὴ ἀθύμει, ne labores, soluto es animo, ne vous en mettez pas en peine, laissez moi faire;* quo modo imperativi significationem retinebit.

V. Quinto, ac postremo, cum exemplo rem illustramus, idem fere est, quod *οἷον*· quasi dicas, *exempli causa;* ut, si quis dixisset naturam *ἀμήχανόν τι χρῆμα φαίνεσθαι, superari non posse;* dicti firmandi causa subiungeret, *ἀμέλει, τὰ ἐξ ἁπαλῶν διεστραμμένα τῶν δένδρων οὐδεμία μηχανὴ ὀρθὰ τὸ λοιπὸν ἀποφαίνειν,* id est, *Exempli gratia, pravas ab tenerioribus usque radicibus arbores nulla deinde vi erigere possis.* [60]

59 Vers. 488. Caeterum Hesych. explicat *ἀμέλει, διὸ, ἁπλῶς, οὕτως,* [nisi pro *οὕτως* sit legendum *ὄντως*, uti coniicit idem Hoogeven. in Doctr. Partt. Z.] *τοιγαροῦν.* Et Suidas, *Ἀμέλει, τοιγαροῦν, μή σοι μελέτω τούτου.*

60 Ita Aristides de Quatuorviris, pag. 422, postquam praemisisset, in ludis Olympicis fere aliquid mirum evenire solere, subdit: *Οἷον ἀμέλει καὶ τὸ τοῦ Πολυδάμαντός ποτέ φασι συμβῆναι, Quale, exempli gratia, est id, quod Polydamanti evenisse aiunt.* H.

Descriptio vocis *ἀμέλει*, Hoogev. duce, paucis teneri potest ita. 1) Proprie est secunda Imperativi, et significat *noli esse sollicitus, μή σοι μελέτω τούτου,* auctore Suida, sive *μὴ ἀθύμει*, uti interpretatur Scholiastes Aristoph. ad Nub. 488. Sic saepenumero occurrit apud Aristophanem: ut in Acharn. 367 *ἀμέλει, μὰ τὸν Δία, οὐκ ἐνασπιδώσομαι, Es bono animo, per Iovem, non induar*

VI. De Adverbiis ἀντικρὺ, acuta ultima, et ἄντικρυς, acuta antepenultima, notandum primo, tametsi ἀντικρὺ saepius *e regione*, *vis à vis*, significet, ἄντικρυς vero, *palam*, et *aperte:* tamen alterum pro altero usurpari apud Oratores simul et Poetas. [Καταντικρὺ τῆς Ἰβηρίας Diod. Sic. V, 17. *Herm.*]

VII. Secundo, utrumque apud Homerum saepe idem esse, quod vulgo dicimus, *de part en part:* tametsi ἄντικρυς potius, quam ἀντικρὺ hoc modo usurpet: unde creberrimum illud, ἄντικρυς δι' αὐχένος ἤλθεν ἀκωκὴ, id est, διαμπερὲς, et διαπρὸ, cum significat teli cuspidem alicuius cervices *omnino penetrasse.*

Ita videtur accipiendum illud Thucyd. lib. II [61], ubi de Thebanis, qui Plataeensium in urbe male habiti, in muri arcem subierant; cuius portas, extra murum, exitum aperire putarent: Οἰόμενοι πύλας (τοῦ τείχους, vel τῆς πόλεως) τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ ἔξω, id est, *Rati fores huius aedificii* (*muri* aut *urbis*) *portas*

clypeo. In Lysistr. 172, ubi Lampitonem sollicitam, qua ratione Atheniensibus, turbulento hominum generi, res persuaderetur, consolatur et confirmat Lysistrata ita: ἡμεῖς ἀμέλει, σοι, τάγε παρ' ἡμῖν, πείσομεν, *Nos, ne id te sollicitet, quantum in nobis erit, persuadebimus illis, uti cupis.* Confer eundem in Nub. 875, 488, 1208 etc. 2) Deinde, ut alii Imperativi, v. c. ἄγε, φέρε etc. vim particularum quoque acceperunt; ita quoque τῷ ἀμέλει naturam *particulae affirmantis, adhortantisque* tribuit usus, ut significaret *utique*, h. e. *haud dubie, omnino, certo, profecto, sane, nimirum, revera, ergo.* Etenim qui iubet alterum esse bono animo, dicit rem esse *veram, certam.* Hinc commode potestatem acceperit τοῦ *utique* seu *revera.* V. c. Xenoph. Mem. I, 4, 7 ἀμέλει καὶ ταῦτα ἔοικε μηχανήμασί τινος ζῷα εἶναι βουλευσαμένου, *Haud dubie haec quoque videntur opera alicuius, qui animalia esse decreverit.* Lucian. in Nigrin. T. I, pag. 65 ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάσκοντα, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων· Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει. *Censebat enim, qui doceret divitiarum contemtum, eum debere primum liberum esse a cupiditate lucri. Et* revera *ille talem abstinentiam vita sua expressit.* Plane eodem sensu accipi debet apud Theophrastum in Charact. v. c. περὶ τῆς περιεργ. ab initio, Ἀμέλει περιεργία δόξειεν εἶναι προςποίησις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας etc. Atque mihi nondum exemplum ullum occurrit, quod non ad alterutram classem commode posset referri. Igitur non est, quod cum Budaeo in Comment. L. G. quam postea secuti sunt alii, novas et ineptas comminiscamur significationes τοῦ *exempli gratia, videlicet, igitur, ideo*, aut cum nonnullis veteribus Grammaticis interdum abundare putemus. Z.

61 Cap. 4. H.

esse, atque ulteriorem et apertum extra urbem exitum dare. Scholiast. etiam annotat, hic τὸ ἄντικρυς esse ἐξεναντίας, non alio sensu.

VIII. Tertio, ἄντικρυς, in acie potissimum et certamine est, κατὰ πρόςωπον, *a fronte*, opponiturque τῷ κατόπιν, *a tergo*. Dionys. Halicarnass. lib. III Οἱ μὲν ἄντικρυς ἐπιόντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτοὺς, id est, *Alii a fronte, alii a tergo invadentes, ite porro, atque illos omnino contemnite.*

Quarto, ἄντικρυς, *aperte*, eleganter aliquando reddi potest per id quod *purum putumque* vulgo dicimus: ut ἄντικρυς διαβολὴ ταῦτα, supple ἐστὶν, *haec vero pura puta calumnia est;* Gallice, *c'est une pure calomnie que cela:* hoc est, *aperta*, et *perspicua*. Saepius *palam*, et γυμνῇ κεφαλῇ. Dionys. Halicarnass. lib. VIII, de Coriolano, Οὐ κρύφα, καὶ δι' εὐλαβείας τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀποφαινόμενον, ἀλλ' ἄντικρυς καὶ θρασέως, *Non clam ac verecunde sententiam dicens, sed palam ac fidenter.*

X. Quinto, ἄντικρυς apud recentiores, (vix enim antiquiores sic usurparunt) aliquam habet *comparationis*, et *proportionis* significationem. Cuius haec duo praecipua exempla sunto. Alterum apud Aristidem in exordio Panathenaici: Τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, inquit ille, οὐ τῶν πραγμάτων ἄντικρυς εἶναι συμβέβηκεν, id est, *Alia gratiarum genera vix rebus paria*, vel *cohaerentia*, vel *congruentia fuerint.* Loquitur autem de Athenis, quas oratione potissimum, tanquam orationis parentes, celebrandas esse putat.

Alterum apud Themistium, Oratione IX. Ἀλλὰ, inquit, τὰ νῦν γε, ἄντικρυς τῆς Σωκράτους μεγαλοψυχίας, οὐχ ἥρπασε τὸν καιρὸν βουλιμιῶν· quem locum eleganter, ut omnia, Interpres ita reddit: *Sed ut in praesentia sese gerit, plane Socraticam illam constantiam, atque animi robur expressit: non enim occasionem illam temporis arripuit, quamvis gravis eum fames urgeret.* Brevius tamen, tironum causa, ita verti possit: *At nunc quidem, Socraticam animi magnitudinem aemulatus, urgente licet gravi fame, non statim occasionem arripuit;* ubi τὸ ἄντικρυς *instar* significat.

XI. Sexto, sumitur etiam ἄντικρυς pro τῷ ὄντι, vel ἀτεχνῶς, id est, *vere, proprie, plane.* Eusebius Praeparat. 11 Παραθεμένου δὲ τὸν Θεὸν μόνον ἄντικρυς ὄντα, *Cumque*

Deum unum ex omnibus vere ac proprie esse declarasset. Item Demonstrationis lib. I *Τοιοῦτος δὲ καὶ οὗτος γεγονὼς,* (de Enocho loquitur) *ἄντικρυς Χριστιανικῶς, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ζῶν ἀναπέφηνεν, Non Iudaico, sed plane Christiano more vixit.* †

VII. Septimo, reddi potius debet, *diserte*, vel, *conceptis verbis.* Demosthen. de Falsa Legat. [62] *Γράψας, ὥςπερ νῦν λέγω, τοῖς ῥήμασιν οὕτως ἄντικρυς, Quod ego decretum, totidem plane, quibus nunc dico verbis, conceptum edidi.* Dionys. Halicarnass. lib. V *Ῥούτλοι δὲ Λατίνοις ἐπικουρίαν πέμπειν ἄντικρυς ὑπέσχοντο, Rutuli autem se auxilia Latinis missuros diserte promiserunt.* Idem lib. IV *Ὁρίσας ἄντικρυς τὴν αἰτίαν τῆς δίκης, ὅτι τὸν δῆμον ἀδικοῦσιν*, id est, *Hanc diserte accusationis causam proferens, quod populum violarent.*

SECTIO IV.

De Adverbiis ἀραρότως, [ἄρτι, ἀπαρτὶ, ἕως ἄρτι, ἀρτίως, ἀτεχνῶς,] ἀτρέμα, ἀτρέμας, [αὖ, αὖθις, αὖτε,] αὐτίκα.

REGVLA I.

Ἀραρότως (quod Adverbium a vulgatis Lexicis, atque omnium amplissimo Stephani thesauro abesse miror) a praeterito med. *ἀραρὼς*, id est, *firmus*, atque *compactus*,

† Similiter apud Demosth. adv. Callip. pag. 1242 *ἄντικρυς παρὰ τῷ Καλλίππῳ καταλιπεῖν τὸ ἀργύριον*, *Argentum relinquere apud Callippum aperte, recta, sine ambagibus.* It. Lys. adv. Agorat. pag. 497 *Ἐπειδὴ δὲ εἶδον αὐτὸν, τάχιστα συλλαβόντες, ἄγουσιν ἄντικρυς ὡς ἀποκτενοῦντες, Simulatque viderunt, statim comprehendunt, ducuntque recta ad supplicium.* It. Isaeus de Agniae hered. pag. 282 *ἄντικρυς οὑτωσὶ πᾶν τοὐναντίον, Plane ita contrarium est.* Z.

62 Pag. 220. H. Ibid. p. 381, ed. Reisk. *Καὶ ψήφισμα ἄντικρυς περὶ τούτου τοῦ ὀνόματος γέγραπται, Et plebis scitum disertis verbis de hoc homine est factum.* Caeterum oeconomia huius particulae haec mihi esse videtur. Prima et propria significatio, cuius fundus reperitur apud Homerum, est *recta*, seu *penitus per* aliquid, diciturque in telo, quod recta transit per membrum aliquod ita, ut in parte opposita exeat. Hinc factum est, ut postea adhiberetur modo pro *e regione*, vel *ex opposito*, modo pro *recta*. Quod *recta* fit, id fit *sine ambagibus*, et adeo *brevissime*, *sine mora*, aut *perspicue*, aut *proprie*, seu *diserte*. Z.

firmitatis etiam, atque *constantiae* [63] significationem habet, maximeque *militaris*. [Et neutrum participii ἀραρὸς Timaeus in Gloss. Platon. interpretatur, βέβαιον; ἀμετακίνητον. Z.] Dicunt enim Graeci, μένειν, ἑστηκέναι, στῆναι ἀραρότως, *gradum figere*, et quasi ἐν προβολῇ, *in procinctu stare*. Plutarchus utrumque iungit in Pompeio [64]: Παράγγελμα, inquit, τοῖς προτεταγμένοις ἔδωκεν, ἑστῶτας ἐν προβολῇ, καὶ μένοντας ἀραρότως, δέχεσθαι τοὺς πολεμίους, *In mandatis* Pompeius *dederat antesignanis, ut in procinctu stantes, pressoque vestigio, hostem exciperent.* Eadem repetit in Caesare. [65] Ita Diodor. Siculus lib. III, de quodam ferocissimi tauri genere, quod alias quidem cornua perinde atque aures movet, κατὰ δὲ τὰς μάχας, inquit, ἵστησιν ἀραρότως, *At ubi pugnandum, fixa cornua immotaque tenet.*

[De adverbio temporis ἄρτι haec fere tironibus sunt tenenda. Significat inprimis duo: 1) *iam*, νῦν, *nunc*, *hoc ipso tempore*, *quo id evenit*, *de quo sermo est.* [Haec secunda est significatio; quam secundam posuit, prima. *Herm.*] Atque ita tantum iungitur Praesenti. V. g. Theocrit. Id. II, 104 ἄρτι θύρας ὑπὲρ οὐδὸν ἀμείβεσθαι ποδὶ, *Iam* (s. *cum maxime*) *limen portae superare.* Id. Idyll. XXIII, 26 ἄρτι δὲ χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι, *Iam vestibulis tuis valedico.* Idyll. XXV, 163 Ξεῖνε, ΠΑ'ΛΑΙ τινὰ πάγχυ σέθεν πέρι μῦθον ἀκούσας, ὡσεί περ σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι "ΑΡΤΙ, Dudum, *hospes, omnino aliquem de te audivi sermonem talem, qualem* iam *animo repeto.* Idyll. XI, 9 "Αρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τὼς κροτάφως τε, *Qui* iam *pubescit circa os et tempora.* Sic quoque Xenophont. Exped. Cyr. VII, 4, 7, occurrit υἱὸς ἄρτι ἡβάσκων, *Filius iam pubescens.* Sophocl. Aiac. 9 "Ενδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, *Intus modo iam est.* [Eurip.

63 Haec tamen significatio neque perpetua, neque primaria est, quippe ἄρω, unde ἀραρώς, verbum notat *apto*, rem quampiam omnibus suis partibus et membris, quae requiruntur, rite compositis absolutisque adorno; atque ita, si de domo, navi etc. sermo sit, *firmiter compingo*, quae notio ex priori sponte fluit. Ex priori acceptione nascitur τοῦ ἀραρότως notio *congruenter*, *apte*. Ita fere utitur Socrates apud Platonem in Phaedro pag. 240, lin. 32 "Ωςτε μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν, *Ita ut cum voluptate congruenter illi subserviat.*

64 Pag. 656.

65 Pag. 729.

Alcest. 1069. *Herm.*] Plat. in Critia ab init. ἄρτι et πάλαι opponuntur; Ἄρτι δὲ ἥκεις, ἢ πάλαι; Quemadmodum autem apud Latinos *iam* copulatur cum Numeralibus, ita quoque ἄρτι apud Graecos. V. c. Theocrit. Idyll. XXIV, 63 Ὄρνιθες ΤΡΙ'ΤΟΝ ἌΡΤΙ τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον, *Galli* iam tertium *cantabant ultimum diluculum.* Ex his exemplis intelligi posse arbitror errorem quorundam veterum Grammaticorum, qui vel omnino negabant, ἄρτι de praesente tempore pro νῦν adhiberi, vel certe apud scriptores atticismi expertes. Sic enim Moeris Attic. ἄρτι οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου· οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν. Et Aristot. Physic. IV, 13 τὸ δὲ ΝΥ͂Ν ἐστι συνέχεια χρόνου, τὸ δὲ ΠΟ'ΤΕ χρόνος ὡρισμένος πρὸς τὸ πρότερον νῦν, καὶ τὸ ἌΡΤΙ τὸ ἐγγὺς τοῦ παρόντος νῦν καὶ μορίον τοῦ παρελθόντος. 2) Significat, uti quoque τὸ νῦν, *tempus paulo ante praeterlapsum*, *modo*, germ. *eben*, *alleweile*, πρὸ ὀλίγου, seu ἐξ ὑπογυίου, ut interpretatur Scholiastes Aristoph. Nub. 154. Nam ibi est, ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης. Atque ita iungitur omnibus temporibus, praeter Praesens et Futurum. Nam Lucianus in Soloec. ab initio, tanquam exemplum soloecismi profert ἄρτι σολοικιῶ, cum futuro. [Vid. Kochii Observatt. in Timaei Lex. Platon. pag. 7 sqq.] Huc pertinet Aeschin. Socrat. Dial. III, 15 κἂν πιθανωτέρους τούτων λόγους ἄρτι κροτήσῃς, *Etiamsi modo rem probabilius demonstrasti.* Theocr. Idyll. II, 80 Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιποῦσι, *cum* modo *honestum gymnasii laborem reliquissent.* Conf. Graev. ad Lucian. Soloec. Eundem sensum fere eadem particula obtinet in compositis: v. c. ἀρτιγλυφὴς Theocr. Epigr. IV, 2 est *recens sculptus:* ἀρτιγένεθλος Orph. Argon. 384 est *recens natus* etc. 3) Repetitio τοῦ ἄρτι quoque, uti apud Lat. repetitum *modo*, servit copulandis orationis membris. E. g. Lucian. Dial. Diogenis et Alexandri, Ἐπαινῶν ἌΡΤΙ ΜΕ'Ν ἐς τὸ κάλλος, ἌΡΤΙ ΔΕ' ἐς τὰς πράξεις καὶ τὸν πλοῦτον, *Qui* modo *ob formam*, modo *ob res gestas et divitias laudabat.* Conf. Interprr. ad Thom. Mag. v. ἄρτι.

Composita particula ἀπαρτὶ significat *Dehinc*, *ab hoc ipso tempore*, *posthac.* V. c. Aristoph. Plut. 388, ubi Plutus ait: τοὺς χρηστοὺς μόνους ἔγωγε, καὶ τοὺς δεξιοὺς, καὶ σώφρονας ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω, *Bonos solos ego*, *et rerum peritos*, *et modestos locupletabo.* Sic occurrit eadem in N. T. ut Matth. XXIII, 29. XXVI, 29. propterea quod Ebraei

suum מֵעַתָּה sic usurpant. At ἕως ἄρτι, h. e. *adhuc*, *ad hoc tempus usque*, videtur tantum in N. T. occurrere, ad exprimendum Ebraicum עַד־עַתָּה, quod οἱ ὁ reddunt ἕως τοῦ νῦν.

Ἀρτίως, si audis Ammonium, dicitur ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένου ἔργου τελείως, *plane*, *penitus*. Sic quoque videtur intelligenda esse Phavorini glossa: Ἀρτίως, ὑγιῶς, ὁλοκλήρως, καὶ Ἄρτι διαφέρουσι παρ' Ἀττικοῖς· Ἄρτι μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ νῦν, Ἀρτίως δὲ, πρὸ ὀλίγου. Sophocl. Aiac. 25 Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν λείας ἁπάσας, *Praedam omnem*, plane *corruptam*, *deprehendimus*. Aristoph. Nub. 724 Socrates ait, Ἀπολεῖ κάκιστα, *Peribis misere*, Strepsiades respondet, Ἀλλ' ὦ 'γάθ', ἀπόλωλ' ἀρτίως, *Iam*, (seu, *plane*) *perii*. [Ἀρτίως est *modo*, quae est prima significatio adverbii ἄρτι. *Herm.*]

Nomen τέχνης duo significat, *artem*, seu peritiam, et *dolum*, seu versutiam. Hinc oritur duplex Adiectivum, ἄτεχνος, h. e. ἀμαθὴς, *imperitus*, *ineptus*, et ἀτεχνὴς, h. e. *candidus*, *sine dolo*. A priori formatum est adverbium ἀτέχνως, h. e. *imperite*, ἀμαθῶς, *inepte*, *stolide*: a posteriori autem originem duxit ἀτεχνῶς, de quo nunc exponere attinet. 1) Proprie igitur significat *sine dolo*, *candide*, *sincere*, *bona fide*, εὐήθως, seu, secundum Timaeum Sophistam, ἀπλάστως, *sine fuco*. Sic Plat. in Phaed. cap. 49 coniungitur cum ἁπλῶς, et εὐήθως: Τὰ μὲν ἄλλα χαίρειν ἐῶ. ταράττομαι γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι· τοῦτο δὲ ἁπλῶς, καὶ ἀτεχνῶς, καὶ ἴσως εὐήθως ἔχω παρ' ἐμαυτῷ, *Caeteris relictis*, *nam omnibus aliis perturbor*, *hoc simpliciter*, sine artis fuco, *et fortassis inepte teneo* etc. 2) Significat ἀληθῶς, ὄντως, *revera*, *vere*. Etenim quae sine fraude et dolo fiunt, *vera*, *nec ficta*, esse existimantur. Sic Aristoph. in Vesp. 806 Σοφόν γε τουτὶ, καὶ γέροντι πρόςφορον ἐξεῦρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας, *Aptum hoc quidem*, *et seni conveniens invenisti remedium stranguriae*. Plat. in Ion. pag. 541 sub fin. Ἀλλ' ἀτεχνῶς, ὥςπερ ὁ Πρωτεὺς, παντοδαπὸς γίγνῃ, *Sed* revera, *ut Proteus*, *varias induis formas*. Plutarch. de Discrim. Amic. et Adulat. Ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶς τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν, *Adulator* vere *similis est chamaeleonti*. 3) Significat *plane*, *prorsus*, *omnino*, *ex toto*, *aperte*. Nam quod verum est, ei nihil deest, et quod sine fuco est, id patet. Sic Aristoph. Plut. 362 Φεῦ! ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός! *Phy! ut* omnino *nihil sani quic-*

quam in ullo est! Id. Nub. 407. *Νὴ Δί' ἔγωγ' οὖν ἀτεχνῶς ἔπαθον τουτί ποτε, per Iovem plane idem evenit mihi olim.* Ibid. vers. 424 *Οὐδ' ἂν διαλεχθείην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, cum aliis nullo modo disseram.* Ibid. 437 *Νῦν οὖν χρήσθων ἀτεχνῶς ὅ, τι βούλονται, Nunc age prorsus me tractent, quocunque sibi visum fuerit.* Ibid. 452 *Δρώντων ἀτεχνῶς ὅ, τι χρήζουσι, Faciant plane, quicquid volunt.* Plat. Euthyphr. 5. ubi τῷ ὁρᾷν opponitur κατιδεῖν ὀξέως, (*acute, celeriter,*) ἀτεχνῶς (*aperte, non tecte*) καὶ ῥαδίως, *facile, sine difficultate.* Z.]

II. Ἀτρέμας, et ἀτρέμα [66], idem fere sunt; nec enim tantum significant *absque motu*, aut *sensim et placide*, sed etiam παντάπασιν ἁρμοζόντως, καὶ ἀκριβῶς, *convenienter omnino et accurate, nihil ut non suo loco et ordine positum sit.* Plutarch. in Themistocle [67]: *Τοῖς χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίπερ οὐδὲ αὐτοῖς ἀτρέμα συντασσομένοις*, id est, *Magis Thucydidi cum annalibus convenire videtur, tametsi ne secum ipsi quidem in omnibus omnino consentiant:* vel, *tametsi non satis exquisite ac diligenter confecti sint.* Vbi meo iudicio Stephanus male vertit, *sensim et placide:* nisi (quod tamen ipse reprehendit) placide factum id dicitur, quod non tumultuarie, sed otiose diligenterque factum sit. Melius Amiotus: *Encor qu'elles mêmes ne soient gueres bien faites.*

III. Dicitur etiam ἔχε ἀτρέμας Homero et Aristophani [68]: vulgo, *ne vous bougez, ne vous mettez point en peine.* Quomodo usurpavit etiam Lucianus in Charonte [69], cui descendere cupienti, quod eminus non videret, Mercurius, Ἔχε ἀτρέμας, inquit, καὶ τοῦτο γὰρ ἰάσομαί σοι, id est, *Mane modo, nam huic etiam incommodo probe medebor.* Dixit eodem sensu Xenophon Institut. VI [70] ἀτρεμίαν ἔχειν, ubi equites aliquot iubet sub aliquam speculam

66 Ἀτρέμα pro ἀτρέμας dixisse, qui post Homerum secuti sunt, auctor est Eustathius p. 578, in fin. quare idem pag. 1017 ad vs. 213, lib. Iliad. Ο
Ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ'
ἈΤΡΕΜΑ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ἀτρέμα metri gratia dictum putat pro ἀτρέμας. Nam ita ille quasi mirans: Ἰδοὺ ἐνταῦθα δίχα τοῦ σ κεῖται διὰ μέτρον, *En hinc absque σ exaratum est metri gratia.*

67 Pag. 125.

68 In Nubibus vs. 260, et in Avibus vs. 1200 et 1244.

69 Pag. 141.

70 Pag. 165. H.

provectos, ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ἀτρεμίαν ἔχειν, *Efficere, ne ab hoste conspicerentur, ac tantisper immotos ibi consistere.*

[Hoogevenus coniicit, particulam αὖ proprie esse neutrum adiectivi αὖς, quod, auctore Hesychio, Laconum et Cretensium dialecto dicatur pro αὐτός. Oeconomiam autem huius particulae hanc esse statuo. 1) Proprie et ab initio dicta esse videtur in re corporea pro εἰς τοὐπίσω, *retro, retrorsum:* uti Iliad. α', 459, ubi αὖ ἐρύειν dicitur in cervice victimae resupinanda: et Iliad. θ', 325 in nervo, qui retrahitur. 2) Deinde translata est ad membra orationis, quae quasi aliorsum, aliam in partem flectuntur, et significat *similiter, quoque, vicissim, contra, ut utar alio exemplo, vel argumento ad eundem rem confirmandam.* Nam inprimis adhibetur tum, cum novum exemplum aut argumentum commemorandum est, sive repetendum est, quod cum antecedente habet coniunctionem. Quodsi igitur id quod commemorandum est, simile antecedenti reperitur: commode αὖ reddi potest *similiter,* [Numquam vertendum est per *similiter. Herm.*] *quoque, rursus:* sin diversae est conditionis et naturae, interpretare *contra, e contrario, vicissim.* V. c. Xenoph. Cyrop. III, 3, 22. Cyrus, cum in eo esset, ut expeditionem susciperet, dicitur Iovi caeterisque Diis sacrificasse. Tum posteaquam fines hostium superaverit, dicitur ἐκεῖ ΑΥ καὶ Γῆν ἱλάσκεσθαι χοαῖς, καὶ Θεοὺς θυσίαις etc. Hic αὖ commode reddideris *similiter.* Ibid. cap. 2, § 30 Cyrus dicit, a se legatum missum iri ad Indum, et ut Chaldaei quoque legatos mittant, est auctor. Vbi autem exposuerat, quae daturus esset suo mandata, pergit, Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει· τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν ὑμεῖς ΑΥ (h. e. *quoque, similiter,*) ἐπιστέλλετε ὅ, τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρον εἶναι. Id. Memor. II, 1, 13, commemorata est sententia bimembris, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ κλαίοντας καθιστάναι. Tum primo membro, ubi explicatum erat illud κοινῇ, absoluto, pergit ad alterum, καὶ ἰδίᾳ ΑΥ οἱ ἀνδρεῖοι etc. Ibid. §. 11, ubi Aristippus, qui ante negaverat, se velle esse in numero regnantium, hic *similiter* negat alterum, quo urgebatur, οὐδὲ εἰς τὴν δουλείαν ΑΥ ἐμαυτὸν τάττω. Quod si Reiskius vim particulae αὖ tenuisset, non ausus esset locum hunc mutare. Plat. in Phaedro pag. 251 Πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυνᾶται· μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν, *Omnis animus undique stimulis*

agitatus furit et dolet: ubi vero contra *memoria pulcri illius rediit, laetatur.* Idem de Rep. lib. IV, pag. 420 *φήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ (πόλει εὐδαίμονι) μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην, καὶ ΑΥ̃ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν.* Aristoph. Vesp. 57 *Ὀλίγ' ἄτθ' ὑποειπὼν πρότερον αὐτοῖσι ταδὶ, μηδὲν παρ' ἡμῶν προςδοκᾷν λίαν μέγα, μηδ' ΑΥ̃* (contra) *γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.* Demosth. adv. Leptin. pag. 480 *οὐδ' ἐστὶν οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ἡμῶν· ἡμῖν δ' ΑΥ̃ ἀπὸ πολλῶν, Non ulli nostrorum hostium est tropaeum ex nobis: nobis vero* contra *ex multis.* 3) Interdum significat *rursus*, poniturque pro *πάλιν*, in simplici repetitione, si, quamquam nihil simile ante est commemoratum, simile tamen aut idem alio tempore evenit. Hinc recte Harpocratio ait, *Αὖ, Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ πάλιν ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου πρώτῳ.* Sic reperitur Iliad. *α'*, 540, ubi Iuno ita iurgium exorditur: *Τίς δ' ΑΥ̃ τοι, δολομῆτα, θεῶν συμφράσσατο βουλάς; ΑΙΕΙ τοι φίλον ἐστὶν* etc., *Quis Deorum tecum, versute,* rursus *consilia contulit? Semper tibi placet* etc. Conf. Iliad. *φ'*, 394, et alibi. Igitur omnia loca, ubi haec particula occurrit, commode posse referri arbitror ad hanc a nobis descriptam oeconomiam; nec est, quod cum quibusdam grammaticis temere opinemur, *αὖ* interdum esse *παραπληρωματικὸν*, quod miserum refugium malorum grammaticorum esse solet, si non statim reperiunt, quae potestas alicui particulae subiici commode possit. § 234.

Eustathius quidem ad Iliad. *π'*, pag. 1062, et Odyss. *τ'*, pag. 1889, ait, *αὖθις* et *αὖθι* esse synonyma, et adhiberi ut *χαμάδις* et *χαμάδι*, *πολλάκις* et *πολλάκι*, *χωρὶς* et *χωρί.* Sed refellitur ab Hoogeveno, qui contendit, *αὖθι* in loco dici, pro *illic*, secundum analogiam τοῦ *τόθι ibi*, *πάντοθι ubique*, *κεῖθι illic*, *οἴκοθι domi*, *Ἰλιόθι Troiae*, *Κορινθόθι Corinthi*, etc. v. c. Iliad. *ε'*, 296 *τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε*, h. e. *Ille ibi*, seu *eo ipso loco animam efflavit.* At vero *αὖθις* et *αὖτις* sensu nil differre, sed *αὖτις* tantum dici Ionice, sive Homerice. Nam clarum id fieri ex Plat. Rep. lib. III, pag. 393, ubi illos versus Iliad. *α'*, 26 *Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω, ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον ΑΥ̃ΤΙΣ ἰόντα*, Philosophus ita sine metro rationeque poetica reddat, *ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἠγρίαινεν, ἐντελλόμενος νῦν δὲ ἀπιέναι, καὶ*

ΑΥ͂ΘΙΣ μὴ ἐλθεῖν. Caeterum αὖθις fere eodem modo adhibetur, quo αὖ usurpari ante docuimus. Nam significat 1) repetitionem eiusdem loci, h. e. *retro*. Vid. Iliad. l. l. item Iliad. κ', 62, ubi θέειν αὖτις est *recurrere*. Iliad. ε', 257 αὖτις ἀποφέρειν est *reportare*, *revehere*. 2) *Similiter*, *quoque*; § 235. ut Aristoph. Nub. 670 ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον· τὴν κάρδοπον ἄῤῥενα καλεῖς, θήλειαν. 3) *Contra*; ut Plat. in Phaedr. pag. 263 ἢ οἴει ἄν σοι συγχωρῆσαι εἰπεῖν, ἃ νῦν δὴ εἶπες περὶ αὐτοῦ, ὡς βλάβη τέ ἐστι τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐρῶντι, καὶ αὖθις, ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει; 4) *Rursus*: ut Aristoph. Nub. 1382 Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι, *Sed rursus similiter vapulabo*. 5) Interdum quoque repetitionem temporis significat, h. e. *alias*, *posthac*. Vt in illo Homerico, μεταφρασσόμεθα αὖτις, *De hac re alias videbimus*. Aristoph. Acharn. 854 οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται Παύσων ὁ παμπόνηρος, *Neque* posthac *similiter te conviciis lacerabit Pauso nequissimus*. § 236. Hinc ἐςαῦθις, vel disiunctim ἐς αὖθις, ut Thucyd. IV, 63 τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα, *Privatas simultates* in aliud tempus *differemus*.

De particula αὖτε, quae inprimis apud Homerum occurrit, eadem sunt tenenda, quae supra de vi αὖ sunt dicta. Igitur exemplis opus non esse videtur. § 237.

IV. *Αὐτίκα*, praeter communem acceptionem, qua *mox*, vel *statim* significat, in qua, vis maioris gratia, nonnunquam adiunctas etiam habet particulas, δὴ μάλα, vel γε μάλα. †

Primo, interdum cum articulo praepositivo et nomine significat *praesens*: ut ὁ αὐτίκα φόβος, *praesens metus*: τὸ αὐτίκα δεινὸν, *praesens calamitas*: αἱ αὐτίκα ἡδοναὶ, *praes-*

† Differt itaque, uti recte praecepit Hoogevenus, a νῦν, quod *tempus praesentissimum* significat: αὐτίκα vero *tempus paulo post futurum*, et reddi debet, *mox*, *statim*, *continuo*, exclusa omni mora. Hinc apud Plat. de Rep. lib. IV, pag. 420 νῦν et αὐτίκα opponuntur invicem: *ΝΥ͂Ν* μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πόλιν πλάττομεν, οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς θέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα, *Nunc igitur*, *ut opinamur*, *felicem civitatem fingimus*, *non adeo ut paucos tales*, *quales esse volumus*, *seligamus*, *sed universam*: mox *vero contrariam contemplabimur*. Hinc, ut quam brevissima mora intelligatur, additur μάλα: v. c. Xenoph. Cyrop. III, 2, 8 ἆρ' οἶσθ', ὅτι αὐτοὺς ἡμᾶς *ΑΥ̓ΤΙ´ΚΑ ΜΑ´ΛΑ* δεήσει μάχεσθαι; Z.

entes voluptates, quo etiam modo compositum παραυτίκα usurpatur: imo ἐν τῷ παραυτίκα, significat etiam *in praesentiarum*. † § 238.

V. Secundo, cum particulis τε, et καὶ sumitur eodem sensu, quo adverbium ἅμα, ut αὐτίκα τε τὸ ἐχθρὸν ἑώρακε, καὶ πρὸς τὰς διαλλαγὰς ὥρμησεν, id est, *simul atque inimicum vidit, cum eo in gratiam redire voluit.*

VI. Tertio, apud Thucydidem saepe opponuntur, τὸ μὲν αὐτίκα, τὸ δὲ μέλλον· ut, Τὸ μὲν αὐτίκα, δύςμαχον· τὸ δὲ μέλλον, εὐκαταγώνιστον ἂν γένοιτο, *In praesentia quidem, aegre superari queat: in posterum tamen, facilius expugnabitur.* ††

VII. Quarto, αὐτίκα γέ τοι, et αὐτίκα δή που, initio ferme periodi, significant, *Ac primum quidem*, vel *Atque ut inde ordiar:* praesertim, ubi res exemplo confirmanda est. Sic apud Lucianum [71]: Αὐτίκα γε ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ, οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς (φασὶ) σχολὴν ἄγων, *Ac primum quidem, ut inde ordiar, sol qui ne tantum quidem vacat, ut aurem scalpat.* Ita saepe, Αὐτίκα γάρ, *Principio enim*, cum primam confirmationis nostrae rationem allaturi sumus. * [Non *principio*, sed *statim:* nos *gleich*. Adhibetur enim, etiam si non sequatur alterum argumentum. *Herm.*]

† Demosth. de Foed. Alex. pag. 215 νομίζοντες τὴν παραυτίκα ἡσυχίαν οὐκ ἔσεσθαί ποτ' αἰτίαν ταραχῆς ἀτόπου, *Rati, praesentem quietem non fore aliquando causam turbarum ineptarum.* Id. Olynth. III, pag. 34 προπέποται τῆς παραυτίκα ἡδονῆς καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα, *Prodita est pro praesente voluptate et gratia respublica.* Z.

†† Similiter τὸ παραυτίκα et τὸ μέλλον. Vt Demosth. Philipp. II, pag. 72 οὕτως ἡ παραυτίχ' ἡδονὴ καὶ ῥαστώνη μείζων ἰσχύει τοῦ ποθ' ὕστερον συνοίσειν μέλλοντος! *Ita praesens voluptas et ignavia plus valet, quam quod aliquando profuturum est!* Z.

71 *In Bis accus. init.* H.

* Cum Grammatici vim particulae minus observassent; factum est, ut interpunctione illam antecedentibus adderent, cum primum locum sequentis periodi obtinere deberet. Sic multa loca emendavit Marklandus ad Lys. pag. 647 et 855, ed. Reisk. Caeterum quoniam ita exemplo commemorando praeponitur: facile intelligitur, reddi posse *Exempli gratia, inprimis, primo;* cum doceat, argumentum rei non longe esse repetendum, sed *statim* adesse, in promtu esse. Adhibetur sic vero a) simpliciter, non sequente alia particula: ut Xenoph. Mem. IV, 7, 2 ἐδίδασκε δὲ καὶ μέχρι ὅτου δέοι ἔμπειρον εἶναι ἑκάστου πράγματος τὸν ὀρθῶς πεπαιδευμένον. ΑΥΤΙΚΑ γεωμετρίαν μέχρι μὲν τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως etc. Conf. Cel. Ernest. ad h. l. et Hindenburg. it. Xenoph. Oecon. XIX, 18 αὐτίκα ἄμπελος ἀναβαίνουσα μὲν

S E C T I O V.

De Adverbiis αὐτόθεν, εἶτα, *et* ἔπειτα [ἔμπης.]

R E G V L A I.

Αὐτόθεν, praeter vulgarem significationem pro, *ex eodem loco, aut tempore*, primo, saepe idem est, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *in promtu, ex tempore.* Hermogenes: Ἐν δικανικῇ ἰδέᾳ λόγου, κἂν ἐσκευασμένος ἥκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν, id est, *In forensibus causis, ut maxime paratus venias, finge tamen ex tempore te dicere.* Sic αὐτοσχεδιαζόμενα omnia, *quae tumultuaria opera fiunt*, αὐτόθεν fieri dici possent.

II. Secundo, non prorsus absimili significatione reddi potest *e re nata*, vel *per se*, vel *ex iis, quae sunt ad manum, quae oculis tenentur ac manibus:* quomodo Tullius *rem ipsam per sese loqui* dicit. Ita Chrysostomus Tom. V, ubi de sancti Babylae miraculo: Τότε δὲ αὐτόθεν, inquit, ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα τὰ τελούμενα, τῇ τε ἄλλῃ ἀπάτῃ, καὶ ταῖς θυσίαις αὐταῖς, ubi vocem hanc Interpres omisit. Sensus autem est: *Tum vero daemonum opera esse, quae fiebant, res satis ipsa, cum aliis fraudibus, tum sacrificiorum genere loquebatur*, id est, ἀνθρωποθυσίαις.

Ita saepe Eusebius: ut primo Praeparationis: Αὐτόθεν δὲ οὖν τοῦτο, καὶ οὐκ ἐκ μακροῦ διελέγξομεν, *Atque hoc commentum promtis et obviis, non longius arcessitis rationibus refellemus.* Ibidem: Καὶ τὸ αὐτόθεν δὲ πρὸς εὐζωΐαν πᾶσιν ἀνθρώποις προβεβλημένον, id est, *Iam vero illud ipsum, quod omnibus per sese hominibus ad bene beateque vivendum propositum est.*

III. Tertio, interdum idem est quod *manifeste, sine larva, ultro, ac de industria.* Ita sumere videtur Plutarch.

ἐπὶ τὰ δένδρα etc. Xen. Cyrop. III, 1, 29 Ἦ καὶ δύναιο ἄν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἐν τῷ παρόντι εὑρεῖν νῦν, ὅτῳ ἂν χαρίσαιο ὅσαπερ τῷ ἐμῷ πατρί; ΑΤΤΙΚΑ, ἔφη, ἤν τινα ἐᾷς ζῆν etc. Callim. in Iov. 76 Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο. b) sequente particula γάρ: ut Aeschin. Dial. II, 24 αὐτίκα γάρ, οὗτοι Καρχηδόνιοι etc. Xenoph. Hier. II, 7 αὐτίκα γὰρ εἰ μὲν εἰρήνη δοκεῖ etc. c) sequentibus particulis δὴ μάλα: ut Demosthen. adv. Aristog. pag. 778 εἰ γάρ τις αὐτίκα δὴ μάλα εἴποι, ὡς etc. Conf. Casaubon. ad Athenaeum pag. 604 et Markland. ad Max. Tyr. Diss. XXIV, 5. Z.

in comparatione Solonis et Publicolae: cum enim dixisset, Solonem παιδιᾶς τινι τρόπῳ, καὶ προςποίημα μανίας ἀναλαβόντα, *ioco, et quadam furoris simulatione*, ad rempub. accessisse; de Publicola subiungit: Ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναῤῥίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, *Ipse autem ultro, sine larva, ac simulatione, iacta de maximis rebus alea, in Tarquinium consurrexit.* Tametsi Latinus et Gallicus Interpres, *illico*, vel *ipso statim initio*, reddere maluerint: sed meo iudicio non ita hoc sensu Publicola Soloni opponeretur.[72]

IV. *Εἶτα*, quod proprie *deinde* significat, primo, ab Atticis oratoribus initio periodi ἐνθυμηματικῶς, id est, *argumentis premendo*, usurpatur; ac fere ὀργητικῶς, *iracunde;* praesertim, ut rei alicuius indignitatem exaggerent: tuncque reddi potest, *quid ergo? ergone? itane vero? et tu? nunc demum?* [Non *demum. Herm.*] *an vero?* Exempla passim apud Demosth. obvia: ut pro Corona[73], in Aeschinem, ea sibi tum obiicientem, quae cum fierent, ipse tacebat: *Εἶτα*, inquit, ὦ τί ἂν εἰπὼν σέ τις ὀρθῶς προςείποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην πρᾶξιν ὁρῶν ἀφαιρούμενόν με τῆς πόλεως, ἠγανάκτησας: *Quid ergo*, vel *an vero tunc*, (*o quo te no-*

72 Quidni? Solon, praemissa, tanquam praeludio, stultitiae simulatione, remp. capessivit: at Poplicola iam inde ab initio se Tarquinio opposuit. *Αὐτόθεν* pro ἐξ αὐτοῦ sc. χρόνου, vel πράγματος· ἐξ αὐτῆς sc. ὥρας, quae significatio in reliquis usibus vel modice attendenti sese dat. [Recte. Nos *ohne Umstände. Herm.*] Locus est pag. 111, lin. 11. H.

Omnino vis particulae *αὐτόθεν* commode, opinor, ita potest describi. 1) Significat, *ex eo loco, illinc*, ἐξ αὐτοῦ τόπου: ut Demosth. adv. Androt. pag. 614 *εἰ μάτην τὸ δεσμωτήριον ᾠκοδομήθη; καταφαίην ἂν ἔγωγε, εἴγε ὁ πατὴρ ὁ σὸς ᾤχετο αὐτόθεν αὐταῖς πέδαις ἐξορχησάμενος, Quid? num frustra carcer est exstructus? equidem id dicerem, si pater tuus statim illinc postquam abierit, cum ipsis pedicis saltasset.* 2) *οἴκοθεν, ex ipsa urbe:* Xenoph. Mem. II, 8, 1. 3) *Statim, ex tempore,* ἐξ αὐτοῦ τοῦ χρόνου: ut Polyb. Exc. Leg. 6 ὁ *Τίτος αὐτόθεν ἐξ* ἕδρας καὶ θυμικῶς φησί etc. 4) *Sine praeparatione et meditatione,* ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος: quoniam, quod fit *ex tempore*, fit sine cura et praeparatione: ut Polyb. VII, 3 ὁ *μὲν οὖν Δημήτριος αὐτόθεν ἐκ τοῦ προβεβηκότος ἔφη, Demetrius statim* (sine meditatione et haesitatione) *ex re nata inquit.* 5) *Facile, in promtu:* quia, quae ex tempore fiunt, ea facilia et iam parata sunt, vel certe videntur. V. c. Polyb. IV, 39 *εἰσὶν αἰτίαι διτταί· μία μὲν αὐτόθεν καὶ πᾶσιν προφανὴς, Sunt duae causae: altera est* in promtu, *et nemini non manifesta.* Z.

73 Pag. 316. init.

mine appellem?) tunc, inquam, praesens cum esses, cum abs me tanta commoditate rempublicam spoliari videres, significationem indignationis ullum dedisti?

Ibidem, cum ex eo quaesiisset, sibine, an urbi hostis esset, ac sibi potius esse responderet; subdit, *Εἶτα, οὗ μὲν ἦν παρ' ἐμοῦ δίκην ὑπὲρ τούτων λαβεῖν, ἐξέλιπες· οὗ δ' ἐγὼ ἀθῷος παντάπασιν, ἐνταῦθα ἀπήντηκας; Quid ergo?* vel *Itane vero? ubi poenas horum abs me criminum repetere potuisses, dissimulasti: ubi nullus in me culpae locus esse potest, tum me demum aggrederis?* Quo loco Gallus ita verteret, *Et cependant.*

V. Secundo, eodem fere sensu in medio membro usurpari potest. Demosth. ibid. [p. 308. Reisk.] *Ἐμβρόντητε, εἶτα νῦν λέγεις; Homo stupidissime, nunc demum hoc dicis?*

Tertio, sine interrogatione, initio periodi, reddi potius debet, *Et tamen:* Gall. *Et cependant.* Demosth. ibid. *Εἶτα τοῦτο μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα· εἰ δὲ* etc. *Et tamen de hoc decreto nihil dicit: quod autem* etc.

VI. Quarto, etiam cum interrogatione, periodorum initio, paulo interdum mitius est, vertique potest, *Age ergo:* Gall. *Et bien*, Demosthenes ibidem cum ostendisset, Athenienses omnia semper pro salute Graecorum, et egisse libenter, et fortiter sustinuisse, concludit; *Εἶτα, ἐγὼ τεθεωρηκὼς, ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν;* etc. *Age ergo, cum viderem hanc urbem, tot atque huiusmodi occasionibus, aliorum causa dimicationem adire voluisse: cum eius ipsius gratia suscepta esset deliberatio, quid me iubere oportuit?*

Ibidem, [p. 266. Reisk.] cum *διὰ τί*, commodius redderetur, *cur ergo? Εἶτα παρὼν, ὅτε με εἰςῆγον οἱ λογισταὶ, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; Quidni ergo, praesens cum esses, quo tempore me rationibus exigendis praepositi ad eas reddendas sisterent, me accusabas?* *

* Quae Hoogevenus copiosius et accuratius de usu particulae *εἶτα* disseruit, ea hic summatim repetamus. 1) Significat ordinem temporis, vel rerum, ut lat. *deinde.* Aristoph. Vesp. 49 *Ἄνθρωπος ἦν, εἶτ' ἐγένετ' ἐξαίφνης κόραξ.* Hinc saepe praecedit *πρῶτον*, ut id. in Acharn. 649 *Ἠρώτησε πρῶτα μὲν αὐτοὺς, πότεροι*

VII. Ἔπειτα compositum eundem etiam usum habet, tametsi rariorem. Demosthen. ibidem: Ἔπειτα, ὦ κατάρατε, σὺ τὸ τῆς παρὰ τουτωνὶ τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι βουλόμενος, τρόπαια, καὶ μάχας, καὶ παλαιὰ ἔργα ἔλεγες! *Et tu, homo execrande, quo me civium honore spoliares, tropaea, pugnas, antiqua facinora praedicabas!** § 239.

ταῖς ναυσὶ κρατοῦσιν· εἶτα δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν, ποτέρους εἴποι κακὰ πολλά. Interdum πρῶτον intelligitur: ut ib. vs. 396, ubi Dicaeopolis puero dicenti οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις, respondet, Πῶς ἔνδον (sc. πρῶτον), εἶτ' οὐκ ἔνδον. Quae ellipsis quoque intelligi debet tum, cum ex duobus membris, per participium, factum est unum: v. c. Aristophan. in Vesp. 284 διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς, εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων, h. e. διὰ τοῦτο (sc. πρῶτον) ὠδυνήθη, εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων. Quod si igitur rem ita capimus, non est, quod cum nonnullis putemus εἶτα interdum abundare. 2) Signif. *demum, denique, caeterum.* Nempe tum, inquit Hoogev. cum ex prioribus non dependent posteriora, sed ab aliis plane differunt. V. c. Aristoph. in Avib. 1424, ubi Sycophanta interrogatus, quis sit, respondet: Κλητήρ εἰμι νησιωτικὸς, καὶ συκοφάντης, καὶ πραγματοδίφης, εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν κύκλῳ περισοβεῖν τὰς πόλεις καλούμενος. Verum ne hic quidem amittit vim *consecutionis.* Nam refertur ad antecedens, potestque reddi etiam *Igitur*, uti clare id patet ex laudato exemplo. 3) Eleganter adhibetur in interrogationibus, quae fiunt cum quadam animi indignatione, habetque adeo eandem vim, quae tributa est latinae particulae *Itane?* Veruntamen in hoc quoque sensu servat primam et propriam significationem *consecutionis*, nempe intelligi debet veluti, *posteaquam tale est factum* etc. V. c. Aristophan. Acharn. 311 Ταῦτα δὴ τολμᾷς λέγειν ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς; εἶτ' ἐγώ σου φείσομαι; *Haec quidem audes iam palam ad nos dicere? itane ego tibi parcam?* h. e. *Itane, cum talia tu audeas palam nobis dicere, ego tibi parcam?* It. Lucian. Dial. Mort. T. I, pag. 413, ubi Aeacus ad umbram Xerxis: εἶτα σὲ, ὦ κάθαρμα, ἡ Ἑλλὰς ἔφριττε, ζευγνύντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διὰ δὲ τῶν ὀρῶν πλεῖν ἐπιθυμοῦντα; *Itane* (posteaquam talis es) *te, sceleste, Graecia timuit, iungentem Hellespontum, et per montes navigare cupientem?* It. Aelian. V. H. I, 34 εἶτα τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομεῖναι: *Itane* (Postquam tot tantaque crimina, quae mortem merentur, in filium coniecisti) *audebis oculis tuismet ipsis filii supplicium aequo animo ferre!* Z.

* Omnino quoque ἔπειτα, uti εἶτα, consecutionem aliquam ubique significat. 1) Igitur reddi potest *ita:* v. c. Iliad. η, 36 εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον (sc. μῦθον) ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις, ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί, *Si revera, uti dubitare non licet, serio hoc dicis; haud dubie ita* (h. e. ob illam conditionem, quae dicta est) *mentem tibi ademerunt Dii.* 2) Similiter ponitur in oratione μονοκώλῳ, pro δικώλῳ, redditque potest *deinde:* ut Aristoph. Acharn. 497 Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι, εἰ πτωχὸς

[Particula ἔμπης Ionicae formae, sed ἔμπας et ἔμπα Atticae, composita ex ἐν et dat. πᾶσι, vix apud alium auctorem, nisi Poetam occurrit. Habet vim βεβαιωτικὴν, sive simpliciter per se, sive relate ad superiora, quae impedire videntur, quo minus res, quae affirmatur, vero similis haberi possit. 1) Significat igitur ἐν πᾶσι τρόποις, *omnibus modis, omnino, plane, utique*. Vt Odyss. ό, 214 Μάλα γὰρ κεχολώσεται ἔμπης, *Prorsus enim vehementi ira commovebitur*. Conf. Odyss. τ', 37, ubi ἔμπης ὡςεὶ Hesychius recte explicat πάντως ὁμοίως. Iliad. η', 196 ἐπεὶ οὔ τινα δείδιμεν ἔμπης, *Quoniam neminem prorsus timemus*. Conf. Odyss. ξ', 395. ϑ 240. 2) Significat relate ad superiora *tamen*. Hinc Hesychius ἔμπά γε μὴν explicat ὅμως μέντοι. Iliad. α', 563 Δαιμονίη, ἀεὶ μὲν ὀΐεαι, οὐδέ σε λήθω· πρῆξαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεαι, *O misera, semper suspicaris ea quae ineo consilia; efficere tamen nil poteris*. Conf. Iliad. ε', 191. In hoc sensu interdum respondet particulae καίπερ. Vt Sophocl. Aiac. 122 Ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ', ἐποικτείρω δέ νιν δύστηνον ἔμπης, καίπερ ὄντα δυςμενῆ, *Equidem neminem novi: at tamen miseri illius, quamvis mihi infesti, me miseret*. [Interpretatur, tamquam si ἔμπης cum ἐποικτείρω iunctum esset, ut placebat Schaefero. Sed iungitur cum δύστηνον. Vide quae notavi in ed. Erfurdtii. Sic Latini *tametsi* dicunt. Male itaque Zeunius p. 442. interpungit post περ in hoc versu, Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή, πίνοντά περ ἔμπης. Saepe sic ὅμως est in fine orationis eo in membro, in quo inest *etsi*. Exemplum vide p. 429. *Herm.*] Praecedente particula περ, aliquid ex antecedentibus est repetendum. V. c. Iliad. ι', 514 Οὐκ ἄν ἔγωγέ σε μῆνιν ἀποῤῥίψαντα κελοίμην Ἀργείοισιν ἀμυνέμεναι, χατέουσί περ ἔμπης, *Non ego te, ira deposita, iuberem Argivis opem ferre, utcunque indigentibus, non iuberem tamen*. Confer Odyss. ό, 360. Z.]

ὯΝ, ἜΠΕΙΤ' ἐν Ἀθηναίοις ἐπιλέγειν μέλλω περὶ τῆς πόλεως πρὸ εἰ πτωχός εἰμι, ἔπειτα etc. 3) Adhibetur quoque in interrogationibus ad exprimendam admirationem, indignationem et vehementiam quandam, pro *Itane*. Vt Aristoph. Nub. 226 Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς; *Itane e fiscella deos despicis?* Id. Vesp. 1128 Ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν; *Itane oportet filios gignere et nutrire?* 4) Eustathius ait apud Homerum interdum abundare hanc particulam: ut Iliad. σ', 505, κ', 166. 243, et ν', 586. Verum commode in his locis potest reddi *postea, seu, ita*. Z.

SECTIO VI.

De Adverbiis ἐπεὶ, [ἐπειδὴ, ἐπὰν, ἐπειδὰν,] *et* ἐπιεικῶς.

REGVLA I.

Ἐπεὶ, quod proprie vel *postquam*, vel *quandoquidem* significat, saepe tamen significantius redditur *nam;* idque vel per se solum, quod usitatissimum est, vel cum particulis τοί γε. Demosthen. Philipp. I Ἐπείτοιγε, (unica voce) εἰ πάντα ἃ προςῆκε, πραττόντων, οὕτως εἶχε, *Nam si, cum ea, vos quae oporteret, omnia praestaretis, res tamen ita se haberent.*

II. Idem adverbium tres alios potissimum usus habet observatione dignos. Primus est, ut cum adverbiis εὐθέως, τάχιστα, et aliis similibus, reddatur Latine, *cum primum*, vel, *simul atque:* tametsi ἐπειδὴ, pro ἐπεὶ, hoc sensu non raro usurpetur. Exempla apud Xenophontem praecipue obvia; ut, Ἐπεὶ τάχιστα ὑπέλαβον, id est, *Cum primum suspicari coeperunt;* ἐπειδὴ εὐθέως ᾔσθοντο, *simulatque senserunt*, vel *subodorati sunt.* Quo etiam modo saepe adverbium utrumque cum infinitivo modo [74] coniungitur, ut ἐπεὶ, vel ἐπειδὴ εὐθέως αἰσθέσθαι.

III. Secundus est Plutarchi fere proprius, ut, sequente particula δὲ significet ἀλλὰ, id est, *veruntamen* [75]*:* alio-

74 Infinitivo quoque iungitur simplex ἐπεὶ in propria significatione τοῦ *postquam*, quum scilicet media infinitae sive obliquae orationi interseritur. Vide Herodot. Erat. cap. 84 Σκύθας γὰρ τοὺς Νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐςβαλεῖν (al. ἐμβαλεῖν) ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι, *Scythas enim Nomades, postquam eorum regionem invaserat Darius, in posterum perstitisse ad eum ulciscendum.* Est hic usus Herodoto familiaris.

75 Mira, fateor, vocis interpretatio, ad quam stabiliendam non unicus, sed plures et clariores loci requiruntur. Videtur Auctor non observavisse particulam οὖν, quae post longius ὑπέρβατον additur ἀποδόσει, et medetur aliquo modo laesae per μακροκωλίαν perspicuitati. Vt igitur pateat τοῦ ἐπεὶ vulgaris significatio *postquam*, vel, quam malim in verbis Plutarchi, *quandoquidem*, integer locus foret adscribendus, quem tamen ob nimiam prolixitatem hic contraham: Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου καὶ Νουμᾶ λόγον ἐκδόντες ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν ἀλόγως τῷ Ῥωμύλῳ προςαναβῆναι· σκοποῦντι δέ μοι, κατ' Αἰσχύλον — Τίν' ἀντιτάξω τῷδε — ἐφαίνετο τὸν — οἰκιστὴν Ἀθηνῶν — παραβαλεῖν

qui sensus haereret in plerisque. Sic accipe locum illum in Theseo, pag. 1, ubi, cum dixisset tempora supra Lycurgum et Numam fabulosa esse, subdit: Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου, καὶ Νουμᾶ λόγον ἐκδόντες, ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν ἀλόγως τῷ Ῥωμύλῳ προςαναβῆναι, id est, *Veruntamen vulgata iam a nobis Lycurgi Numaeque historia, visi nobis sumus non abs re ad ipsum usque Romulum aspirare posse.* Quo loco si vertas ἐπεὶ, *postquam*, pendebit omnino sententia. Obiter quoque hic nota, Latinum Interpretem male reddidisse, ἂν προςαναβῆναι, *evasisse*, cum significet *evadere* seu *pervenire posse*, ob particulam ἄν.

IV. Tertius eidem Plutarcho familiaris, et in Stephani notis observatus, est, ut initio periodi pro ἔπειτα, id est, *deinde*, absolute sumatur. Sic in Publicola [76]: Ἐπεὶ δὲ

τῷ πατρὶ τῆς Ῥώμης. Sequitur ἀπόδοσις: εἴη μὲν ΟΥ̓Ν ἡμῖν ἐκκαθαιρόμενον λόγῳ τὸ μυθῶδες ὑπακοῦσαι καὶ λαβεῖν ἱστορίας ὄψιν. *Quandoquidem vero Lycurgi et Numae edita historia, visi sumus non abs re ad Romuli tempora adspirare posse, mihique perpendenti illud Aeschyli: Quem huic aequiparem? visum est illum, qui Athenas civibus frequentavit, parenti Romae comparare: hoc igitur votis meis cedat, ut oratio a fabulis repurgata historiae accipiat faciem.* Ita relegata peregrina particulae notione, et propria significatio reservatur, neque pendet sententia, sed rite servat ἀνταπόδοσιν.

76 Non longe ab initio. Et hic palongius ὑπέρβατον Auctoris diligentiam fefellit, sequente eadem particula οὖν, sed non nisi post plurima interiecta. Sensus longioris periodi hic est: Poplicola, inquit Plutarchus, ob liberalitatem et humanitatem, videbatur, si quando libera foret resp., in ea primas partes habiturus: ἐπεὶ δὲ Ταρκύνιον Σούπερβον, et reliqua, quae multa interiiciuntur fere usque ad finem pag. 97, ubi sequitur ἀπόδοσις: Ἀγανακτῶν ΟΥ̓Ν ὁ Οὐαλέριος, εἰ μὴ πιστεύεται πάντα πράττειν ἕνεκα τῆς πατρίδος, ὅτι μηδὲν ἰδίᾳ κακὸν ὑπὸ τυράννων πέπονθε, τῆς τε βουλῆς ἀπέστη, καὶ τὰς συνηγορίας ἀπεῖπε, καὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ παντελῶς ἐξέλιπεν. Particula δὲ post ἐπεὶ, τῷ πρωτεύειν ἐν δημοκρατίᾳ opponit τὸ ἀποστῆναι τῆς βουλῆς etc. estque sensus: *Valerius videbatur primas partes habiturus, sed, POSTQVAM, Tarquinio Superbo expulso, hac exspectatione excidit* (quomodo et quam ob caussam excidisset, narrat fusius, quae brevitatis gratia hic omitto) *tum indignatus Valerius, quod sibi fides non habebatur, omnia se pro patria experturum, quia nullam privatam iniuriam a tyrannis passus erat, et curia abstinuit, et forum vitavit, et administrationem reip. prorsus neglexit.* Viden' ἐπεὶ diserte servare propriam notionem, quae est temporis consequentia? Similis ratio est alterius loci ex Plutarchi Pompeio p. 621. Vbi post ἐπεὶ δὲ πρὸς Κινναν et reliquum ὑπέρβατον, sequitur tandem ἀπόδοσις:

Ταρκύνιον, inquit, μισῶν ὁ δῆμος, ἀρχὴν ἀποστάσεως ἔλαβε τὸ Λυκρετίας πάθος, id est, *Deinde vero*, vel *deinceps, perosus Tarquinium populus, defectionis ansam ex Lucretiae casu arripuit.* Quo loco interpres Latinus, quod ἐπεὶ vertisset *postquam*, ne hiaret sententia, particulam consequentem unam alter, alter alteram omisit. Amiotus longe consultior, dum vertit: *Si advint que Tarquinius fut si hay et mal voulu du peuple.*

Quod si ἐπεὶ significaret *postquam*, mallem ego primum καὶ consequens vertere *tum*: qui usus est huius particulae non insolens. Idem in Pompeio: [1134 f. *Reizius.*] Ἐπεὶ δὲ πρὸς Κίνναν πορευθεὶς, ἐξ αἰτίας τινὸς ἔδεισεν, καὶ ταχὺ λαθὼν ἐκποδὼν ἐποίησεν ἑαυτὸν, id est, *Deinde profectus ad Cinnam, ob crimen aliquod in se coniectum, metuere coepit, ideoque sese ex eius oculis furtim subduxit.* Vbi si vertas *postquam*, particula καὶ initio consequentis periodi expungenda erit: nisi, ut ante iam monui, reddere malis ἐπεὶ *postquam*, et καὶ *tum.* [Rursus in Pomp. 1144 f. ἐπεὶ δὲ ταχὺ τοῦ Σύλλα —. *Reizius.*]

Eodem modo sumi videtur apud Herodot. ut cum ait lib. II, pag. 114 Ἐπεὶ ὦν τοὺς νεανίας ἀποπεμπομένους ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν διὰ τῆς οἰκεομένης etc., i. e. *Inde*, vel, *tum igitur dimissos adolescentes primum quidem cultam regionem peragrasse.* Vbi oratio, nisi ἐπεὶ eo modo sumeretur, esset prorsus ἀναπόδοτος. * [Ita et Thucyd. II. 64. pr. ἐπεὶ γεγένηταί τε πέρα ὧν —. *Reizius.*]

Τότε ΟΥ͂Ν ὁ Πομπήϊος ἐν τῇ Πικηνίδι τῆς Ἰταλίας διέτριβεν, POSTQVAM vero ad Cinnam etc. tunc Pompeius in Picenis agebat. Quod ad Herodoti verba attinet, ea se mihi nondum obtulerunt, sed vix dubito, quin simile quid lateat. ℐ 241. Quare duas has τοῦ ἐπεὶ notiones, nempe *veruntamen*, et *deinde*, a natura adverbii alienas esse putabo, donec clariora, quae affirment, se offerent. H.

* De vi et usu particulae ἐπεὶ paulo accuratius, duce Hoogeveno, praecipere conabimur. 1) De *tempore* adhibita significat *Postquam*, [et *ex quo.* v. Pors. ad Eur. Med. 138. *Herm.*] cum Indicativo: ut Iliad. β', 16 βῆ δ' ἄρ' ὄνειρος, ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσε. It. ι', 92 Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, etc. Quanquam vero nonnunquam Infinitivus sequitur: cave tamen existimes cum quibusdam, eum pendere a vi particulae, cum potius causa sit quaerenda in oratione obliqua. Praeter locum supra ex Herodoto ab Hoogev. laudatum, huc pertinet Xenophont. Apolog. §. 4. ἐπεὶ δ' αὐτὸν πάλιν λέγειν. Intellige ex antecedentibus Ἑρμογένης ἔφη. Eandem quoque ob causam particulae ἐπειδὴ iungitur Infinitivus Plat. Symp. cap. 2 ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος. Repete ex superioribus ἔφη. 2) De *causa* sumta significat

['Επειδή, pro quo poetae dicunt ἐπειή, ['Επειή est ἐπεί. *Herm.*] compositum est ex ἐπεί et δή. Quapropter idem

quando, *quandoquidem*, *quoniam*. V. c. Iliad. φ', 95 *Μή με κτεῖν', ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι.* Lucian. Dial. Ven. et Cupid. *Θάῤῥει, μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσι αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί.* 3) Interdum tota sententia in antecedentibus est omissa, cuius ratio per ἐπεί redditur: ut Aristophan. in Ran. 673. Bacchus vapulans exclamat, *Ἄπολλον* etc. Xanthias ad Aeacum ait, *ἤλγησεν· οὐκ ἤκουσας;* Tum Bacchus, *οὐκ ἔγωγε*, et addit rationem, non, cur non *doluerit*, sed cur exclamaverit *Ἄπολλον· Ἐπεὶ ἴαμβον Ἱππώνακτος ἀνεμιμνησκόμην.* 4) Similiter saepe post ἐπεί, cum particulis interrogantibus, aliqua sententia eleganter omittitur, quae ex antecedente oratione facile potest erui. E. g. Aristophan. Nub. 689 *ΣΩ. Ἀλλ' ὦ πόνηρε, ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄῤῥενα. ΣΤΡ. Οὐκ ἄῤῥεν' ὑμῖν ἐστιν; ΣΩ. Οὐδαμῶς γ'· ἐπεὶ πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;* hic post ἐπεί intellige *εἰ ταῦτ' ἔστιν ἄῤῥενα.* It. Rom. III, 6 *Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ* (supple *εἰ ἄδικος εἴη*) *πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον;* Conf. Lucian. adv. Indoct. *Πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν, τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο, καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις; ἐπεὶ* (repete *εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι* etc.) *τοῦ ἀκριβοῦς ἢ τοῦ ἀσφαλοῦς ἐν αὐτοῖς τίς ἢ ποία διάγνωσις;* Igitur minus probandum est, quod Devarius ait, in eiusmodi locis ἐπεί poni pro *εἰ δὲ μή*. 5) Elliptice quoque ἐπεί ponitur cum Imperativo: quod inprimis fieri solet tum, cum res videtur certa et minime dubia, adeo ut tuto adversarius ad obiiciendum provocari possit. V. c. Plat. in Euthyd. p. 287, lin. 21 *Τὸ γάρ, οὐκ ἔχω ὅ, τι χρῶμαι, ὅ, τί ποτε λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ἢ δηλονότι, ὡς οὐκ ἔχω ἐξελέγξαι αὐτόν; ΈΠΕΙ', ΈΙΠΕ, τί σοὶ ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ οὐκ ἔχω ὅ, τι χρήσομαι τοῖς λόγοις.* Hic post Ἐπεί intellige *οὐδὲν ἄλλο ἐννοεῖν δύναται· εἰ δὲ δύναται, εἰπὲ, τί* etc. Latine illud ἐπεί reddi potest, *Sin minus*, aut, *Alioquin*. [Melius *nam. Herm.*] Ibid. paulo post: *Ἄλλο σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι, ἐπεὶ ἀπόκριναι*, h. e. *εἰ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀπόκριναι.* Sophocles in Electr. 353 *Οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει; ΈΠΕΙ', δίδαξον, ἢ μάθ' ἐξ ἐμοῦ, τί μοι κέρδος γένοιτ' ἂν τῶνδε ληξάσῃ γόων;* h. e. *ἐπεὶ ταῦτα σοὶ ἄλλως δοκεῖ.* Conf. Aristophan. in Vesp. 517. 6) Ellipsis quoque statuenda est τοῦ *εἰ δὲ*, vel *εἰ δὲ μή*, quando ἐπεί cum particula ἂν futurum obliquum notante ponitur: v. c. Ebr. X, init. *Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι· ΈΠΕΙ'* (supple *εἰ δύναιτο τελειῶσαι*) *ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ* etc.

Praeterea aliae quoque particulae iunguntur. V. c. 1) *Ἐπεὶ ἄρα*, h. e. *quoniam adeo*: ut 1 Cor. VII, 14 *Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ*

fere quoque valet, quod simplex ἐπεί. Etenim 1) rationem temporis continet et significat *Postquam*, *a quo:* hinc Hesych. ἐπειδή, ἐξότου: cum indicat. ut Euripid. Electr. 20 Ταύτην, ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος, μνηστῆρες ᾔτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός. Plat. de Rep. lib. V, pag. 452 Ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτον μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις ταῦτα πάντα κωμῳδεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δὴ γελοῖον ἐξεῤῥύη. Apud Thucyd. lib. I, cap. 6 bis sic ἐπειδὴ occurrit: veluti, [c. 11.] Ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν. § 242. b. Atque, [c. 13.] Ἐπειδή τε οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλωΐζοντο, etc. Cum optativo occurrit Plat. Phaed. cap. 3 ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη (sc. τὸ δεσμωτήριον). Sed forte locus est corruptus, adeo ut vel ἐπειδὰν, quod cum tali modo coniungi solet, sit legendum, vel Plato scripserit ἀνεῴχθη, quod vero mutatum sit a librariis in ἀνοιχθείη, quia idem modo praecessisset. § 243. Eadem particula iuncta aliis, ut εὐθέως, πρῶτα, τάχιστα, significat, *Simul ac,*

ἀνδρί· ἘΠΕΙ' ἊΡΑ τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι. 2) Ἐπεὶ οὖν, eodem sensu. Vid. Ebr. IV, 6. 3) Ἐπεὶ ὅτι γε? Vt Plat. de Rep. lib. V, pag. 471, lin. 28 Ἐπεὶ ὅτι γε εἰ γένοιτο, πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει, ᾗ γένοιτο. In his verbis, inquit Hoogev., vel ἐπεὶ otiosum est, vel ὅτι, aut, quod malim, elliptica est locutio, quae proxime ad ἀποσιώπησιν accedit, atque ita suppleri possit: Ἐπεὶ τοῦτό γ' ἐν τοῖς μάλιστα κεῖται, ὅτι etc. exercente particula γὲ suam περιγραφικὴν potestatem: ut sit sensus: *Quandoquidem tum multae huius rei utilitates ostendi possunt, tum vero haec maxima, quod, si haec existat, optimus sit reip. status.* § 242. 4) Ἐπεί τοι cum interrogatione, ubi τοι valet ad rationem confirmandam. V. c. Lucian. Epist. Saturnal. Tom. III, pag. 403, lin. 86 Εἰ γοῦν ἠπίστασθε τοὺς φόβους καὶ τὰς μερίμνας, ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν φευκτέος ὁ πλοῦτος ἔδοξεν. ἘΠΕΙ' ΤΟΙ οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιᾶσαι, ὡς, εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα ἂν αὐτὰ, καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις καθῆσθαι ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ ταττόμενον; 5) Ἐπεί τοί γε, *Quoniam profecto quidem.* Nulla particula otiosa est putanda. Nam ἐπεὶ ratiocinatur, τοὶ confirmat, et γὲ urget. V. c. Dem. Philipp. I, ab initio: ἐπεί τοί γε, εἰ πάνθ', ἃ προσῆκε, πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. 6) Ἐπείπερ, *inprimis quoniam, quandoquidem.* Plat. de Rep. lib. V, pag. 452. Ἐπείπερ ὡρμήσαμεν λέγειν, οὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα. 7) Ἐπείπερ — γε, eodem sensu. Plat. in Phaed. pag. 114 Ἐπείπερ ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, τοῦτο καὶ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι, οἰομένῳ οὕτως ἔχειν. 8) Ἐπεὶ τάχιστα, aut τάχιστα ἐπεὶ, *Simul atque.* Vid. antea Viger. Z.

ut primum. V. c. Xenophon Hellen. III Ἐ*ΠΕΙΔΗ*᾽ *ΕΥΘΕΩΣ* ᾔσθοντο. Iliad. α', 136 *Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει,* Ἐ*ΠΕΙΔΗ*᾽ *ΠΡΩ-ΤΑ τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.* Demosthenes, Ἐ*πειδὴ τάχιστα ἐγκρατὴς ἐγένετο τοῦ ἀργυρίου.* Idem, Ἐ*πειδὴ τάχιστα ἐξουσία ἐγένετο.* Infinitivus, qui interdum iungitur, non a vi particulae regitur, sed ab orationis obliquae ratione, uti antea vidimus in loco de particula *ἐπεί.* 2) Quemadmodum *ἐπεὶ*, ita quoque eius compositum *ἐπειδὴ* significat, *quoniam, quandoquidem.* Et in hoc quoque sensu constanter cum Indicativo copulatur. Aeschin. Socrat. II, 13 *Νῦν δὲ ἐπειδὴ τετυχήκατε περὶ τούτου πράγματος διαφερομένω.* Ibid. 26 *ἐπειδὴ ἀναγκαῖον μὲν φαίνεται.* Id. III, 6 *ἐπειδὴ ζητητικός εἰμι τῶν πραγμάτων.* Plat. Phaedr. pag. 271 *ἐπειδὴ λόγου δύναμις τυγχάνει ψυχαγωγία οὖσα.* Demosth. Olynth. I, *ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι.* Particula *ἐπειδήπερ* usu non differt ab *ἐπείπερ*, de qua supra vidimus. Hinc Hesychius, Ἐ*πειδήπερ, ἐπειδή.* Aeschin. Socrat Dial. II, 12 *ἐπειδήπερ οἵ γ᾽ ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσί σοι εἰρῆσθαι, Quandoquidem priora argumenta non hoc tibi probare videntur.*

Particulam *ἐπὰν* conflatum esse ex *ἐπεὶ* et *ἂν*, intelligitur non modo ex Iliad. ζ', 313, ubi occurrit *ἐπειάν*, sed etiam ex poetico illo *ἐπεί κε*, aut *ἐπεί κεν*, atque ex eo, quod Iones pro *ἐπὰν* dicunt *ἐπήν*, quemadmodum omnino pro *ἂν* seu *ἐὰν* solent ponere *ἤν.* Caeterum *ἐπὰν* ab *ἐπεὶ* duplici ratione differt. Primo enim *ἐπὰν* tantum de tempore usurpatur, et significat *postquam.* Deinde ob vim particulae *ἄν,* unde conflata est, nunquam non cum Subiunctivo copulatur. § 244. Sic Demosth. Olynth. II. *ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ.* Cf. Matth. XI, 8. Luc. XI, 22. Iliad. α', 168.

Particula *ἐπειδὰν*, quae composita est ex *ἐπειδὴ* et *ἄν*, ab *ἐπειδὴ* eodem modo differt, quo *ἐπεὶ* ab *ἐπάν.* Igitur non tantum de solo tempore, in sensu *postquam*, adhibetur, sed etiam, ob vim particulae *ἄν,* iungitur Coniunctivo. § 245. Quapropter si loca occurrunt, ubi *ἐπειδὰν* vel *causam* significat, vel Indicativum habet adiunctum: dubium ne sit tibi, quin a manu auctoris sit *ἐπειδή.* Haec confusio saepenumero facta est ab inscitia aut incuria librariorum, et typothetarum quoque, qui

minus intelligebant vel attendebant compendium scripturae, quod in ultimis utriusque particulae obtinet syllabis. Sic Xenophont. Mem. I, 2, 35 Ἐπειδὰν ἀγνοεῖς, ob Indicativum non minus quam ob sensum, debet legi ἐπειδή. Similiter IV, 3, 4, et 6, et 9. Item Lucian. Dialog. Mort. cap. 11 ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν καὶ στένομεν etc. Z.]

V. Ἐπιεικῶς, praeter vulgatam *aequi bonique*, atque adeo *moderati* significationem, primo, sumitur interdum, quo modo *probe* apud Latinos, ut, *probe intellexi*, ἐπιεικῶς ἔμαθον: *probe mihi conscius sum*, id est, ἐπιεικῶς ἐμοὶ σύνοιδα.[77]

VI. Secundo, reddi potest, *admodum*, ut apud Xenophontem Ἑλληνικῶν V, ubi de Thebanis adversus Lacedaemonios castrametantibus: *Καὶ γὰρ ἦν στενὸν ἐπιεικῶς ταύτῃ, καὶ δύςβατον χωρίον*, id est, *Angustus enim admodum locus is erat, accessuque difficilis.*

VII. Tertio, significat *commode*, *omnino*, seu *belle*. Demosthen. Olynth. I *Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς τοῦθ', ὅπερ δυςμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ἡμῖν*, *Sed commode omnino accidit, ut quod ex Philippi rebus ad vincendum maxime difficile est, idem quoque nobis sit utilissimum.* Vulgo diceremus, *cela va le mieux du monde.*

Aliquando, *Satis commode* potius, quam *admodum commode.* Idem, ubi de Philippo convalescente: *Ἐπεὶ ἀνέλαβεν ἑαυτὸν*, inquit, *καὶ ἐπιεικῶς ἔσχε τὸ σῶμα*, id est, *Vbi se recreare coepit, et corpore esse firmo satis ac valente.*

VIII. Quarto, reddi potest *satis*, absolute. Plato in Phaedone: *Τὸ μὲν σῶμα οὐκ εὐθὺς οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐπιεικῶς συχνὸν ἐπιμένει χρόνον*, id est, *Corpus nihil quicquam istorum continuo subire solet: sed potius satis multo tempore incorruptum manet.* Quo loco istud ἐπιεικῶς etc. Gallice reddi potest, *un assez bon espace de tems.*

IX. Quinto, significat etiam *circiter*, quod tamen Latini per *admodum* exprimere solent. Polyb. lib. VI, de sociorum equitatu, eiusque distributione loquens: *Ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν*, inquit, *τῶν μὲν ἱππέων, εἰς τοὺς ἐπιλέκτους,*

77 Affertur pro hoc usu locus Aristophanis in Vesp. vers. 1241 *Τουτὶ μὲν ἐπιεικῶς σύγ' ἐξεπίστασαι*, *Hoc tu quidem probe novisti.*

ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέρος, id est, *Ex ea sociorum multitudine sumunt equitum in extraordinarios partem admodum tertiam.* Gallice, *bien la troisième partie.*

Quam eandem sententiam aliter expressit Plutarchus in Lycurgo, particulis usus που, et μάλιστα. Ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ τὸν Λυκοῦργον, id est, *Annis post Lycurgum admodum triginta supra centum.*

X. Sexto, ac postremo, reddi potest, *bona fide, ex animo, serio, ac sine fuco;* eodem fere sensu, quo εὐγνωμόνως. Plato in Alcibiade I Οὐκοῦν τοσοῦτον μὲν ἡμῖν ἐς τὸ πρόσθεν πεπέρανται; ὃ γάρ ἐσμεν, ἐπιεικῶς ὡμολόγηται, id est, *Hactenus igitur id a nobis effectum est, ut, quidnam simus, sincere a nobis ac bona fide statueretur.* Sic quod ait Plautus in Captivis: *Bona fide, tu mihi isthaec verba dixisti?* Graece reddi potest: Μῶν σύγε ἐπιεικῶς, vel ἐσπουδασμένως τούσδε τοὺς λόγους ἔλεγες;

S E C T I O VII.

De Adverbiis ἐπίπροσθεν, [εὖγε,] ἦ, ἧ, *cum aliis particulis*, [ἤδη.]

R E G V L A I.

Ἐπίπροσθεν εἶναι, cum dativo, idem est quod verbum ἐπιπροσθεῖν, id est, *luminibus officere.* [Suidas, ἐπιπροσθεῖ, ἐπισκιάζει. Z.] Plutarch. in Pericle, Ἔοικε πάντη χαλεπὸν εἶναι, καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τἀληθὲς, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἐπίπροσθεν ὄντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων ἔχωσι. Quae postrema verba male accipit Latinus Interpres, dum reddit: *Antequam res cognoscant, praeveniuntur tempore.* Integrum locum sic verte: *Aegre omnino potest historia verum investigare et consequi, quod posteriorum cognitioni ac veluti luminibus, quo minus res gestas intelligant, elapsum tempus officiat.* *

* Polyb. Exc. Legat. 74 τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐπίπροσθεν ποιεῖν τοῦ τῶν ἄλλων εὐσχήμονος, *Sed odii rationem potiorem habere, quam aliorum gloriam:* seu, *facere ut odium meum impediat aliorum gloriam.* Ibid. 41 τὸ τῶν βασιλέων λυσιτελὲς ἐπίπροσθεν γίνεσθαι τοῦ ἰδίᾳ συμφέροντος, *Regum utilitatem praeferri suis commodis.* Hinc ἐπιπρόσθησιν ad Polyb. III, 71. Ven. Ernest. explicat, *id quod eminet a solo, ut prospectum impediat, officiat.* Z.

[Hoogeveno, ad vim particulae compositae εὖγε subtilius intelligendam, videtur ellipsis esse admittenda. Velut, εἰ μὲν ἄλλό ποτε, ἀλλὰ τοῦτά γε εὖ εἴρηκας, seu πεποίηκας. Caeterum Latine potest exprimi *Bene quidem*, et habet vim collaudandi. Plat. in Phaed. cap. 4. *Νὴ τὸν Δία*, εὖγ' ἐποίησας ἀναμνήσας με, h. e. auctore Hoogev. εἴ τι ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτό γ' εὖ ἐποίησας. Sic Strepsiades, cum audivisset, gallinam dicendam esse ἀλεκτρύαιναν et gallum ἀλέκτορα, Aristoph. in Nub. 667, exclamat, et cum plausu repetit: ἀλεκτρύαιναν; εὖγε νὴ τὸν Ἀέρα! Theophrastus Charact. περὶ Λαλιᾶς, addit particulam ὅτι. Vt, *Εὖγε*, ὅτι με ὑπέμνησας! *Factum bene, quod mihi in memoriam revocasti*! Interdum vere ironice sumitur ad rem ridiculam et stolidam explodendam. Sic apud Plat. in Gorg. pag. 494, lin. 24, Callicli, vitam omni genere voluptatum diffluentem laudanti, respondet Socrates, *Εὖγε*, ὦ βέλτιστε· διατέλει γάρ, ὥςπερ ἤρξω etc.

Particulae poeticae εὖτε, et Ionice ἠΰτε, duplex subiecta est potestas, similitudinis et temporis. Significat igitur, 1) *Sicut*, seu, *Plane ut*. Nam haud dubie originem duxit ab Ionico ἠΰς, seu ἐΰς, h. e. *bonus*, s. *qui talis est*, *qualis videtur*. Vt Iliad. γ', 10 *Εὖτ'* ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην, — — ὥς ἄρα etc., *Plane ut in montis verticibus auster effundit nebulam*, — — *ita adeo* etc. Iliad. α', 360 *Καρπαλίμως* δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠΰτ' ὀμίχλη. Et φ', 237 *Μεμυκὼς* ἠΰτε ταῦρος. 2) *Quando*, vel *postquam*: ut Theogn. 356 *Τόλμα*, *Κύρνε*, κακοῖσιν, ἐπεὶ κἀσθλοῖσιν ἔχαιρες, εὖτέ σε καὶ τούτων μοῖρ' ἐπέβαλλεν ἔχειν, *Forti animo perfer mala*, *quandoquidem et bonis gavisus es*, *quando fortuna te horum quoque participem reddidit*. [Vide adnotationem nostram 241. *Herm*.]

Particula εὖτ' ἂν apud Poetas idem significat, et eodem modo construitur, quo apud prosaicos scriptores ἐπὰν vel ἐπειδὰν, de quibus supra diximus. Vid. Hesiod. Oper. 430. 448. 564. Theog. 840. Z.

II. Particula ἤ, cum accentu acuto, praeter vulgaria significata, *quam* et *vel*, primo saepe reddi debet, *an*, cum dubitatione, quando diversa orationis et opposita membra proponuntur. Demosthen. pro Corona: *Τῆς* ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν; πότερον τῆς συναιτίας τῶν

συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν, ἢ τῆς περιωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα; *Vtrius partis urbem hanc fuisse vellet, eiusne quae coniuncta quaedam malorum, quae Graecis evenerunt, causa esset? an illius, quae mala ista fieri negligenter permisisset?*

III. Ἤ, cum particula ἂν, significat *alioqui*. Plato in Phaedro: Πᾶσα ψυχὴ φύσει θεᾶται [78] τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον, id est, *Omnis animus res suapte natura contemplatur, alioqui nunquam hoc in animantis genus venisset.* Quo sensu additur interdum γε post aliquid aliud interiectum. Demosthen. πρὸς Βοιωτ. Ἢ δεινόν γε ἂν εἴη, *Alioqui grave sane id fuerit.* Interdum etiam additur γὰρ, non tantum absolute et serio, sed etiam per ironiam: ut apud Lysiam, πρὸς Σίμωνα ἀπολογίᾳ, ubi, cum dixisset, exilium indictum esse non tantum adversus mutua certamina, rationem dicti reddens subiungit: Ἢ πολλοὺς γὰρ ἐξήλασαν, id est, *Alioqui multos videlicet exilio damnavissent.*

IV. Ἢ οὐ, tam initio periodi, quam in medio, significat, *nonne?* ut apud Plat. Ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅσον ἔργον προςτάττεις; *Nonne vides, quantam et quam difficilem rem imperes?* †

78 Τεθέαται lege; nam ex eo, quod anima humana, antequam in corpus venit, res cotemplata est, argumentatur Plato. Verba sunt pag. m. 249, in fine: Πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται etc. H.

† Particula ἤ, et poetice ἠέ, significat 1) *Disiunctionem*, qua reddi debet a) *aut*, *vel*. Vt Aristoph. Vesp. 8 Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς, *At profecto aut deliras, aut Corybantum more furis.* b) *alioqui*, *sin minus*, pro εἰ δὲ μή. Vt Plat. in Phaedr. pag. 249 Πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον, *Omnis hominis mens natura est contemplata ea quae sunt, alioquin in hoc animal non venisset.* Sic pro *alioqui* etiam apud Latinos *aut* interdum usurpatur: v. c. Suet. in Caes. 66 *Proinde desinant quidam quaerere aut opinari, mihique, qui compertum habeo, credant: AVT quidem vetustissima nave impositos quocunque vento in quascunque terras iubebo avehi.* 2) *Dubitationem*. a) Hic si geminatur, redde *ne*, *an:* ut Iliad. ε', 671 Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, Ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι, Ἢ ὅγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο, *Tum ambigebat secum, utrum Iovis Tonantis filium longius persequeretur, an pluribus Lyciis vitam eriperet.* b) in priori membro interdum est εἰ, vel πότερον seu πότερα. § 246. Vt Iliad. β', 801 Τλῆτε, φίλοι, καὶ

V. Item quoque significat ἦ γὰρ cum accentu circumflexo. Plato in Hippia minore: Ἦ γάρ, ὦ Ἱππία, οὐ ταῦτα

μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν, ΕΙ' ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἨΕ καὶ οὐκί. Xenoph. Cyrop. III, 1, 12 Ἢν ἄρχων τις τύχῃ καὶ ἁμάρτῃ, ΠΟΤΕΡΟΝ ἐᾷς ἄρχειν, Ἢ ἄλλον καθίστης ἀντ' αὐτοῦ; c) Illud εἰ, aut ἤ, aut πότερον, nonnunquam in priori membro deest. Vt Xenoph. l. l. ἐᾷς πλουτεῖν, Ἢ πένητα ποιεῖς; Plat. de Rep. VI, pag. 491 Τὰς ψυχὰς οὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας, κακῆς παιδαγωγίας τυχούσας, διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι· Ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης, ἀλλ' οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως, τροφῇ διολλυμένης γίγνεσθαι; 3) habet vim comparationis, et redditur lat. *quam*. Vt Xenoph. Cyrop. III, 2, 17 Ἄλλου του, Ἢ τούτου γε ἕνεκα, εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε; *Aliam ob causam, quam ob hanc, pacem nunc petitis?* Aristoph. Acharn. 1077 Στρατηγοὶ πλείονες Ἢ βελτίονες. At vero saepenumero comparativus, aut particula comparationis omittitur, veluti ἄλλο, μᾶλλον etc. V. c. Theogn. 145 Βούλεο (sc. μᾶλλον) δ' εὐσεβέων ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν, Ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασάμενος. Aristoph. Vesp. 1262 Πεινῇ γὰρ (scil. μᾶλλον) ἥπερ Ἀντιφῶν. Macc. II, 14, 42 Εὐγενῶς θέλων (hic quoque intellige μᾶλλον) ἀποθανεῖν, ἤπερ τοῖς ἀλιτηρίοις ὑποχείριος γενέσθαι. It. Luc. XVIII, 14 Κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος (sc. μᾶλλον) εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. Particula μεῖζον deest Sirac. XXXIX, 11 Ἐὰν ἐμμείνῃ, ὄνομα (sc. μεῖζον) καταλείψει, ἢ χίλιοι. Conf. cap. XLI, 12. Atque μεῖζον abest Luc. XV, 7 Λέγω ὑμῖν, ὅτι οὕτω χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενήκονταεννέα δικαίοις. Sic ἄλλο videtur intelligendum esse Plat. Apolog. 27 τί δείσας (sc. ἄλλο) ἢ μὴ πάθω τοῦτο; Item Xenophont. Mem. IV, 3, 9 εἰ ἄρα τι ἐστὶ θεοῖς ἔργον (sc. ἄλλο), ἢ ἀνθρώπους θεραπεύειν. Plat. in Critone cap. 15 διαλεγόμενός τινας λόγους (sc. ἄλλους), ἢ οὕσπερ ἐνθάδε. 4) Interdum videtur idem valere, quod ἦπου, *nimirum*, *nempe*. Vt Plat. Criton. cap. 3 Τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα, Ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; *Quae turpior est opinio quam haec, nimirum opinari, divitias pluris esse faciendas, quam amicos?* 5) Sunt, qui putent, particulam ἢ interdum post Comparativum abundare. Sed falluntur. § 247. In loco enim Thucyd. VII, 77 ἤδη τινὲς καὶ ἐκ ΔΕΙΝΟΤΕΡΩΝ Ἢ ΤΟΙΩΝΔΕ ἐσώθησαν, genitivus τοιῶνδε non pendet a praecedente Comparativo, sed a praepositione ἐκ, a qua etiam genitivus δεινοτέρων regitur. Atque in locis Xenophont. Histor. Graec. II, 1, 6 μακρότερον ἢ χειρός, III, 2, 14 πλέον ἢ σταδίου, et IV, 6, 5 πλέον ἢ δώδεκα σταδίων, genitivus pendet ab intellecto nomine χρῆμα seu μῆκος seu διάστημα. In loco Plat. de Legg. X, pag. 81, edit. Bip. quem inprimis urget Abresch. Diluc. Thuc. Auctar. pag. 414, οὔσης ψυχῆς πρεσβυτέρας ἢ σώματος, genitivus σώματος regitur a praec. structura genitivorum absolutorum, pro ἐπειδὴ ψυχὴ ἐστὶ πρεσβυτέρα ἢ σῶμα. Ad compositas particulas ex ἢ pertinent 1) illae poeticae ἠμὲν, ἠδὲ seu ἰδὲ, quae in oratione bimembri sibi invicem respon-

ἦν, ἃ ἔλεγες; *Nonne, mi Hippia, eiusmodi erant quae dicebas?* respondet ille, ἔγωγε, id est, *plane istuc ipsum dicebam.*

Idem fit praemissa propositione, cui assensum impetrare volumus: ut ibid. *Δεινοὶ*, inquit, *ὡς ἔοικεν, εἰσὶ, κατὰ τὸν σοῦ λόγον, καὶ πολύτροποι· ἦ γάρ;* id est, *Versuti, ut videtur, illi sunt, atque, ut ex oratione tua colligo, vafri et versipelles; nonne?* †

dent. Significant autem a) *Vel, Vel:* ut Iliad. ί, 105 *οἷον ἐγὼ νοέω ἨΜΕΝ πάλαι, ἨΔ' ἔτι καὶ νῦν, Qualem ego meditor vel dudum, vel etiam nunc.* b) *Vtrum, an:* ut Iliad. έ, 128 *ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἨΜΕΝ θεὸν, ἨΔΕ καὶ ἄνδρα, Vt probe cognoscas, utrum sit deus, an homo.* [Fallitur cum Hoogeveno, unde hoc hausit. Dicit poeta, ut *sive deum sive hominem agnoscas. Herm.*] c) ἠδὲ significat *Et*, praecedente μὲν, aut τε, aut καί. Exempla pete ex Iliad. ή, 379. ί, 99. 100. μ', 61. έ, 822. 2) ἤπου, h. e. *vel fortassis.* Vt Plat. Phaedr. pag. 235 *Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δὲ ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἨΠΟΥ Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν.* 3) ἤτοι non differt a simplici ἤ, nisi quod particula τοι maiorem addit vim. Significat igitur a) *vel quidem, vel sane.* Vt Euripid. Orest. 1197 *Ἁ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο διὰ προδόμων ἄφαντος (ὦ Ζεῦ, καὶ γᾶ, καὶ φῶς, καὶ νὺξ) ἤτοι φαρμάκοισιν, ἢ μάγων τέχναις, ἢ θεῶν κλοπαῖς.* b) *nimirum, nempe.* ut Iliad. έ, 724. 842. φ', 90. Odyss. δ', 77. V. 𝔖 248.

† Particula simplex ἤ, quae haud dubie contracta est ex Ionico ἔα vel ἦα, h. e. ἦν, in duplici sumitur sensu, *confirmandi* et *interrogandi.* Significat igitur 1) *ἀληθῶς, ὄντως*, uti recte explicat Hesychius. Vt Aristoph. in Pac. 990 *Ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολίτης γ' ἐστὶν ἅπασιν, ὅστις γ' ἐστὶ τοιοῦτος, Profecto civis is de omnibus bene meretur, qui talis est.* 2) *an revera.* Vt Plat. in Phaedr. pag. 262 *Ἦ οὖν οἷός τε ἔσται, ἀλήθειαν ἀγνοῶν ἑκάστου, τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα μικράν τε καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν; An vere igitur fieri potest, ut, qui veritatem singularum rerum ignorat, is eius rei, quam ignorat, similitudinem, sive parvam sive magnam, in aliis discernat?* De ἦ γὰρ vero tenenda sunt haec: 1) est *Profecto enim.* Exemplis, ubivis facile obviis, opus non est. 2) In interrogationibus ponitur illa formula a) in fine membri absolute, ubi commode redditur lat. *Nonne?* et Suidas explicat per οὐχ οὕτως; v. c. Plat. in Phaedr. pag. 263 *Τί δὴ οὖν οὗτος ἁμαρτάνει, καὶ ἄτεχνον ποιεῖ, λεκτέον· Ἦ ΓΑΡ; Iam vero quid hic peccet contra artem, dicendum est: nonne?* Ibid. p. 365 *Μανίαν γάρ τινα ἐφήσαμεν εἶναι τὸν ἔρωτα· ἦ γάρ; Diximus enim amorem esse furorem aliquem: nonne?* Quamquam γὰρ non reddi debet in tali constructione per *enim:* negandum tamen non est, vim caussae non amittere. Non enim quaereretur, nisi res esset certa, et fundamentum haberet in antegressa oratione. b) a principio orationis, ubi reddi potest *an vero? an ergo revera?* aut *quid enim?* quo inprimis Cicero utitur. Sic Orestes apud Euripid. in Orest.

VI. Tertio, ἦ γὰρ ἂν, significat etiam *alioqui.* [79] Chrysostomus II de Providentia: Ταῦτα μὲν οὐ φανερῶς προςέθηκε τὰ ῥήματα· ἦ γὰρ ἂν, ὑποπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον, *His quidem verbis palam et aperte non utebatur; alioqui suspectum eum, tanquam inimicum, habentes, protinus aufugissent.* [Non *alioqui*, sed *profecto.* Est enim ellipsis horum: *nisi ita esset. Herm.*]

VII. Ἦπου, circumflexa penultima, initio periodi significat primo, *utique*, *enimvero*, *hercle*, *nimirum;* idque fere sequentibus particulis ὅτι γε, id est, *quandoquidem.* Plato in Phaedone: Ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι, ὅτι γε μηδὲ ὑμᾶς δύναμαι πείθειν, id est, *Aegre enimvero,* vel *utique aliis id persuaderem, quando ne vobis quidem persuadere possum.*

VIII. Secundo, in media periodo, eodem sensu accipitur, praecedente εἰ, et sequente γε, idque fere post

736 de reditu Menelai: ὥςπερ οὐκ ἐλθὼν, ἔμοιγε ταυτὸν ἀπέδωκεν μολὼν, *Adventus eius perinde mihi profuit, ac si non venisset.* Respondet Pylades, ἦ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα; *Quid enim? venitne revera in has terras?* 3) Interdum indicat admirationem cum indignatione quadam coniunctam. Quod si est, reddi potest, *Itane vero!* e. g. Plat. in Gorg. p. 494. Callicli interroganti, οὐκ αἰσχύνῃ εἰς τοιαῦτα ἄγων τοὺς λόγους, ὦ Σώκρατες; respondet Socrates, ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε; ἢ ἐκεῖνος, ὃς ἂν φῇ ἀναίδην [immo ἀνέδην. *Herm.*] οὕτω, τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρωσιν, εὐδαίμονας εἶναι; *Itane ego huc deduco sermonem, vir bone? an ille potius, quicunque dixerit tam impudenter, eorum sortem esse felicissimam, qui gaudent, quacunque de causa gaudeant?* V.

Ἦ μὴν, *revera*, *omnino*, adhibetur in formulis iurandi, obtestandi et asseverandi, ad rem augendam et confirmandam, ut Xenophont. Cyrop. VIII, 3, 47 ὀμόσας εἶπεν, ἦ μὴν σπουδῇ λέγειν, *iuratus dixit, se profecto dicere serio.* Xenoph. Hist. Gr. III, 4, 6, ὤμοσεν, ἦ μὴν πράξειν ἀδόλως τὴν εἰρήνην, *iuravit, se re vera pacem servaturum esse sine fraude.* Z.

79 Tutius et simplicius videtur, si dicamus, tres has particulas suam retinere vim singulas, adeo ut ἦ affirmet, γὰρ causam reddat, et ἂν faciat ad sequentis verbi, in Indicativo positi, significationem, ita: *Certe*, vel, *procul dubio enim (si hoc fecisset) omnes eum aufugissent.* [Nam in iis locis, ubi talis formula occurrit, inquit Hoogev. in Partt., intelligi debet conditio aliqua. E. g. Iliad. α', 232 Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις· ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρείδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο. Hic recte Eustathius hanc ellipsin statuit, εἰ μὴ οὐτιδανοῖσιν ἤνασσες. Conf. Iliad. β' 242. Caeterum, dummodo vis harum particularum recte intelligatur, latine reddi potest per *alioquin.* Z.]

aliam particulam. Demosthen. in Aristocratem: *Εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἤδη κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται, ἤπου περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος, μήτε κατεγνωσμένου, πάνδεινον γράφειν*, id est, *Si de homicidis iam damnatis usque adeo cautum est, profecto longe indignissimum fuerit, hoc de illo sancire, qui neque convictus, neque condemnatus fuerit.*

IX. Tertio, eodem loco reddi potest, *multo magis*, dum ait: *Εἰ τῶν ἀψύχων οὐδέν ἐσθ' ὅσιον ἐὰν ἄκριτον· ἤπου, τὸν ἄνθρωπόν γε ὄντα, ἀνόσιον καὶ δεινὸν, ἄνευ λόγου καὶ ψήφου ποιεῖν ἔκδοτον*, id est, *Si nefas est inanimatum quidpiam legitimo iudicio spoliare, multo sane magis impium ac sceleratum fuerit, hominem indicta causa atque indemnatum dedere.*

X. Quarto, eodem aliquando sensu, absque particula *γε*, respondet praecedenti *ὅπου*, quod *si*, vel *quandoquidem* significat. Isocrates de Pace: *Ὅπου γὰρ οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἤπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν κατασχεῖν*, id est, *Si urbes aedificare potuerunt, multo magis, si modo voluerimus, loca eiusmodi plurima tenere poterimus.*

XI. Quinto, in media quoque periodo, vel solum vel additis particulis *γε*, et *καὶ*, contrarium significat, id est, *multo minus*, vel *nedum*, *σχολῇ γε*. Plutarchus in Politicis praeceptis: *Οὐδὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως· ἤπου τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον*, *Ne horum quidem perfunctorie suscipienda cura est: multo minus quae ad vitam pertinent negligenda.* Vbi particula *οὐδὲ* verti debet, *ne quidem*, quemadmodum et alibi saepe. Dicere autem poterat, *ἤπού γε καὶ τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον.*

XII. Id etiam fit, praecedente *ὅπου*. Plutarch. ibid. *Ὅπου*, inquit, *τἀνδρὶ τἆλλα θαυμασίῳ, μικρὸν οὕτω φιλανθρώπευμα παραλειφθὲν, ὑπεροψίας ἤνεγκε δόξαν, ἤπου κολούων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος, ἐπιεικὴς ἂν φανείη*, id est, *Si viro, alias plane singulari, omissum tam exiguum humanitatis officium arrogantiae suspicionem attulit, multo sane minus, qui collegae dignitatem infringat, vir bonus ac civilis habeatur.*[80] Vbi alterutrum *ἂν* abundat, de quo infra.

80 Plutarchi locus est p. 816, sed ibi putaverim, vel interrogative legendum: *An ille vir bonus habeatur?* vel Ironice: *Is, credo,*

XIII. Aliquando vero τῷ ἤπου additur σχολῇ γε, tuncque vel σχολῇ abundat, vel ἤπου affirmat, significatque *profecto*. Sic supra dici posset, ἤπου σχολῇ γε κολούων.

XIV. At ἠπού, acuta penultima, significat, εἴτε, id est, *sive*, quemadmodum ἤτοι, et aliquando tantum ἤ, *quam*. Exempla passim obvia.[81]

[Particula temporis ἤδη, *iam*, constructa 1) cum tempore praesente significat *actionem maturatam*. Vt Demosth. Phil. IV *Οὐ μόνον ἤδη πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε, Non modo* iam *adest, sed et dudum praeteriit.* Matth. III, 10

vix bonus profecto haberi possit! Non enim possum adduci, ut credam, τὸ ἤπου per se *multo minus* significare posse, praecedente sententia affirmativa, cum neutra particula ἤ aut που, ex quibus constat, negativum quid habeat. Sed hac de re fusius agam, volente Deo, in peculiari de Particulis Linguae Graecae libro. Vid. Devar. pag. 98, edit. Rom. Neque alterum ἂν abundat, sed prius participio iunctum, tollit ei praesentem actum, quem reducit ad voluntatem: *Qui collegae dignitatem infregerit* (non *infringit*), vel, *infringere voluerit.* Posterius reducit actum ad potentiam, estque δυνητικόν. H.

Propria vis particulae compositae ἤπου est 1) *Profecto ni fallor: Recte fortassis: Mirum ni.* Nam certitudo, quae inest in ἤ, minuitur adiecta particula που. Vt Xenoph. Cyrop. II, 2, 13 ἤπου ἄν, ὦ Ἀγλαϊτάδα, εἴ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν, σφόδρα ἂν ἡμῖν ἐμέμφου, *Mirum ni, Aglaitada, si te ad fletum commovere conati essemus, nos vehementer reprehendisses.* 2) *Multo magis*, in argumentatione a minori ad maius, sed praemissa sententia aiente. Vide locum Isocratis a Vigero ad §. 10. laudatum. 3) At praecedente negatione, reddi debet *multo minus*, propterea quod ἤπου praemissam negationem stabilit. Vid. Viger. §. 11. 4) In interrogatione significat *An forte*. Vt Euripid. in Orest. 435 *Τίς δ' ἄλλος; ἤπου τῶν ἀπ' Αἰγίσθου φίλων; Quis est alius? an forte aliquis ex Aegisthi amicis?* It. Lucian. Tom. I, Dial. Mort. pag. 443 *Τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; Τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα γέρων ἀφιγμένος; ἤπου βασιλεὺς ἦσθα;* Z.

81 Notandam hic censui singularem adverbii καλῶς cum genitivo constructionem: qua occasione reddendum est, *in opportuno loco.* Thucydid. lib. I, cap. 36 *Τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, Sita enim est (Corcyra) in loco opportuno traiicientibus in Italiam et Siciliam.* Aliquando genitivus per praepositionem ἐν, sequente tertio casu, resolvitur, ut eodem libro cap. 44, in fine, de eadem insula: *Ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἘΝ ΠΑΡΆΠΛΩι κεῖσθαι, Simul etiam in Italiam et Siciliam ad traiiciendum loco opportuno haec insula sita esse videbatur illis.* Quod Thucydideum plane loquendi genus esse, ad hunc locum testatur Hudson.

Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. 2) cum praeterito significat *rem paratam peractamque sine termino.* Vt Matth. XIV, 15 Ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν. Iliad. α', 251 Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίατο. 3) Est nonnunquam termini signum, a quo quid incipit esse. Aristoph. Acharn. 538 Κἀντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων, *Ex illo tempore iam*, h. e. *statim*, *fragor clypeorum est auditus.* Conf. Matth. V, 28 Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. 4) Designat quoque tempus remotissimum: ut Iliad. α', 261 Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν, ἀνδράσιν ὡμίλησα. 5) Cum futuro notat rem a praesenti non longe remotam. Vt Odyss. α', 303 Αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη, *Caeterum ego ad navem* iamiam *descendam.* Conf. Iliad. λ', 760. Igitur eadem particula interdum ad tempus remotius exprimendum habet adiunctam particulam ποτὲ, sed νῦν ad propius tempus significandum. Z.]

S E C T I O   V I I I.

De Adverbiis μᾶλλον *et* μάλιστα.

R E G V L A   I.

Μᾶλλον, ut plurimum adiunctam habet coniunctionem δὲ [82], nec tamen verti debet, *potius vero*, sed Latina phrasi, *seu potius*, *vel potius:* quod nunquam Graece dicitur, ἢ μᾶλλον.

82 Quoties scilicet potior sententia sequitur, tuncque ἐπανορθωτικὴν vim habet, et saepius redditur *imo vero:* ut Ἦν παῖς, μᾶλλον δε μειρακίσκος ἁπαλὸς, *Erat puer, imo vero tener adolescentulus.* Quo sensu non raro sequentem habet particulam καὶ intendendi gratia. Demosthen. de Cor. pag. 321 Εἰ δὲ ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἐλευθερίαν, περιείλετο, ΜΑ͂ΛΛΟΝ ΔΕ΄ ΚΑΙ` τὰς πολιτείας, ὅσων ἠδύνατο, *Sin omnibus, quibuscunque poterat, dignitatem, principatum, libertatem, quin etiam respublicas ademit.* At praecedente potiore sententia, abest δὲ, additurque saepe particula τὶ, sequente in altero membro ἤ. Arrian. de Exp. Al. pag. 21, lin. 9 Καὶ ἡ Μήλου, καὶ Σκιώνης ἅλωσις, νησιωτικά τε πολίσματα ἦν, καὶ τοῖς δράσασιν αἰσχύνην ΜΑ͂ΛΛΟ΄Ν ΤΙ προςέβαλεν, Ἢ ἐς τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν μέγαν τὸν παράλογον παρέσχεν, *Et Meli et Sciones expugnatio, quae erant*

II. Idem adverbium iunctum cum ἀεὶ significat *magis atque magis*, vulgo, *de plus en plus*; ut, Προὐχώρει καθ' ἡμέραν ἀεὶ μᾶλλον, id est, *In dies magis magisque proficiebat*. Quo sensu τῷ ἀεὶ non raro additur enclitica τι.[83]

III. Iungitur interdum comparativo; ut apud Isaeum: Πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, *Longe promtius.*[84] Apud Isocrat.[85] Κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, id est, *Praestare mori*. Ita Tullius non semel ait, *potius malo*, cum *malo* satis esset.[86]

IV. Iungitur etiam eleganter cum genitivo παντὸς, ad exprimendum singularem aliquem excessum: vulgo diceremus, *plus que tout autre*: ut, παντὸς μᾶλλον παρὰ τοῦτο ἡ νίκη μεθ' ἡμῶν γένοιτ' ἄν, id est, *Hoc modo facilius, quam alio quolibet, victoriam consequi poterimus*. †

insularia oppidala, expugnatoribus dedecus potius attulerunt, quam universam Graeciam in magnam admirationem rapuerunt. Pro μᾶλλον δὲ utuntur etiam ἄλλως δὲ, natura quidem imbecilliori, sed eiusdem usus vocabulo. Ita Plutarch. in Caes. pag. 717, in fine: *Καὶ ταύτην λαβὼν αἰτίαν πρὸς αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ, ἌΛΛΩΣ ΔΕ δόξης ἐφιέμενος, Arrepta hac adversus illos ansa Caesar, re autem vera, gloriae ardore ductus* etc. Vbi pro ἄλλως δὲ substitue μᾶλλον δὲ, et eundem habebis sensum.

83 Non multum abludit illud Horatii, Carm. secular. sub finem:

Remque Romanam, Latiumque felix,
Alterum in lustrum, MELIVSque SEMPER
Proroget aevum.

Et Tibull. lib. I, el. 8, in fine:

At tu, natalis, multos celebrande per annos,
CANDIDIOR SEMPER CANDIDIORque redi.

84 Simili modo utens contrario ἧττον Plato de poena dixit lib. IX, legg. pag. 854 *Ἢ γὰρ βελτίονα ἢ ΜΟΧΘΗΡΟΤΕΡΟΝ ἩΤΤΟΝ ἐξειργάσατο τὸν τὴν δίκην παρασχόντα, Reddit enim eum, qui patitur, vel meliorem vel minus pravum.*

85 In Helenae Laudat. pag. 417. Alia praeter haec duo exempla suppeditat Budaeus pag. 212. [In Archid. p. 265. bis. *Reizius.*]

86 Similiter quoque Corn. Nep. in Vit. Con. cap. ultimo: *Quod POTIVS patriae opes augeri, quam regis MALVIT.* H. Cf. Interpr. ad Iustin. III, 2, 7. Z.

† Formula παντὸς μᾶλλον, quae inprimis apud Platonem est frequens, et magnam affirmandi vim habet, reddi potest, *omnino, ut nihil supra* etc. Vt Plat. Crit. cap. 10 *ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥσπερ τότε ἡμῖν ἐλέγετο; an omnino res ita est, ut tum a nobis est demonstrata?* In Phaed. cap. 11, sub fin. Simmias, rogatus, *an res sibi secus videatur*, respondet, *Παντός γε μᾶλλον*, h. *Minime, sed plane mihi quoque ita videtur.* Ibid. cap. 17 *Ἔστι γάρ, ἔφη, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, παντὸς μᾶλλον οὕτω.* Ib. cap. 37 *οἴοιτο ἀποδεδεῖχθαι, ὅτι παντὸς ἄρα μᾶλλον ὅ γε ἄνθρωπος σῶς*

V. Postremo, saepe *μᾶλλον* subauditur in verbo *βούλομαι* [et Maccab. II, 14, 42, post verbum *θέλω*. Item post alia verba. V. c. Andocid. Or. de Mysteriis pag. 62, ed. Reisk. *τεθνᾶναι νομίζουσα λυσιτελεῖν* (sc. *μᾶλλον*), *ἢ ζῆν*. Z.] sequente tantum *ἤ*, id est, *quam*, cum tamen verbum illud cum ea particula verti debeat, *malo quam:* ut, *βούλομαί σε ἀπιέναι, ἢ παρόντα ῥαθυμεῖν*, id est, *abire te malo, quam praesentem otio languescere.* [87]

VI. De adverbio *μάλιστα* quatuor notanda sunt. Primo, saepe iungitur cum articulo neutro plurali *τὰ*, tumque significat *praesertim*, aut *maxima ex parte* [88]*:* ut, *ὁ στόλος τὰ μάλιστα διεφθάρη*, *Classis maxima ex parte consumta est.* Sic, *ὑπ' ἄλλων μὲν ἴσων, τὰ δὲ μάλιστα ὑπὸ ῥαθυμίας ἡμῖν ἔῤῥει τὰ πράγματα*, id est, *cum aliis plerisque de causis, tum inertia maxime res nostrae pessum eunt.*

VII. Secundo, idem fere est, quod *ἐπιεικῶς*, id est, *admodum*, vulgo, *bien jusques*; apud Atticos praesertim, ut apud Thucydidem, Xenophont. et alios. Sed tunc fere cum numeralibus iungitur. Thucyd. II *Ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις*, *Diebus admodum*, vel *omnibus quadraginta.* Quo sensu non raro adiunctas habet particulas *πη*, *τοι*, aut *πως*, aut *που*, encliticas. [V. Wesseling. ad Herodot. VIII. 65. pag. 647. *Herm.*]

VIII. Tertio, *μάλιστα μὲν*, sequentibus postea, *εἰ δὲ μή*, reddi potest, *principio*, vel *ante omnia.* Sic Terentius in Andria: *Te per amicitiam obsecro, principio ut ne ducas (uxorem* scilicet). Graece reddi potest, *μάλιστα μὲν οὐ* [immo *μή*. *Herm.*] *γῆμαι*. Sequitur, *sed si id non potest*, Graece tribus his voculis, *εἰ δὲ μή*, hoc est, *sin minus.* Ita ut per *μάλιστα μὲν*, signi-

ἐστιν. Ibid. cap. 56 *Παντὸς μᾶλλον ἄρα, ἔφη, ὦ Κέβης, ψυχὴ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον.* Z.

87 Eleganter etiam construitur cum Genitivo participii *δέον*, praemisso articulo: ut *Μᾶλλον τοῦ δέοντος*, *Plus aequo*, apud Plat. Gorg. p. 487. Postremo, *Μᾶλλόν τι*, significat, *Adhuc magis*; [Minime. *Herm.*] augente utcunque significationem vocula *τί*. Aeschin. Socr. Dial. de Virtute: *Ἐφυλάττομεν ἄν, ὥσπερ τὸ ἀργύριον, καὶ ΜΑ'ΛΛΟ'Ν ΤΙ*, *Servaremus ut argentum, vel adhuc magis*, i. e. *diligentius.* Vbi observa etiam coniunctionis *ἂν* cum imperfecto indicativi constructionem. Qua de re inferius dicetur Cap. VIII, Sect. 2, §. 4.

88 Adi regulam generalem, quam dedi supra p. 22. et 23. H.

Μάλιστα quoque, ad vim eius augendam, adiunctum habet genitivum non modo *πάντων*, sed etiam *παντός*. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I, pag. 173. Z.

ficetur id, quod omnino vellemus fieri, si quo modo fieri posset: tum per εἰ δὲ μὴ subiiciamus id, quod saltem eius vice fieri cupimus: vulgo, *au defaut de l'autre.* Ita plane accipiendus Platonis locus in Menexeno, ubi praeclaram illam ad liberos superstites defuncti parentes exhortationem habent: *Πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε· εἰ δὲ μὴ, ἴστε, ὡς ἡμῖν ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει*, id est, *Omni studio contendite, principio quidem uti superetis; sin minus, intelligite, hanc nobis victoriam probro futuram.*[89]

IX. Quarto, μάλιστα cum verbo φάσκω et similibus videtur significare παῤῥησίαν quandam: ut vulgo dicimus, *haut et clair.* Plutarchus in Alexandro de Clito indignante, quod Macedones in convivio deriderentur: *Ἠγανάκτει, μάλιστα φάσκων, οὐ καλῶς ἐν βαρβάροις ὑβρίζεσθαι Μακεδόνας·* ubi μάλιστα, cum sequente φάσκων, non cum praecedente ἠγανάκτει, iungit etiam Amiotus: *Disant tout haut, que c'étoit une grand' honte d'injurier les Macedoniens parmi les Barbares.* Ita Lucianus in Charonte: *Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς, ἐς τὴν ὑστεραίαν, Μάλιστα, ἥξω, ἔφη, Ad coenam, opinor, invitatus, magna voce, cras, inquit, veniam*, nisi quis μάλιστα iungat cum ἥξω, tunc autem significabit, *omnino, libentissime*; vulgo, *sans faute.* ℊ 249.

X. Quinto, praecedente, vel sequente ὁμοίως, cum dandi casu, reddi potest, *quam*, vel, *ut qui maxime.* Demosthen. de reditu suo: [1473, 11.] *Εὔνουν ἐμὲ εὑρήσετε τῷ πλήθει τοῖς μάλισθ' ὁμοίως*, id est, *Me iam populi studiosum reperietis, quam qui maxime.* Contra dici posset, τοῖς ἥκιστα ὁμοίως, vel ὁμοίως τοῖς ἥκιστα, *quam qui minime:* quod supra de Nomine Cap. III, Sect. 13, Reg. 4, dicebatur, ὡς οὐδὲν χρῆμα.[90]

89 Obscuram sententiam reddit loci mutilatio, quem adeo integrum hic addere non poenituerit. Verba sunt pag. 247, init. *Ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον, καὶ ὕστατον, καὶ διαπαντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως ΜΑ´ΛΙΣΤΑ ΜΕ`Ν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ· ΕΙ' ΔΕ` ΜΗ', ἴστε, ὡς ὑμῖν, ἂν μὲν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν*, i. e. *Quare et primum, et postremum, et semper omni studio contendite, principio quidem ut superetis et nos et maiores gloria; sin minus, intelligite, hanc nobis, si vos virtute vicerimus, victoriam pudori futuram; at, si vincimur, eo ipso, quod succumbimus, feliciores nos fore.*

90 Vicina huic significationi constructio est, ubi cum articulo

S E C T I O IX.

De Adverbiis μεταξὺ, μέχρι, [μὴν, μόνον οὐ, μῶν, ναὶ, νὴ, νῦν, οἴ, οἴμοι,] οἶγε, ὁμοῦ, [ὅμως.]

R E G V L A I.

Μεταξὺ cum participio eleganter coniungitur, eo in casu, quem sententia postulat; ut *inter*, apud Latinos, cum gerundiis in *dum*; ut, μεταξὺ περιπατῶν τῷ ἐχθρῷ ἐνέτυχεν, *inter ambulandum in hostem incidit*, quod dici posset, μεταξὺ περιπατοῦντι ἀπήντησεν ὁ ἐχθρὸς, *inter ambulandum ipsi hostis occurrit.*[91]

plurali praecedente praepositione ἐν iunctum superlativi vice fungitur. V. c. Ἐν τοῖς μάλιστα σοφός ἐστιν, *Si quis alius, sapiens est.* Pausanias in Achaicis, pag. 403 Τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα ἀρχαῖον, *Hoc templum inter caetera est vetustissimum.* [Male igitur Reiskius in verbis Xenoph. Memor. I, 1, 8 τὰ δὲ μέγιστα ΤΩ͂Ν ἐν τούτοις, illud τῶν delendum putavit. Nam eiusmodi formula admodum est frequens. Sic Aelian. V. H. I, 31 Νόμος οὗτος Περσικὸς ἘΝ ΤΟΙ͂Σ ΜΆΛΙΣΤΑ ὑπ' αὐτῶν φυλαττόμενος. Plat. in Critone cap. 14 καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναίων σὲ, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα. Et paulo post: λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὡμολογηκὼς τυγχάνω ταύτην τὴν ὁμολογίαν. Id. in Sympos. cap. 1 Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε. Aelian. V. H. II, 7 Νόμος οὗτος Θηβαϊκὸς ὀρθῶς ἅμα καὶ φιλανθρώπως κείμενος ἐν τοῖς μάλιστα etc. Z.] § 250.

91 Exemplum exhibet Aeschin. contra Ctesiph. pag. 306, lin. 28 Τίς ἂν εἴη τοιοῦτος ἰατρὸς, ὅστις τῷ νοσοῦντι μεταξὺ ἀσθενοῦντι μηδὲν συμβουλεύοι; *Quisnam esset talis medicus, qui aegroto, dum morbo laboret, nihil det consilii?* Et Lucian. Dial. Alexandri et Philippi: Οἶδα ταῦτα πάντα· Κλεῖτος γάρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας ΜΕΤΑΞΎ ΔΕΙΠΝΟΥ͂ΝΤΑ ἐφόνευσας, *Novi haec omnia: Clitus enim mihi renunciavit, quem tu inter coenandum spiculo traiectum trucidavisti.* Adde locum ex Isocr. in Euag. pag. 396 Πρὸς δὲ τοῦτον οὕτως ἐκ πολλοῦ περιδεῶς ἔσχεν, ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ, πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπεχείρησε, *Ab hoc vero sibi tam circumspecte cavit, ut inter accipiendum beneficia bellum contra eum moliretur.* [It. Demosth. pro Coron. pag. 284 εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες, *Cum repente consurrexissent inter coenandum.* Z.] Idem adverbium genitivo λόγων iunctum, praeterquam quod tritum est in significatione τοῦ *inter dicondum*, etiam Graeci usurpant, ubi Galli *à propos;* ubi scilicet absolute ponitur in non continuata sententia. Ita apud Lucianum in Cha-

II. Aliquando, sed rarius sumi videtur pro *μετὰ*, *cum*; ut apud Plutarch. in Theseo: *Καὶ μεταξὺ τοῦ δυνατοῦ σύνεσιν*[92] *ἔχοντες*, *Prudentiam cum potestate coniunctam habentes.* [Sign. quoque *postea*. Act. XIII, 42 *τὸ μεταξὺ σάββατον*, *Sabbatum sequens.* Loca alia vid. ap. Interprr. ad h. l. Z.] § 250. b.

III. De adverbio *μέχρι*, adverte sequentia. Primo *μέχρι*, vel *ἄχρι* ante consonantem, ut *μέχρις*, vel *ἄχρις* ante vocalem[93], cum interrogativo *τίνος*; vel *ποῦ*; significat *quousque*; ut, *μέχρι ποῦ* vel *τίνος τοῖς πράγμασιν ἀνειμένως χρησόμεθα; quousque tandem res regligenter curabimus*[94]? [*Μέχρις* non occurrit apud tragicos. Vide meam praefat. ad Eurip. Hecub. pag. LIV. *Herm.*]

IV. Secundo, *μέχρι πον*, et *ἄχρι πον*, sine interrogatione, cum infinitivo iungitur, significatque, *ut etiam*; ut, *μέχρι που καὶ ἐπιδακρῦσαι τἀνδρὶ προςέπαθεν*, *Tanta eum cepit hominis commiseratio, ut eius quoque malis illacrimaretur:* vulgo *jusques aux pleurs*, *jusques à en pleurer.*

V. Tertio, additur etiam *πρὸς*, quemadmodum Latini dicunt, *usque ad: μέχρι πρὸς τὰς οἰκουμένης ἐσχατιὰς διε-*

ronte cum Mercurio sermones caedens Charon de urbibus dirutis, videt interim duos exercitus manum conserentes, atque ait: *Ἀλλὰ ΜΕΤΑΞΥ ΛΟΓΩΝ, τίνες εἰσὶν οἱ πολεμοῦντες ἐκεῖνοι*; Gallice: *Mais à propos, qui sont, qui combattent là?* Similiter Mort. Dial. Tom. I, pag. 271, in fine: *Ἀλλὰ ΜΕΤΑΞΥ ΛΟΓΩΝ, οὐ κραυγή τις ἀκούεται ὥςπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων; Mais à propos, n'entends-je pas une voix comme un cri, qui se leve de la terre?* Et apud Plat. in Phaedr. pag. 230 *Ἀτὰρ, ὦ ἑταῖρε, μεταξὺ λόγων, ἆρ' οὐ τόδε ἦν τὸ δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς; Mais à propos, mon ami, est-ce cet arbre, auprès du quel vous m' avez conduit?*

92 Lege *τὸ συνετόν*. Locus est pag. 1. [Locus hic unus non sufficit ad novam verbi significationem probandam. Nam in aliis libris haec verba plane absunt a loco Plutarchi: in aliis pro *μεταξὺ* legitur *μετά*. Z.]

93 Sic usus voluit. Atticum tamen esse *ἄχρι* vel *μέχρι* affirmat Moeris: *Ἄχρι ἄνευ τοῦ σ, Ἀττικῶς· Ἄχρις, Ἑλληνικῶς.* In quibusdam Thucydidis codicibus *ἄχρι* et *μέχρι* invenias ante vocalem. Vt et in Act. Apost. I, 2. [Caeterum utramque particulam plane esse eiusdem significatus, dubitare non licet, si verum est, quod Eustathius ad Homer. pag. 1062, lin. 52 ait, alteram ab altera esse ortam: *Γίνεται*, inquit, *φασὶ, τὸ ἄχρις ἀπὸ τοῦ μέχρις, ἀποβολῇ τοῦ μῦ, καὶ τροπῇ τοῦ φωνήεντος.* Z.]

94 At cum indefinito *τινὸς* significat, *Aliquamdiu*. Herodian. lib. I, cap. 8 *Μέχρι μὲν οὖν τινὸς ἐπεῖχε τὸν νεανίσκον ἡ τοῦ πατρὸς μνήμη*, *Aliquamdiu cohibuit adolescentem patris memoria.*

φοίτησεν ἡ φήμη, *Ad ultimos usque orbis fines ea fama pervenit.*[95]

VI. Quarto, cum aliis adverbiis et particulis iungitur; ut, μέχρις ἐνταῦθα, *hactenus*, vel *huc usque*, μέχρι τοῦδε vel μέχρι δεῦρο, *huc usque*, *hactenus*, *eatenus*, cum de oratione vel disputatione aliquatenus progressa loquimur: μέχρι πόῤῥω, *longe*, vel *diu:* μέχρι τοῦ παρόντος, *in praesens usque tempus:* μέχρι σήμερον, *jusques à aujourd'huy:* μέχρις ἐχθὲς, *jusques à hier:* μέχρι πρώην, quod Latine vix exprimi potest, *jusque à avant-hier.* Synes. Ἀπενθὴς μέχρι πρώην διαγενόμενος, verbatim, *cum usque ad nudius tertius luctu caruisset.* [μέχρις ἵνα, *usquedum*, Callimach. in Dian. 28 πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας, μέχρις ἵνα ψαύσειε. Z.]

VII. Quinto, cum genitivis quibusdam: ut, μέχρι τοῦ λόγου, vel τοῦ λέγειν, *verbis tenus:* μέχρις ἡμῶν, *ad nos usque*, id est, *ad nostram usque aetatem:* μέχρις οὗ, *donec*, vel *quoad:* μέχρι τῆς ζωῆς, id est, διὰ βίου, *per totam vitam*; ut, μέχρι ζωῆς ἄρχων διετέλεσεν, *tota vita in magistratu fuit:* μέχρις εἴκοσι ἐτῶν, id est, *ab anno* 20 *et infra.* Demosthen. Olynth. III[96] Ἐψηφίσασθε, τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτὰς ἐμβαίνειν, *Decrevistis, ut qui essent intra quintum et quadragesimum annum, in naves conscenderent;* quo numero comprehendebantur, qui annum illum 45 attigerant, quique infra illum erant, modo aetate militari essent.[97]

95 Exemplum exhibet Arrian. de Exp. Al. cap. 6, prope finem: Ἐγένετο δὲ ἡ δίωξις τοῖς μὲν ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ΜΕΧΡΙ ΠΡΟΣ τὰ ὄρη τῶν Ταυλαντίων, *Fiebat persecutio iis, qui circa Alexandrum erant*, i. e. *Alexander cum suis eos persequebatur usque ad montes Taulantios.* Vbi τοῖς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον pro Ἀλεξάνδρῳ. vid. supra cap. 1, §. 5. Eodem modo dicitur ἄχρι πρὸς τὰ ὄρη. Sic Lucian. V. H. lib. I Κατεδιώξαμεν ἄχρι πρὸς τοὺς φωλεοὺς, *Persecuti sumus (eos) usque ad ipsorum latibula.*

96 Pag. 11, init.

97 Huc refer illud Herodiani lib. I, cap. 3, de Nerone, Ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου, *Qui progressus est eo impietatis, ut matrem occideret.* Simili modo apud Aelianum, lib. VII, c. 8, Alexander, cum in luctu Hephaestionis mortui capillos scidisset, dicitur μέχρι τῆς κόμης τῆς ἑαυτοῦ Ἑλληνικὰ δρᾶν, *usque ad suas comas Graecorum more fecisse*, id est, *quatenus comas radebat.* Huc facit illud Periclis: Μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος, *Vsque ad aram amicus.*

VIII. Sexto, apud Herodotum maxime, et alios Ionicos, μέχρις οὗ, simul iungitur cum alio gignendi casu; particula οὗ prorsus abundante, ut μέχρις οὗ τῶν διαλλαγῶν, id est, *usque ad gratiae reconciliationem.*[98]

98 Exemplum vid. lib. I, apud Herodot. *Καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων, Et huic turri alia superstructa est, atque alia item in hac, ad octavam usque turrim.* H. § 251.

Summa eorum, quae de usu particulae *μέχρις* seu *ἄχρις* sunt tenenda, fere huc redit. 1) Dicitur de termino, vel *temporis*, vel *loci*, vel *modi*, ad quem quid perdurare aut pertinere statuitur. E. g. Plat. in Sympos. pag. 220 *Μέχρις ἕως ἐγένετο, Donec aurora illucesceret. Ἄχρι τῆς θαλάσσης, Ad mare usque.* Epictet. cap. 46 *Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι χρείας τῆς ψυχῆς παραλαμβάνειν, Ea, quae ad corpus pertinent, eatenus sunt adhibenda, quatenus animo sunt usui,* s. *quatenus usum animi non excedunt.* Sic Thucyd. III, 82 *μέχρι τοῦ δικαίου, usque ad iustitiam,* s. *ne fines iustitiae excedantur,* s. *intra fines et modum iustitiae.* Sic illud Periclis est capiendum, *μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος,* h. e. *amicitia eatenus est sancte colenda, quatenus religio permittit, intra fines religionis, ne modus religionis excedatur.* 2) Adhibetur de duratione et tractu temporis, per quod aliquid durare dicitur. Sic recte Cel. Ernest. interpretatur illud Actor. Apost. *ἄχρι χρόνου ἀποκαταστάσεως πάντων,* de tempore omni, quod inter Christi ascensum in coelum et reditum eius in fine rerum humanarum interiectum est. Sic Lucian. in Iudic. Vocal. ab initio: *Μέχρι μὲν, ὦ φωνήεντα δικασταί, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουῒ τοῦ Ταῦ, καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς, καὶ καταίροντος, ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην, Quamdiu, o Vocales iudices, leviori affectus sum iniuria ab isto Tau, meis abutente, et auferente, unde non decet; non graviter tuli damnum.* Demosth. Philipp. III, pag. 118, ed. Reisk. *οὕτω δὲ κακῶς διακείμεθα, — ὥστε, ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδὲν οὔτε τῶν συμφερόντων, οὔτε τῶν δεόντων πρᾶξαι δυνάμεθα, In haec misera incidimus tempora, ut usque ad hunc diem non possimus ea perficere, quae vel utilitatis vel honestatis ratio a nobis exigat.* Sext. Empir. lib. II, 23 *ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὸν βίον ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διαστελλομένους ἀμφιβολίας, Iam per omnem vitam usque ipsos pueros videmus discernere ea, quae sunt ambigua.* Plutarch. in Poplicol. ab initio: *Μέχρι μὲν ἐπίδοξος ἦν ὁ δῆμος ἕνα χειροτονήσειν ἀντὶ τοῦ βασιλέως στρατηγὸν, Quamdiu putabatur populus unum regis loco creaturus ducem.* Xen. Memor. I, 2, 35 *ὁρίσατέ μοι, μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, Definite mihi, intra quot annos homines sint existimandi iuvenes.* Ibid. III, 5, 27 *μέχρι τῆς ἐλαφρᾶς ἡλικίας, durante aetate agili.* 3) Interdum significat exceptionem, *praeter.* Vt Thucyd. pag. 18, lin. 3, edit. Camer. *Τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων, Cum caeteri praeter nos iam servitute essent oppressi.* Verum facile hic significatus potest referri ad classem priorem, quam constituimus. Z.

[Particulae *μὴν* vis primaria est *βεβαιωτική*. Quare reddi potest *quidem*, *sane*, *revera* etc. Vt Plat. de Rep. lib. VI, pag. 485 postquam docuit, verum esse philosophum, qui omnem curam ponat in animo colendo, subdit, *σώφρων μὴν ὅγε τοιοῦτος, καὶ οὐδαμῇ φιλοχρήματος*. Euripid. in Orest. 1116, Orestes ait, *Καὶ μὴν τόδ' ἔρξας, δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι*. Respondet Pylades, *Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μήν*. 2) Sustinet vicem *τοῦ δὲ*, habetque adeo vim adversandi. Veluti Plat. in Sophist. cap. 1, ubi opponitur *τῷ μέν· Φθόνος μὲν γὰρ οὐδεὶς, οὐδὲ χαλεπὸν εἰπεῖν, ὅτι γε τρία ἡγοῦντο· καθ' ἕκαστον μὴν διορίσασθαι σαφῶς, τί ποτ' ἐστὶν, οὐ σμικρὸν οὐδὲ ῥάδιον ἔργον*. Ibid. *καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν*. Hic illud *μὴν* commode reddi potest per *tamen*. Thomas Magister contendit quidem, apud Poetas esse particulam otiosam, sed rem recte negat Hoogevenus.

Illud *μόνον οὐ*, et *μόνον οὐχὶ*, quod et a nonnullis coniunctim scribitur: *μονονοὺ*, et *μονονουχὶ*, plane idem valet, quod Lat. *tantum non*, h. e. *fere*, *paene*, *propemodum*. Vt Aristoph. in Vesp. 514 *Καταγελώμενος μὲν οὖν οὐκ ἐπαΐεις ὑπ' ἀνδρῶν, οὓς σὺ μονονοὺ προσκυνεῖς*, *Non sentis, te risui esse istis*, *quos tu* tantum non *adoras*. Demosthen. Olynth. I, ab init. *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς*, *Praesens igitur tempus* tantum non, *emissa voce*, *loquitur*.

Particula *μῶν* conflata esse videtur ex *μὴ* interrogativo, et *οὖν* seu Ionico *ὦν*, uti veteres tradunt Grammatici, § 252. aut, quod Hoogeveno verosimile videtur, ex verbo *μάω*, poet. *μώω*, sive *μώομαι*, h. e. *ζητῶ*. Caeterum est particula interrogandi, quae apud Atticos est in usu, auctore Moeride, qui ait, *Μῶν Ἀττικῶς, μὴ ἄρα Ἑλληνικῶς*. Igitur non modo interrogat, sed et simul colligit, reddique debet *Num igitur?* V. c. Aristoph. in Equit. 185 *Μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Num igitur es ex bonis et probis?* Saepe iunctim occurrit *μῶν μή*. Sunt, qui putent, reddi debere *nonne?* At vero haec opinio facile refellitur exemplis, quorum membrum prius, quod pendet a *μῶν μὴ*, nihil negationis continet propterea, quod membrum posterius habet negationem. V. c. Plat. de Rep. I, pag. 351 *Ἐὰν δὲ ἐν ἑνὶ ἐγγένηται ἀδικία, μῶν μὴ ἀπολεῖ τὴν αὑτῆς δύναμιν, ἢ οὐδὲν ἧττον ἕξει; Μηδὲν ἧττον ἐχέτω, ἔφη*. Quapropter vel cum

Devario statuendum est, utramque particulam ἐκ παραλλήλου dici, adeo ut μῶν et μὴ simpliciter interroget, vel amplectenda est Hoogeveni coniectura, qui, cum coniiciat μῶν ortum esse ex μάω, interpretatur μῶν μὴ, *Quaero ergo, utrum.* Itaque loci Platonici sensus est hic: *Vtrum* (seu, *Quaero igitur, utrum*) *iniustitia, si in uno fuerit, vim suam amittit, an nihilominus retinet! Nihilominus, inquit, retineto.* Huc pertinet quoque Plat. in Phaed. cap. 35 *Τί; ἔφη, ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λέγεσθαι; πολλὰς γὰρ δὴ ἔτι ἔχει ὑποψίας καὶ ἀντιλαβάς, Quid? inquit, an igitur dictis aliquid deesse existimatis? Nam utique restant multa, quae quis suspicari obiicereque possit.* Eadem vis quoque subiecta est particulis μῶν μήτι, h. e. *numquid igitur.* Vt Plat. de Rep. VI, pag. 505 *Τί δέ; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ὁριζόμενοι, μῶν μήτι ἐλάττονος πλάνης ἔμπλεοι τῶν ἑτέρων; ἢ οὔ; Quid vero? qui voluptatem definiunt esse bonum, numquid ergo* (seu, *rogo utrum*) *in minore versantur errore, quam alii? nec ne?* Sed μῶν οὐ adhibetur de interrogatione negante. V. c. Aristoph. in Plut. 372 *Μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας; Num non* (seu *Quid ergo? non*) *furatus es, sed rapuisti?* Plat. Ep. III, pag. 316 *Ἐν οἷς τί χρῆν ποιεῖν ἐμέ; Μῶν οὐχ, ὅπερ ἐποίουν; In his quid me facere oportuit? Nonne, quod feci?*

Particula ναὶ affirmat, et stabilit sententiam aut alterius sive dubitantis, sive rogantis, sive aliquid statuentis: aut nostram confirmat. Igitur 1) ad interrogationem affirmandam adhibetur: ut Plat. de Rep. V, pag. 449 *Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναί, ἦδ' ὅς, Num bene* [Immo *rectene. Herm.*] *dixi, Adimante? Recte, inquit.* Item rem negatam interrogatione propositam affirmat. Sic roganti apud Plat. de Rep. II, pag. 381 *Ψυχὴν δ' αὐτὴν ἀνδρειοτάτην καὶ φρονιμωτάτην ἥκιστ' ἄν τι ἔξωθεν πάθος ταράξειέ τε καὶ ἀλλοιώσειε;* respondetur *Ναί*, h. e. *Sic est, ut dicis*, seu, *Nequaquam potest.* 2) Sine interrogatione sententiam alterius confirmat. Vt Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 281 *Ἐπειδὰν τοίνυν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς λέγωσιν, ὡς προσγέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ἐξεῖναι στεφανοῦν, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβαλεῖν· ναί, Cum igitur, ut vos decipiant, dicunt, legi esse adscriptum, coronari licere, si populus sciverit; mementote illis respondere: Ita est.* Aut nostra confirmamus verba. Callim. in

Cerer. 64 *Ναὶ, ναὶ, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ᾧ ἐνὶ δαῖτας ποιήσεις· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι*, *Sane, sane strue domum, canis*, etc. 3) In obtestationibus. Ep. ad Philem. vs. 20 *Ναὶ, ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ*. It. Apocal. in fine: *ναὶ ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ*, *Veni obsecro, Domine Iesu*. 4) Eustathius ad Homer. pag. 92 et 1450, et Devarius contendunt, *ναὶ* quoque habere vim iurandi. At vero recte rem negat Hoogevenus, qui ait, *ναὶ* iunctum particulis iurantibus *μὰ* et *πρὸς*, non nisi vim confirmandi habere. V. c. Plat. in Euthyphr. cap. 5 *Ναὶ μὰ Δία*, idem valet, quod cap. antecedente *δὴ πρὸς Διός*. Iliad. *ά*, 235 *Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον*, *Nae per hocce sceptrum*. Xenoph. Cyrop. III, 1, 27 *ναὶ μὰ Δία*. Aristoph. Nub. 781 *ναὶ πρὸς τῶν θεῶν*. Igitur illud *ναὶ* additur formulis iurandi in sensu aiente. Hinc ubi per formulam iurandi aliquid tollitur et negatur, loco *ναὶ* adhibetur *οὐ*. Vt Iliad. *ά*, 86 *οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα*. Quo loco Scholiastes inepte contendit, illud *οὐ* abundare. Obstat locus Aristoph. in Pac. 213 *Ναὶ τὼ σιώ*, *Per Dioscuros*. Verum Hoogevenus non male coniicit, legendum esse *Νὴ τὼ σιώ*, propterea quod paulo post in simili re occurrat *Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν· νὴ Δία, οὐχὶ πειστέον*. Aut, si quis nolit ad corrigendi audaciam confugere, statuendum, post *νὴ* intelligi debere *μὰ*, quemadmodum post *ὡς* saepe intelligendum est *πρὸς* aut *ἐπί*. 5) In *ἀνθυποφοραῖς*, ubi adhibetur *ναὶ ἀλλὰ*, habet *ναὶ* vim concedentis, sed *ἀλλὰ* vim obiicientis. V. c. Demosthen. pro Cor. pag. 310, ubi formatur obiectio ex Cephali dicto: *Ναὶ, φησίν· ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν· τὸ μηδεμίαν γραφὴν φεύγειν*. Hic *ναὶ* concedit superiora, Demosthenem nempe recte dixisse, se semper a iudicibus esse absolutum. Verum *ἀλλὰ* format obiectionem, honestum esse secundum illud Cephali, nunquam fuisse reum. 6) Ad maiorem vim consentiendi aut confirmandi exprimendam interdum coniunctim occurrit *ναὶ δὴ*, ut Iliad. *ά*, 286, atque *ναὶ μὴν*, quod Hesychius interpretatur *ὄντως δή*. E. g. Oppian. Halieut. lib. III, vs. 482.

Particula *νὴ* quamquam ex *ναὶ* nata esse videtur, non tamen eiusdem usus. Nam *νὴ* nunquam sive casu invenitur, nec unquam comitem habet particulam iurandi *μά*. Igitur *νὴ τὸν Δία* idem valere videtur, quod *μὰ τὸν Δία*. [Non: hoc enim idem quod *οὐ μὰ τὸν Δία*. *Herm.*] aut *ναὶ μὰ τὸν Δία*, atque adhibetur in iurando ad aliquid con-

firmandum, concedendum et assentiendum. V. c. Aristoph. in Acharn. 751. Megarensis, rogatus quid agant Megarenses, respondet, *Διαπεινᾶμες ἀεὶ ποττὸ πῦρ*, *Esurimus semper ad ignem*. Tum alter: *Ἀλλ' ἡδύ τοι, νὴ τὸν Δία, ἢν αὐλὸς παρῇ*. Demosth. Phil. III. *Ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον, ὅ, νὴ Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω, δέδοικα ἔγωγε μὴ πάθητε καὶ ὑμεῖς*. Aristaenet. ep. XI, ancilla, rogata, laudentne mulieres formam amatoris, respondet: *Νὴ τὴν Ἄρτεμιν, ἐγὼ πολλῶν ἀκήκοα γυναικῶν αὐτήκοος* etc. Demosthen. Philipp. II *Τί δὴ ταῦτα νῦν λέγω, καὶ καλεῖν φημι δεῖν τούτους; Ἐγὼ, νὴ τοὺς θεοὺς, ἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι* etc. 2) Videtur ironice adhiberi apud Demosthen. de Cherson. fere ab initio: *Πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι, νὴ Δία, ἕως ἂν ἀπέχηται τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Πειραιῶς ὁ Φίλιππος, οὔτ' ἀδικεῖ τὴν πόλιν, οὔτε ποιεῖ τὸν πόλεμον*, *Nisi hoc dicunt, si Diis placet, quamdiu abstineat ab Attica* etc.

Particula *νὺ* et *νὺν* est poetica tantum, et duo habere videtur significatus; primum *temporis individui*: ut Iliad. ψ', 48 *Δεῦρό νυν*, *Age nunc iam*. Ibid. ε', 311 *Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀνδρῶν Αἰνείας, εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη*, *Iam iam perierat Aeneas, nisi* etc. Deinde *argumentationis*: ut Iliad. ά, 383 *Ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος· οἱ δέ νυ λαοὶ θνῆσκον ἐπασσύτεροι*, *Perlatum est ad Argivos grave telum*: quare *militum vis magna peribat*. Eurip. in Hecub. 996 *Σῶσόν νυν αὐτόν*, *Serva* igitur *ipsum*.

Particula *νῦν* quamquam non modo cum Praesente, sed etiam cum Praeterito et Futuro iungitur, recteque ait Eustathius ad Iliad. β', pag. 164 *ὅτι τὸ νῦν κατὰ τοὺς παλαιοὺς τοὺς τρεῖς χρόνους δηλοῖ, τὸν ἐνεστῶτα, τὸν παρῳχημένον, καὶ τὸν μέλλοντα·* tamen nunquam, uti verissime contendit Hoogevenus, plane amittit praesentis aut certe exigui temporis notionem. Quod si enim Praeterito iungitur, nunquam significat tempus dudum elapsum; nec cum Futuro constructum, tempus longius protractum. Igitur cum Praesente iunctum significat *Iam*, *nunc*. Exemplis res sat nota et minime dubia non eget. Cum Praeterito sign. *modo, paulo ante*, *ἀρτίως*. Vt Plat. in Phaedr. pag. 259 *Οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προὐθέμεθα σκέψασθαι — σκεπτέον*, *Igitur*, *quod*

modo *contemplandum nobis sumebamus*, — *contemplandum est.* In hoc sensu Plato solet coniungere νῦν δὴ, germ. *eben alleweile.* Vt in Phaed. cap. 16 ὧν νῦν δὴ ἔλεγον. Ibid. cap. 19. 22. etc. [Eurip. Heracl. 235. *Herm.*] Cum Futuro si iunctum occurrit, interpretare *statim*, *nunc.* Vt Plat. Phaed. cap. 4 ὕστατον δή σε προςεροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι. Conf. Iliad. ἑ, 279. Io. Euang. XII, 31, Sed νυνὶ, quae est Atticorum particula, a νῦν nil differt, nisi quod tantum cum Praesente construitur; uti auctor est Eustathius ad Homer. pag. 1840. Secundo νῦν habet usum adhortandi, et ita iungitur Imperativis: ut Aristoph. in Vesp. 30 λέγε νῦν, *dic nunc.* Eurip. Orest. 1101 πιθοῦ νῦν, *ausculta quaeso.* Arist. in Pac. 851 Ἄγε νῦν, ἴωμεν etc.

Νῦν δὲ solet adhiberi in oppositionibus, quando praecedit a) πρὶν, τότε, aut alia particula tempus praeteritum significans: ut Eurip. Orest. 1096 Ὅς, πρὶν μὲν ὑμᾶς δυςτυχεῖν, φίλος παρῆν, νῦν δ' οὐκέτ' εἰμὶ δυςτυχοῦντί σοι φίλος; b) Tempus futurum: ut Plat. Euthyphr. cap. 7 ταῦτα μέν μοι εἰςαῦθις ἐπὶ σχολῆς διηγήσῃ· νυνὶ δὲ, ὅπερ ἄρτι σε ἠρόμην, πειρῶ σαφέστερον εἰπεῖν. c) εἰ μέν· ut Eurip. Orest. 1134 Εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν ξίφος μεθεῖμεν, δυςκλεὴς ἂν ἦν φόνος· νῦν δ' ὑπὲρ ἁπάσης Ἑλλάδος δώσει δίκην. Sed saepe illud μὲν omittitur: ut Aristoph. in Vesp. 710 Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι· τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προςέταξεν ἑκάστῃ· δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις .... νῦν δ' ὥςπερ ἐλαιολόγοι χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι. Conf. Xenoph. Cyrop. III, 3 εἰ γὰρ —— νῦν δ', ἔφη etc. Thucyd. IV, cap. 104. Ioann. XV, 24. VIII, 40. IX, 41. XVIII, 36. 1 Corinth. XII, 18. XV, 19.

Dolentis adverbium οἳ iungitur fere Nominativo: ut οἲ ἐγὼ, Eurip. Orest. 1018 et 1347. Raro cum Accusativo: ut οἲ ἐμὲ δειλήν! *hei miserae mihi!* quod exemplum laudat Stephanus ex Epigrammate.

Ex οἳ et Dativo μοὶ conflatur novum dolentis adverbium οἴμοι, unde factum est verbum οἰμώζειν, h. e. οἴμοι λέγειν. Occurrit autem 1) absolute, sine adiecto casu, quem regat. Vt Arist. in Vesp. 845 Οἴμοι, διατρίψεις, κἀπολεῖς τριψημερῶν, *Hei mihi! obteres et terendo tempus occides.* Eurip. in Belleroph. apud Suidam: Οἴμοι! τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πε-

πόνθαμεν, Οἴμοι! τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν. 2) Cum casu recto: v. c. Arist. in Vesp. 1145, *οἴμοι δείλαιος! ὡς θερμόν ἡ μιαρά τί μου κατήρυγεν! Hei misero mihi! quam fervidum scelesta in me eructavit!* Id. in Plut. 851, 881 et 931. 3) Sequitur quidem interdum Genitivus; is vero pendet ab omisso *ἕνεκα*. Vt ibid. 398 *οἴμοι τῶν κακῶν*, h. e. *ἕνεκα τῶν κακῶν! Me miserum ob mala!* Lucian. in Piscat. T. I, pag. 573, et in Catapl. pag. 642 *Οἴμοι τῶν κτημάτων! Οἴμοι τῶν ἀγρῶν!* 4) Invenitur *ᾤμοι*, seu potius *ὤ μοι*. Euripid. in Phoeniss. 1545 *ὤ μοι ἐμῶν παθέων!* Apoll. Rhod. I, 290 *ὤ μοι ἐμῆς ἄτης!* 5) Geminatur *μοι*. Ibid. 1465 *Ἀ δ' ἴαχεν, ἴαχεν, ὤ μοί μοι!* 6) Apud Aristoph. Nub. 771, idem est adverbium laetantis: id quod est rarissimum: *οἴμ' ὡς ἥδομαι! ὅτι πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη.* Sed recte iudicat Hoogevenus, hoc loco comice expressum esse ingenium senis negligenter et incondite loquentis, inprimis ob repentinum gaudium. Simile est illud Terentii Adel. IV, 1, 6 *Hunc diem* MISERE *nimis cupio, ut coepi, perpetuum laetitiam degere.* Z.]

IX. *Οἶγε*, interdum cum verbo *βλέπω*, aut alio simili verbatim est, *quo quidem respicio*, vel *specto:* sicque apud Atticos impeditam efficit orationem, et significationem habet ab sequenti aliqua voce pendentem. Aristides in Panathenaico[99]: *Οὐ μὴν ἀλλ' οἶγε βλέπων, τὸ δίκαιον ἐποιούμην, καὶ περὶ ἧς εἶχον ἐν νῷ τροφῆς εἰπεῖν.* Quo loco Interpres, *Iam*, inquit, *eius alimenti, de quo, cum eo tenderem, et in animo habebam dicere.* Quis hoc intelligit, *cum eo tenderem?* Deinde *τὸ δίκαιον ἐποιούμην* omittit. Forte ita reddi possit: *Iam vero illius alimenti, quo, dum in illud intuerer, huius orationis aequitatem maxime niti arbitrabar; de quo etiam mihi propterea dicendum esse statuebam.* Qua in oratione *οἶγε* pendentem significationem habet ex sequente voce, *τροφῆς*. § 252. b.

X. *Ὁμοῦ*, pro *simul:* aliquando tamen *circiter* aut *fere* significat: ut apud Dionys. Halicarnass.[1] *Ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, Anni circiter quingenti.* Quo sensu dicitur etiam *ὁμοῦ τι*. Apud eundem[2]: *Ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων·* quod

99 Non longe ab initio.

1 Lib. Antiq. Rom. III, p. 163, lin. 39.

2 Lib. VIII, pag. 530, lin. 18. [It. Demosth. adv. Aristogit. pag. 785 *εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι οἱ πάντες Ἀθηναῖοι.* Z.]

Thucydides, aliique Attici, per adverbium *ἐγγὺς* efferre solent.

[Hoogevenus existimat, *ὅμως* proprie esse idem quod *ὁμοίως*, *Similiter*, *simul*. Laudat Lucian. Dial. Menel. et Prot. *Καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης*, *ὍΜΩΣ οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως*. At vero locus non est evidens. Nam cur non reddi potest ita? *Etiamsi in leonem conversus fueris, nec tamen hoc fidem excedet.* Luculentior est locus 1 Cor. XIV, 7. Sic contra pro *ὅμως* est *ὁμοίως* in Tab. Ceb. pag. 220 *οὐδὲν γὰρ κωλύει, εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὉΜΟΙ'ΩΣ δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι.* Deinde habet vim adversandi, et significat *tamen*, atque fere respondet particulis *καίτοι, καίπερ, εἰ καὶ, ὡς* etc. in priori membro. Quae vero saepe omittuntur, veluti a) in oratione *μονοκώλῳ*· e. g. Lucian. adv. Indoct. T. III, pag. 115 *εἰς τὰ μηδέν σοι χρήσιμα, ὅμως ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀναλίσκεις*, *In ea, quae tibi plane nil prosunt, tamen ex nimia abundantia aliquid impendis.* b) Praecedente Participio: Thucyd. VI, 50 *Λάμαχος μὲν ταῦτα εἰπὼν, ὍΜΩΣ προςέθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ.* Cf. Xen. Mem. II, 1, 15. c) Quando sequitur *ἀλλ' ὅμως*· ut Plat. in Euthyphr. cap. 16 *Καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ, ὦ φίλε· ἈΛΛ' ὍΜΩΣ τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ῥᾳδίως ἂν εἴποις, ὅτι νίκην ἐν τῷ πολέμῳ ἀπεργάζονται, ἢ οὔ;* Tum pergit Socrates: *Πολλά γε, οἶμαι, καὶ καλὰ καὶ οἱ γεωργοί· ἈΛΛ' ὍΜΩΣ τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστι τῆς ἀπεργασίας ἡ ἐκ τῆς γῆς τροφή.* Ellipsin statuit Hoogeven. esse hanc: *Ἀλλ', εἰ καὶ πολλὰ καὶ καλὰ οἱ στρατηγοὶ ἀπεργάζονται, ὅμως* etc. Et, *Ἀλλὰ κἂν πολλὰ καὶ καλὰ οἱ γεωργοὶ, ὅμως* etc. Idem in Phaedr. pag. 240 *Ἡ χρόνων ἰσότης, ἐπὶ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα, δι' ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται· ἈΛΛ' ὍΜΩΣ κόρον γε καὶ τούτων συνουσία ἔχει.* h. e. *Ἀλλὰ κἂν φιλίαν παρέχηται, ὅμως* etc. Idem de Rep. pag. 365 *Οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν εὐπετὲς φήσομεν τῶν μεγάλων· ἈΛΛ' ὍΜΩΣ, εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτέον.* Hic post *ἀλλὰ* intelligit idem ex antecedentibus, *καίτοι οὐδὲν τῶν μεγάλων ἐστὶν εὐπετές.* d) Eadem ellipsis est ante *ὅμως δέ*. V. c. Cebet. Tab. pag. 219 *Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι· ὍΜΩΣ ΔΕ' οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν.* e) Similiter ante *ὅμως δ' οὖν*. Vt Plat. Ep. III *Ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα χαίρειν ἐάσας ἦλθον.* Plenam hic orationem putat idem hanc: *Τούτων δὲ καίπερ οὕτως ἐχόντων, ὅμως ταῦτα χαίρειν εἴων· ἦλθον οὖν.* f) Sic

quoque ante ὅμως μέντοι, quod inprimis ab principio periodi solet poni, et commode reddi potest *Veruntamen*. Vt Demosthen. adv. Nausimach. pag. 991 Ὅμως μέντοι, ὦ Ξενοπείθη καὶ Ναυσίμαχε, εἰ μεγάλα ὑμῖν καὶ θαυμαστὰ εἶναι τὰ δίκαια ταῦθ' ὑπολαμβάνετε, ἀποδόντες τὰ τρία τάλαντα περαίνετε. Z.] [Eurip. Or. 679. κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι, καὶ γυνή περ οὖσ' ὅμως. *Herm.*]

SECTIO X.

De Adverbiis ὅπη, ὅπου, ὅπως, [ὁπόταν, ὅταν, ὅτε] οὕτω, ῥᾳδίως, [ὄφρα, πάλιν, πὲρ, πρὶν, ῥα.]

REGVLA I.

Ὅπη, cum verbo παρείκοι, in tertia persona optativi, vel etiam subiunctivi, et particula ἄν, significat proprie, *quocunque*, vel *loco*, vel *tempore*, vel *modo liceat:* ut ὅπη ἂν παρείκοι, [immo hic παρείκῃ, quia non est de re praeterita. *Herm.*] ἅψομαι τοῦ πράγματος, *ut primum licebit*, vel, *quomodocunque licebit, rem aggrediar;* ubi παρείκοι est impersonale, quemadmodum per sese etiam apud Atticos, sine particula ὅπη, tuncque significat, *promtum, facile, integrum est.* Plato Legum V [3] Βουλόμενον ἡδέως ζῇν, οὐκέτι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῇν, id est, *Qui suaviter et iucunde vivere volet, ei non tam facile*, aut, *integrum erit, sua sponte intemperanter vivere.* Eodem modo usurpatur ἐγχωρεῖν, de quo Cap. V, Sect. 14, Reg. 11.

II. Eodem fere sensu, ὅπη δοκοῖ, a Thucydide, et aliis Atticis usurpatur, id est, *ubi commodum visum est:* ut, Ὅπη δοκοῖ, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς, εἰςέβαλον εἰς τὸ στράτευμα τῶν Θρᾳκῶν[4], id est, *Vbi commodum visum est*, vel, *Qua parte commodum visum est, pauci licet adversus multos, in Thracum aciem impetum fecerunt.*

III. Ὅπη οὖν, vel ὅπη ἄν, duabus vocibus, vel ὁπηδηοῦν, ὁπηδήποτε, et ὁπηδηποτοῦν, unico verbo, id est, *quoquo*

3 Pag. 734.
4 Verba Thucydidis, lib. II, cap. 100. H.

modo, vel *quomodocunque;* ut, *Πειράσομαι ὅπη οὖν τὸ ἄχθος ἀποσείσασθαι*, *Conabor id oneris quoquo pacto excutere* †.

IV. *Ὅπου*, praeter significationem *ubi*, et eam, quae paulo ante* in *ἧπου* allata est, aliquando reddi debet *quo usque*, sine interrogatione, vel *eo usque dum*. Plutarchus

† De vi ac potestate particulae *ὅπη* ita statuendum esse mihi videtur. Haud dubie est dativus, et debet scribi *ὅπῃ*, adeo ut intelligatur *ὁδῷ*. Etenim saepe infertur ad *ταύτῃ* (sc. *ὁδῷ*), quod modo praecedit, modo sequitur. V. g. Plat. in Phaedr. pag. 246 *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω*, *Iam vero haec quidem, quatenus Deo placet, hactenus habenda sunt et dicenda*. Id. in de Rep. II *Ὅπῃ ἂν ὁ λόγος, ὥςπερ πνεῦμα, φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον*, *Quacunque via sermo nos, ut ventus, fert, hac eundum est*. Id. Epist. ad Dionys. pag. 315 *Σὺ δ' ἀναγνοὺς αὐτά, ὅπῃ βούλει δέξασθαι, ταύτῃ δέχου*, *Quae si tu legeris, ut accipienda censueris, ita accipe*. Id. Epist. VII, pag. 359 *Πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ Δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα, ὅπῃπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς*. Ex hac ellipsi, quam statuimus, intelligitur, proprie esse adverbium *loci*, nec adeo *temporis*, uti Vigero videtur, et reddendum esse 1) *qua, qua via, ubi, qua parte:* v. c. Plat. in Phaed. cap. 61 *οὗ καὶ οἱ ῥύακες ἀποσπάσματα ἀναφυσῶσι, ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς*, *Cuius* (Phlegethontis) *rivi decerptas particulas terrestres emittunt, quacunque parte terrae sunt*. Conf. Iliad. ξ', 507. 2) Significat *quo, quem in locum*. § 252. c. Nam etiam alia adverbia, quae proprie quietem in loco significant, interdum de motu in locum dicuntur. Sic Odyss. ξ', 517 *Πέμψει δ' ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει*. Cebet. Tab. cap. 6 *ὥςπερ ὁρᾷς καὶ τοὺς πρότερον εἰςπορευομένους, ὡς περιάγοντας, ὅπῃ ἂν αὗται δεικνύωσιν*, *Quemadmodum vides prius ingressos oberrare, quo illae monstrant*. Plat. Phaedr. pag. 3, *τοῦτ' ἤδη, ὅπῃ ἀποβήσεται, ἄδηλον*, *hoc iam quorsum evasurum sit, incertum*. 3) Significat quoque *Qua ratione*. Nam *via* saepe ponitur pro *ratione s. modo*, quo quis ad rem pervenire possit: ut Plat. Phaed. cap. 35 *μαθεῖν, ὅπῃ ἔχει*, *Discere, quae sit ratio rerum*. Ibid. cap. 36 *λέγε, ὅπῃ δὴ οὐχ ἱκανῶς*, sc. *φαίνεται εἰρῆσθαι*, *Dic, qua ratione res non satis demonstrata esse videatur*. Caeterum minus subtiliter interpretari videntur, qui *ὅπῃ* per *ὅπως* explicandum esse censent. Etenim in *ὅπῃ* inest notio *rei*, quae est eligenda, ut quid perficias: verum *ὅπως* continet *modum*, quo illa res electa debeat tractari et adhiberi, ut pervenias, quo tendis. *Quare utraque particula saepenumero coniungitur. V. c. Plat. in Phaed. cap. 49 *ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία, εἴτε κοινωνία, εἴτε ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως προςγενομένη*, *Quacunque via et quocunque modo insit*, seu, *conveniat*. Plutarch. de Anim. procr. pag. 1023 *Ὅπῃ καὶ ὅπως συμβαίνει καταγινόμενα πρὸς ἕκαστον εἶναι*. Aelian. V. H. I, 38 *Νῦν σε, ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἔχω, τιμῶ*, h. e. *Iam, ut te honorem, offero id, quod habeo* (*ὅπῃ*), *et eo modo, quo possum* (*ὅπως*). Z.

in Publicola[5], ubi loquitur de arboribus, et aliis quae ex agro Tarquinio in Tiberim proiecta fuerant: Ὑπήγαγεν ὁ ῥοῦς, οὐ πολὺν τόπον, ἀλλ' ὅπου τὰ πρῶτα συνενεχθέντα, καὶ περιπεσόντα τοῖς στερεοῖς ὑπέστη, id est, *Fluxus amnis haud procul detulit; sed eo tantum usque, dum primi manipuli vadis illisi, et incurrentes subsisterent.* Hic enim ὑπάγειν, est *secundo amne deferre:* συμφέρεσθαι vero, et περιπεσεῖν, *incursare, rencontrer:* τὰ στερεὰ denique, quod vulgo dicimus, *terre ferme* †.

5 Pag. 100, in fine. Sed non video, quomodo hic usus sit diversus a significatione τοῦ *ubi*, a qua tamen separat diserte Auctor. Imo maneat eadem notio, dummodo admittatur ellipsis post ἀλλὰ, atque integra oratio sic restituatur: *Οὐ πολὺν τόπον, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον, ὅπου, Sed in illum usque locum, ubi* etc. Caeterum τὸ ὅπου motum ad locum significare posse, non negabit, qui legerit Euangel. Ioann. cap. VIII, 21, et cap. XIV, 4 *Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, Quo ego vado.* H. § 252. d.

† Descriptio adverbii loci ὅπου haec est. 1) Significat *ubi:* ut Matth. VI, 21 *Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν.* Xenoph. Cyrop. II, 4, 31 *ἢν δ' ἐρωτᾷ, ὅπου εἰμὶ, λέγε τἀληθῆ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις.* 2) *Quo, quem in locum:* vid. loca Io. quae ante laudavit Hoogevenus. 3) In argumentationibus est *cum, quandoquidem:* ut Lucian. in Timon. pag. 103 *ὅπου γε, καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρου, καθεύδεις, Cum, tanquam vi mandragorae correptus, dormias.* Id. adv. Indoct. Tom. III, pag. 116 *Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τοῦτο ἔπαθες ἀνόητος καὶ ἀπαίδευτος ἄνθρωπος, καὶ προὔεις ἐξυπτιάζων καὶ μιμούμενος βάδισμα, καὶ σχῆμα, καὶ βλέμμα ἐκείνου, ᾧ σεαυτὸν εἰκάζειν ἔχαιρες, ὍΠΟΥ καὶ Πύῤῥον, φασὶ, τὸν Ἠπειρώτην, τὰ ἄλλα θαυμαστὸν ἄνδρα, οὕτως ὑπὸ κολάκων ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ ποτὲ διαφθαρῆναι, ὡς πιστεύειν, ὅτι ὅμοιος ἦν Ἀλεξάνδρῳ.* Ibid. pag. 111 *Καὶ τί σοι τὸν Ὀρφέα, ἢ τὸν Νέανθον λέγω, ὍΠΟΥ καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετό τις, καὶ ἔτι ἐστὶν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τοῦ Στωϊκοῦ, κεραμεοῦν ὄντα, τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο;* Xenoph. Cyrop. VIII, 4, 31 *Ἦπου αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν, Mirum ni ipse multa habet, cum et cuique nostrum tot sit largitus.* 4) *Ὅπου μὲν, ὅπου δὲ* est *illic, hic: partim, partim:* seu, *in aliis locis, in aliis.* Velut, Plutarch. de Anim. Pocr. pag. 1027 *ἂν οὖν ἀπὸ τῆς μονάδος ἀρξάμενοι, τοὺς διπλασίους καὶ τριπλασίους ἐν μέρει τιθῶμεν, γενήσονται κατὰ τὸ ἑξῆς, ὍΠΟΥ ΜΕ`Ν* (*illic*, sc. *ὅπου μὲν διπλασίους τίθεμεν*) *τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τέταρτον, καὶ ὄγδοον· ὍΠΟΥ ΔΕ`* (*hic*) *τρίτον, καὶ ἔννατον, καὶ εἰκοστοέβδομον.* Id. in lib. de Def. Orac. *Λιμνῶν τε γὰρ γεγόνασι καὶ ποταμῶν, ἔτι δὲ πλείονες ναμάτων θερμῶν, ὍΠΟΥ μὲν ἐκλείψεις καὶ φθοραὶ παντάπασιν, ὍΠΟΥ ΔΕ` οἷον ἀποδράσεις καὶ καταδύσεις, Nam lacus, fluvii, et maxime thermae, quibusdam in locis defecerunt et omnino evanuerunt; in aliis quasi subterfugerunt et delituerunt.* Id. in Camill. cap. 6. extr. *Ἀλλὰ τοῖς*

V. Ὅπως, primo, interdum, licet rarius, pro πῶς interrogante sumitur, ac fere respondendo ei, qui per illud πῶς interrogaverat, ut si quaerenti, *πῶς ἂν αὐτὸν προςείποιμι; quomodo eum appellem?* respondeas, *ὅπως;* vel *ὅπως ἄν; quomodo?* quasi dicas, *quaerisne quomodo*[6]?

Secundo, praecedente οὐχ, licet aliquando nativam significationem retineat, saepius tamen significat, *non solum*, vel *non solum non*, § 253. vel *ne dum*. *Non solum*, ut, *Οὐχ ὅπως τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκάκωσεν, Non tantum hostes fugavit, sed etiam eorum regionem vastavit.* Demosthenes in Midiam[7]: *Οὐχ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι,* id est, *Non modo cuiusquam per eos dies corpus non violandum putavistis* ††.

Non solum non. Demosthen. pro Coron.[8] *Οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σεαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύῃ, Non modo nullam iis gratiam habes, sed etiam mercede corruptus, rempublicam horum in perniciem geris.*

τοιούτοις καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα, καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν, ἐπισφαλές ἐστι, διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν αὐτῆς, ἀλλ' ἐκφερομένην ὍΠΟΥ ΜῈΝ (partim) εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τύφον, ὍΠΟΥ Δ' (partim) εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ περιφρόνησιν. [Interdum ὅπου δὲ non sequitur. Diod. Sic. III, 34. Pro eo ibi legitur περὶ δὲ τὰς ἐσχατιὰς κ. τ. λ. Schaefer.] 5) Ὁπουοῦν est ubicunque, *quolibet loco.* V. c. Plat. in Cratyl. pag. 403 *Δεσμὸς ζώῳ ὁτῳοῦν, ὥςτε μένειν ὉΠΟΥΟΥ̃Ν, πότερος ἰσχυρότερός ἐστιν, ἀνάγκη ἢ ἐπιθυμία;* Z.

6 Ita Aristophanes in Thesmoph. vs. 210

ΑΓ. Κάκιον ἀπολοίμην ἂν ἢ σύ.
ΕΥ. Πῶς; ΑΓ. Ὅπως;
AG. Peius perirem quam tu.
EV. Quomodo? AG. Quomodo?

Idem observa in *τί;* et *ὅ, τι; ποῦ;* et *ὅπου;* et similibus. Neque hoc adeo rarum, sed tritissimum est in responsionibus. [Immo necessarium? *Herm.*]

7 Pag. 386, in fine. Vbi particulae interiectione voculae *γὰρ* interrumpuntur, *οὐ γὰρ ὅπως.* v. Bud. pag. 479. H.

†† *Οὐχ ὅπως* pro *οὐ μόνον* Demosthen. Philipp. IV, pag. 142 *καὶ προςήκει τούτους οὐχ ὅπως, ὧν ἡ πόλις δίδωσιν, ἀφελέσθαι τι· ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων, ἄλλοθεν σκοπεῖν, ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδεεῖς περιοφθήσονται, Atque aequum erat, hoc non solum partem aliquam eorum, quae civitas largiri solet, sibi sumere: verum etiam si nihil illorum esset, aliunde videre, ne egeni negligerentur.* Deinde *οὐχ ὅπως* ponitur pro *οὐ μόνον οὐ.* V. c. Lys. adv. Nicom. pag. 862 *Ἀλλ' οὐχ ὅπως ὑμῖν τῶν αὐτοῦ τι ἐπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέρων πολλὰ ὑφῄρηται, Sed non solum non quicquam de suo vobis dedit, sed et de vestris multa abstulit.* Z.

8 Pag. 331, in fine.

Nedum, Lucianus Prometh. Οὐδὲ μνημονεύσειν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν, id est, *Eorum ne recordaturum quidem amplius Iovem putabam, nedum adeo graviter indignaturum*. [Sophocles Electr. 796. πεπαύμεθ' ἡμεῖς, οὐχ ὅπως σὲ παύσομεν. *Herm.*]

VI. Tertio, ὅπως, seu *praecipiendo* [9], seu *vetando*, saepe usurpatur ἐλλειπτικῶς, idque ut plurimum praecedente ἀλλά, vel καί, vel sequente γε, δή, δέ, ἄρα, τοίνυν, ἄν, et similibus: tunc autem construitur vel cum futuro indicativi, vel cum subiunctivo, vel cum optativo. Plato I de Republ. Καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς, *Ac vide ne mihi dixeris.* Demosthenes de Falsa Legat. Καὶ ὅπως γε, ἄν τι τούτων γίγνηται, τούτους ἐπαινέσεσθε, καὶ μέν τοι, κἄν τι τῶν ἐναντίων, ὅπως τούτοις ὀργιεῖσθε, *At videte, ut, si quid istorum fiat, hos laudetis; sin contrarium quid, ut iis irascamini.* [10] Ἀτὰρ eodem modo usurpatur. Ita Gallice, *qu'on ne fasse pas cela*, ἀλλ' [11] ὅπως μὴ τοῦτο διαπράττοιτ' ἄν. †

9 De hoc huius particulae usu consulendus omnino Devarius.

10 Vnum, quod notandum putavi, addam: nempe, Graecos hac particula usos eo loco, ubi Latini *Prout*. Eleganter ita construitur cum Genitivo et Verbo ἔχω apud Aristidem, Orat. in Romam, pag. 352 Οὐδὲ μέχρι τούτων τῶν ὅρων ἐκεῖνός γε κυρίως ἀεὶ βασιλεὺς, ἀλλ' ΟΠΩΣ ἢ Ἀθηναῖοι δυνάμεως, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἔχοιεν τύχης, νῦν μὲν ἕως Ἰώνων καὶ Αἰολέων καὶ θαλάττης βασιλεύς· πάλιν δὲ οὐκέτι Ἰώνων, οὐδὲ ἕως θαλάττης, ἀλλ' ἄχρι Λυδῶν, *Neque semper hactenus ille constanter imperavit, sed modo usque ad Ionas et Aeolos et mare, modo ne ad Ionas quidem, neque ad mare, sed ad Lydos usque, prout vel Atheniensium potentia vel Lacedaemoniorum felicitas accreverat.*

11 Aut lege ἀτὰρ ὅπως, aut haec verba, *Ἀτὰρ eodem modo usurpatur*, in regulae clausula ponenda: caeteroquin exemplum est ἀναποδοτικόν. H.

† Tironum gratia paulo diligentius, ex nostris Hoogevenique observationibus, de usu particulae ὅπως praecipiendum videtur. 1) Significat *quomodo*, *quemadmodum*, *prout:* duciturque a πῶς, ut vim relativam accipiat, eodem modo, quo ὁπότε a πότε, ὁπόθεν a πόθεν, et ὅπου a ποῦ. Igitur saepe respondet particulis οὕτως, aut τρόπον, sive positis, sive intellectis. V. c. Lys. adv. Alcib. I, pag. 520 εὖ εἰδότας, ὅτι, ΟΠΩΣ ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε, ΟΥΤΩ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡ πόλις αὐτοῖς χρήσεται. Plat. in Phaedr. pag. 228 νῦν ἤδη ποιεῖν ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν, οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν. Ibid. pag. 236 ῥητέον σοὶ παντὸς μᾶλλον οὕτως, ὅπως οἷός τε εἶ. Lucian. in Lapith. Tom. III, pag. 434 ὅπως ἔχω πρὸς δεῖπνα, ὁ παρεληλυθώς μου βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο. Caeterum in hoc sensu iungitur a) *Indicativo:* ut Lys. adv. Agorat. pag. 469 ὅπως αὐτῷ ἐδόκει. Id. adv. Alcib. I,

[Particula temporis ὁπόταν, *si quando*, *quandocunque*, *quoties*, conflata est ex ὁπότε et ἄν. Quare nunquam In-

sub fin. θαυμάζουσιν, ὅπως ποθ' οὕτως ἀκριβῶς ἐδυνήθην ἐξευρεῖν τὰ τούτων ἁμαρτήματα. b) *Optativo*, haud dubie ob intellectam particulam ἄν. § 254. V. c. Lys. adv. Phil. pag. 881 οὗτος τοίνυν οὐχ ὅπως ὠφελῆσαι τὴν πόλιν διενοήθη, ἀλλ' ὅπως τι κερδαίνοι. Xenoph. Cyrop. I, 4, 14 ὅπως ἕκαστος τὰ κράτιστα δύναιτο, *ut quisque optime possit.* Etenim saepe in hoc sensu illud ἄν adiungitur: ut Demosth. de Fals. Legat. pag. 345, ed. Reisk. εἰ πάνυ πολὺν, ἔφη, χρόνον ἐσκόπει Φιλοκράτης, ὅπως ἂν ἄριστα ἐναντιωθείη τῇ εἰρήνῃ, οὐκ ἂν etc. c) *Coniunctivo:* § 254. ut Plat. in Euthyphr. cap. 12 Ἀλλ' οὐκ ἔχω ἔγωγε, ὅπως εἴπω ὃ νοῶ. Qui modus pendet nimirum ab omissa particula ἄν, quae frequenter addi solet. V. c. ibid. cap. 13 αὐτός σοι ξυμπροθυμήσομαι δεῖξαι, ὅπως ἂν με διδάξῃς περὶ τοῦ ὁσίου. Ibid. in Euthyd. pag. 288 ἑξῆς πειράσομαι, ὅπως ἂν δύνωμαι, διελθεῖν. 2) Significat *quo*, h. e. *ut eo*, *ut hoc modo*, ἵνα οὕτως. Atque hoc sensu a) inprimis iungitur *Indicativi Futuro*, § 254. praesertim si praecesserit verbum *curam studiumque* significans. V. c. Xenoph. Oec. IV, 9 ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἧττον ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἡ γῆ ἐνεργὸς ἔσται ὑπὸ τῶν κατοικούντων, ἢ ὅπως εὖ φυλάξεται ὑπὸ τῶν φρουρούντων; Id. Memor. III, 2, 1 ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὅπως σῶαί τε ἔσονται αἱ ὄϊες etc. Plat. Apol. cap. 17 χρημάτων μὲν οὐκ αἰσχύνῃ ἐπιμελόμενος, ὅπως σοι ἔσται ὡς πλεῖστα, etc. Xen. Oec. VII, 12 βουλευσόμεθα περὶ τῶν τέκνων, ὅπως ὅ τι βέλτιστα παιδεύσομεν αὐτά. Id. Cyrop. II, 1, 15 νῦν δὲ, ὅπως μὲν ταῦτα ἕξετε, ἐμοὶ μελήσει. Lys. adv. Eratosth. pag. 413 ἔπειτα βουλεύεσθε, ὅπως μήτ' ἀγαθὸν μηδὲν ψηφίσεσθε, πολλῶν τε ἐνδεεῖς ἔσεσθε. Ibid. pag. 416 ἐδεδοίκει, ὅπως τι μὴ φανήσεται ἐν τῷ λόγῳ τοῖς τριάκοντα ἐναντιούμενος. Id. adv. Ergocl. pag. 821 ἕτοιμοί εἰσιν πάντες πράττειν, ὅπως ὑμεῖς ἐν τοῖς δεινοτάτοις κινδύνοις καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἔσεσθε. Conf. Plat. de Rep. IV, pag. 421. Eurip. Med. 322. Xenoph. Cyrop. II, 2, ab initio. Thucyd. III, 4, extr. Sequitur quidem Xenoph. Cyrop. II, 1, 29, post ἐπιμέλεσθαι, ὅπως cum opt. praesentis: sed causa haud dubie est, quod, uti supra docuimus, verbum ἰέναι apud Atticos in Futuro non est receptum. Locus est: Ἐπεμέλετο δὲ καὶ τοῦδε ὁ Κῦρος, ὅπως μήποτε ἀνίδρωτοι γενόμενοι ἐπὶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ δεῖπνον εἰσίοιεν. Igitur h. l. Optativus pendet a μήποτε. [Minime. *Herm.*] b) Iungitur, sed admodum raro, *Imperfecto*, § 254. ubi Hoogev. particulam ἄν intelligi vult. V. c. Aristoph. in Pac. 135 Οὐκοῦν ἐχρῆν σε Πηγάσου ζεῦξαι πτερὸν, ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος. c) *Optativo*, intellecta quoque particula ἄν. V. c. Iliad. φ', 548 πὰρ δέ οἱ αὐτὸς ἔστη, ὅπως θανάτοιο βαρείας χεῖρας ἀλάλκοι. Aristoph. Acharn. 756 Ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπραττον τῇ πόλει, ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα. Aesch. Socr. Dial. III, 1 ἐδόκει οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπαντᾶν αὐτοῖς, ὅπως ῥᾷστα ὁμοῦ γενοίμεθα. Conf. Sophocl. Electr. 760. Plat. de Anim. Mund. pag. 99. d) *Coniunctivo.* § 254. Vt Lucian. in Lapith. pag. 437 ταῦτά σοι

dicativo iungitur, nisi in Futuro. Construitur autem 1) *Optativo.* § 256. Vt Plat. Sympos. cap. 35 Ὁπόταν γοῦν ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεθέμην, ὅπως μάθῃς, οἷον ἄνδρα παραλιπὼν, Δίφιλον ἑστιᾷς. Xenoph. Oec. VI, 11 ὅπως, ἃ μὲν ἀγαθά ἐστι, ποιῶμεν. Plat. Phaed. cap. 23 ὅπως μὴ ἅμα ἀποθνήσκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδάννυται ἡ ψυχὴ, καὶ αὐτῇ τοῦ εἶναι τοῦτο τέλος ᾖ. Conf. Xenoph. Cyrop. II, 1, 2. Matth. II, 8, 23. V, 45. XXII, 15. XXVI, 59. 2 Thess. I, 12. e) *Infinitivo.* quod est rarissimum. Sic est Xenoph. Oecon. VII, 29 δεῖ ἡμᾶς πειρᾶσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστα τὰ προσήκοντα διαπράττεσθαι. Cf. Xenoph. Hist. Gr. VI, 2, 20. Diod. Sic. Tom. II, pag. 467 et 408, et Wesseling. ad h. l. Videtur autem Infinitivus pendere ab ellipsi verbi alicuius, v. c. ἔξεστι, s. δυνατὸν, s. alius. 3) Saepe ante ὅπως, in utroque sensu, intelligi debet ὅρα, φρόντιζε, aut ἄγε. Sic Lys. Apolog. pag. 24 Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται, h. e. *Videndum est, ne quis haec exaudiat.* Aristoph. Plut. 326 ὅπως δέ μοι καὶ τἄλλα συμπαραστάται ἔσεσθε, *Videte, ut et in reliquis mihi adsitis.* Id. in Vesp. 1217 τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς, *Vide, ut scolia rite accipias.* Conf. id. in Pac. 1017, 76. Ἄγε diserte additur Arist. Nub. 489 Ἄγε νῦν, ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει. Conf. id. in Equit. 1008, et Acharn. 252. Quoniam igitur ὅπως in his quoque exemplis ad verbum refertur, quod curam studiumque significat, recte cum Futuro coniungitur, uti ante monuimus. Raro igitur cum Coniunctivo in tali ellipsi occurrit: uti est Aristoph. Nub. 1179 Νῦν οὖν ὅπως σώσῃς μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας. § 255. b. 4) Recte refellit Hoogev. opinionem eorum, qui putant, interdum ὅπως interrogative poni pro πῶς. Nam non potest deponere vim relativam, sed, ubi videtur rogare, intelligi debet verbum aliquod rogandi. V. c. Aristoph. in Nub. 677 Πῶς με χρὴ καλεῖν; Socr. Ὅπως; τὴν καρδόπην. Hic supple ἐρωτᾷς, ὅπως; Id. in Vesp. 48 roganti πῶς; alter respondet ὅπως; ἄνθρωπος ἦν etc. Conf. in Thesm. 210. 5) Raro ὅπως videtur poni pro ὡς, sive ὅτι, in usu διηγηματικῷ· v. c. Iliad. β', 252 Οὐδέ τί πω σάφα ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. Aristoph. in Pac. 131 Ἄπιστον εἶπας μῦθον, ὦ πάτερ, πάτερ, ὅπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς. Xenoph. Cyrop. III, 3, 20 Ἀλλ' ὅπως μὲν ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ' ὑπονοεῖτε. [In his exemplis ὅπως est *quomodo.* *Herm.*] 6) Sunt, qui putent, ὅπως quoque iungi superlativis pro ὡς, aut ὅτι. V. c. Arist. in Pac. 206 Αὐτοὶ δ' ἀνῳκίσανθ' ὅπως ἀνωτάτω. Sed recte Hoogev. contendit, genuinam vim non amittere, sed ellipsin esse, et plenam orationem esse hanc: ἀνῳκίσαντο οὕτως, ὅπως οἱ ἀνωτάτω ἀνοικίζονται. Haec ratio confirmari videtur mihi illo Latino, *ut qui maxime, ut nihil supra* etc. 7) Videtur poni quoque pro οὕτως. § 255. E. g. Eurip. Hecub. 398 Ὁποῖα κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἕξομαι, *Vt hedera querevi, ita ego huic adhaerebo.* Id. in Troad. 148 αἰάζωμεν· μάτηρ δ' ὡς τις πτηνοῖς κλαγγὰν ὄρνισιν, ὅπως ἐξάρξω 'γὼ μολπάν. 8) Ponitur pro ἐπειδὴ, *postquam.* Vt Eurip. in Phoeniss. 1155 Ἠχῆς δ'

ἀναγκασθείημεν, ἀπολειφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. *Quotiescunque igitur cogebamur, penuria laborantes, uti sane in castris fieri solet, abstinere a cibo; aliorum patientia cum huius non comparari poterat.* 2) Inprimis cum *Coniunctivo.* V. c. Xenoph. Cyrop. III, 2, 7 μισθοῦ στρατεύονται, ὁπόταν τις αὐτῶν δέηται. Plat. in Phaedr. pag. 250 Ὁπόταν τὶ τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν, ἐκπλήττονται. 3) Cum *Futuro Indicativi.* § 257. Vt Iliad. φ', 341 Μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος, ἀλλ' ὁπόταν δὴ φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἀκάματον πῦρ.

Eiusdem fere significationis est particula ὅταν, ex ὅτε et ἂν composita. Quare et Poetae pro ὅταν solent adhibere ὅτε κεν. vid. Iliad. ι', 498. Caeterum iungitur fere Coniunctivo, et significat a) *Si quando, quoties.* Vt Plat. Sympos. Cap. 11 ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικὰ, etc. Ibid. cap. 13 ὅταν δὲ ὁ μετὰ τῆς ὕβρεως Ἔρως ἐγκρατέστερος περὶ τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥρας γένηται. Ibid. cap. 21 ἀλλ' ὅταν τὶς λέγῃ, ὅτι etc. Cum Indicativo, § 256. b. quod est rarissimum, occurrit Cebet. Tab. pag. 229 οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. [Cum optativo: § 256. *Herm.*] b) Pro *quamdiu* ponitur Io. Euang. IX, 5 Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμὶ τοῦ κόσμου. c) Significat, sed perraro, causam, *Quandoquidem, quia.* V. c. Aristot. de Mundo Cap. 4 μάλιστα ὅταν τὸ μὲν τάχιστον ᾖ τῶν ὄντων. d) Dicitur simpliciter de tempore, et respondet τότε. Vt Plat. in Sophist. pag. 240 Ὅταν περὶ τὸ φάντασμα αὐτὸν ἀπαντᾶν φῶμεν, καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, τότε πότερον ψευδῆ δοξάζειν τὴν ψυχὴν ἡμῶν φήσομεν ὑπὸ τῆς ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐροῦμεν;

Particula ὅτε non vagum tempus significat, uti antecedentes particulae ὁπόταν et ὅταν fere, sed certum ac definitum, quod iam est transactum. Quapropter a) fere cum

ὅπως ἤκουσαν, ἀργὸς οὔτις ἦν, *Postquam vero vocem audiverunt, nemo ignavus erat.* Conf. vers. 1464, it. Hom. Odyss. δ', 109. 9) Ὅπως μὴ, h. e. *ut non, ne*, iungitur Coniunctivo: § 254. ut Thuc. IV, 66 ξυνέβησαν πρῶτα μὲν τὰ μακρὰ τείχη ἑλεῖν Ἀθηναίους, ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν ἐκ Νισαίας οἱ Πελοποννήσιοι. Sed ὅπως μὴ, h. e. *quomodo non*, [Immo hic quoque *ne*. *Herm.*] adiunctum habet Indicativum: § 254. ut Plat. de Rep. VI, pag. 506 Ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι, sc. βλεπτέον. 10) De usu οὐχ ὅπως vid. Viger. paulo ante Sect. V. Z.

Indicativo Praeteriti copulatur, vel Aoristorum vim Praeteriti habentium. Vt Demosth. Olynth. I, pag. 11 Ὅθ' ἥκομεν Εὐβοιεῦσι βεβοηθηκότες, *Cum a bello, quo Euboeenses defenderamus, domum rediissemus.* Athen. Deipnos. XI, pag. 505 ὅτε ἴδεν αὐτὸν, *Cum videbat eum.* Matth. XXI, 34 Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε etc. b) Interdum vero etiam cum Praesente iungitur. Vt Xenoph. Cyrop. II, 4, 6 ἢ νῦν, ὅτε οὕτως ὀξέως σοι ὑπακούω. c) Vbi vero cum Optativo aut Subiunctivo coniungitur, intellecta particula ἀοριστολογικῇ ἄν, [Non intelligendum ἄν. *Herm.*] significat *si quando, quoties, quandoque.* Vt Xenoph. Cyrop. II, 1, 30 Ἐκάλει δὲ καὶ ἐτίμα, ὅτε τινὰς ἴδοι τοιοῦτό τι ποιήσαντας, ὃ πάντας ἐβούλετο ποιεῖν. Iliad. φ', 323 οὐδέ τι μιν χρεὼ ἔσται τυμβοχοῆς, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί. d) Saepe vero quoque *causae* significationem continet, *quandoquidem, quia,* uti *cum* apud Latinos. V. c. Plat. in Sympos. pag. 206 Ὅτε δὴ τοῦτο ὁ Ἔρως ἐστὶν ἀεί. Demosth. Olynth. I, ab initio: Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προςήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν. e) Interdum poni videtur pro ὥςτε, *ita ut.* V. c. Aristoph. in Ran. 22 Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστι καὶ πολλὴ τρυφὴ, ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίου, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τοῦτον δ' ὀχῶ; Nisi quis cum Hoogeveno malit ὅτε accipi h. l. pro ἐπεί. f) Particulae ὅτε μὲν, ὅτε δὲ, § 258 ponuntur pro ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, *modo, modo.* E. g. Aristot. Polit. II, 5 Οὐ γὰρ ὅτε μὲν ἄλλοις, ὅτε δὲ ἄλλοις, μέμικται ταῖς ψυχαῖς ὁ παρὰ τοῦ θεοῦ χρυσὸς, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. Apoll. Rhod. I, 1270 Ὡς ὅγε μαιμώων ὅτε μὲν θοὰ γούνατ' ἔπαλλεν συνεχέως, ὅτε δ' αὖτε μεταλλήγων καμάτοιο τῆλε διαπρύσιον μεγάλῃ βοάασκεν ἀΰτῇ. g) Particulae ὅτε μὲν, ἄλλοτε δὲ idem valent. Iliad. λ', 64 Ὡς Ἕκτωρ ὅτε μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν, ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι. Confer Iliad. σ', 599. h) Interdum praemittitur illud ὅτε μὲν in priori membro: ut Iliad. ρ', 178 Ὅςτε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην ῥηϊδίως, ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι. i) Ὅτε μὴ videtur poni pro εἰ μὴ, *nisi.* V. c. Iliad. ν', 319 Αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι, νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν. Conf. Iliad. π', 227 et Odyss. π', 197.

Non multum differt particula ὁπότε, quae significat a) *quandoquidem,* c. indicat. V. c. Xenoph. Exped. VII, 7, 6 ὁπότε πρὸς ἡμᾶς ἦλθες πρεσβεύων etc. *cum ad nos legatus*

venisses, etc. Id. Sympos. IV, 15 ὁπότε γε πάντες παρακαλοῦσί με etc. *quandoquidem omnes me invitant* etc. b) *quotiescunque*, c. optat. inprimis praesentis: ut Xenoph. Ages. XI, 4 ὁπότε δὲ ψεγόντων ἢ ἐπαινούντων τινὰς ἀκούοι, οὐχ ἧττον ᾤετο καταμανθάνειν τοὺς τῶν λεγόντων τρόπους ἢ περὶ ὧν λέγοιεν. c) αὐτίκα — ὁπότε ἂν id. quod αὐτίκα — ἐπειδὰν, *statim — simulatque:* ut Xenophont. Cyr. IV, 2, 37 αὐτίκα μάλα παρέσονται, ὁπότε ἂν κρατῶσι. Z.]

VII. Οὕτω, vel οὕτως, etiam ante consonantem, Attice idem fere est, quod apud Latinos, *ita demum*, vel *tum demum:* ut apud Xenoph. παιδείας II [12] Προςευξάμενοι θεοῖς, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, οὕτω διέβαινον τὰ ὅρια, id est, *Cum vota diis nuncupassent, uti ab iis volentibus ac propitiis mitterentur, ita demum fines transierunt.* Apud Demosthen. passim obvium.

VIII. Secundo, cum eo adverbio particulae πως, vel που, saepe ornatus causa tantum coniunctae, παρέλκουσι· [Non: sed significant *ferme. Herm.*] ut, οὕτω πως ἔλαθεν ὑποδυσάμενος τὸν αὐτοκράτορα, *Ita clam omnibus sese in imperatoris gratiam insinuavit.*

IX. Tertio significat *temere.* Demosthenes I, Philipp. Ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτὰς, *Vos autem pecunias temere, nec rebus exigentibus, in festa impenditis.* [Immo *sic*, ut nos *so.* Hic, *so ohne Umstände. Herm.*]

X. Quarto, eleganter, Attici praesertim, cum eo adverbio iungunt ὄναιο σύγε, et alias similes pro diversitate personarum loquendi formulas: eodem sensu, quo Latini dicunt, *macte animo*; idque fere cum gignendi casu: ut, Οὕτως ὄναιο σύγε τῆςδε τῆς φιλοπονίας, id est, *Macte animo, et hanc diligentiam novis semper incrementis auge.* § 258. b.

XI. Interdum praecedente [13] ὅπως, vel ὡς, respondet verboso quodam orationis tractu οὕτως. Demosth. Olynth. II Φημὶ δεῖν ὑμᾶς τοῖς Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι, *Dico, vos oportere Olynthiis opem ferre: atque ut quis hoc accuratissime ac diligentissime faciendum esse dixerit, ita mihi placuerit maxime.*

XII. Quinto etiam ῥαδίως cum οὕτω iungitur, significatque *temere.* Plato II, de Republ. Ἆρ' οὖν ῥαδίως οὕτω παρή-

12 Initio. 13 *Praecedenti* sec. Ed. Paris.

σομεν, τοὺς ἐπιτυχόντας μύθους ἀκούειν τοὺς παῖδας; id est, *An igitur passim ac temere adeo quasvis fabulas a pueris audiri patiemur?* [14] [Hic quoque *sic* est. Nos, *so leichtsinnig. Herm.*]

XIII. Hoc ipsum etiam ῥᾳδίως per sese aliquando significat. Demosthenes Philipp. I, sub finem: Ὅταν γὰρ ὑμεῖς, ἐξ ὧν ἂν ἀκούητε, ὅ, τι ἂν τύχῃ ῥᾳδίως ψηφίζησθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾷν; id est, *Cum vos ex iis modo, quae audieritis, quicquid in mentem venerit, temere statuatis, quid tandem exspectandum vobis est?*

XIV. Praeterea ῥᾳδίως interdum est *facile admodum*, interdum vero *admodum* solum: ut apud Lysiam: Ἀγρὸν ταλάντου ῥᾳδίως ἄξιον, id est, *Agrum talento facile*, vel *admodum aestimandum.*

XV. Ῥᾳδίως ἔχω, idem quod *meliuscule*, vel, *satis commode habeo*, ῥᾷον ἔχειν, *commodius habere.*

XVI. Notandum postremo etiam ῥᾴδιον, sequente ἤ, *quam*, usurpari pro ῥᾷον, ut apud Plutarch. in Pompeio: Ὁ δὲ ῥᾴδιον οἰόμενος αὐτοῦ καταλύσειν τὴν δύναμιν πολεμοῦντος, ἢ τὸ σῶμα λήψεσθαι φεύγοντος, *Ille autem ratus, sese facilius eius bellum gerentis copias profligare posse, quam fugientem comprehendere.*

[Particulae poeticae temporis ὄφρα triplex subiecta reperitur potestas. Nam 1) significat actum rei continuum, *Quamdiu*, *Dum.* Vt Odyss. κ', 176 Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἐν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε, πόσις τε, μνησόμεθα βρώμης. Quodsi de duratione temporis praesentis adhibetur, cuius exitus quidem est incertus ac dubius, iungitur Subiunctivo: sin de re praeterita est sermo, recte copulatur cum Indicativo rem certam ac definitam significante. V. c. Theogn. 1139 Ἀλλ' ὄφρά τις ζώῃ, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, εὐσεβέων περὶ θεοὺς ἐλπίδα προςμενέτω, *Sed quamdiu quis vivit solisque lucem videt, pius erga Deos bene speret.* Iliad. η', 376 Κέκλυτέ μευ, Τρῶες καὶ Δάρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι, ὄφρ' εἴπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει. [Hic est *ut. Herm.*] Conf. Theogn. 971. Cum In-

14 Nota denique, οὐχ οὕτως, sequente in altero membro ὡς, in distinctionibus frequentari, et denotare, *Non tam*, *quam.* Plut. in Cicerone pag. 864 Σπάνιον, εἴ ποτε, πρὸ δυσμῶν ἡλίου κατακλινόμενος, ΟΥ'Χ ΟΥ̓́ΤΩΣ διὰ ἀσχολίαν, ὩΣ διὰ τὸ σῶμα τῷ στομάχῳ μοχθηρῶς διακείμενον, *Rarum, si quando, ante solis occasum accumbens, non tam propter occupationes, quam ob corpus stomachi imbecillitate laborans.*

dicativo autem, Iliad. ε', 788 Ὄφρα μὲν ἐς πόλεμον πωλέσκετο δῖος Ἀχιλλεὺς, οὐδέποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων οἴχνεσκον, *Quamdiu divus Achilles in bello versabatur, nunquam portis Dardaniis progrediebantur Troiani.* Confer ibid. ι', 352. Fere intelligenda est particula τόφρα, *tamdiu*, cui respondeat, quae saepe quoque exprimitur. Vt Iliad. ι', 546 Ὄφρα μὲν οὖν Μελέαγρος ἀρηΐφιλος πολέμιζε, τόφρα δὲ Κουρήτεσσι κακῶς ἦν. 2) Significat continui actus terminum, *Donec*: ubi similiter τόφρα vel diserte ponitur, vel intelligitur certe. V. c. Iliad. α', 509 Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, *Tam diu Troianos redde superiores, donec filio meo habuerint honorem Achivi.* Ibid. ν', 141 Ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ὄφρ' ἂν ἵκηται ἰσόπεδον, *Ille vero constanti ac perpetua vi fertur, donec pervenerit in planitiem.* Conf. ibid. φ', 558. ε', 557. Oppian. Halieut. I, 166. III, 551 et 573. Interdum autem respondet particulae δηθὰ, *diu.* Vt Iliad. ε', 588 Δηθὰ μάλ' εἱστήκει, τύχε γὰρ ψαμάθοιο βαθείης, ὄφρ' ἵππω πλήξαντε χαμαὶ βάλον ἐν κονίῃσι. 3) Saepe significat τελικῶς, *ut*, vel cum Subiunctivo fere, vel, intellecta particula ἂν, [minime. *Herm.*] cum Optativo. E. g. Iliad. α', 158 Ἀλλά σοι, ὦ μέγ' ἀναιδὲς, ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς. Hesiod. Theog. 128 Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι, ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί. § 259.

Particula πάλιν, pro qua recentiores Graeci dicunt πάλι, auctore Phrynicho, est loci propria, quae vero postea quoque ad tempus denotandum est adhibita. Significat autem 1) *Retro, Retrorsum.* Vt Odyss. η', 143 Καὶ τότε δή ῥ' αὐτοῖο πάλιν χύτο θέσφατος ἀὴρ, *Tum vero ab eo retro dissipatus est divinus aër.* Sic Galat. IV, 9 ἐπιστρέφειν πάλιν est *relabi, reverti.* Iliad. α', 116 δόμεναι πάλιν est *reddere.* Odyss. ι', 225 ἰέναι πάλιν est *redire.* Aristoph. Acharn. 820 ἥκειν πάλιν, *redire.* 2) *Iterum*, ἐκ δευτέρου, *denuo.* Vt Odyss. τ', 533 Καὶ δή μ' ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ἐκ μεγάροιο, *Et optat iam, ut denuo ex aedibus exeam.* 3) *Contra.* Vt Odyss. ν', 254 Οὐδ' ὅγ' ἀληθέα εἶπε, πάλιν δ' ὅγε λάζετο μῦθον, *Nec ille vera dixit, sed contra* (εἰς τοὐναντίον τοῦ ἀληθοῦς, auctore Scholiaste,) *coepit loqui.* Conf. Iliad. δ', 357. Plat. in Phaedr. pag. 267 Ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένους ἐπᾴδων κηλεῖν. Cebet. Tab. pag. 176 Οἱ μὲν δοκοῦντες χαίρειν, —

οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, — οὗτοι πάλιν κακὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσι. 4) In compositis, auctore Hesychio, habet vim augendi. [Hoc falsum est. *Herm.*] Sic esse videtur in nomine παλίσκιος, *valde opacus*, Xenoph. de Venat. V, 9. [Proprie *etiam ab altera parte umbrosus. Herm.*]

Particula πέρ, quae inprimis apud Poetas est in usu, videtur 1) proprie significare *omnino*, *penitus*. § 260. Vt Iliad. φ', 410 Νηπύτι', οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω, ὅσσον ἀρείων εὔχομ' ἐγὼν ἔμεναι; *Fatue, ne nunc quidem adhuc penitus intellexisti, quanto ego sim habendus praestantior?* Conf. ibid. 441. Odyss. ρ', 13. α', 353. Plat. in Phaedr. pag. 233 Πλῆρές περ, ὦ δαιμόνιε, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι, παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. Eandem quoque vim videtur servare in compositis. Vt ὥςπερ et ἧπερ, *plane ut:* ὅπερ, *quod quidem*, *quod plane:* διόπερ, *quare sane*, *quapropter quidem*, *quare revera* etc. V. c. Euthyphr. initio: οὐ γάρ που καὶ σοὶ δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὭΣΠΕΡ ἐμοί. Aristoph. Vesp. 1262 Πεινῇ γάρ, ἫιΠΕΡ Ἀντιφῶν, *Nam esurit plane ut Antipho.* Xenoph. Cyrop. III, 1, 4 εὐθὺς πορεύεται πρὸς τὸν Κῦρον, ἫιΠΕΡ εἶχεν, *statim ad Cyrum proficiscitur, plane ut erat comparatus.* Plat. Phaedr. pag. 228 Ἔμελλε, καὶ εἰ μή τις ἑκὼν ἀκούοι, βίᾳ ἐρεῖν. σὺ οὖν, ὦ Φαῖδρε, αὐτοῦ δεήθητι, ὍΠΕΡ τάχα πάντως ποιήσει. Plat. ibid. pag. 232 ΔΙΌΠΕΡ καὶ τῆς πρὸς ἄλλους τῶν ἐρωμένων συνουσίας ἀποτρέπουσι, *Ob eandem ipsam causam ab aliorum consuetudine amasios avertunt.* 2) Exprimit Latinorum *cunque*, *libet.* Vt Iliad. ι', 301 σὺ δ' ἄλλους περ Παναχαιοὺς τειρομένους ἐλέαιρε κατὰ στρατόν, *Tu alios quos libet* [Immo *alios certe. Herm.*] *Achivos afflictos per exercitum miserare.* Et ita indicat infinitas res, personas, modos, tempora, loca: v. c. Aristoph. Acharn. 1049 καλῶς ποιῶν, ὅςτις περ ἦν, *Recte facit, quicunque tandem est.* Ibid. 559 λέγει γ', ἅπερ λέγει, δίκαια πάντα, κοὐδὲν αὐτῶν ψεύδεται. Iliad. δ', 259 ὅτε περ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον Ἀργείων οἱ ἄριστοι ἐνὶ κρητῆρσι κερῶνται. Theogn. 270 Πάντη δ' ἐχθρὰ ὅμως γίγνεται, ἔνθά περ ᾖ. 3) Habet vim adversandi, *quamvis*, *etiamsi:* atque in hoc sensu, ubi fere ὅμως intelligi debet, Poetis est propria, coniungiturque cum Participio, quod interdum intelligendum est. Sic Iliad. α', 275 Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην, *Noli tu hunc, quamvis es praestans, privare puella.* Iliad. φ', 63 Γῆ φυσίζοος,

ἦτε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει, intellige particip. ἐόντα. Iliad. ξ΄, initio: Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ, ἔμπης, [vide notata p. 398. *Herm.*] h. e. Νέστορα δὲ, πίνοντά περ, οὐκ ἔλαθεν ἔμπης ἰαχὴ, *Nestorem vero, quamvis bibebat, non tamen fugit clamor.* Apoll. Rhod. I, 251 ὀψέ περ, ἔμπης ἤλυθεν, *Licet sero, venit tamen.* Conf. Iliad. ί, 514.

Prima potestas particulae πρὶν, quae apud Poetas frequens reperitur, 1) fuisse videtur, *antea, olim*, πρότερον. Vt Iliad. β΄, 112 ὅν ΠΡΙ'Ν μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν, Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι· ΝΥ'Ν δὲ κακὴν ἀπάτην βουλεύσατο. Iliad. έ, 472 Ἕκτορ, πῇ ΔΗ' τοι μένος οἴχεται, ὃ ΠΡΙ'Ν ἔχεσκες; Plat. in Sympos. pag. 196 πᾶς ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, οὗ ἂν ἔρως ἅψηται. Interdum iungitur Genitivo, vel more Praepositionis, vel, quod magis placet, ob vim Comparativi, quam habet. E. g. Pind. Pythic. Od. IV, 76 Καὶ νῦν ἐν τᾷδ' ἄφθιτον νάσῳ κέχυται Λιβύας εὐρυχόρου σπέρμα ΠΡΙ'Ν ὭΡΑΣ, h. e. auctore Scholiast. πρὸ τοῦ δέοντος χρόνου. Demosthen. de Foed. Alex. 217 οὐ πρότερον ἀφεῖσαν, πρὶν οὐ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε etc. 2) Significat *priusquam*, sequente particula ἢ, vel a) cum *Infinitivo:* ut Matth. I, 18 πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *Priusquam hi convenirent.* Plat. de Rep. VI, pag. 501 μηδὲ γράφειν νόμους πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν, ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. vel b) cum *Indicativo:* ut Demosth. adv. Leptin. pag. 486 χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον πρὶν ἢ τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε. vel c) cum *Optativo!* [si res narratur ut cogitatio alicuius. *Herm.*] ut Pausanias: μὴ πρότερον φάναι ζητοῦντι μηνύσειν πρὶν ἢ οἱ καὶ ἐν Ἀκροκορίνθῳ γένοιτο ὕδωρ. Conf. Actor. XXV, 16. d) cum *Coniunctivo:* ut Luc. II, 26 μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου. 3) Saepe vero omittitur illud ἢ, a) cum *Infinitivo:* ut Matth. XXVI, 34. 75 πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι. Io. IV, 49 κατάβαθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. Conf. Io. VIII, 58. XIV, 29. Plat. in Euthyphr. cap. 4 ὑπὸ γὰρ λιμοῦ καὶ ῥίγους καὶ τῶν δεσμῶν ἀποθνήσκει, πρὶν τὸν ἄγγελον παρὰ τοῦ ἐξηγητοῦ ἀφικέσθαι. Aristoph. Vesp. 1316 ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι πρὶν πληγὰς λαβεῖν. Cf. Eurip. Phoeniss. 82. b) cum *Indicativo:* ut Iliad. ά, 29 Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν. § 260. b. c) cum *Optativo*, sequente κεν aut ἂν, sed quod raro fit. [Non raro, sed quum res ut cogitatio alicuius narrantur. *Herm.*] Sic Aristoph. Pac. 1076 πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ, [Hic

vero coniunctivus est. *Herm.*] *priusquam lupus connubio sibi iunxerit ovem.* d) cum *Coniunctivo*, sequente *ἂν*; id quod admodum est frequens. Sic Sophocl. Antig. 181 *Ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.* Id. Aiac. Flag. 107 *θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔτι πω θέλω. ᾿Α Θ. Πρὶν ἂν τί δράσῃς; ἢ τί κερδαίνῃς πλέον;* 4) Apud Poetas *πρὶν* repetitur: ubi posterius constanter, auctore Eustathio, Infinitivo iungitur. V. c. Iliad. β', 384 *Πρὶν Ἄργος ἰέναι, πρὶν καὶ Διὸς Αἰγιόχοιο γνώμεναι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, ἦε καὶ οὐχὶ*, *Prius Argos redeamus, quam experiamur, Iovis promissum sit vanum, nec ne.* Iliad. α', 97 *Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει, πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην.* Vnus locus Aristoph. Pac. 1112 reperitur, ubi ita loco Infinitivi est Optativus: [Immo coniunctivus. *Herm.*] *Οὐ γὰρ οἷόν τε ἡμῖν πρὶν διδόναι, πρὶν καὶ λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.* Nisi quis suspicetur, legendum esse *ὑμεναιοῦν*, ut adeo locus Homericis similis reddatur.

Particula Poetica *ῥα*, quae Hoogeveno verissime videtur ex *ἄρα*, ablata prima littera *α*, orta, idem valet, quod *ἄρα*. Igitur significat *igitur*, *adeo*, *ita* etc. Vid. supra, quae de vi particulae *ἄρα* sunt dicta. Exempla apud Homerum ubivis facile occurrunt, nec ullus est locus, ubi plane otiosa particula sit existimanda, quae est quorundam Grammaticorum opinio, ad quam refellendam quoque valet Clarkii Homerica editio, qui multus est in vi huius particulae subinde vindicanda. Z.]

S E C T I O XI.

De Adverbiis πῶς, ποῦ, [τάχα,] ὦ, et iis, quibus approbamus aliquid, aut improbamus.

R E G V L A I.

Πῶς γάρ; et *πῶς γὰρ ἄν;* usurpantur *ἐλλειπτικῶς*, ubi aliquid ante negavimus: ut, *Τῶν ἀριστευόντων οὐκ ἂν σύ ποτε γένοιο· πῶς γάρ;* vel *πῶς γὰρ ἄν; ὅ γε πρὸς ὁντιναοῦν καταπεπτηχὼς κίνδυνον; Nunquam ex strenuissimis futurus*

es: quomodo enim (suppl. *id fieri possit?*) *qui ad quodvis periculum animo concidas?*

II. Secundo, πῶς οὐ; in consequentia dictionis verti potest, *nonne?* aut *quis neget?* ut, Πῶς οὐκ ἀδικεῖς, τοῦτο ποιῶν; verbatim, *Quomodo non iniuriosus es, hoc faciens?* id est, *nonne iniustus es, dum hoc agis?* [15]

At in periodi vel membri clausula reddi potius debet, *quidni enim?* vel *quis enim hoc neget?* ut, Ἐκεῖνα μὲν ἄξια χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω, πῶς γὰρ οὔ; *Illa quidem gratiarum actione, et laude digna esse iudico: quidni enim?* vel *quis enim hoc neget?* tuncque οὔ acuitur. † [Sophocles Oed. R. 936. τάχ' ἂν ἥδοιο μέν. πῶς δ' οὐκ ἄν; *Herm.*]

III. Tertio, licet non interroget, accentum tamen retinet, cum significat *certo quodam et peculiari modo;* nam cum ἀδιαφόρως ponitur, pro *aliquo modo,* tunc encliticum est. Aristoteles ita saepe usurpat, ut Ethic. II Οὐ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς, id est, *Non reprehenditur, qui absolute irascitur, sed qui certo quodam modo.* ††

Quo sensu, πῶς μὲν, et πῶς δὲ, § 260. c. saepe opponuntur. Themistius de illis, qui Aristotelem putabant duplicem intellectum statuere, illorum ex opinione ait: Πῶς μὲν δύο

15 Ita Demosth. ep. 3, p. 118, initio: Πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχής, scilicet εἰμί; *Nonne infelix sum?* H.

† Devarium, qui putat πῶς οὐ ubique dici pro διὰ τί οὐ, recte refellit Hoogevenus. Etenim facile πῶς in omnibus locis de *modo* accipi potest, praesertim cum additum οὐ non tam ad πῶς pertineat, quam ad orationem sequentem, aut ad ellipsin, si quando in fine periodi sit positum. Deinde non modo sensus frigidus saepe oriretur, si πῶς de *causa* intelligeretur, sed etiam ineptus, et vitiosa tautologia, veluti tum, cum διὰ τοῦτο, quod causam indicat, proxime sequitur. V. c. Lys. adv. Agorat. cap. 24 Πῶς οὐ καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιός ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι. Sic in loco Aristoph. Nub. 498, quem laudat, ad suam opinionem stabiliendam, Devarius, ubi Strepsiades rogat, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν; commode propria et recepta significatio *modi* potest defendi, si interpreteris ita: *Quomodo quaeso factum est, ut, si ferit periuros, Iupiter non combureret Simonem?* Similiter in illo Plat in Phaedr. pag. 243 Πῶς οὐκ ἂν οἴει, αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν ναύταις που τεθραμμένον; *Qui fieri potest, ut non existimes, hunc inter nautas alicubi esse educatum?* Z.

†† In hoc sensu non solum opponitur ἁπλῶς, sed et ὅλως. Vt idem Aristot. de Rep. lib. II, cap. 5 Δεῖ γὰρ ΠΩΣ μὲν εἶναι κοινὰς κτήσεις, ὍΛΩΣ δ' ἰδίας, *Oportet enim certo quodam modo bona esse communia, universe vero propria.* Z.

φύσεις τούτους εἶναι τοὺς νοῦς, πῶς δὲ μίαν, id est; *Certo quodam modo duos illos intellectus, duas esse naturas, alio vero tantum unam.* Licet eaedem particulae reddi quoque possint, *partim*, vel *interdum*, ut, πῇ μὲν, πῇ δέ. ὅτε μὲν, ὅτε δέ. ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ.[16] [Xenoph. Symp. VIII, 5. ubi male τοτὲ μὲν, τοτὲ δέ. *Reizius.*]

Aliquando certus ille modus ἔμφασιν addit. Sic ille apud Aristophan. in Pluto, cum dixisset, *Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε*, *Quippe nunquam modestum in hominem incidisti*, subiungit de se ipso, ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεί, *at ego, singulari quodam modo, iis semper moribus fui.*[17]

IV. *Ποῦ*, interrogativum, proprie quidem est, *ubi?* aliquando tamen sumitur ἀντὶ τοῦ, πῶς; Ita Demosthen. pro Coron. *Ποῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι;* *Quomodo autem eruditionis tibi meminisse fas sit?* †

16 Quatuor haec postrema per totidem orationis partes disponit Proclus in Platonis Theolog. lib. I, cap. 4, non longe ab initio: *Φαίνεται γὰρ* (sc. Plato) *οὐ τὸν αὐτὸν πανταχοῦ τρόπον μετιὼν τὴν περὶ τῶν θείων διδασκαλίαν· ἀλλ' ὍΤΕ ΜΕΝ, θεαστικῶς· ὍΤΕ ΔΕ, διαλεκτικῶς ἀνελίττων τὴν περὶ αὐτὴν ἀλήθειαν· καὶ ΠΟΤΕ ΜΕΝ συμβολικῶς ἐξαγγέλλων τὰς ἀῤῥήτους αὐτῶν ἰδιότητας, ΠΟΤΕ ΔΕ ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτὰς ἀνατρέχων*, *Videtur autem non eodem ubique modo doctrinam de rebus divinis persecutus esse, sed modo divino numine afflatus, modo dialectice earum veritatem explicasse; interdum etiam obscure enunciasse ineffabiles ipsarum proprietates, interdum ab imaginibus ad ipsas recurrisse.*

17 Locus Aristophanis extat vs. 246, de quo vid. Devar. de Partic. in v. πῶς, et Budaeum in Comment. pag. mihi 590. H.

In raris significationibus, quae huic particulae interdum subiiciuntur, numerari debet 1) quod Aristoph. Nub. 664 ponitur pro ὅπως. Ibi enim Strepsiadi roganti πῶς δή; φέρε, *quomodo quaeso? dic*, respondet Socrates, πῶς; pro, ἐρωτᾷς ὅπως; At vero Hoogevenus non male coniicit, forte legendum esse, *ΣΤ. Πῶς δή φέρ'. ΣΩ. ὅπως;* [Recte vero. *Herm.*] 2) Quod Matth. IX, 12 pro ὡς usurpatum legitur: Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ ΠΩΣ γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Nisi quis malit ad vulgarem significationem referri ita, ut post ἀνθρώπου interrogationis signum ponatur. 3) In N. T. saepe τὸ πῶς materialiter accipitur: ut Luc. XXII, 2 ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς ΤΟ ΠΩΣ ἀνέλωσιν αὐτόν. Conf. vers. 4. 1 Thess. IV, 1. Actor. IV, 21. Z.

† Particula ποῦ 1) interrogat de loco, ubi quid fiat aut contineatur. V. c. ποῦ γῆς ἐστίν; *ubi terrarum est?* 2) Interdum de motu in locum dicitur. Vt Lucian. Dial. Mort. 3 *Ποῦ σου τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε;*

At που encliticum est particula παραπληρωματικὴ [18], id est, *ornatus causa tantum adhibita;* eodem fere sensu, quo γε, δὴ, πως. Plena exemplis omnia.

Quo ista tui Dei dimidia pars abiit? Similiter in N. T. saepe pro ποῖ ponitur. Vt Io. III, 8 οὐκ οἶδας, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Conf. cap. VII, 35. XVI, 5. VIII, 14. 3) Circumflectitur quoque, § 260. c. ubi non vim interrogandi habet, sed materialiter ponitur. V. c. Aristot. Physic. IV Τὸ δὲ πᾶν, οὐ ποῦ· τὸ γὰρ ποῦ αὐτό τέ ἐστί τι, καὶ ἔτι ἄλλό τι δεῖ εἶναι παρὰ τοῦτο, ἐν ᾧ ὃ περιέχει, *Vniversum vero non est alicubi: nam illud Alicubi et ipsum est aliquid, et praeterea oportet aliud quid esse praeter hoc, in quo sit, quod contineat.* Et mox: ἔστιν ὁ τόπος καὶ ποῦ· οὐχ ὡς ἐν τόπῳ δὲ, ἀλλ' ὡς τὸ πέρας ἐν τῷ πεπερασμένῳ, *Est locus etiam alicubi: non autem ut in loco, sed ut terminus in terminato.* Z.

18 Largiori, quam aequum est, harum particularum παραπληρωματικῶν imbre nos perfundunt Grammatici. Longum est omnia hic diligenter excutere. Quam minus sint παραπληρωματικαὶ, peculiari commentario, quem de doctrina particularum σὺν Θεῷ paro, animus est ostendere. H.

Που encliticum, h. e. quod non circumflectitur, nunquam plane otiosum est putandum: sed significat 1) locum vagum, nec definitum: v. g. Iliad. ρ', 446 Οὐ μὲν γάρ τί ΠΟΥ ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρός, *Non enim quicquam uspiam est miserius homine.* Plat. in Phaed. pag. 67 Πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ, οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἱκανῶς ἐκεῖ, εἴπερ ΠΟΥ ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο. Iliad. ε', 193 Ἀλλά που ἐν μεγάροισι Λυκάονος ἕνδεκα δίφροι. Redde h. l. που per *alicubi, aliquo in loco, nescio quo.* Pari sensu iungitur adverbiis ἐνταῦθα, ἐκεῖ. Vt Lucian. Dial. Nept. et Nereid. οὐδὲ καλὸν ἘΝΤΑΥΘΑ ΠΟΥ *(illic alicubi)* κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτήν. Id. Dial. Iov. et Merc. ἘΚΕΙ δέ ΠΟΥ ὁ Ἄργος βουκολεῖ. 2) Ex significatione loci vagi et incerti nascitur usus στοχαστικὸς, ut omnino dicatur de *re non satis certa ac definita*, nempe *fortassis*, et serviat modestiae et cautioni dicentis. Iliad. φ', 83 μέλλω ΠΟΥ ἀπέχθεσθαι Διῒ πατρὶ, *Fortasse Iovi patri sim invisus.* Plat. in Phaedr. pag. 244 Νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων δι' ἁμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων ΠΟΥ θεῶν ἔν τισι γενομένων, ἡ μανία ἐγγενομένη, καὶ προφητεύσασα, οἷς ἔδει, ἀπαλλαγὴν εὕρετο. Iliad. ε', 473 Ἕκτορ, ποῦ δή τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες; φῆς ΠΟΥ, ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν ἠδ' ἐπικούρων, οἶος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι, *Hector, quo quaeso tibi animus abiit, quem ante habebas? Iactabas,* ni fallor, *te sine copiis et sociis urbem esse defensurum, solum cum affinibus et fratribus tuis.* Z.

Πως encliticum, ut Hoogevenus docet, est imminuentis, dubitantis, et sign. *quodammodo, nescio quomodo:* ut Plat. Euthyphr. p. 11, οὐκ ἔχω ὅπως σοὶ εἴπω ὃ νοῶ· περιέρχεται γάρ πως ἀεὶ ἡμῖν, ὃ ἂν ὑποθώμεθα, *Non habeo quomodo, quod cogito, tibi dicam. Semper enim nescio quomodo obversatur mihi id quod*

[Prima et antiquissima vis particulae τάχα est *cito*, *celeriter*, *brevi*, εὐθέως· atque a ταχὺ s. ταχέα eodem modo formata est, quo σάφα a σαφέα, ἄντα ab ἀντία, et ὦκα ab ὠκέα. Apud Homerum certe, uti Eustathius recte observavit, nunquam aliter occurrit, nisi in hoc sensu. V. c. Odyss. α', 251 τάχα δή με διαῤῥαίσουσι καὶ αὐτόν. Polyb. Exc. Leg. 6 Τάχα γὰρ αὐτοὺς πεῖραν λήψεσθαι τῆς Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν παρανομίας. Tum significat *fortassis*, ἴσως. V. c. Plat. in Phaedr. pag. 205 ἴσως μὲν ἀληθοῦς τινος ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ ἄλλοσε παραφερόμενοι. Idem de Rep. V, pag. 451, ubi etiam ἴσως et τάχα synonymice ponuntur: Λέγειν δὴ, ἔφην ἐγὼ, χρὴ ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ ποτε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν· τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι. Hinc ἴσως et τάχα inter se permutantur. Aristoph. Vesp. 280 ΤΑΧΑ δ' ἂν διὰ τὸν χθεσινόν γ' ἄνθρωπον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ' ἐξαπατῶν, καὶ λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν, καὶ τὰ 'ν Σάμῳ πρῶτος κατείποι, διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς εἶτ' ΙΣΩΣ κεῖται πυρέττων. Conf. Aeschin. Socrat. Dial. I, 2. Hinc additum habet εἰ τύχοι· ut Demosth. pro Phorm. pag. 961 ὁ μὲν γὰρ περὶ πάντα ἄδικος, τάχ' ἂν, εἰ τύχοι, καὶ τοῦτον ἠδίκει. Interdum ad rem augendam utraque particula, ἴσως et τάχα, coniungitur. V. c. Aristoph. Vesp. 1447 Τάχα δ' ἂν ἴσως οὐκ ἐθέλοι. Conf. Plat. Apol. 18. Ob eandem hanc causam coniunctim occurrit τάχα που. E. g. Aristaenet. ep. X Τάχα που τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος. Plat. in Phaedr. pag. 256 Ἐὰν δὲ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, τάχ' ἂν που ἐν μέθαις, ἤ τινι ἄλλῃ ἀμελείᾳ τὼ ἀκολάστω αὐτοῖν ὑποζυγίω λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρούρους etc. [De τάχ' ἂν Schaefer. ad Greg. Cor. p. 44 et saepius ad Sophocl. *Herm.*]

Particula τέως 1) significat *quamdiu:* ut Demosth. contra Timocr. pag. 721, ed. R. ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ ὅ τι ἂν αὐτοῦ καταγνωσθῇ, *Si lis aestimata*

statuimus. Sic ἄλλως γέ πως, praecedente negatione, est *nullo prorsus modo:* v. c. Aeschin. de Mort. cap. 16 [p. 370. A.] Μὴ συνυποθέμενος ἄλλος γέ πως μίαν αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀνεπιστῆμον, οὐκ ἂν ποτε πτυρείης τὸν θάνατον, *Si nullum prorsus sensum statuas, plane ut res sui ipsius prorsus ignara, morte non terrereris.* Ἄμως γέ πως, *uno vel aliquo saltem modo.* Plat. Phaedr. pag. 228 Δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἁμῶς γέ πως, *Tu videris minime me dimittere, priusquam uno saltem modo*, h. e. *quomodocunque dixero.* Μάλα πως, *valde nescio quomodo.* Οὕτω πως, *in hunc fere modum.* Ὧδέ πως, *sic fere.* Z.

fuerit; in vinculis tamdiu retineatur, donec omnem, cuius damnatus fuerit, solverit multam. Ibid. Olynth. II, pag. 24 ὥςπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, τέως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, etc. Conf. Aristoph. in Pace 32. 2) Sign. *primum, antea*, πρότερον. Xenoph. Exped. VII, 7, 55 οἱ δὲ στρατιῶται τέως μὲν ἔλεγον, ὡς Ξενοφῶν οἴχοιτο — ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἥκοντα εἶδον etc. *Milites antea quidem dicebant, Xenophontem abiisse — sed postquam eum redeuntem viderunt* etc. Conf. ibid. Ages. II, 2. Z.]

V. Adverbium vocandi ὦ § 260. d. iungitur interdum cum pronomine οὗτος, eodem sensu, quo apud Latinos, *heus tu*, et apud Gallos, *un tel:* etiamsi verbatim sonent ista duo, *o hic.* Imo quod magis mirum est, illud οὗτος sine adverbio vocandi ὦ, cum nominativo eius, qui vocatur, eodem sensu coniungi solet. Plato initio Convivii: Ὄπισθεν κατιδών με πόῤῥωθεν ἐκάλεσεν· ὁ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; id est, *Me a tergo conspicatus, vocavit a longe: heus tu, inquit, Phaleree, Apollodore, non exspectabis?*[19] Arnobius amat hunc idiotismum, ut lib. II *Et tamen, o isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini foeditate.* Iungitur etiam ὦ cum voce ἐτάν, sed per aphaeresin ὦταν, vel ὦτᾶν, vel ὦ 'τὰν, ὦ 'τᾶν, ut significetur, *amice, bone vir*, et alia id genus.

VI. Observanda quoque adverbia sunt, quibus fere in dialogis, ad probandum, quod ab alio dicitur, vel ad improbandum uti solent. Prioris generis sunt, Πῶς γὰρ οὐχί; *Quidni enim?* Quod tamen Plutarchus in Pompeio ironice usurpavit: Πῶς γὰρ οὐχὶ γενναῖα ἐνταῦθα, (forte legendum ταῦτα) καὶ καλά; *Quis enim egregia haec et praeclara esse neget?* Θαυμαστῶς, *mirum quam id verum sit.* Ναί, *etiam,*

19 Eodem modo femininum αὕτη solum, apud Aristoph. in Avib. vs. 1199 et 1243 Ἄκουσον, αὕτη, *Audi, heus tu.* Quin etiam nonnunquam ipsum pronomen οὗτος abest, cuius vice fungitur solus Articulus. Vide, quae notavi supra ad Cap. de Articulo praepositivo, Reg. 7. Caeterum frequens est adverbii ὦ usus in blandis allocutionibus, ubi Latini vel omnino omittunt, vel pro eodem utuntur pronomine *mi.* Qualia apud Platonem frequentia, ὦ μακάριε, ὦ φέριστε, ὦ φίλε Σώκρατες, ὦ 'γαθέ (pro ὦ ἀγαθέ,) ὦ φιλότης, ὦ δαιμόνιε, pro, *Vir ornatissime: praestantissime: mi Socrates: o bone: lepidum caput;* et similibus.

ita. Ὀρθῶς, *praeclare.* Οὕτως, *ita est ut dicis.* Πάντως δήπου, *utique*, vel *omnino sane.* Πάνυ γε, vel πάνυ μὲν οὖν.

Eodem sensu, πῶς δ' οὔ; vel πῶς γὰρ οὔ; *quidni enim?* vel, *qui enim aliter fieri posset?* Quomodo, aliis etiam adiunctis, usurpatur. Demosthen. pro Corona[20]: Συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοί! πῶς γὰρ οὔ; κατὰ τῆς πατρίδος, id est, *Philippo studere, indignum, o terra, vosque, o Superi, facinus! cui enim aliud videri possit, cum adversus patriam id fieret?* Σφόδρα γε, *equidem perlibenter;* vel, *et quidem admodum.* Τί μήν; *quidni enim?* vel, ut Plautus, *quippeni?* [Ἀλλὰ τί μήν; *at quid aliud?* Plato in Symp. III, 1. *Herm.*] Ὑπερφυῶς δὴ, *maiorem in modum probo*, vel, *etiam atque etiam probo.*

His adduntur aliae voces, quae adverbia non sunt: Ἀνάγκη, *prorsus necesse est.* Ἔγωγε, *equidem ita sentio.* Ἔμοιγε δοκεῖ, *mihi quidem ita videtur.* Εἰκός γε, vel εἰκός τοι, vel ἔοικε, vel κινδυνεύει, vel φαίνεται. Quae omnia reddi possunt, *simile vero est*, vulgo, *il y a bien de l'apparence;* παντάπασι μὲν οὖν, idem quod πάνυ μὲν οὖν.[21]

20 Pag. 333.

21 Vt pateat Graecorum copia in loquendo, in eundem sensum haec sequentia addo, sive adverbia, sive cuiuslibet orationis partis vocabula. Talia sunt: Ἀληθῆ, *Verum.* Ἀληθέστατα, *Verissime.* Δηλαδὴ, *Manifeste, sane.* Plat. de Rep. lib. III, pag. 387. Παντελῶς μὲν οὖν. Id. ibid. pag. 401. Πάντων μάλιστα, *Omnium maxime.* Aelian. V. H. lib. I, cap. 34. Κομιδῆ μὲν οὖν, vel, Παντάπασιν μὲν οὖν, *Omnino sane.* Καὶ μάλα δὴ, *Et quidem maxime.* Μάλα γε, vel, Μάλιστα γε, *Maxime.* Ναὶ, ἀληθῆ γε, *Nae, verum quidem.* Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, *Egregie sane.* Ἔστι ταῦτα, *Ita est.* Καὶ γάρ ἐστι τοῦτό γε, *Etenim hoc ita est.* Καὶ ὀρθῶς γε, *Et recte quidem.* Καὶ πάνυ γε, *Et omnino quidem.* Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν, *Ita videtur res se habere.* Ἀνάγκη γὰρ οὖν. Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, pag. 39. Ἀνάγκη μὲν οὖν, *Necesse sane.* Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν, *Maxime necessarium quidem.* Νὴ Δί' ἔγωγε, *Equidem per Iovem.* Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις, *Rectissime sane dicis.* Δηλονότι, *Scilicet.* Καὶ οὐδέν γε κωλύει, *Nihil quidem obstat*, (sc. *quominus haec ita sint*). Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι, *Mihi vero simile hoc videtur.* Φημὶ ἐγώ; *Ego aio.* Γὰρ οὖν, praecedente vocula aliqua. [Soph. Philoct. 766. Eurip. Bacch. 920. Electr. 290. Aeschyl. Eumen. 374. *Herm.*] Aliquando Latinorum more repetitur praecedens vocabulum, quod non raro sequentem habet particulam γάρ· ut apud Plat. Theaet. ubi Socrate dicente: Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐκείνων πρῶτον ἦν, ὧν ἔλεγον, *Illud quidem illorum, quae dicebam, primum erat;* subdit Theaetetus: Ἦν γάρ, *Erat utique.* Vel sequitur particula μέν τοι, ut apud eundem in Rep. lib. II, pag. 371 dicenti, Συχνῶν καὶ ἄλλων προσδεήσεται τῶν ἐπιστημόνων τῆς περὶ

VII. Alterius generis pauciora sunt, ac fere quae sequuntur: *Καὶ πῶς; quomodo enim id esse posset?* *Οὐ γάρ*, et *οὐ γὰρ οὖν*, *nequaquam hercle.* *Οὐδαμῶς*, *nullo plane modo.* *Οὐ δῆτα*, *οὐ μὲν δή*, *neutiquam sane.* *Οὔκουν ἔγωγε*, *ego vero nequaquam.* Absolute autem οὔκουν est, *non igitur:* at οὐκοῦν, *igitur*, affirmando. § 261. *Οὐκ ἔοικε*, vel *οὐ φαίνεται*, *il n'y a pas d' apparence.* *Πῶς γάρ; quorsum enim?* vel *qui enim id esse, vel fieri possit?* [22]

τὴν θάλασσαν ἐργασίας, ***Multarum aliarum rerum peritos adesse necesse est in re nautica***: respondetur, **συχνῶν μέν τοι**, ***Multarum profecto.*** Nonnunquam non quidem priora repetuntur, sed vocabulum additur, quod si sit adiectivum, praecedens substantivum intelligitur. Sic apud eundem in Parmen. **Ἓν δὲ γιγνόμενον καὶ πολλά, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι;** Responsum est: *Πολλή γε*, sc. **ἀνάγκη**, ***Quum autem fiat unum et multa, nonne discerni et componi necesse est? Maxime.***

22 His itidem adde: ***Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε***, ***Per Iovem non ego.*** ***Οὐδαμῶς ὁπωςοῦν***, ***Nullo plane modo.*** ***Οὐ μὰ τὸν Δία***, ***Non per Iovem.*** ***Οὔ μοι δοκεῖ***, ***Non mihi videtur.*** ***Ἀδύνατον***, ***Impossibile.*** ***Ἥκιστά γε***, ***Minime.*** ***Οὐ πάνυ***, ***Non prorsus.*** ***Οὐδ' ὁπωςτιοῦν***, ***Nullo modo.*** ***Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ***, ***Per Iovem non mihi videtur.*** ***Οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην***, ***Ego non dixerim.*** *Μὰ Δία* in responsione, sequente **ἀλλά**, vim habet negantis et corrigentis. Aristoph. in Avib. vs. 1422. ubi roganti, ***num recta Pellenen volare cogitaret***, respondetur: ***Μὰ Δία, ἀλλὰ κλήτωρ εἰμὶ νησιωτικός***, ***Non per Iovem, sed citator sum insulanus.*** Similiter ibidem paulo inferius: ***Ὑπαὶ πτερύγων τι προςκαλεῖν σοφώτερον; An cum alis sapientius est citare?*** Resp. ***Μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' οἱ λῃσταί γε μὴ λυπῶσί με***, ***Non per Iovem, sed ne latrones mihi negotium facessant.*** [Xenoph. Memor. III. 13, 3. vid. Cel. Ernest. ad h. l. et quos laudat, ut Observatt. Misc. V, p. 281 et Bergler. ad Alciphr. pag. 242. Z.] Neque tamen *μὰ Δία* per se negat, ut docet Budaeus pag. 490, sed suppressam negationem ex praecedentibus repetendam prodit τοῦ *ἀλλὰ* vis **ἐναντιωτική**. [Hoogevenus ait, *μὰ Δία* per se non negare, quae fuit sententia Budaei, quam postea secuti sunt alii: sed negare tantum, ubi vel addatur *οὐ*, aut sequatur adversandi particula *ἀλλά*. Z.] [Adde ***οὐ δῆτα***. Eurip. Heracl. 508. Helen. 1244. *Herm.*]

S E C T I O XII.

De Adverbiis, quae praecipuam in negando vim ac suavitatem habent; ac nominatim de iis, in quibus μὴ praecedit.

R E G V L A I.

Adverbium negativum aliquando verbo postponitur, licet constructio et Latinitas, ut praeponatur, exigat. Plato de Republ. III. *Δεῖ δέ γε οὐχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν.* pro οὐ δεῖ δὲ, id est, *Non oportet autem, uti paulo ante a nobis dicebatur.* Demosthen. in Midiana: *Ἔχει δ' οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγὺς*, pro, *ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει*, id est, *Haec autem non eo se modo habent, ac ne ad eum quidem propius accedunt.* [23] De illo *οὐδ' ἐγγὺς*, et simil. paulo post Sect. 13, Reg. 18.

II. Secundo, notandum est, plures negationes interdum vehementius negare: ut, *Οὐδὲ μὴν ἔγωγε μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαιμι*, [sic nemo umquam loquutus est. *Herm.*] *Neque ego id unquam fecerim.* Quod Tullius ipse cum alibi, tum etiam de Finibus III [24], imitatus est, dum ait: *Quamquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere.* Quod Graece reddi potest,

23 Non infrequens hoc est, quando post οὐ finitur sententia, et verbum ex praecedentibus repetendum est, quod per particulam οὔ negatur, ut in fine Epicteti Enchir. *Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ*, *Anytus et Melitus interficere me possunt, laedere vero non possunt.* ubi non tam οὐ postponitur verbo *βλάψαι*, quam post οὐ intelligitur verbum *δύνανται.* Et quid vetat in Platonis loco, qui est pag. 388. post *δεῖ δέ γε οὐχ*, intelligere praecedentia; quae per particulam οὐ negantur? Agitur illic de poetis, horrenda multa de rebus, quae apud inferos fiunt, canentibus, et flentes heroas inducentibus; quae omnia alius rideat, alius infirmior *πολλοὺς ἐπὶ σμικροῖς παθήμασι θρήνους ἂν ᾄδοι καὶ ὀδυρμοὺς*, i. e. *ad quoslibet vel exiguos casus multum lugeat et lamentetur.* Assentiente altero, sic pergit prior: *Δεῖ δέ γε οὐχ* etc. ubi post *τὸ οὐχ* si intelligatur praecedens illud, *θρήνους ᾄδειν καὶ ὀδυρμοὺς*, non postponitur verbo *δεῖ*, sed praeponitur verbo *ᾄδειν.* Demosthenis verba sunt pag. 389, lin. 30. Sed clarius adhuc exemplum desidero, quo regula firmetur; nam, quatenus officium τοῦ *οὐδὲ* est copulare, iunguntur *οὐχ οὕτω* et *οὐδ' ἐγγὺς*, atque ita *οὐχ* pertinet magis ad adverbium, quam ad verbum. [Pind. Ol. VII, 86. *ἔχοντες σπέρμ' 'νέβαν φλογὸς οὔ. Herm.*]

24 Cap. 15.

καί τοι οὔ φασι μηδὲ τὰς ἀρετὰς, μηδὲ τὰς κακίας αὔξάνεσθαι. [25] [immo *οὔτε τ. ἀ. οὔτε τ. κ.* *Herm.*]

Aliquando tamen, licet rarius, more Latino affirmant. Demosthen. *Μὴ οὖν διὰ ταῦθ', ὧν ἡμᾶς οὕτως ἐξηπάτησε, μὴ δότω δίκην*, id est, *Ne vero propterea nullas eorum, qui-*

25 Et Virgilius Aen. XII, vs. 189

Non ego NEC Teucris Italos parere iubebo,
NEC mihi regna peto. —

Scite admodum quatuor negativa coniungit Plato in Parm. prope finem: *Ὅτι τἄλλα τῶν μὴ ὄντων οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει*, *Quoniam alia cum eorum, quae non sunt, aliquo nullibi ullo modo aliquod commercium habent.* Eodem modo apud eundem Phaedr. pag. 236, lin. 40. *Ὄμνυμι γάρ σοι — μηδέποτέ σοι ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν, μήτε ἐξαγγελεῖν*, *Iuro enim tibi, — nunquam me cuiusquam tibi orationem, aut ostensurum esse, aut renunciaturum.* Et Aeschines in Timarch. pag. 183, lin. 37 *Μηδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητὴν, μηδὲ κηρυκευσάτω, μηδὲ πρεσβευσάτω, μηδὲ τοὺς πρεσβεύσαντας κρινέτω, μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθεὶς, μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε μήτε ἐν τῷ δήμῳ, μήτε ἐν τῇ βουλῇ, μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν Ἀθηναίων*, *Neque ullum unquam magistratum gerito, neque domi, neque foris, sive per sortem, sive per suffragium deferri solitum, neque caduceatorem, neque legatum agito, neque legatione functos iudicato, neque reum agito mercede conductus, neque unquam sententiam dicito, neque ad populum, neque in senatu, neque si Atheniensium eloquentissimus sit.* Vbi modo quatuor, modo tres negationes coniunguntur, quae omnes vehementissime negant. [Adde Plat. Apol. cap. 19 *ΟΥ γάρ ἐστιν ὅστις ἄνθρωπος σωθήσεται, ΟΥΤΕ ὑμῖν, ΟΥΤΕ ἄλλῳ ΟΥΔΕΝΙ πλήθει γνησίως ἐναντιούμενος.* Igitur *οὔτε, οὔτε* positum est pro *ἢ, ἤ*, et *οὐδενὶ* pro *τινί.* Nam sensus est: *Non enim ullus homo salvus esse potest, qui aut vobis aut alii cuivis populo vere adversatur.* Perperam huc referunt locum Xenoph. Memor. I, 7, 5 *ἀπατεῶνα δὲ ἐκάλει τὸν ΟΥ μικρὸν μὲν, ΟΥΔ' εἴ τις ἀργύριον ἢ σκεῦος παρά του πειθοῖ λαβὼν ἀποστεροίη, πολὺ δὲ μέγιστον* etc. Nam sensus loci hic est: *Qui homo nullius pretii aliis persuadet, se esse quantumvis* [*quantivis. Herm.*] *pretii, maximeque dignum, cui administratio reip. permittatur, eum deceptorem vocabat Socrates, non parvum, nec talem, qualis argentum aut vas alicui suadendo auferat, sed maximum.* Maxime haec regula de concursu plurium negationum valet tum, cum ad idem verbum pertinent: sin ad diversa verba, alia est ratio. V. c. Plat. in Phaed. cap. 11 *ΜΗ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι ΜΗ ΟΥ θεμιτὸν ᾖ.* Hic *μὴ οὐ*, cum ad idem verbum, nempe *ᾖ*, pertineant, fortius quidem negant: sed prius *μὴ*, quod ad aliud verbum, ad *καθαρῷ* refertur, non coniungi debet cum negationibus *μὴ οὐ.* Sensus enim est: *Et, qui purus non est,* (h. e. *impuro*) *minime fas est tangere rem puram.* Z.]

bus nos decepit, *poenas persolvat;* id est, *aliquas persolvere debet.* *

III. Tertio, negationem, etiam cum interrogatione, ut plurimum affirmare. † Xenophon in Agesilao: *Τὸ δέ γε μὴν πῶς οὐ σαφῶς πρὸς τὸ γενναῖον ἔγνω; Quis porro non videat*, *hoc eum generosa prorsus animi inductione sensisse?* verbatim, *Hoc autem quomodo non aperte secundum fortitudinem sensit?* [26]

* Noli ad hanc regulam referre loca ea, ubi μὴ repetitur, quo gravior existat negatio. V. c. Aristoph. in Vesp. 1409, ubi quis, cui alter iniuriarum postulationem minitatus erat, ait: *ΜΗ' ΜΗ' καλέσῃς, πρὸς τῶν θεῶν.* Callim. Hymn. in Cer. 18 *Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ.* Xenoph. Memor. I, 2, 7 *εἴ τις φοβοῖτο, ΜΗ' ὁ γενόμενος καλὸς κἀγαθὸς τῷ τὰ μέγιστα εὐεργετήσαντι ΜΗ' τὴν μεγίστην χάριν ἔχῃ.* § 262. Odyss. λ', 612 *ΜΗ' τεχνησάμενος, ΜΗΔ' ἄλλό τι τεχνήσαιτο, ὃς κεῖνον τελαμῶνα ἑῇ ἐγκάτθετο τέχνῃ.* Rem imitatus est Virgilius Aen. XI, 278 *Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.* Alia exempla vid. apud Dorvill. ad Charit. pag. 200. Sed ad demonstrandum, ex duabus negationibus confieri affirmationem, pertinet illud *οὐχ ἥκιστα*, h. e. *maxime:* de quo infra dicetur. Z.

† Non tantum affirmat, sed etiam cum emphasi, ad rei veritatem declarandam. Non enim boni et diligentes scriptores interrogant, nisi in re certa et minime dubia. Quare illud Sophocl. in Philoct. 1281 *Πῶς εἶπας; οὐκ ἄρα δεύτερον δολούμεθα;* non est, sublata interrogationis figura, *Igitur iterum dicipimur;* sed, *Igitur iterum revera*, *utique*, *decipimur.* § 263. Atque Io. XVIII, 26 *Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ;* est, *Ego te utique in horto cum eo vidi.* Lucian. in Lapith. Tom. III, pag. 445 *Οὐ παύσῃ βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων;* h. e. sine interrogatione: *Desine quaeso tandem barbarica nobis cantare.* Ob vitiosam Grammaticorum interpunctionem interdum illud *οὐ* etiam in interrogationibus negare videtur. V. c. Aristoph. in Pac. 94 *Τί πέτει; Τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις;* Verum si distinxeris ita: *Τί πέτει; Τί μάτην;* (sc. *πέτει*) *οὐχ ὑγιαίνεις·* § 264. nihil, quod a communi loquendi consuetudine recedat, reperitur. Sensus enim est: *Quid conaris volare? quid frustra?* (sc. conaris volare) *Non es sanus.* Z.

26 Negativam quoque vim amittit adverbium *οὐ* cum futuro constructum interrogative, redditurque vel, *Quin*, vel per imperativum. Plutarch. in Apophth. pag. 180, prope finem: *ΟΥ'Κ 'ΑΠΑ'ΞΕΙΣ εὐθὺς ἐκ τοῦ συμποσίου τὴν γυναῖκα; Non educes?* i. e. *Educ*, vel, *Quin educis statim e convivio mulierem?* Cum indicativi praesenti hoc modo adverbium negandi construit Aelian. V. H. lib. II, cap. 1, ubi Socrates Alcibiadem verentem verba pro concione facere, excitans: *ΟΥ' ΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙ͂Σ, εἶπεν, ἐκείνου τοῦ σκυτοτόμου; Non contemnis, inquit,* i. e. *Contemne, illum sutorem?* Ter. Eun. IV, 7, 29 *Non tu hinc abis?* [Cave

IV. *Μὴ οὐ*, *μὴ οὐκ*, et *μὴ οὐχὶ*, sequente participio, redduntur, *quin*, vel *nisi:* ut, *οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην τοῦτο λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθευσάμενος*, id est, *Dignus non essem, cui hac in re fides haberetur, nisi iam ante vera dixissem.*[27] § 265.

V. Additur etiam *καὶ*, post *οὐ*, vel *οὐχί*· ut, *οὐ γὰρ ἂν Ἕκτωρ ἀνῃρέθη, μὴ οὐχὶ καὶ Τροίας αὐτῷ συμπεσούσης, Nec enim Hector interfici poterat, quin Troia simul cum eo rueret.* Tullius saepe dicit, *ut non*, pro *quin.*

VI. Interdum infinitivo iungitur: ut, *οὐδαμῶς ἐνδέχεται τὸν διηνεκῶς φιλοπονοῦντα μὴ οὐ καὶ παιδείας ἐπιτυχεῖν*, *fieri nullo modo potest, quin eruditionis compos fiat, qui assidue in labore versatur.* Atque haec constructio saepe[28] obscu-

ad hanc graecam rationem aestimaveris loca N. T. ubi *οὐ* cum Futuro habet vim prohibentis, pro *μή*. Vt Matth. V, 21 *οὐ μοιχεύσεις*, h. e. *μὴ μοίχευε*, aut *μὴ μοιχεύσῃς*. Nam si pure loquentium consuetudinem tenes: post *οὐ μοιχεύσεις* debet esse signum interrogandi; ut adeo affirmatio gravior existat, h. e. *adulterare omnino.* Quem sensum ineptum et pessimum si quis nolit concedere, uti concedi non potest: is quoque concedat necesse est, graecitatem N. T. non esse iudicandam ad normam Atticorum scriptorum, sed ex sermone Ebraico, ubi לא modo simpliciter negat, poniturque pro gr. *οὐ*, modo vim prohibendi habet, significatque *μή*. Si quis plura eiusmodi loca N. T. cognoscere velit, adeat Matth. V, 48. VI, 5. Rom. VII, 7 etc. Z.]

27 Exigua verbi immutatione exprimit locum Luciani, quem citat Devarius in *μὴ οὐ*. Verba sunt in Catapl. [ed. Amst.] Tom. I, pag. 645 *Οὐκ ἂν οὖν ἀξιόπιστος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον αὐτὸς φανείς, οἷός εἰμι*, *Quare fide dignus non fuerim, nisi ante apparuerit, qualis ipse sim.*

28 *Saepe*, at non *semper*, ut ex modo allato exemplo patet. Ceterum infinitivus *ἐπιτυχεῖν*, praecedente *μὴ οὐ*, referri debet ad verbum *ἐνδέχεται*, quod cum accusativo et infinitivo construitur, servatoque verborum ordine totidem verbis Latine dixeris: *Minime fieri potest, ut, qui assidue in labore versatur, non etiam eruditionis compos fiat.* Quin etiam, si quis hic praemittat *ἐφ' ὅτῳ*, vel phrasin resolvat in *ἢν μή*, vel mutet infinitivum in participium, sententia obscurior redditur. Similem sensum nonnunquam simplex *μή* efficit. Ita obscura horum verborum Latina est ad verbum interpretatio, quae extant apud Plut. in vit. Cicer. pag. 882, non procul a fine: *Ἐνδεῖν δὲ τῆς ἐκείνου παρουσίας τὰ πράγματα, μὴ τὴν ἀρίστην ἔχειν διάθεσιν*, *Carere autem eius praesentia res, quin, vel quominus optimam habeant constitutionem.* Sensus est: *Neque aliud quidpiam ad optimam rerum conditionem deesse, praeter ipsius praesentiam.* At omnis obscuritas evanescet plane, si dicamus, totam hanc infinitivam orationem esse nominativum, sive, quoniam oratio est obliqua, accusativum, et ita verba construamus, distin-

ritatem affert, quae tamen tolletur, si praemittamus particulis negantibus ἐφ' ὅτῳ, vel si phrasin resolvamus per ἢν μὴ, id est, *nisi*, et subiunctivum aut optativum, vel denique mutemus infinitivum in participium. Synesius ad Euoptium: *Νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον*, id est, *Divinae iustitiae leges verebitur, nisi partem quaestus aliquam in eum derivarit, a quo tanto plura perceperit.* Locus erit clarior, si legas, ἐφ' ὅτῳ μὴ οὐχὶ ἀποδάσαιτο [29], vel μὴ οὐχὶ ἀποδασάμενος. † [Minime. Recte Synesius ep. 4. quia sensus est, *non omittet. Herm.*]

VII. *Μὴ* et *οὐκ*, ante verba quaedam, ita construi debent, quasi sequerentur. Verba illa fere sunt, λέγω, φημὶ, φάσκω, προςποιοῦμαι, ἀξιῶ, δικαιῶ· ut, οὔ φημί σε τῆςδε τῆς ὁδοῦ ἐχόμενον εὐθυπορεῖν· pro φημὶ οὐ, id est, *Nego te hac via posse recta progredi.* ††

ctiuncula prorsus submota: *Τὰ πράγματα*, vel *τὸ τὰ πράγματα, μὴ τὴν ἀρίστην ἔχειν διάθεσιν ἐνδεῖν τῆς ἐκείνου παρουσίας*. Verbatim: *Quod res non satis recte se habent, est, quod eius praesentiae indigeant.* Vel si infinitivum in participium mutemus, hoc modo: *Τὰ πράγματα μὴ τὴν ἀρίστην ἔχοντα διάθεσιν ἐνδεῖν τῆς ἐκείνου παρουσίας.* Clariora illa Sophoclis in Electr. vs. 156

— Οὐδὲ θέλω προλιπεῖν τόγε,
ΜΗ' ΟΥ' τὸν ἐμὸν στοναχεῖν
πατέρ' ἄθλιον.
Neque hoc praetermittere volo,
Quin meum lugeam patrem miserum.

Participium infinitivo iungit Aristides post simplex *μή*. Vide sis Orat. in Romam p. 347 *Ὥςπερ τις ἀνὴρ πολὺ νικῶν τοὺς ἄλλους μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ οὐκ ἀγαπᾷ, ΜΗ' ΚΑΙ' ἄλλους ὑπὲρ αὐτὸν 'ΑΡΑ'ΜΕΝΟΣ ΦΕ'ΡΕΙΝ*, *Quemadmodum vir aliquis corporis magnitudine ac robore longe supra alios eminens, non contentus est, nisi et alios in se sublatos ferat.*

29 Verba sunt Budaei in comment. L. G. pag. 492 hunc locum citantis: *In qua locutione ἐφ' ᾧ vel ἐπὶ τῷ subaudiri videtur: ut, ἐφ' ᾧ μὴ οὐχὶ ἀποδάσασθαι.* H.

† Interdum *μὴ οὐ*, in sensu *nisi* simpliciter poni videtur: v. c. Demosth. de Fals. Leg. pag. 379. lin. 6 *αἵ τε πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν, ΜΗ' ΟΥ' χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ*, *Urbes multae, et quae aegre capi possunt: NISI tempore et obsidione.* Nisi quis repeti velit Infinitivum *λαβεῖν*. Caeterum *μὴ οὐκ εὐθὺς* Demosth. adv. Callipp. p. 1240, lin. 17 est, *non statim.* [Minime. *Herm.*] At *μὴ οὐ*, sequente Coniunctivo, elliptice dicitur. Intelligi enim debet φοβοῦμαι, δέδοικα, aut simile quid. V. c. Plat. in Phaedone cap. 13 *Μὴ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν*, *Vereor, ne non (sc. vereor, ut) haec sit recta via ad virtutem.* Id. Apolog. cap. 29 *Ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ χαλεπὸν, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον, πονηρίαν*, *Sed vereor, ne non sit difficile, mortem effugere, at difficilius, improbitatem.* Z.

†† Sic est Iliad. η', 386 *Πάντ' ἐθέλει δόμεναι, καὶ ἔτ' οἴκοθεν*

Sic in προςποιοῦμαι apud Aeschinem in Ctesiphontem: Ἐὰν δὲ μὴ προςποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, pro προςποιῆται μὴ, id est, *sin autem vos audire se dissimulabit.* Gallice commode, *que s'il ne fait pas semblant de vous entendre.* Interdum vero, μὴ προςποιεῖσθαι, absolute ac per se solum, pro *dissimulare;* Gallice: *n'en faire aucun semblant.* Ita Thucydides: Δεῖ δὲ, εἰ ἠδίκησαν, μὴ προςποιεῖσθαι, id est, *Vt illi vos iniuriis affecerint, dissimulandum tamen est.*

VIII. Sic verbum ἀξιῶ usurpatur: nam οὐκ ἀξιῶ μὴ [30], *cupio, volo, aequum censeo, ne,* vel, *indignum censeo, ut.* Demosthen. Ὑμᾶς, ὦ στρατιῶται, συνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀῤῥωδίᾳ ἔχειν [31], id est, *Vos ego, milites, convenire iussi, quod indignum censerem, vos, ubi nihil gravius subesset, timere.* Hic οὐκ ἀξιῶν, pro ἀξιῶν οὐκ. Sic apud Poetas ἀνώγω, *iubeo,* passim construitur. Iliad. *P*, vs. 357

Οὔτέ τιν' ἐξοπίσω νεκροῦ χάζεσθαι ἀνώγει,

pro ἀνώγει δὲ οὔ τινα, id est, *Iubebat, ne quis a cadavere recederet.* [32]

IX. Μὴ γάρ γε, et μὴ γὰρ δὴ, id est, *absit enim;* Τοὺς εὐσταθεῖς προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα ὁ δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται· μὴ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσειεν, *Fortuna viris fortibus rerum optimarum nunquam optionem eripiet: absit enim, ut nostra sit voluntate potentior.* [V. Musgr. ad Eurip. Troad. 212. *Herm.*] Ita Demosthen. pro Coron. Τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἄν σου; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε, μήδ'

ἄλλ' ἐπιθεῖναι· Κουριδίην δ' ἄλοχον Μενελάου κυδαλίμοιο ΟΥ ΦΗΣΙ δώσειν, *negat se daturum esse.* Thucyd. IV, 28 Οὐκ ἔφη αὐτὸς, ἀλλ' ἐκεῖνον στρατηγεῖν, *Negabat, se esse praetorem, sed illum.* Plat. in Euthyphr. cap. 9 οἱ μέν φασιν τοὺς θεοὺς ἀδικεῖν ἀλλήλους, οἱ δὲ οὔ φασιν. Z.

30 Ita habet Leidensis, sed melius Paris. et Argentor. *nam* οὐκ ἀξιῶ *est* ἀξιῶ μή.

31 Negationem, praemissam verbo, cui debet, quicquam hic novi afferre, non video. Et in sequenti Homeri loco non iungitur verbo ἀνώγει, sed particulae τινὰ, ut sit sensus: *Mandata dedit,* (affirmative) *ne quis* etc.

32 Negativum μὴ in Antithetis supprimit vocem praecedentem, quae tamen subaudienda, et in Latina versione exprimenda est. Ita Plat. Phaedr. p. 228, lin. 34 Ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος, ἢ τὰ τοῦ μὴ sc. ἐρῶντος, *Dicebat, differre habitum amantis ab habitu non,* scil. *amantis.* et ibid. pag. 258, lin. 35 Τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν, *Quae igitur est ratio bene, et non* (subaudi, *bene) scribendi?*

ἐμοῦ, id est, *Quis te non exsecratus esset? absit enim, ut id vel in rempubl. vel in me ominari velim.* Cui orationi deest, καταπτύσαι ἂν φήσαιμι.[33] [At tum οὐ dici debuisset. *Herm.*]

X. Eodem fere sensu μὴ δῆτα. Synesius, Μὴ δῆτα, ὦ πάντων ἐμοὶ προςφιλέστατε, *Absit vero, o mihi mortalium omnium suavissime.* Quod etiam in fine periodi absolute ponitur: ut, Οὐκ ἄν ποτε πατροδοθεῖσαν καταισχύναιμι τὴν εὐδοξίαν, μὴ δῆτα, *Nunquam fama a maioribus accepta per me obsolescet; absit enim:* vel, *Superi meliora.*[34]

XI. Μήτι, μήτιγε, § 266. μήτι δὴ, μήτιγε δὴ[35], οὔτοι γε, οὔτοιγε δὴ, μὴ ὅτι, μηότι, μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι δὴ, μήτοιγε, vel μήτοιγε δὴ[36], significant *nedum*, vel *non solum non.* Plato in Epistola ad Dionysium: Ἐγὼ οὐδὲ ἀνθρώπῳ, μὴ ὅτι δὴ Θεῷ, παρεκελευσάμην ἂν δρᾶν τοῦτο, id est, *Ego ne hominem quidem id facere iuberem, nedum Deum aliquem.* Cicero, *quo minus*, ait lib. de Fato.[37]

33 Haec ex Budaei Comment. L. G. quem adi pag. m. 480.

34 Habet aliquid ἐμφατικώτερον, si pronomen sententiam finiat. Ita Aristides pro Quatuorviris, pag. 432 Μηδέ γ' ἐλάττους φῶμεν αὐτοὺς τῶν ἀντιπάλων γενέσθαι· μὴ δῆτα ἡμεῖς γε, *Neque eos suis adversariis fuisse inferiores dicamus. Absit enim.*

35 Plat. ad Dionem: Ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους, μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων. Vbi γε post interiectam voculam sequitur: *Ego etiam in theatris video, qui certant, a pueris exacui, nedum ab amicis.* At μήτε γε δὴ, apud Demosthenem Olynth. II. Μηότι, sive μὴ ὅτι, apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 429. Cuius longiorem sententiam brevitatis caussa contraham: *Tantum aberat*, inquit, *ut exercitum totum numerarent*, ὥςτ' οὐδὲ ὁπόσοι τινὲς αὐτοῖς εἰσιν οἱ βασιλεῖς, ἔμελλον εὑρήσειν, μὴ ὅτι τὴν στρατιὰν, *Vt neque, quot reges haberent, invenire possent, nedum exercitum numerare.*

36 Ita ibidem, pag. 368 Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄλλον τινὰ ἠξίουν ἂν ταῦτα ὀνειδίζειν, ΜΗ'ΤΟΙΓΕ ΔΗ' Πλάτωνα, *Ego vero a quovis haec obiicienda non censeo, nedum a Platone.* Vbi μὴ ὅτι praecedit, sequens membrum inchoat particula ἀλλά· quem sensum Latini exprimunt: *Non dicam, sed etc.* E. g. ita verba Aeschines contra Ctesiph. pag. 298 Σὺ γὰρ ἂν προςέλθοις ΜΗ' "ΟΤΙ πρὸς πόλιν, 'ΑΛΛΑ' πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πρόςεστιν; sic commode reddas: *Tu enim, non dicam ad urbem, sed ad domum, ubi periculum est, accederes?*

Componitur idem adverbium cum particula ποτὲ, ut fiat μήποτε, vocula tironibus saepissime crucem figens, cum significat *fortasse*, vel *si quando.* 2 Timoth. II, 25 Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, *Fortasse*, vel etiam, *si quando Deus illis dederit resipiscentiam ad cognitionem veritatis.*

37 Cap. 14. *Ita ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa, tanquam vestigia, extarent, Apollini nota esse censebat; quo minus futura.* H.

Forma μὴ ὅτι est elliptica. Nam post μὴ intelligi debet λέγω § 267. aut λέγοιμι, et post ὅτι, si non verbum aliquod expressum est, facile ex serie orationis erui potest. V. c. Xenophont. Memor. I, 6, 11 *Καίτοι τόγε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τι, ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν ΜΗ' "ΟΤΙ* (h. e. *μὴ λέγοιμι ὅτι*) *προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών.* Plat. in Cratyl. cap. 38 *Δοκεῖ σοι ῥᾴδιον εἶναι οὕτω ταχὺ μαθεῖν τε καὶ διδάξαι ὁτιοῦν πρᾶγμα, ΜΗ' "ΟΤΙ* (sc. *μὴ λέγω, ὅτι μανθάνεις τε καὶ διδάσκεις*) *τοσοῦτον, ὃ δὴ δοκεῖ ἐν τοῖς μεγίστοις μέγιστον εἶναι.* Caeterum haec ratio loquendi semper obtinet in oratione bimembri, ubi priori in membro fere ponitur μὴ ὅτι, in posteriori autem, ubi maius et gravius quid dicitur, reperitur ἀλλά. Vt Xenoph. Cyrop. III, 2, 21 *Οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα ΜΗ' "ΟΤΙ τὴν τούτων, 'ΑΛΛ' οὐδ' ἂν τὴν ἡμετέραν. Non poterimus tuto colere*, non dicam *horum, sed ne nostrum quidem.* Aut redde: *Non modo horum poterimus colere, sed ne nostrum quidem agrum.* Sic enim Cic. ad Divers. 1, epist. 9 *Non modo dignitatis* (scil. *non*), *sed ne libertatis quidem partem sibi relinquit.* Plura eiusmodi loca ex Demosthene laudavit Reiskius in Indice Demosth. v. μή. Igitur μὴ ὅτι non dici potest poni pro μὴ μόνον, propterea quod illud in imparibus membris, hoc vero ad paria coniungenda adhibetur. Veruntamen in μὴ ὅτι intelligi potest μόνον, si post ἀλλὰ sequitur καί. V. c. Plat. in Symp. cap. 26. it. Xenoph. Cyrop. VIII, 1, 18, ubi est: *ΜΗ' γὰρ "ΟΤΙ τὸν ἄρχοντα, 'ΑΛΛΑ' ΚΑΙ' οὓς οὐ φοβοῦνται, μᾶλλον τοὺς αἰδουμένους αἰδοῦνται τῶν ἀναιδῶν οἱ ἄνθρωποι, Etenim, non dicam, principem* tantum, *sed eos etiam, quos alioquin non metuunt, magis reverentur homines, si verecundi sunt, quam si inverecundi.* Quod si ἀλλὰ non sequitur, sed id membrum, quod adiunctum alias habet ἀλλὰ, ante μὴ ὅτι ponitur: illud μὴ ὅτι reddi potest *nedum* vel *multo minus.* V. c. Plat. in Phaedr. pag. 240 *ἃ καὶ λόγῳ ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπὲς, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ, Quae non placent, cum narrantur, ea multo minus, cum fiunt,* Gregor. *Μέγα σοι μαθεῖν, ὅτε γεγένηται· τὸ δὲ πῶς, οὐδὲ ἀγγέλοις ἐννοεῖν, μὴ ὅτι γέ σοι συγχωρήσομεν. Magnum tibi est didicisse, rem esse: sed quomodo acciderit, ne angelis quidem nosse,* nedum *tibi quidem concedemus.*

Quae vero omnino de usu vario particulae μὴ copiose disputavit Hoogevenus, ea hic summatim cognoscere non alienum putamus. § 268. 1) Propria vis est *prohibendi*, et respondet latino *Ne.* Iungitur autem apud Atticos a) Imperativis Praesentis: ut Plat. de Rep. IV, pag. 240 *Μὴ οἴου δεῖν ἡμᾶς οὕτω καλοὺς ὀφθαλμοὺς γράφειν, ὥστε μηδὲ ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι, μηδ' αὖ τἄλλα μέρη.* b) Coniunctivis aoristi utriusque: ut Lucian. Dial. Iun. et Laton. *φοβηθεῖσα, μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς.* Dem. Olynth. I, pag. 14 *ὀκνῶ μὴ μάταιος ἡμῖν ἡ στρατεία γένηται.* c) Indicativo Praeteriti: ut Thucyd. III, 53 *νῦν δὲ φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν.* Demosth. de Fals. Legat. pag. 342 *δέδοικα, μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκει.* d) Indicativo aoristi: ut Odyss. ε', 200 *Δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν.* e) Optativo, intellecta particula ἄν: ut Iliad. φ', 329 *"Ηρη δὲ μέγ' ἄϋσε, περιδδείσασ' Ἀχιλῆϊ, μή μιν ἀποέρσειε μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.* Odyss. υ, 344 *Μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειεν.* f) Indicativo Futuri: ut Eurip. in Heracl. 272 *Μὴ, πρὸς θεῶν, κήρυκα τολμήσεις*

θένειν. Sed fortasse locus interrogative est interpretandus. § 269. g) Infinitivis, intellecto verbo δεῖ, aut εὐλαβοῦ· ut Antonin. εἰς ἑαυτ. lib. IV, §. 14 Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι, καὶ ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν. h) Interdum in sermone populari, si animus loquentis est commotus, μὴ ponitur sine verbo, quod vero intelligi debet. E. g. Aristoph. Acharn. 457 Μή· ἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον κυλίσκιον etc. *Ne*, sc. *hoc fiat: sed da mihi tantum unum poculum* etc. i) Particulis ἵνα, ὅπως, ἐφ' ὧτε etc. ut Aristoph. Vesp. 70 ἽΝΑ θύραζε ΜΗ' 'ξίῃ, *Ne foras prorumpat*. Id. Acharn. 722 Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πελοποννησίοις ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις, ἘΦ' ὯιΤΕ πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ ΜΗ'. Thucyd. IV, 8 ἐν νῷ εἶχον τοὺς ἔςπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὍΠΩΣ ΜΗ' ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. Id. IV, 4 ὅπως μὴ ἀποπίπτοι. Arist. Vesp. 141 ὅπως μὴ 'κδύσεται. 2) Subiecta vero est quoque vis *interrogandi*, *numquid? an?* Plat. de Rep. IV, pag. 486 Μή πῃ δοκοῦμέν σοι οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι; Lucian. T. III. in Lapith. p. 441 Ἔπειτα δὲ εἰςῄει με, μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ. § 270. 3) Si res iudicatur ex consuetudine latine scribentium, interdum μὴ abundare videtur: a) post *verba negantia:* v. c. Lucian. in Lapith. Tom. III τοῦ παιδίου ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, *Negante puero*, *sibi excidisse*, sc. *numos*. Sed Hoogevenus, ut ab abundantia particulam μὴ vindicet, ait, intelligi debere participium λέγοντος. Sicuti in illo Demosth. Philipp. III ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι, intelligit λέγοντες. b) post *verba prohibendi*, et omnino post verba nonnulla ex ἀπὸ composita, qualia sunt, ἀπαγορεύειν, ἀπιστεῖν, ἀπέχεσθαι, ἀπειπεῖν, ἀπογινώσκειν, etc. At vero si ante μὴ intellexeris particulam ὥςτε, nihil abundare videbis. V. c. Plat. in Phaedr. pag. 251 ἃ πάλαι ὑπὸ σκληρότητος συμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάναι, *Quae antea prae duritie concreta impediebant*, *quo minus germinarent*. Aristoph. Acharn. 168 ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν, *Interdico*, *ne concionem habeatis*. Demosth. adv. Aristogit. initio: οἱ νόμοι διαῤῥήδην ἀπαγορεύουσιν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς τοιούτοις λέγειν. Id. pro Coron. pag. 278 ἀπειπεῖν τοῖς Ἀμφισσεῦσι τοῦ λοιποῦ μὴ ἐπιβαίνειν. Id. de Rhod. Libert. pag. 193 τῷ μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν. Thucydid. II, 101 οἱ Ἀθηναῖοι οὐ παρῆσαν ταῖς ναυσὶν, ἀπιστοῦντες αὐτὸν μὴ ἥξειν. Quod si verba ἀπογινώσκειν et ἀπιστεῖν per *metuere* interpretaris: facile intelliges, illud μὴ nec secundum rationem latinam abundare. Sicut quoque εὐλαβεῖσθαι. Eurip. Orest. 1059 ηὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους. It. Thucyd. VII, 29 αἱρεῖ, ἀφυλάκτοις τε ἐπιπεσὼν καὶ ἀπροςδοκήτοις, μὴ ἄν ποτέ τινά σφισιν ἀπὸ θαλάττης τοσοῦτον ἐπαναβάντα ἐπιθέσθαι. Id. III, 32 ἐλπίδα οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον, μήποτε, Ἀθηναίων τῆς θαλάσσης κρατούντων, ναῦς Πελοποννησίων εἰς Ἰωνίαν παραβαλεῖν. Id. V, 25 ἐπὶ δὲ ἔτη καὶ δέκα μῆνας ἀπέσχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι. Ellipsin ipse supplet Thucydides I, 49 τὸ μὲν πρῶτον ἀπεχόμενοι, ὭΣΤΕ μὴ ἐμβάλλειν τινί. Z. § 271.

S E C T I O XIII.

De Adverbiis οὐ, vel οὐκ, et particulis cum iis coniunctis.

R E G V L A I.

Οὐκ [38] aliquando in fine periodi, aut vehementioris negationis, aut ornatus caussa ponitur.

Primo, cum accentu, absolute atque indefinite: ut Οὐκ ἄν ποτε τοῦτο ποιήσαιμι, οὐχ οὕτω μαίνομαι, οὔκ, *Nunquam id faciam, nec enim tantum insanio.* [39] Qui idiotismus Gallorum maxime proprius est; dicunt enim, *je ne suis pas si fol, non.* [40]

38 Notandum est, hoc adverbium non tantum nominibus adiectivis, verbis, particulis et aliis adverbiis, verum etiam substantivis praemitti. Thucyd. lib. III, cap. 95 Ὡς οὐ προςεδέξαντο διὰ τῆς Λευκάδος τὴν ΟΥ ΠΕΡΙΤΕΙΧΙΣΙΝ. Ad verbum: *Cum illi hoc non admisissent ob Leucadis non circummunitionem*, i. e. *quia non circummunita erat.* ut Schol. expl. διότι οὐ περιετειχίσθη. Addatur Lucian. in libro, qui Verarum Historiarum mentitur titulum, primo: Αἰτία δὲ τοῦ πολέμου ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ φόρου Ἡ ΟΥΚ ἈΠΟΔΟΣΙΣ, *Causa belli futura erat tributi non redditio*, i. e. *quod tributa non solverentur.* Vide Clariss. Dukerum ad Thucyd. lib. I, cap. 37. Latinis hoc vix concessum est per Hyphen: ut, *Non-homo; uxor non-mater, non-virgo* etc.

39 Exemplum exhibet Plato in Hipp. mai. pag. 292, lin. 14 Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία· οὔκ· *Non mihi videtur, o Hippia. Nequaquam.* Rectius etiam postponitur, cum diversa duo inter se relative opponuntur, ut, Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ, *Me autem Anytus et Melitus interficere quidem possunt, sed laedere neutiquam.* Vbi, βλάψαι δ' οὔ, multo melius quam, οὐ δὲ βλάψαι.

40 Non absimili plane ratione Latini voculam, *Non*, vel negationi vel interrogationi subiungunt. Negationi quidem apud Terent. in Andr. IV, 2, vs. 12

Per omnes tibi adiuro Deos, nunquam eam me deserturum,
NON, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.

Interrogationi vero apud Virg. Lib. Aen. II, vs. 577 et seqq. De Helena sunt verba Aeneae:

Scilicet haec Spartam incolumis, patriasque Mycenas
Adspiciet? partoque ibit regina triumpho?
Coniugiumque, domumque, patres, natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?

II. Secundo, *οὐ γὰρ*, saepissime interrogat, significatque, *nonne?* Plato VI de Republ. *Ο Τ' γὰρ ταῦτα μέγιστά ἐστιν; ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον;* id est, *Nonne haec maxima vere sunt? An aliquid aliud maius esse potest?* Quo modo saepe indignationi servit. Lucianus: *Ο Τ' γὰρ ἐχρῆν γέροντα ἄνδρα ἀπελθεῖν τοῦ βίου, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις;* id est, *Quid malum? nonne oportebat hominem senio confectum ex vita discedere, locoque iunioribus cedere?* [41]

III. Alias *οὐ γὰρ*, sine interrogatione, initio periodi, sequentibus *μὲν* et *δὲ*, in diversis membris, orationem efficit Latinis auribus parum usitatam, quaeque satis explicari non possit, nisi posterius membrum ante prius exponatur, idque additis aliquot vocibus. Demosthen. pro Corona insigne exemplum suppeditat: *Οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ· ἐμὲ δὲ, εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸς* [42], *οὐκ ἂν ἐγράψατο.* Ad verb. *Non enim videlicet Ctesiphontem quidem propter me accusare potest: me autem, si quidem convincere se posse putavisset, non accusasset.* Quae oratio sic ordinari suppleri que potest, *Nec enim profecto credibile est, ab eo me ipsum accusatum non iri, si*

Dardanium toties sudarit sanguine litus?

NON ITA. —

41 Haec ex Budaei comm. pag. 495. [Etsi *οὐ γὰρ* in eiusmodi locis reddi potest per *nonne?* noli tamen putare, *γὰρ* vim suam propriam amisisse. Nam hic quoque reddit rationem antecedentium, quae vel sunt expressa, vel intelligi debent. Sic quoque statuendum est de particula hac, quocunque in loco occurrit. Sic v. c. Arist. Plut. 856, ubi alicui roganti, *τί πότ' ἐστιν, ὅ, τι πέπονθεν ἄνθρωπος κακόν;* alter respondet, *οὐ γὰρ σχέτλια πέπονθα νυνὶ πράγματα;* Supple: *ERRAS; nonne enim* etc. Z.]

42 Pro *αὐτὸς* legendum *αὐτὸν*, et habent editiones Aureliensis et Basiliensis. Locus, quantum video, ab interprete non satis intellectus, est pag. 314, lin. 46. In eo est Orator, ut Aeschinis privata in se maledicta neque vera esse, neque ad causam Ctesiphontis facere ostendat. Si enim vera essent, esse leges, iudices, supplicia, quibus condemnari legitime potuisset. Mox addit, *Οὐ γὰρ δήπου* etc. quorum verborum mens est: *Non enim utique Ctesiphontem iudicio potest persequi propter me*, i. e. propter mea crimina, *neque, si illum convinci posse credidisset, me accusavisset.* Reprehendit nempe Aeschinem, quod, cum argumenta contra Ctesiphontem satis firma desint, fictis criminationibus defensorem in odium atque invidiam apud iudices rapere studeat.

convincere posse credidisset, qui nunc odio mei Ctesiphontem accuset.[43]

IV. Tertio, οὐ γὰρ ἀλλὰ, apud Atticos, affirmat, idemque est, quod καὶ γὰρ, *etenim.*[44] Aristophanes in Ranis vs. 58 *Μή σκῶπτέ με, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, Ne me irrideas, male siquidem habeo.* [Adde v. 498. 1180. et οὐ τάχ' ἀλλά, v. 527. *Herm.*]

V. Quarto, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ eodem fere sensu dicitur, addito etiam γε, post aliam vocem. Plato in Euthydemo:[45] *Οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις*

43 Interdum citra interrogationem ἐμφατικῶς praecedentem negationem confirmat. Ita apud Lucian. in Dial. Mort. Mausolo cum indignatione roganti, essentne Diogenes et Mausolus in pari honore, respondet Diogenes: *Οὐκ ἰσότιμοι, ὦ γενναιότατε, οὐ γάρ, Non in pari honore, o generose; nequaquam.* Locus Demosthenis extat pag. m. 314.

44 Ita etiam Budaeus pag. 495. num satis recte, viderit uterque. Nec non H. Stephanus, qui in Append. ad al. script. de Dial. Att., quia οὐ γὰρ ἀλλὰ et καὶ γὰρ vel simpliciter γὰρ cognatam habere videntur significationem, inde argumentatur, duas particulas οὐ et ἀλλὰ supervacaneas esse; quam minus recte, ostendit ipsa singularum particularum notio: οὐ negat, ἀλλὰ negationi adversatur, et γὰρ caussam infert: quod quo minus plenius exponam, facit Devarii diligentia, qui exempla, tum a Nostro, tum a Stephano allata, explicat, et ostendit, non πλεονάζουσαν, sed ἐλλειπτικὴν esse orationem. Hac de re commodior fortassis alias dicendi dabitur locus, ubi data opera de particulis agam. [Sic Plat. in Phaedr. pag. 276. Phaedro dicenti, οὐ δή τό γ' εἰκός, respondet Socrates: *ΟΥ' ΓΑ'Ρ, 'ΑΛΛΑ' τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν, σπερεῖ τε καὶ γράψει.* Interpretare ita: ***Recte: non enim quicquam proficeret, sed hortos litterarios, ut videtur, ludi gratia conseret scribetque.*** Sic Actor. Apost. XVI, 37 *Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; ΟΥ' ΓΑ'Ρ 'ΑΛΛΑ' ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν.* Ellipsin ita supple: ***Male: nam non sic fieri debet, sed*** etc. aut, ***non debemus clam eiici, nam Romani sumus: sed*** etc. Nec a sua vi recedit γὰρ, si οὐ γὰρ sub finem periodi ponitur. V. c. Plat. in Gorg. pag. 430 *Δεῖ μὲν γὰρ δὴ, ἐκ τῶν νῦν ὡμολογημένων, αὐτὸν ἑαυτὸν μάλιστα φυλάττειν, ὅπως μὴ ἀδικήσῃ, ὡς ἱκανὸν κακὸν ἕξοντα· ΟΥ' ΓΑ'Ρ;* Hic quidem illud οὐ γὰρ reddi potest *nonne?* sed si resolveris interrogationem negantem in graviorem affirmationem, facile intelliges, γὰρ tueri vim propriam. Nam sic est: ***Nam hoc verissimum est: nam hoc in dubium vocari nequit*** etc. Similiter statue de sequentibus exemplis, quae profert Vigerus. Z.]

45 Pag. 286. Auctor sequens Budaeum, qui pag. 495 eundem locum affert, ita loquitur et reddit, quasi οὐ et ἀλλὰ abundarent. Non animadvertisse videntur locutionem ellipticam, quae ita sup-

ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω, id est, *Quippe, hoc enim dictum* [46], *ut saepe iam et a multis audierim, mihi tamen semper mirum videtur.* Reddi etiam aliquando potest *enimvero.*

VI. Quinto, οὐ γὰρ ἂν, id est, *alioqui non:* ut, τῆς γὰρ αὐτοῦ βοηθείας ἔτυχες, οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον προὐχώρησας, id est, *Eius auxilio usus es; alioqui tamen* [47] *perficere non potuisses.* Lucianus in Timone: Ἦπου φιλόσοφός ἐστιν, οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν, id est, *Vtique philosophus est, alioqui nunquam tam impiis adversum nos verbis uteretur.* Demosthenes eodem modo usurpat οὐδὲν γὰρ ἂν, pro Coron. Οὐδὲν γὰρ ἦν ἂν εὐδαιμονέστερον προδότου, *Alioqui nihil proditore felicius.*

VII. Additur interdum ποτέ. Plato Reipubl. V Οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφήν τε καὶ μητέρα κείρειν, *Nunquam enim alioqui nutricem matremque tondere*, id est, *diripere ausi essent.*

VIII. Οὐ γὰρ ἄν που significant *absit enim.* [48] Plato in Symposio: Ὅπως ἂν φαίνηται κάλλιστος τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν· οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσιν, *Vt videlicet iis, qui minus hominem norunt, optimus appareat: absit enim, ut iis, qui norunt:* supple, *talis videatur.*

IX. Οὔμενουν, unica voce, accentu in antepenultima, tribus praecipue modis usurpatur. Primo, pro, *Atqui non.* Demosthen. pro Corona: [49] Οὔμενουν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ,

pleri potest: Οὐ γάρ τοι συνίημι, ἀλλὰ etc. *Nam revera non intelligo, sed* etc. Et sic omnes particulae egregie funguntur suo officio: οὐ enim negat, γὰρ ratiocinatur, τοι negativam rationem firmat, et ἀλλὰ diversum quid ponit. Consule Devar. in οὐ γὰρ ἀλλά.

46 Verte *hoc saltem dictum*, i. e. *si quod aliud unquam, hoc certe;* ea enim vis est particulae γέ.

47 Editiones aliae hanc lectionem confirmant: non dubito tamen, quin scripserit Auctor *tantum.*

48 Sive, *neutiquam enim.* Vocula ἂν, praecedente οὐ, notat, hoc vel illud *fieri omnino non posse.* Caeterum versio haec, *absit enim*, abominantis est, quam potestatem non habet οὐ, sed μή; at simplex est negatio cum ratiocinatione limitata per particulam γε, quam aliquo modo imminuit τὸ που, et suspendit ab alterius iudicio. Vt quam proxime sensum assequamur, vertendum potius: *Non enim, ut videtur, iis saltem* etc. Locus est e Budaeo mutuatus pag. 480. Sed pluribus de his in Particularum doctrina.

49 Pag. 333, lin. 25 citatus locus a Budaeo pag. 486, et a Devario in P. Μὲν οὖν.

Atque alii tum nemini vacuus erat ad dicendum locus. Verti etiam posset, *et tamen non.*

Secundo, pro *non utique*, *non sane:* ut, οὐχ ἑταῖρος οὗτός ἐστιν ὁ ἡμέτερος, οὔμενουν ἄλλος[50], *Numquid* [*Nonne. Herm.*] *socius iste noster est? profecto non alius.* Quo modo eleganter includitur parenthesi. S. Gregor. Nazianz. de S. Basilio: Πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζω (οὔμενουν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατόν·), *Nam cum in omnibus virum hunc admiror*, (*quantum profecto dici non possit.*)

X. Tertio, sumitur pro οὐ μέν τοί γε, vel οὐ μὴν, id est, *veruntamen non*, *neque tamen.* Ita Pausanias de incendio, quod in Praxitelis officinam incubuerat; tum enim servus casum hunc nuncians, addebat, οὔμενουν πάντα γε ἀφανισθῆναι, id est, *neque tamen consumta esse omnia.*

XI. Οὐ μὴν, *neque vero*, *neque tamen.* οὐ μὴν οὐδὲ, vel οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ, *verum enimvero non*, aut *ne:* at οὐ μὴν ἀλλὰ, vel οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, *verum enimvero*, affirmando, in periodorum initiis. Exempla passim.[51]

50 Verba, paucis mutatis, ex Luciano depromta apud Bud. et Devar. l. c. Luciani verba sunt: Ὁ Θρασυκλῆς, ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; οὔμενουν ἄλλος.

51 Vtcunque οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ, vel frequentius, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, *veruntamen* vere redditur; suam quodque vocabulum significationem habere, cuius, attendat modo, palam est. Verbatim ita reddenda sunt: *Non tamen, sed etiam.* Priora negant, posteriora ponunt aliquid diversum, et post οὐ μὴν vel praecedentia subaudiuntur, vel aliud quid e re nata intelligitur. Apparet etiam ἐπανορθώσεως species, qua vel praecedentia corriguntur, vel iis aliquid additur, praesertim cum sequatur καὶ post ἀλλά. Clarum est illud Dionis lib. XLII, pag. 205 *Οὕτω μὲν τὴν Αἴγυπτον ὁ Καῖσαρ ἐχειρώσατο. ΟΥ' ΜΕΝ-ΤΟΙ ΚΑΙ* ἀλλὰ [scribendum videtur οὐ μέντοι ἀλλὰ καί. *Herm.*] τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἧσπερ ἕνεκα καὶ ἐπεπολεμήκει, ἐχαρίσατο, *Atque ita quidem Aegyptum subegit Caesar, veruntamen Cleopatrae, cuius gratia bellum moverat, indulsit.* Q. d. Non omnino Aegyptum subegisse, quippe quem a Cleopatra subactum ipsi regnum detulisse. Clarius illud Plutarchi in libro de sui laude, ubi postquam tres praecipue erant rationes allatae, quare quis se ipsum laudare non debeat, subdit: Οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἔστιν ᾗ παρακινδυνεύσειεν ἂν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ ἅψασθαι τῆς καλουμένης περιαυτολογίας, *Veruntamen licet haec ita sese habeant, est, ubi viro civili audendum est de propria laude aliquid dicere.* Vbi voculae οὐ μὴν praecedentes rationes, ut ut probabiles, infirmant, utpote non semper veras; et post μὴν intelliguntur, ταῦτα ἀεί ἐστιν ἀληθῆ, vel simile quid.

XII. *Οὐχ ἥκιστα*, *non minime*, saepe apud Atticos sumitur ὑποκοριστικῶς, pro μάλιστα, *maxime* [52]: quemadmodum οὐχ ἧττον, *non minus*, pro λίαν, ἄγαν, id est, *valde*.

XIII. *Οὐχ ὅτι*, οὐχ ὅπως, vel μὴ ὅτι, μὴ ὅπως, μονονοὺ, μονονουχὶ, saepe significant *non solum*, vel *non solum non* [53]: [vide supra pag. 432. *Herm.*] utrum vero tali vel tali loco,

Coniunctio autem ἀλλὰ diversum quid ponit, et ostendit, dari aliquando occasiones, in quibus viro civili convenit se ipsum laudare. Caeterarum huiusmodi particularum similis ratio est. Sic, οὐ μὴν οὐδ' εἰ, commode redditur, *Licet*, *Quamvis*. Isocrat. Paneg. pag. 134 ΟΥ' ΜΗ'Ν ΟΥ'Δ' ΕΙ' συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὡς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσιν, *Etsi autem ea, quae a me dicta sunt, affirmant, tamen ne sic quidem recte de eius potentia iudicant.* Est et ubi simplex coniunctio *sed* Graece effertur per οὐ μὴν ἀλλά· v. g. si dicas: *Sed de his suo loco commodius dicemus*, Graece: ΟΥ' ΜΗ'Ν 'ΑΛΛΑ' περὶ τούτων οἰκειότερος ἔσται τοῦ λόγου τόπος. Q. d. *Non tamen [de his nunc loquemur,] sed commodior de his erit dicendi locus.* Quae manifesta est ἐπανόρθωσις se ipsum corrigentis, quasi non satis opportune de hac vel illa re mentionem iniecerit: ita resolvuntur: *Καὶ τί γὰρ πολλὰ περὶ τούτων ἂν λέγοιμι, οἰκειότερος τοῦ λόγου τόπος ἔσται.* Simile quid in superiori, οὐ γὰρ ἀλλὰ, dictum puta.

52 Exemplum habet Plut. in Vit. Cic. pag. 865, lin. 40 Ὁ δ' ὑπέστη προθύμως, οὐχ ἥκιστα διὰ Πομπήϊον ἀπόντα, *Quod alacriter suscepit, maxime ob Pompeium absentem.* [Sic Socrates Plat. Phaed. cap. 66, amicos flentes ita reprehendit: οἷα ποιεῖτε, ὦ θαυμάσιοι; ἐγὼ μέντοι ΟΥ'Χ "ΗΚΙΣΤΑ τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα, ἵνα μὴ τοιαῦτα πλημμελοῖεν. Id. in Sympos. cap. 6 μέγας θεὸς ἐστὶν ὁ Ἔρως καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, ΟΥ'Χ "ΗΚΙΣΤΑ δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. Id. in Critone c. 14, initio: ταύταις δὴ φαμὲν καὶ σὲ, ὦ Σώκρατες, ταῖς αἰτίαις ἐνέξεσθαι, εἴπερ ποιήσεις ἃ ἐπινοεῖς· καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναίων σὲ, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα. Z.]

53 Sic Thucydides, lib. II, cap. 97 Ταύτῃ δὲ ἀδύνατα ἐξισοῦσθαι οὐχ ὅτι τὰ οὖν τῇ Εὐρώπῃ, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος ἓν etc. *Huic (sc. Scytharum potentiae) nulla gens, non modo in Europa, verum etiam in Asia adaequari potest.* Similiter Xenophon Cyropaed. lib. I, cap. 13 Μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε, *Non solum non ad numerum saltare, sed ne recti quidem stare potuistis.* Adde Aristid. orat. pro Quatuorviris pag. 230 Καὶ τὸ πάντων ἔσχατον καὶ μέγιστον ἀκοῦσαι, μὴ ὅτι μιμήσασθαι, *Quod sane postremum et maximum est, quod quis audire, non solum non imitari possit.* Pro iisdem etiam dicitur, οὐχ ὡς, μὴ ὡς, οὐχ οἷον, ἧπου γε καί. Singula exemplo confirmare longum est. Conferantur Arrian. lib. III, pag. 142. Athenaeus lib. XI, pag. 505. Paul. ad Philipp. II, 12. ubi etiam μόνον additur. § 272.

ex antecedentibus et consequentibus intelligi poterit. Sic apud Ciceronem, *non modo*, utrumque significat. [54]

XIV. Οὐχ ὁρᾷς, verbatim, *non vides?* fere apud Oratores parenthesi includitur, et cum interrogatione coniunctim ironice usurpatur pro οἶμαι, *videlicet, nimirum.* Demosthen. pro Corona in Aeschinem, genus suum despicientem, Ἀγαθῇ δὲ, inquit, (οὐχ ὁρᾷς;) τύχῃ συμβεβιωκὼς, τῆς ἐμῆς ὡς φαύλης κατηγορεῖς, id est, *Egregia scilicet vitae fortuna usus, meam ut humilem obscuramque traducis.*

Ibid. Aeschini verbum, quod sibi exciderat, irridenti, Πάνυ γὰρ, inquit, παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, i. e. *In hoc enim, videlicet, positae erant fortunae Graeciae, quod hanc, non illam vocem usurparem.* Galli hunc idiotismum egregie repraesentant: *ne voyez-vous pas?* nisi quod verba illa parenthesi non includunt, sed orationis initio collocant: v. c. *ne voyez-vous pas comme il tremble?* de homine admodum securo μάλα γὰρ, (οὐχ ὁρᾷς;) τρόμῳ κατέχεται.

XV. Οὐδὲ, per se solum, reddi saepe debet, *ne quidem:* barbarus enim esset, qui diceret οὐ μέν. Demosthen. pro Corona, Οὗτοι δὲ, οὐδὲ γράψαντος ἐμοῦ, ταῦτα ποιεῖν ἠθέλησαν, i. e. *At isti, ne decreto quidem per me edito, haec facere voluerunt.* Idem Olynth. I, Οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν Θεῶν χρηστὸν, μνημονεύουσι, id est, *Qui occasionibus bene usi non sunt, ii ne si quidem a Diis bonum aliquod acceperint, meminerunt.*

Dicitur etiam μηδέ. Demosthenes pro Corona: Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδὲ, *ne quidem*, reddi debet; sic, *Me si talem esse nostis, qualem ille criminabatur, ne vocem quidem meam auditote: ne si quidem*, vel, *ut etiam in publicis omnibus negotiis summa fuerim cum laude versatus.* [55]

54 Vide lib. II, de Off. cap. 13 *Quia NON MODO invidetur illi aetati, verum etiam favetur.* Adde Iustin. lib. II, cap. 1. *Ita ut NON MODO primae [terrae] generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent.* Pro, *Non modo non.* [*Non* post *Non modo* tantum eleganter praetermittitur, tum, cum in altero membro sequitur *ne quidem.* Nam in laudato loco Cic. additur *non* in correctis libris. Z.] [*Non modo* est *non dicam*, μὴ ὅτι. v. Spalding. in Museo antiq. stud. I. 1. p. 68. seqq. *Herm.*]

55 Verba sunt pag. 314, lin. 13. Caeterum vim habet ἐπιδοτικὴν

XVI. *Μηδὲ*, et *οὐδὲ*, sequentibus *ἂν εἴ τι*, vel *ὁτιοῦν γένοιτο*, vel *γένηται*, vel *ποιῇ*, vel simili, nonnihil orationem intricatam efficiunt, ac fere construenda sunt cum verbo aut participio, voces illas consequente. Nazianz. II in Iulian. *Ὡς οὐδ' ἂν ὁτιοῦν γένηται, περισώσοντος ἐκ τῆς αὐτοῦ δυναστείας πόλιν*, id est, *Vtpote qui urbem ab eius potestate vindicaturus non esset*, *quicquid demum eveniret*. Quae oratio ita construenda est: *ὡς οὐδὲ περισώσοντος* etc. *ὁτιοῦν ἂν γένηται*· non autem, quod ista omnia, *οὐδὲ ἂν ὁτιοῦν γένηται*, significent *quicquid evenerit*: alioqui sensus esset plane contrarius, et affirmaret, non negaret. [56]

XVII. *Οὐδὲ εἷς*, *μηδὲ εἷς*, et *μήτε εἷς*, pro *μηδεὶς* et *οὐδεὶς*, [immo fortius negant: *nemo quisquam*. *Herm*.] saepe apud Atticos usurpantur, tam in fine, quam initio periodi: imo etiam inter utramque vocem inseritur aliquando *ἂν*, quod ad sequens verbum referatur. Demosthen. contra Leptin. *Ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἂν εἷς οὐδὲν ὧν ἰδίᾳ τινὶ δοίη, ταῦτ' ἀφέλοιτο πάλιν*, id est, *Nemo quidem vestrum quicquam ulli unquam abstulerit*, *quod ei semel dederit*; ubi etiam *ταῦτα* videtur abundare. [57]

XVIII. *Οὐδ' ἐγγὺς* et *μηδ' ἐγγὺς*, (quod secundum rarius est) verbatim, *neque prope*; Galli feliciter, *ni à peu près*, id

in propria significatione, quando repetitur hoc adverbium. Plato in Phaedro, prope finem: *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν*, *Neque enim socius tuus etiam est praetermittendus.* Confer id, quod mox notabimus ad Reg. 17.

56 Quid si ita verba haec distinguas? *Ὡς οὐδ' ἄν*, *ὁτιοῦν γένηται*, etc. Ita certe minus erit intricata structura, ut in illo Plutarch. *περὶ παιδ. ἀγ.* *Οἱ δὲ ἁρμάτειοι τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες*, *ΟΥΔ' ἊΝ, ΕΙ' ΤΙ ΓΕΝΟΙΤΟ*, *τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν*, *Curruum rotas*, *semel magno labore curvatas*, *nullo conatu ad pristinam revocare possis rectitudinem*. Neque obstat, quod coniunctio *ἂν* post *δύναιντο* sequitur: solet enim haec particula saepe repeti, ut ostendetur Cap. VIII, Sect. 3, R. 1.

57 Addam et aliud ex eodem Demosthene petitum, ubi particula illa *ἂν* omittitur, *μηδὲν* in fine invenitur, et ipsum illud *μηδὲν* abundare videtur. Ita enim ille in epistol. I, prope finem: *Μηδὲ ποιήσητε ΤΟΥ͂ΤΟ ΜΗΔΕ͂Ν*, *Ne tale quicquam faciatis.* [Recte Reiskius *τοιοῦτο*. *Herm*.] Similiter *μηδὲ ἕτερος* pro *μηδέτερος*. Plut. Sympos. lib. IX. pag. 742 *Ἀτελὴς γὰρ ἔμεινεν ὁ ἀγών, καὶ πέρας ἀναμφισβήτητον οὐκ εἶχε, μηδὲ ἑτέρου πεσόντος*, *Imperfectum enim relinquebatur certamen*, *et non diremit controversiam finis*, *neutro occiso*. Caeterum obiter hic observa frequentem numeri in hac voce Enallagen. Dicitur enim, *οὐδέτερά ἐστι τούτων*, pro, *οὐδέτερον*, *Neutra*

est, *multum abest.* Demosthen. saepissime, ut in Midiana [58]: Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς, *Atqui haec non ita se habent: multum abest.*

Quo sensu creberrimum etiam est, πολλοῦ γε δεῖ, et πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Gallice, *il s' en faut bien.* Sed Plato cum interrogatione coniungit, ut legum VII Βούλεσθε ζημίαν τοῖς μὴ ποιοῦσι γράφωμεν, ἢ πολλοῦ γε δεῖ, *Placetne vobis, ut mulctam adversus eos, qui hoc non fecerint, decernamus, an longe secus videtur?*

XIX. Eodem significatu dicunt, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ· sed (quod a tironibus diligenter observandum) illud οὐδὲ cum superiore verbo potius construendum est, quam cum πολλοῦ δεῖ. Demosthen. de falsa Legat. Οὐ γὰρ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, *Non enim haec illorum vice contigerunt, multum abest.* Quam orationem sic ordina: Οὐ γὰρ οὐδὲ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, πολλοῦ δεῖ. Alioqui si construatur cum πολλοῦ δεῖ, vel οὐδὲ affirmabit, vel sensus erit plane contrarius. Exemplum illustrius est contra Leptin. Φανήσεται γὰρ οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης, id est, *Nec enim id cum futura ignominia compensari poterit: multum abest.* Ordo igitur est: οὐδὲ γὰρ φανήσεται, πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης· vel πολλοῦ δεῖ in finem reiiciendum est. [De his vid. Funkhaenel in Jahn. et Seeb. *Arch. f. Philol. u. Paed.* 1833. I. 3. p. 357 sqq.]

XX. Dicunt praeterea οὐδ' ὀλίγου δεῖ, sed tunc οὐδὲ construitur cum ὀλίγου δεῖ, non autem cum alio verbo: Demosthen. de Falsa Legat. Οὐδέ γε ἴσον ἐστὶν ἀδίκημα, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, *Nec par sane flagitium id fuerit, neque parum abest,* id est, *multum abest,* vel *imo plurimum inter utrumque discriminis est.*

sunt horum, pro, *Neutrum est.* Plat. in Phaedr. pag. 228.

Aliquando geminatur particula οὐδὲ, ita tamen, ut vocabulum aliquod interponatur. Aeschin. contra Ctesiph. pag. 280, prope finem: Μὴ γὰρ ὅτι πόλις, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἰδιώτης οὐδὲ εἷς οὕτως ἀγεννὴς γένοιτο, *Nam non solum non urbs, sed nec privatus quidem ullus adeo illiberalis esse potest.* De significatione particularum μὴ ὅτι adi Nostrum Sect. 12, §. 11. Rursus vocula εἷς vel ἓν, quae in compositione τοῦ οὐδεὶς vel οὐδὲν invenitur, aliquando repetitur. Thucyd. lib. II, cap. 51 Ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, *Nullumque fuit remedium.* Heliod. Aethiop. lib. II, cap. 27, extremo: Τῶν κατ' Αἴγυπτον ἓν οὐδὲν ἀπελίμπανον ἱστοροῦντες, *Rerum Aegyptiarum nihil non inquisitum relinquebant.*

58 Pag. 389, lin. 30.

FRANCISCI VIGERI

DE

PRAECIPVIS

GRAECAE DICTIONIS

IDIOTISMIS

LIBER

PARS II.

CAPVT VIII.

De Coniunctione.

SECTIO I.[59]

De Coniunctione ἀλλά.

REGVLA I.

De hac Coniunctione, ut communia mittam, notanda quae sequuntur.

59 Priusquam ad singularum Coniunctionum explicationem accingamur, in genere aliquid de iis dicendum est. Et quidem primo, cum Coniunctionis natura sit similes orationis partes coniungere, fit aliquando, ut dissimiles copulet. De coniunctionibus μὲν et δὲ vid. Auctorem nostrum Sect. 8, §. 4. Sic Coniunctio ἀλλὰ Participium et Verbum copulat apud Herod. Clio cap. 131 *Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοίοισι χρεωμένους, ἀγάλματα μὲν, καὶ νηοὺς, καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ΠΟΙΕΥΜΕΝΟΥΣ ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἘΠΙΦΈΡΟΥΣΙ*, pro ἐπιφέροντας, *Persas autem scio talibus legibus uti: statuas, neque templa, neque altaria exstruere consueverunt, sed etiam hoc facientibus insaniam tribuunt.* Ad verbum ita: *Persas autem scio talibus legibus utentes, statuas et t. et alt. non solitos exst. sed et h. fac. ins. tribuunt.* Eodem modo adverbium cum substantivo copulat coniunctio καὶ apud Pausaniam in Arcadicis, pag. 522, lin. 6 *Τηνικαῦτα δὲ καὶ θυσίας ΔΗΜΟΣΊΑι τε καὶ ἸΔΙΩ͂ΤΑΙ θύουσιν, Tum sacra faciunt publice et privati:* pro, *privatim.* Similiter a genitivo absoluto ad orationem finitam transit Thucydides lib. II, cap. 47 *Νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ᾽ ἀμφότερα· ΤΗ͂Σ τε ὭΡΑΣ τοῦ ἐνιαυτοῦ ΤΑΥ͂ΤΗΣ ΟΥ̓͂ΣΗΣ, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ ΤῸ ΧΩΡΊΟΝ ἅμα, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, ἙΛΩ͂ΔΕΣ καὶ ΧΑΛΕΠῸΝ ἮΝ· Morbo enim premebantur duplici de caussa: tum quia hoc anni erat tempus, quo maxime aegrotant homines, tum quia locus, in quo castra posuerant, erat palustris ac difficilis.* Cum praecedat, τῆς τε ὥρας οὔσης, debuisset sequi, καὶ τοῦ χωρίου ἑλώδους καὶ χαλεποῦ ὄντος. Similiter coniunctiones δὲ et μηδὲ genitivum participii ab-

Primo, saepius in oratione, Attica praesertim, reperitur, et interrogationi simul, ac responsioni servit. Demosthenes pro Coron.[60] *Τί γὰρ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτούς; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν· ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε, Quo tandem consilio eos convocaretis? ad pacemne? at iam omnes in pace erant: an ad bellum? at de pace deliberabatis.* Vbi ex tribus ἀλλὰ, primum et ultimum respondent, secundum interrogat.[61] Sic *at* apud Ciceron. Verrina III, *At mores commodi: quis contumacior? at haec sine cuiuspiam malo: quis acerbior?* Graece: *Ἀλλά γε τρόπον ἐπιεικής· ἀλλὰ τίς ἰσχυρογνωμονέστερος; ἀλλ' ἐν τούτοις μηδένα βλάψας· ἀλλὰ τίς ἀπηνέστερος;*

II. Secundo, in iisdem responsionibus, aliquando significat, *Enimvero, utique, plane, prorsus:* estque tunc concedentis potius, aut indulgentis, quam refellentis. Xenophon lib. VII, Expedit. se ipsum inducit, militibus, ut occasionem arriperet, urgentibus, ita respondentem: *Ἀλλ' εὖ τε λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα* etc. *Enimvero recte loquimini, atque haec libenter fecero.*

solutum cum infinita oratione coniungere, exemplis probavi supra ad Cap. VI, Sect. 1, reg. 18, n. 12. Estque haec licentia Graecis concessa; Latini analogia arctius tenentur. Levius enim illud Terentii in Phorm. Act. V, sc. 6, vs. 46

> *Summa ELVDENDI occasio est mihi nunc senes,*
> *Et Phaedriae curam ADIMERE argentariam.*

Vbi coniunctio et infinitivum et gerundium copulat.

figunt. Prioris exemplum suppeditat Cicero Orat. pro Arch. cap. 4 *AT domicilium Romae non habuit! Is, qui tot annos ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit. AT non est professus! Imo vero iis tabulis professus,* etc. Alterius idem pro Planc. *Male iudicavit populus. AT iudicavit. Non debuit. AT potuit. Non fero. AT multi clarissimi et sapientissimi viri tulerunt.* Demosthenis locus extat pag. m. 316. H.

60 Pag. 316, lin. 17.

61 Minus recte meo iudicio coniunctio *ἀλλὰ* interrogare dicitur, cum potius sit nota *ὑποφορᾶς*. Nam, quemadmodum Graeci suum *ἀλλὰ* in prolepsi, ita Latini suum *At* modo *ὑποφορᾷ*, modo *ἀνθυποφορᾷ* prae-

Interdum *ἀλλὰ*, praecedente *μὲν*, ponitur pro *δέ*. Vt Iliad. π', 240 *Αὐτὸς ΜΕΝ γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι, ἈΛΛ' ἕταρον πέμπω.* Demosth. adv. Androt. pag. 579 *τὰ ΜΕΝ πολλὰ ἐάσω· ἈΛΛ' ἐπὶ τοῦ Δεκελεικοῦ πολέμου* etc. Z.

III. Tertio [62] idem est quod, *at certe*, vel *saltem*; quo tamen sensu particulas γε οὖν, vel οὖν γε [63], vel γοῦν, saepius adiunctas habet. Aristoteles: *Εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς*, id est, *Si minus hoc universi possunt' at certe per tribus.* Galenus ad Glaucon. *Εἰ μὴ οἷόντε περὶ ἡμέραν τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ δευτέρᾳ γε πειρατέον ἐξευρεῖν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ*, id est, *Si minus primo die licebit, at secundo quidem conandum est, ut febris speciem cognoscas*, ubi ἀλλὰ et γε interiecta voce aliqua separantur. Ita, quod Tullius pro Cluentio ait, *non timuisse, si minus vim deorum, at illam ipsam noctem!* Graece reddi potest, *οὐκ ἄρα φοβηθῆναι, εἰ μὴ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τὴν αὐτήν γε νύκτα.* [64] § 273.

IV. Quarto, ἀλλὰ, sequente ἆρα, vel ἢ vel μὴ, vel οὐ, οὐκ, οὐχὶ interrogat. Plato Legum X *Ἀλλ' ἆρά τισι προςφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἤ τινες τούτοις; Vtrum tandem*

62 Ex Budaeo pag. 473.

63 Isocr. in Archidam. p. 144 *Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ὑμῶν εἰσιν, ἀλλ' οὖν ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πάντα ποιήσοντας, Scio enim, Athenienses, si non per omnia nobiscum faciunt, saltem pro sua ipsorum salute omnia experturos esse.* In quibus verbis obiter observa idiotismum, *πάντα ποιεῖν*, pro *sedulo conari:* de quo supra, Cap. V, Sect. 10, Reg. 13. § 274.

64 Nonnunquam hac acceptione coniunctio ἀλλὰ praecedentia involvit; quae *βραχυλογία* nescio quam Graecorum idiomati gratiam addit. Hoc modo *ἀλλὰ νῦν γε* redditur, *Nunc maxime*, suppressa per ellipsin vocula *εἴποτε.* Ita Sophocles in Electr. vs. 411

Ὦ Θεοὶ πατρῷοι, συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν!

O Dii patrii, adeste nunc maxime! vel, *nunc saltem.*

Plenior structura est: *Ὦ Θεοὶ πατρῷοι, εἴποτε συνεγένεσθέ μοι, ἀλλὰ νῦν γε συγγένεσθε! O Dii patrii, si unquam alias mihi adfuistis, at nunc adeste saltem!* Est et ubi reddendum *vel*, eo sensu, quo v. c. dicimus, *Hoc vel omnibus notum est*, *Ἀλλὰ τοῦτό γε ἅπασι πρόδηλόν ἐστιν.* Ita Aelian. V. H. lib. XII, c. 21 *Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι, ἈΛΛ' αὐταὶ ΓΕ ἀφικόμεναι τὰ τραύματα αὐτῶν ἐπεσκόπουν, Lacedaemoniorum matres, quotquot audiverant, filios suos in praelio cecidisse, vel ipsae abibant inspectum eorum vulnera.* In versione has particulas omittit interpres, quae tamen suam vim ut habeant, necesse est. Mihi oratio elliptica videtur. *Ἀλλὰ* enim priori orationi, quae hic intelligenda relinquitur, adversatur. Ita ergo supplenda videntur, quae desunt: *Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, οὐκ ἄλλον τινὰ ἀποστέλλειν δι' ἔθους εἶχον, ἀλλ' αὐταί γε* etc. *Lacaenae matronae non alium quempiam mittere solebant, sed ipsae potius* etc.

similes (Dii) sunt principum quorundam, an potius Deorum principes aliqui? Idem in Gorgia [65]: Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *An vero (quod aiunt) post festum venimus?* Xenophon IV, Memorabilium: Ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ἐπιθυμεῖς γενέσθαι ἀγαθός; *An vero cupis bonus esse geometra?* Saepissime tamen ἀλλ' οὐχὶ citra interrogationem verti debet, *non autem.* Demosthen. pro Coron. Εἰ τουτοῒ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τοδὶ διελέχθην ἐγὼ, *Si hoc verbum, non autem aliud hoc protulerim.* Barbarum enim esset, οὐ δέ. †

V. Aliquando etiam, ἀλλ' ἦ, periodorum initio citra interrogationem, verti debet, *enimvero, utique, plane, profecto.* Ita Dio Chrysostom. novo sane more, duodecimam orationem exorsus est: Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, ὦ ἄνδρες, ἐγὼ καὶ παρ' ὑμῖν, καὶ παρ' ἑτέροις πλείοσι, πέπονθα τὸ τῆς γλαυκὸς, ἄτοπον καὶ παράδοξον πάθος, id est, *Mihi quidem, auditores, cum apud vos, tum apud alios plerosque, id ipsum usu venit, quod noctuae contigisse ferunt, absurdum utique, ao praeter exspectationem.*

VI. Ἀλλὰ γὰρ, et ἀλλὰ δὴ, saepe etiam interrogant. Plato II, de Republ. [66] Ἀλλὰ δὴ Θεοὺς οὔτε λανθάνειν, οὔτε βιάσασθαι δυνατόν; id est, *An vero Deos, nec latere, nec cogere quisquam potest?* Saepius tamen non interrogant, sed significant *at enim* [67]: nec aliter Graece dici potest, *non autem*, quam, ἀλλὰ μὴ, vel rarius, ἀλλ' οὔ.

65 In principio. Vid. Budaeum pag. 474. H.

† Recte Vigerum, qui particulae ἀλλὰ tribuit vim interrogandi, castigat Hoogevenus in Partt. gr. Nam in loco Platonis de Legg. X. vis interrogandi est in ἆρα, sed ἀλλὰ obtinet suam potestatem διαφορικὴν, et respondet antecedenti μὲν, in verbis, Ἄρχοντας ΜΕΝ ἀναγκαῖόν που γίγνεσθαι τούς γε διοικήσαντας τὸν ἅπαντα ἐντελεχῶς οὐρανόν· ἈΛΛ' ἆρα etc. Idem quoque existimandum est de locis laudatis Platonis ex Gorgia, et Xenophontis ex Memorab. ubi non ἀλλὰ, sed ἦ et μὴ vim habent interrogandi. Z.

66 Pag. 365. lin. 37. Vbi tamen sententia non est interrogativa, sed affirmativa, cuius indicium est particula δή.

67 Exemplum habet Plato Phaedr. pag. 228 Εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι· ἈΛΛΑ ΓΑΡ οὐδέτερά ἐστι τούτων, *Si ego Phaedrum ignoro, mei quoque ipsius oblitus sum. Atqui neutrum istorum est.* Non minus crebro quam eleganter harum particularum utraque neutralem vim retinet, et altera praecedentibus aliquid opponit, altera eius

VII. *Ἀλλὰ νὴ Δία*, vel *νὴ Δία ἀλλὰ*, ironice pro *at* oppositionis rationem reddit. § 275. Idque fit vel implicite, cum ex praecedentibus intelliguntur quaedam suppressa, ut in exemplo citato, quasi dicat: *ἈΛΛᾺ Φαῖδρον οὐκ ἀγνοῶ· οὐ ΓᾺΡ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι· οὐδέτερα ἄρα ἐστὶ τούτων.* Vel explicite, ut ex eodem loco ostendere posset quispiam, nempe additis, quae sequuntur, paucis: *εὖ οἶδα, ὅτι, Λυσίου λόγον ἀκούων* etc. Structura sola omnia plana reddet: *Ἀλλὰ οὐδέτερά ἐστι τούτων· εὖ οἶδα γὰρ* etc. Vbi *ἀλλὰ* opponit negative, *ipsum non ignorare Phaedrum:* et *γὰρ* reddit rationem: *quia probe sciebat, Phaedrum non semel Lysiae orationem legisse.* Nam ex Phaedri consuetudine argumentatur Socrates. Clarius tamen exemplum suppeditat Arrianus de Exp. Alex. lib. II, cap. 6, ubi Darius e quibusdam adulari ipsi studentibus cognoscit, *μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ἈΛΛ' ὀκνεῖν ΓᾺΡ, πυνθανόμενον, ὅτι αὐτὸς προςάγοι*, i. e. *Alexandrum neutiquam velle ulterius progredi, sed tergiversari, audito ipsius adventu.* Quae ut planiora fiant, et utriusque particulae ratio constet, sic sunt ordinanda: *Μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ἈΛΛ' ὀκνεῖν, πυνθανόμενον ΓᾺΡ*, sive *ἐπυνθάνετο γὰρ*, i. e. *ὅτι ἐπυνθάνετο, ὅτι αὐτὸς προςάγοι.* Confer eundem lib. III, cap. 18. Consulatur omnino Devarius. Idiotismum hunc optime expressit Maro lib. Aen. I, vs. 23

— *Hoc regnum Dea gentibus esse,*
Si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
Progeniem SED ENIM Troiano a sanguine duci,
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.

Vbi coniunctio *sed* adversative refertur ad illa: *Hoc regnum Dea gentibus esse tendit:* et altera illa *enim* ad *τὸ Audierat*, hoc modo: Iuno Carthaginem in regnum crescere volebat, SED conatibus obstabant fata: audierat ENIM, gentem ex Troianorum sanguine esse nascituram, quae olim everteret Carthaginis arces. Addam Ovidii locum lib. IX Met. vs. 248

— *SED ENIM ne pectora vano*
Fida metu paveant, Oetaeas spernite flammas;
Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes.

Ita enim distinguo, ut post *τὸ flammas* non finiatur, sed continuetur oratio. In quibus verbis aperte elucet Graecorum idioma, modo ita ordinentur: *Ne pectora fida paveant metu vano, SED spernite flammas Oetaeas; qui ENIM vicit omnia, vincet ignes, quos cernitis.* Quae postrema rationem dant, quare flammae essent spernendae. Confer lib. XI, vs. 401. Quod si in modo citatis Arriani verbis participium *πυνθανόμενον* in verbum mutetur, commode sequens membrum superiori connectet particula *δὲ*, *ἐπυνθάνετο δέ.* Ita in libro Argonaut. qui sub Orphei nomine circumfertur, vs. 771.

ἈΛΛ' οὐ ΓᾺΡ Μινύαισιν ἐπήνδανε πᾶσι νέεσθαι,
Δεῖμα Δ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Verbatim: *Sed enim Minyis non placuit una ire: iniecit vero* etc. pro, *SED Minyis non placuit una ire, iniecit ENIM iis timorem candidas ulnas habens Iuno.* Hoc idioma si quando Latini imitari

enimvero, scilicet, nimirum. Demosthen. in Lept.[68] Ἀλλά, νὴ Δία, ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, *At enim vero id forte nobis obiiciet.*

VIII. Ἀλλὰ δὴ καὶ[69], *imo etiam*, vel *usque adeo*, significant. Libanius: Οὗτοι ἄδειαν ἔσχον ἀπιέναι ὅπου ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους, id est, *Liberam, quocunque vellent, abeundi potestatem habuere, atque adeo ad ipsos hostes.*[70]

IX. Πλὴν ἀλλὰ fere significat *tamen, veruntamen*, ut etiam πλὴν καί. Lucian.[71] Πλὴν ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; *Veruntamen quid agerem?* Quo modo interdum repellentis est, ac refellentis: interdum approbantis, et concedentis.

At vero πλὴν ἀλλ' ἤ, redditur, *nisi*, ut πλὴν εἰ, et πλὴν ἐάν. Aristot. I, Metaphys.[72] Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, id est, *Nec enim hominem sanat medicus, nisi per accidens.*

X. Ἀλλά τοι, § 276. et ἀλλὰ μήν, *atqui, at certe, at vero.* Exempla passim obvia: sed ἀλλὰ μὴν in assumtionibus dialecticis usurpatur, quo modo *atqui* apud Latinos: unde est hoc Luciani[73] argumentum: Εἰ γάρ εἰσι βωμοί· εἰσὶ καὶ Θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ Θεοί· *Si enim arae sunt, sunt etiam Dii; atqui arae sunt, ergo et Dii.*[74]

volunt, loco coniunctionis δὲ substituunt copulativam et vel *que*. Ad rem apposite Naso lib. Met. X, vs. 323.

Si tamen hoc scelus est: SED ENIM damnare negatur
Hanc venerem pietas: coëuntQVE animalia nullo
Caetera delectu. —

Ordo est: *sed pietas damnare negatur; namque animalia caetera* etc.

68 Nempe sub principium. Sed distinguendum puto inter ἀλλὰ νὴ Δία, et νὴ Δί' ἀλλά. Vtriusque usus est ἐν ταῖς προλήψεσι, verum illius ἐν ταῖς ὑποφοραῖς, huius ἐν ταῖς ἀνθυποφοραῖς, i. e. illud aptius est obiectionibus formandis, hoc ad obiectiones respondendo. Vtrumque una cum Nostro confundere videtur Budaeus pag. 473.

69 Vel transpositis vocabulis ἀλλὰ καὶ δή. Plat. in Phaedro pag. 236 Οὐκ (suppl. εἴπω;) ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω, *Non dicerem? Imo etiam affirmo.*

70 Haec ex Bud. Comment. L. G. quem adi pag. 473, in fin.

71 In Prometheo in fine. Vid. Devar. pag. 424.

72 Cap. I, ex Bud. pag. 552.

73 Sub finem Iovis Tragoedi.

74 Eaedem particulae, si sequatur particula καί, ponuntur pro καὶ μὴν καί, *Quin etiam.* Ita Herodianus lib. II, cap. 4, postquam dixerat, Pertinacem omnium suis virtutibus animos sibi conciliasse, addit: Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν βαρβάρων ὅσοι πρό-

XI. Ἀλλ' ἢ, ἀλλὰ ὅτι, et ἀλλὰ ἢ ὅτι, *nisi quod*. Synesius Epist. Ὃ δὲ παρὰ πόδας ἐποιεῖτο κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο, *Quod praesens periculum intentabat, aliud erat nihil, quam quod passis velis navis ferebatur.* [75]

τερον ἀφηνίαζον καὶ ἐστασίαζον, — ἑκόντες αὐτῷ προσεχώρουν, *Quin etiam Barbari, quotquot antea iugum excusserant et rebellaverant, sponte ad eum accedebant.*

75 Ita ἀλλ' ἢ etc. si praecedat aliqua vel negatio vel interrogatio, redditur *quam*, vel *nisi*: *quam quod*, vel *nisi quod*. Ita Demosth. adversus Phorm. pag. 585, lin. 47 Οὐ κατηγόρασεν, ἀλλ' ἢ πεντακισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν, *Mercatus est non amplius quam quinquies mille et quingentis drachmis.* Sic Aeschin. in Timarch. pag. 191, lin. 42 Ὥστε μηδὲν ἀλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι, *Ita ut illi nihil nisi dedecus reliquum sit.* Singularis est Herodiani locus, lib. III, cap. 10, ubi, postquam dixerat, Severum in Pontianum maxima contulisse beneficia, eumque opibus et honoribus auxisse, subdit, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, *Nihil reliqui faciens, nisi quod imperium cum illo non communicaret.* Vbi post ἀλλ' ἢ videtur deesse negatio vel participium παραλιπὼν aut si quod aptius, post οὐδὲν ἕτερον, [Intellige potius ποιησάμενος. Sic post *aliud* saepe Latini omittunt *fecit*. V. c. Petron. cap. 86 *Nihil aliud (sc. feci) quam puerum basiavi.* Liv. II, 63 *Et hostes quidem nihil aliud (sc. faciunt), quam perfusis vano timore Romanis citato agmine abeunt.* Z.] ut sensus constet. Sic ἀλλ' ἢ, praecedente οὐδὲν, denotat, *nihil aliud, quam*, et subauditum ante se vult verbum ποιῶ. Lucian. Dem. Encom. pag. 924 Οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον, *Nil aliud, quam orare illum, suspicabar.* Cum interrogatione, ut apud Plat. Phaedr. pag. 258, lin. 42 Τίνος μὲν οὖν ἕνεκ' ἄν τις, ὡς εἰπεῖν, ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα; *Quamobrem enim aliquis, ut ita dicam, vivat, nisi talium voluptatum gratia?* Est et ubi ἀλλὰ sine aliqua coniunctione adiecta in hac significatione invenitur. Ita Aphthonius in Progymn. de Thucydide: Οὐ γὰρ ἑτέρωθεν γέγονεν, ἀλλ' ὅθεν οἱ λόγοι, *Non enim alio in loco natus est, quam unde orationis elegantia profluxit.* Nonnunquam praecedente negatione commode redditur *prorsus*, *plane*. Herodian. lib. I, cap. 13 Οὐδὲν ἀλλ' πένθους σχῆμα δείξασα, *Nihil aliud quam luctus habitum ostendens*, i. e. *plane lugubrem habitum.* H.

Quae de particulis ἀλλ' ἢ vel alii, vel nosmet ipsi observavimus, ea hic summatim repetere haud alienum videtur. 1) Ἀλλ' ἢ saepe nil peculiare continet: nam significat *sed vel.* Vt Theogn. 485 Μὴ πῖν' οἶνον ὑπερβολάδην· ἀλλ' ἢ, πρὶν μεθύειν, ἐπανίστασο, ἢ παρεὼν μὴ πῖνε. Epict. Enchir. pag. 24 Ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. Conf. 2 Cor. I, 13. et Aristoph. in Vesp. 8. 2) Significat *Sed an*, *Num vero*, ubi scribi debet ἀλλ' ἦ, quod interdum a librariis

XII. *Ἀλλὰ*, interdum adhortantis est; tuncque fere coniungitur cum *ἄγε*, vel *ἄγε δὴ*, vel imperativo verbi *εἶμι*,

corrumpitur. Sic esse debet Plat. in Phaedr. pag. 261, ubi Phaedro dicenti, *περὶ τὰς δίκας λέγεται καὶ γράφεται* (sc. *ἡ τέχνη ῥητορικὴ* [immo *ἡ ῥ. τέχνη. Herm.*]) *λέγεται δὲ καὶ περὶ τὰς δημηγορίας· ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα*, respondet Socrates, *ἈΛΛ' Ἦ τὰς Νέστορός τε καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντε συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας;* Hic enim *ἀλλὰ* haud dubie adversatur antecedentibus, et *ἦ* vim rogandi obtinet. 3) Saepissime *ἀλλ' ἢ* nil est nisi *ἄλλο ἢ*, et ita fortasse rectius feceris, si scripseris et distinxeris, *ἄλλ', ἤ*. V. c. Plat. in Phaedr. pag. 231 *Οὐδὲν ὑπολείπεται, ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως.* Melius sic: *οὐδὲν ὑπολείπεται ἄλλ', ἢ π. π.* Nam sensus est, *Nil ALIVD reliquum est, quam ut alacriter perficias.* Aristoph. in Ran. 1105 *Οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ'* (rescribe *ἄλλ',*) *ἢ μάζαν καλέσαι καὶ ῥυππαπαὶ εἰπεῖν.* Item ibid. vers. 229 *οὐδὲν γάρ ἐστ' ἀλλ' ἢ κοάξ.* Heliod. V, 2 *Καὶ τί γὰρ ἀλλ' ἢ τάφος;* 1 Cor. III, 5 *Τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δ' Ἀπολλὼς ἀλλ' ἢ διάκονοι;* Recte in nonnullis libris distinguitur Plat. Apol. cap. 5 *δι' οὐδὲν ἄλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα.* It. Plat. in Sophist. pag. 225 *οὐδὲν ἄλλ' ἢ τὸ χρηματιστικὸν γένος ὁ σοφιστής.* Ad hanc normam quoque interpretare Aristoph. in Pac. 475 *Οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον, οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι ἀλλ'* (scribe *ἄλλ'*) *ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων*, h. e. *Nec isti traxerunt, nec Argivi dudum aliud* (sc. *fecerunt*) *quam miseros deriserunt.* Itaque non est, quod cum Devario *ἀλλ' ἢ* putemus positum pro *ἀλλὰ μόνον*, aut cum Hoogeveno verba *οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν* parenthesi includamus. Item Luc. XII, 51 *Δοκεῖτε, ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; Οὐχὶ, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν.* Rescribe, *ἄλλ' ἢ δ.* scil. *παρεγενόμην δοῦναι.* 4) Nonnunquam *ἀλλ' ἢ* ponitur pro *ἄλλως ἤ*, aut *ἄλλο ἤ*, ita ut *ἄλλο* adverbialiter usurpetur. Caeterum latine reddi potest, *nisi praeterquam*, *secus quam.* E. gr. Isae. de Aristarch. Hered. pag. 261 *ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τῶν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἈΛΛ' Ἢ τοὺς παῖδας ἐπὶ διετὲς ἡβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων.* Laudavimus locum ex recensione Reiskii, qui forte male pro *ἐᾷ τὸν* correxit *ἐᾷ τῶν.* Nam haud dubie *τὸν* est retinendum, et pro *ἀλλ' ἢ* legi debet *ἄλλον ἤ.* Hanc emendationem non minus scripturae compendium *ἈΛΛ' Ἢ* commendat quam *τοὺς παῖδας*, qui opponuntur. Igitur ad hanc regulam potius pertinere videtur Plat. in Phaedr. pag. 258 *Τίνος ἕνεκα ἄν τις ζῴη ἈΛΛ' Ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα;* Nisi quis malit pro *ἀλλ'* legi *ἄλλον.* Lucian. Tyrannicid. sub finem: *εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου· ἀπέθανον ἂν ἈΛΛ' Ἢ ὡς τύραννος μόνον*, h. e. *Si prius trucidatus essem, mortuus essem secus quam ut merus tyrannus.* § 277. Haec ratio melior et facilior mihi esse videtur, quam Hoogeveni, qui illud *ἀλλ' ἢ μόνον* interpretatur per *duntaxat.* Similiter pro *ἄλλως* accipiendum esse censeo, quoties praecedit nomen *ἄλλος.* V. c. Plat. in Phaed. pag. 97 *Οὐδὲν ἌΛΛΟ σκοπεῖν προσήκειν ἄν-*

eo; nec quicquam per se significat. Dionysius Halicarnass. lib. III *Οἱ μὲν ἄντικρυς ἐπιόντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἀλλ' ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς*, id est, *Alii a fronte, alii a tergo ingruentes, ite porro, atque illos omnino contemnite;* ubi ἀλλ' ἴτε, pro ἴτε δή. 76

Eadem coniunctio ita nonnunquam post comparativum adverbium sequitur, ut sumi videatur pro ἤ, *quam.* Thucydid. saepe, ut lib. II 77 *Τὸν τάφον ἐπισημότατον (ἐλάμβανον), οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν ἀείμνηστος καταλείπεται*, id est, *Sepulchrum illustrissimum* (supple *habuerunt*), *non illud potius, in quo iacent, quam in quo perpetua eorum gloria remanet.* Latini tamen potius dicerent, *tam, quam.* [Wyttenb. ad eclogas hist. pag. 423. *Herm.*]

θρώπῳ καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἈΛΛ' ἢ τὸ ἄριστον καὶ τὸ βέλτιστον. Id. in Apol. pag. 34 *Τίνα ἌΛΛΟΝ λόγον ἔχουσι βοηθοῦντες ἐμοί, ἈΛΛ' ἢ ὀρθόν τε καὶ δίκαιον;* At vero, dicet aliquis, ita oritur pleonasmus. Audio: sed tamen talis pleonasmus, qualis apud Platonem, non est infrequens. Atque malo hunc admittere, quam cum aliis ad contortas fugere interpretatiunculas. Z.

76 Adhortationis quoque vim retinet ante imperativos quorumlibet verborum. Aristoph. Nub. vs. 183

— *Ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν!*
— *Quin aperis ostium?*

In verbis Dionysii ἀλλ' ἴτε ἐπ' αὐτούς, in constructione invenitur, et ἴτε non est particula, sed verbum, et vis hortandi est in particula ἀλλά, quare minus recte dicit auctor, ἀλλά, per se nihil significare. H.

Inprimis eleganter ponitur ἀλλά in cohortationibus tum, cum repente ab antecedente oratione transitus fit ad cohortationem, adeo ut reddi possit: *Sed quid verbis opus est? Quid vero moror in rebus ad rem causamque minus pertinentibus?* § 278. *Sed ut ad rem redeam* etc. V. c. Iliad. β', 139, postquam Agamemnon ostendit, Troiam capi non posse, transit ad hoc: *Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντας.* Similiter Iliad. α', 274, ubi Nestor docuit, suam auctoritatem apud pristinos homines permagnam fuisse, repente defertur ad hoc: *Ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες, ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον.* Ibid. 393 Achilles, expositis iis, quae sibi per iniuriam Agamemnonis acciderant, matrem adhortatur: *Ἀλλὰ σύ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος.* Sic Minerva ad Achillem ibid. 210 *ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος.* Ibid. 337 Achilles, ubi quaedam dixit ad legatos Agamemnonis, repente se convertit ad Patroclum et ait, *ἀλλ' ἄγε, διογενὲς Πατρόκλεις, ἔξαγε κούρην.* Hanc vim huic particulae esse subiectam, quam diximus, patet quoque ex eo, quod, quantulum equidem scio, nunquam a principio orationis occurrit, sed post aliquot verba, quae ante sunt dicta. Z.

77 Cap. 43.

Idem paullo post: *Οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται*, id est, *Nec enim, qui duriore fortuna utuntur, iustius vitam profundunt, quam qui de adversa quadam mutatione, dum vivunt, adhuc periclitantur.* Felices ac fortunatos intelligit, qui, dum vivunt, in continuo adversae sortis periculo versantur.

S E C T I O II.

De Coniunctione ἂν, spectata in primo et secundo casu.

R E G V L A I.

Coniunctio ἂν, (praeterquam quod saepe sumitur pro εἰ, § 279. et praeter alium vulgarem usum, quo fere cum optativo et subiunctivo coniungitur) apud Graecos, oratores maxime, usus habet tam elegantes, quam varios, quos etiam apud Poetas, κε et κεν, encliticae repraesentant. Nos, facilitatis causa, illos omnes ad quatuor praecipuos revocamus. Primus est ἀοριστολογικὸς, id est, *indefinitus:* secundus δυνητικὸς, quasi *potestativus:* tertius παραπληρωματικὸς, id est, *abundans:* quartus ἐλλειπτικὸς, id est, *deficiens.*

II. Primus igitur indefinitus, omnium facillimus, maximeque contritus est, cum indefinitam loci, temporis, ac caeterorum id genus significationem habet: quomodo fere cum optativo, vel subiunctivo construitur: ut, ὅ τι ἂν λέγοις, πλέον γενήσεται μηδὲ ἕν, vel μηδέν· *Quicquid dicas, amplius fiet nihil*, id est, *nihil propterea consequere.* [78]

III. Secundus δυνητικὸς amplissime patet, itaque dicitur, quod fere sententia commode per verbum δύνασθαι declarari possit; licet etiam per verbum ὀφείλειν, *debere*, id fieri queat.

78 Exemplis nihil tritius: habetque fere eandem significationem quam Latinorum syllabica adiectio *cunque*. Vt, ὅσοι ἂν, *Quotcunque*. Marc. VI, 11. Apud quem et ἐὰν pro ἂν invenitur. Sic ὃ ἐάν, *Quodcunque*. Ibid. 22. Ὅπου ἐάν, *Quocunque*. Matth. VIII, 19, et alibi in N. T. saepe. § 313. ad pag. 517.

IV. Primum igitur, cum imperfecto indicativi, seu praecedat, seu sequatur, affert significationem praesentis, et imperfecti optativi: ut, *Εἴπερ ἑώρων ἀδικοῦντα, οὐκ ἂν περιεώρων*, *Si viderem iniuriis afficientem, non paterer*; pro ἂν ὁρῴην, ἂν περιορῴην.[79] § 280.

Saepe etiam pro plusquamperfect. quia imperfectum pro aoristo poni solet. Demosthen. initio Philipp. I, *Ἡσυχίαν ἂν ἦγον*, *Quievissem*, vel *quiescerem*.

V. Secundo, cum aoristo utroque indicativi, sumitur pro aoristo, vel plusquamperfecto optativi: ut *Ἐκεῖνον ἂν ἐξέβαλον, εἰ παρεισεδύσατο*· ubi ἐξέβαλον idem, quod ἐκβάλοιμι, id est, *Illum eiecissem, si clam se ingessisset.* Demosthen. Philipp. I, *Οὐδὲν ἂν, ὧν νυνὶ πεποίηκεν, ἔπραξεν*, id est, *Nihil eorum, quae nunc fecit, praestitisset.*

VI. Tertio, cum plusquamperfecto indicat. pro eod. plusquamperfect. optativi. Demosthenes pro Coron. *Ὥστε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει*, *Ita pacem non obtinuisset.* Ibidem: *Ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ*, id est, *Quia suarum etiam iniuriarum*, id est, *nobis ab eo illatarum, meminisset.* Ibid. in voce passiva, *Ἐξήρπαστο ἂν τοιοῦτος*, id est, *Homo eiusmodi ereptus fuisset:* nempe, iudicum manibus.

VII. Quarto, cum praeterito, etiam medio, tametsi rarius. Demosthen. ibid. *Ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε*, id est, *Alioquin, quantum ad vos attinet, pridem utique iam periissetis.* [At ibi rectius in plerisque ἀπολώλειτε. *Herm.*]

VIII. Quinto, non tantum cum imperfecto, vel aoristis indicativi, sed etiam cum optativo saepius, quam cum subiunctivo, vim habet supprimendi aliquid, sed tamen δυνητικῶς· ut: *Τοῦτο μὲν τῷ ἀντιδίκῳ ἑκὼν ἂν συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα οὐκ ἄν*· supple, *συγχωροίην*, id est, *Hoc quidem adversario libens concesserim, alia vero non item.*[80]

79 Ita Dem. epist. III, p. 117, initio: *Ταῦτα δ', εἰ μὲν παρῆν, λέγων ἂν ὑμᾶς ἐδίδασκον*, *Haec, si adessem, verbis vobis exponerem.*

80 Verba, paucis mutatis, desumta ex Platonis Philebo, p. 36, lin. 31 *Δόξας μὲν ἔγωγ' ἄν που συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα ταῦτ' οὐκ ἄν*, *Opiniones fortasse quidem concesserim*, (sc. *alias esse veras, alias falsas*) *reliqua vero haec non item.* Exemplum aliud quaere apud Lucianum, Dem. Encom. pag. 906 *Τούτῳ ἀργύριον μὲν προσείμην ἄν, φιλίαν δ' οὐκ ἄν*, *Huic argentum quidem offerrem, amicitiam vero non.*

IX. Sexto, Latini vim illam δυνητικὴν fere per futurum optativi, vel per aoristum subiunctivi exprimunt: ut patet e superiori exemplo. Tullius pro Coelio [81]: *Iam ista deseruerit: iam aetas omnia, iam dies mitigarit:* Ταῦτα μὲν ἂν ἤδη ἀφείη, πάντ' ἂν ἤδη ἡλικία που καὶ χρόνος καταπραΰνειεν.

Aliquando per imperfectum, aut plusquamperfectum optativi [82]: ut, *Ires tu vero, obsecrares, obtestarere:* pro *ire, obsecrare deberes* aut *debuisses:* Ἀμέλει, σὺ μὲν ἂν προσέρχοιό τε, καὶ ἀντιβολοίης, καὶ καταμαρτύροιο.

X. Septimo, cum interrogatione, ac fere particula γὰρ, et optativo, indignationis sensum aliquem indicat, et contemtus. Aeschines in Ctesiph. Σὺ γὰρ ἂν (Demosthenem appellat,) κώμην ἀποστήσαις; Σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις, μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πάρεστι; *Tu ut vel unum vicum ad defectionem impelleres? Tu ut adires, non dico urbem, sed domum unam, ubi aliquid subesset periculi?* Quasi dicat, *nunquam id faceres.* Sic apud Latinos cum indignatione: *Tu ut id feceris? Vt praesente me verberaris?* Σὺ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειας; σὺ γὰρ ἂν καὶ παρόντος ἐμοῦ τύψειας; Gallice, *que tu l'ayes battu en ma presence?*

Vbi supprimitur προείμην. Caeterum aliquando cum Optativo construitur, ut merum Indicativum vel Imperativum sensus postulare videatur. Indicativum quidem apud Herod. Erat. cap. 63 Οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη, *Non est filius meus.* Subauditur enim υἱός. Nisi mavis: *Hic non potest esse meus:* quippe qui ante iustum tempus esset natus. Et sane videtur haec optativi cum particula ἂν otiosa esse constructio, sed latere aliquid δυνητικόν. Quid? quod illud, quod Latini significant per *facile*, Graeci per hanc particulam cum Optativo exprimunt. E. g. *Philosophorum suae aetatis facile princeps est.* Graece: Τῶν καθ' αὐτὸν φιλοσόφων κορυφαῖος ἂν εἴη. Huc refer locum Platonis, de Legg. Lib. I Ὑμῖν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἌΝ ΕἼΗ νόμων, *Nam, si quidem vobis satis aequae sunt leges, haec certe inter omnes facile eminet.*

Imperativum autem apud Plat. Phaedr. non longe ab initio: Λέγοις ἂν, *Dic modo.*

81 Cap. 31, in fine.

82 Per praesens. Virgil. Aen. II. vs. 8.

— — — — *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumve, aut
duri miles Vlyssei
Temperet a lacrymis? —

i. e. *temperare possit.* Quae Graece ita verti possunt:

— — Τίς ἂν τοιαῦτ' ἀγορεύων
Μυρμιδόνων, Δολόπων τ', ἢ
Ὀδυσσῆος στρατιώτης
Φράζοι ἀδάκρυτος; —

XI. Octavo, vim illam δυνητικὴν et cum futuri significatione coniunctam habet, non modo cum optativo, sed etiam cum futuro indicativi, et aliorum modorum: itemque cum praesenti, praeterito, et utroque aoristo infinitivi, et participiorum.

Ac primo cum futuro indicativi. Isocrat. in Areopagitico: *Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν σχεδὸν ἅπαντα κακὰ πεισόμεθα*, id est, *Fieri non potest, quin omnia fere malorum genera patiamur.* [83]

XII. Cum futuro infinitivi. Idem in Busir. [84] *Ἐνόμισε τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωροῦντας τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν*, *Existimavit, qui haec nihili facerent, eos maiora quoque contemturos.*

XIII. Cum futuro participiorum rarius, aliquando tamen: ut, *Αὐτῷ δή, ὡς μάλα φιλοφρονητικῶς ἂν δεξιωσόμενος, ἀπήντησεν*, *Obviam ei profectus est, quasi eum peramanter excepturus.*

XIV. Cum praesenti infinitivi saepissime. Xenophon *Παιδείας* I, *Δοκεῖ μοι ἆθλα προτιθεὶς, μάλιστα ἂν ποιεῖν ἐνασκεῖσθαι ἕκαστα, ὥςτε, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρήσασθαι*, id est, *Mihi quidem videtur, si praemia proponet, effecturus maxime, ut in singulis optime exercitati sint, eosque, ubi opus erit, maxime promtos et expeditos habeat;* ubi *ποιεῖν* pro *ποιήσειν*, et *ἔχειν* pro *ἕξειν*. Demosthen. initio Philipp. I, *Ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν*, *Existimo, ut primus etiam ad dicendum surrexerim, me tamen veniam iure consecuturum:* ubi *ἂν τυγχάνειν* pro *τεύξεσθαι*.

XV. Cum Aoristis infinitivi. Xenophon *Ἑλληνικῶν* VI, *Νομίσας οὐκ ἂν ἔτι συμμῖξαι αὐτῷ τοὺς μισθοφόρους*, pro *συμμίξειν*, *Ratus, mercenarios sese cum eo deinceps minime coniuncturos.* Idem *Παιδείας* VIII, *Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν*, pro *πείσεσθαι*, *Iam in tuto collocatus ero, sic ut mali amplius pati nihil possim:* quo loco maxima vis *δυνητικὴ* exprimitur.

XVI. Cum participio praesentis. Idem *Ἑλληνικῶν* VII, *Ἐπεὶ ἔγνω οὐκ ἂν δυνάμενος τῆς πόλεως κρατεῖν*, pro *δυνησόμενος*, *Vbi se urbis dominum esse non posse cognovit.*

83 Vid. Bud. pag. 497.

84 Pag. 448.

Demosthen. pro Coron. *Τῶν τότε Ἀθηναίων πολλὰ ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι καὶ Κορινθίοις, καὶ Θηβαίοις, Cum Athenienses eo tempore acceptarum a Corinthiis ac Thebanis iniuriarum memoria commoveri potuissent.*

XVII. Cum Aorist. I participii. Idem *Παιδείας* I, *Ὡς οὐδένα ἂν λήσαντα τὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ σημεῖα*, § 281. id est, *Quasi neminem summi numinis signa latere possent:* pro *λήσοντα.*

XVIII. Cum 2 Aoristo participiorum. Idem *Ἑλληνικῶν* VI, *Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ συνελθοῦσαν ἂν ταχέως τὴν Λακεδαιμονίων δύναμιν*, id est, *Secum etiam ita ratiocinabantur, brevi simul coituras Lacedaemoniorum vires;* ubi *συνελθοῦσαν* pro *συνελευσομένην.* Demosthen. pro Coron. inter *ἂν* et particip. verbum inseruit [p. 231. Reisk.]: *Θηβαίοις δ' ὅ, τιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, Quicquid vero Thebani paterentur, id iucundum vobis futurum esset.* § 282.

S E C T I O III.

De tertio et quarto usu eiusdem Coniunctionis.

R E G V L A I.

Tertius usus, qui *παραπληρωματικὸς* dicitur, is est, cum particula ista *παρέλκει, abundat.* Aristoteles Ethic. X [85], *Μάλιστα ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος*, id est, *Ex superioribus id maxime posse videatur, qui condendarum legum peritus fuerit;* ubi prius *ἂν* abundat, nisi dicamus, *ἂν δύνασθαι* sumi pro *δυνήσεσθαι.*

Aristophanes in Vesp. [86] *Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς*, id est, *Ego quippe ne lac quidem avium huic vitae praetulerim, quam tu mihi eripis.*

Plato IV Legum [87]: *Τοῦτο γὰρ ἔχουσα*, (supple *πόλις*) *πολλὴν ἐξαγωγὴν ἂν παρεχομένη, νομίσματος ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντεπίμπλατο ἂν*, id est, *Hoc enim si haberet,*

85 Pro usu *παραπληρωματικῷ* citat hunc Aristotelis, ut et sequentem Aristophanis locum, Budaeus pag. 495.

86 Vers. 506. De quo loco ut et superiori ex Aristotele, vid. Bud. pag. 495.

87 Pag. 705, lin. 13.

ut rerum inde multarum exportatio fieret, ita magna vicissim auri argentique copia repleretur; ubi ἂν, cum παρεχομένη iunctum, manifeste redundat, vel significat παρέχειν δυνησομένη.[88]

Demosthen. initio I Philipp. cum aoristi particip. vocem hanc ita coniunxit: Ἐπισχὼν ἂν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο. ubi ἐπισχὼν ἂν pro ἐπισχὼν tantum: id est, *Vbi exspectassem, donec eorum qui solent, plurimi sententiam dixissent;* nisi traiectio sit pro ἕως ἂν.

II. Quartus ac postremus usus ἐλλειπτικὸς, id est, *deficiens*, bifariam dividi potest. Primum enim, coniunctio illa praesens vim habet subintelligendi aliquid, quod orationi desit, adhibita fere verbi eius repetitione, in quo vis significationis praecipua est. Synesius ad fratrem[89], de incerto quodam caedis auctore: Τοιοῦτός ἐστιν, ὡς εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἂν, *Eiusmodi ille est, ut facinus etiamsi non admiserit, admittere tamen potuerit;* vel, *data occasione, admissurus etiam fuerit;* ubi et verbum ποιεῖν repetitur, et ἂν, praeter vim δυνητικὴν, simul aliquid aliud involvit, v. c. ἡνίκα ἂν τύχῃ, [male: hoc enim esset *si res ita tulerit. Herm.*] *si res ita ferret*, aut aliud simile.

III. Eiusdem ἐλλείψεως clarius etam exemplum hoc est, quod apud eundem Synesium ibidem exstat: Τοὺς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, (*delatores* intelligit; et supplendum ex praecedentibus, οἶμαι δεῖν ἀποτροπιάζεσθαι) ὅτι συνέπλασαν ἂν, *Hos vero*, (supple, *delatores exsecrandos puto*) *quod rem, ut minus forte confinxerint, confingere tamen parati per sese fuerint;* nempe, εἴπερ ἂν καιρόν που λάβοιεν, *si qua sese daret occasio.* [immo εἴπερ ἔλαβον. *Herm.*]

IV. Alter modus, quo illa coniunctio ἐλλειπτικῶς usurpatur, est, cum ipsamet desideratur, ac subintelligitur: tunc eodem modo loca illa explicari debent per optativum, ac si expressa esset illa coniunctio. Ita, cum alicui loco, vel imperfecti, vel aoristi, vel perfecti significatio minus conveniet, statim [immo nunquam. *Herm.*] coniiciendum erit particu-

88 Idem Plato in Phaedro, pag. 276, lin. 18, hoc modo hanc coniunctionem ter repetit: Ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα; § 283. *In quibus vero artem agriculturae adhibens serio egerit, serens ubi convenit, nonne contentus erit, si eorum, quae seminaverit, octavo mense fructum ceperit?*

89 Ex Budaeo pag. 496.

iam ἂν subintelligi: similiterque praesens, vel aorist. et perfectum, vel infinitivi, vel participiorum, per futurum explicandum esse. Pauca ex Demosthene et Xenophonte subiiciemus exempla.

V. De Imperfecto, clarum illud est, Olynth. I [90] Ῥᾴονι, καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ, id est, *Faciliore nunc, multoque modestiore Philippo uteremur;* pro ἐχρώμεθα ἄν. [91]

VI. Item de Infinitivo praesentis temporis. Ibidem: *Βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν, ἔχειν·* pro σχήσειν, vel ἔχειν ἄν· loquitur enim ibi de constantia in futurum: id est, *Constantes ab iis, propter illa quae metuunt, quaeque passi iam sunt, inimicitias gestum iri.* [92]

Iam de Aoristo eiusdem infinitivi. Ibid. [93] *Σκοπεῖτε, εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι,* pro τελευτήσειν, *Videte, quem ista finem habitura speretis.* Idem pro Corona, cum Aoristo primo medio, sequente futuro activo: Ῥᾷον ἤλπιζε τὰ μὲν παρακρούσασθαι, τὰ δὲ πείσειν, id est, *Sperabat se facilius partim in fraudem inducere, partim etiam persuadere posse.*

VII. Denique de participio, in quo tamen id rarius accidit. Xenophon Παιδείας VI [94], Ἄλλους δὲ μισθοῦνται, ὡς ἄμεινον μαχομένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοὶ, id est, *Alios mercede conducunt, quasi melius sua causa pugnaturi sint, quam ipsimet:* ubi μαχομένους pro μαχομένους ἂν, vel μαχεσομένους. Et lib. VII in Aorist. participiorum: Ὡς οὕτω μᾶλλον ἐπιπεσὼν ἀπαρασκεύοις τοῖς ἐναντίοις, id est, *Quasi hoc pacto adversarios magis imparatos invasurus;* ubi ἐπιπεσὼν pro

90 Pag. 2, lin. 28.

91 Hic desiderantur exempla quaedam ex Demosthene citata, quae editio Parisiensis habet; qua ratione ea hoc loco non addiderim, in prologo dixi. Tu ea quaere Sectione IV, Regula 5, ubi illa editio eadem repetit.

92 At controversa haec possit videri versio; cur enim non liceat reddere: *Probabile est, eos propter ea, quae metuunt, et passi sunt, constantes inimicitias exercere.* Loquitur de Olynthiis, quos, si ad belli societatem ab Atheniensibus fuissent invitati, minus fortasse firmos habuissent et ad tempus socios, sed nunc, cum ob iniurias ipsi Philippo essent infensi et arma moverent, credibile erat, inimicitias ipsos alere constantiores. Quae si ita sunt, supervacua sit particula ἄν. Locus est pag. 2, lin. 14.

93 Pag. 3, lin. 15, sed scribendum σκοπεῖσθε.

94 Pag. 160, lin. 6. H.

ἐπιπεσὼν ἂν vel ἐπιπεσεῖν μέλλων, cum de futura expeditione loquatur. § 284.

VIII. Idem usus fere perpetuus est, praecedente coniunctione *εἰ*, cum imperfecto vel aoristo. Tunc enim vix unquam coniunctio ἂν exprimitur; semper tamen, meo quidem iudicio, subauditur. [Hoc ridiculum est. *Herm.*] Exemplis nihil frequentius. Ego sectione sexta pauca subiiciam, hic tantum monuisse contentus. †

† Quae Hoogevenus satis copiose et subtiliter de vi particulae ἂν disputat, huc fere redeunt. 1) Praecipua huius vis, quae per omnes usus dominatur, videtur esse ἀοριστολογικὴ, qua Nominum et Adverbiorum δήλωσις et Verborum actus imminuitur, et oratio infinita efficitur. Sic in ὃς ἂν et ὅςτις ἂν tollitur persona certa, et redditur incerta: in ὅ, τι ἂν, tolllitur res certa, atque in οὗ ἂν et ὅπου ἂν locus certus, in ὅπως ἂν modus certus, in ὅταν, h. e. ὅτε ἂν, tempus certum, atque in γράφοι ἂν actus verbi tollitur. Construitur antem a) fere cum *Coniunctivo*: ut Plat. in Phaedr. pag. 266 *Σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν, ΟΙ῝ ἌΝ (quicunque) δωροφορεῖν αὐτοῖς ὡς βασιλεῦσιν ἘΘΈΛΩΣΙ.* Ibid. pag. 264 *Μεταμέλει, ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν.* Ibid. 268 *Ἀξιῶ ἰατρὸς εἶναι καὶ ἄλλον ποιεῖν, ᾧ ἂν τὴν τούτων ἐπιστήμην παραδῶ.* b) Cum *Optativo*: v. c. Iliad. α'. 550 *῞ΟΝ δ' ἌΝ ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἘΘΈΛΟΙΜΙ νοῆσαι.* c) Cum *Indicativo:* ut Aristoph. Acharn. 873 *῞ΟΣ ἘΣΤ' ἌΝ ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς.* § 285. In verbis per particulam ἂν actus sublatus vel certe imminutus redigitur vel ad *potentiam*, vel *voluntatem*, vel *officium*, vel *tempus futurum*. De hoc quadruplici usu in Verbis nunc deinceps dicemus. Igitur sequitur 2) usus particulae δυνητικὸς, qui iungitur a) fere *Optativo:* ut Aristoph. Acharn. 313 *Πόλλ' ἂν ἀποφήναιμ' ἐκείνους ἔσθ' ἃ κἀδικουμένους, Illos multas perpessos esse iniurias, ostendere* P O S S V M. Demosth. Olynth. I *Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, Quid igitur? aliquis obiicere potest*, seu, *obiiciet.* b) *Infinitivo:* v. g. Plat. IV, de Rep. pag. 421 *ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει μάλιστα ἌΝ ΕΥ῾ΡΕΙ῀Ν δικαιοσύνην, κατιδόντες δὲ ΚΡΙ῀ΝΑΙ ἌΝ, ὃ πάλαι ζητοῦμεν.* Id. in Phaedr. pag. 235 *Τοῦτο δὲ οἶμαι οὐδ' ἂν τὸν φαυλότατον παθεῖν συγγραφέα.* c) *Participio:* ut Plat. ibid. pag. 260 *Οὕτως περὶ τούτων ἀκήκοα, οὐκ εἶναι ἀνάγκην τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσεσθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ ΔΟ´ΞΑΝΤΑ ἌΝ πλήθει*, h. e. *quae populo videri possunt.* d) *Imperfecto Indicativi:* ut Aristoph. Vesp. 278 *Μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετο, Soli persuaderi non poterat.* § 286. e) *Aoristo Indicativi:* v. c. Aristoph. Plut. 983 *Οὐ πολλὰ ἐδεῖτο, καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο· ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἌΝ ῍ΗιΤΗΣ' εἴκοσι εἰς ἱμάτιόν γ'· ὀκτὼ δ' ἌΝ εἰς ὑποδήματα· καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον ἘΚΈΛΕΥΣΕΝ ἌΝ, τῇ μητρί τε θοιμάτιδιον· πυρῶν τ' ἌΝ ἘΔΕΗ´ΘΗ μεδίμνων τεττάρων, Non multa a me petiit: nam mirum in modum me colebat: sed potuisset argenti drachmas viginti petere ad pallium emendum: octo ad calceos etc.* § 287. f) *Futuro Indicativi:* ut Iliad. α', 128 *ὁ δέ ΚΕΝ ΚΕΧΟΛΩ´ΣΕΤΑΙ,*

ὄν κεν ἵκωμαι. 3) Saepe vero ἄν actum verbi mutat in *voluntatem agendi*. Atque ita quoque iungitur a) fere *Optativo:* ut Xenoph. Cyrop. III, 1, 36 πόσου ἌΝ ΠΡΙΑΙΟ, ὥστε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν; *Quanti redimere velles*, seu latinius, *quanti redimeres uxorem?* Plat. IV, de Rep. pag. 420 ὁ δ' ἐκεῖνο λέγων ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι, *Qui vero id dicit, aliud quodcunque, quam civitatem, vult dicere.* Iliad. α', 60 Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἴω ἄψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν, *Si mortem effugere velimus.* Interdum commode Optativus per Imperativum reddi potest: veluti Plat. in Phaedr. non longe ab initio: Λέγοις ἄν, h. e. θέλε λέγειν, *Dic, si vis, Dic quaeso.* Ibid. pag. 229 προάγοις ἄν. Eandem rem paulo ante expresserat Socrates πρόαγε δὴ καὶ σκόπει. Lycophr. vers. 9 Κλύοις ἄν, ὦ 'ναξ, κἀναπεμπάζων φρενὶ πυκνῇ διοίχνει δυςφάτους αἰνιγμάτων οἴμας τυλίσσων, *Audi, quaeso, rex, et reputans mente sagaci obscura aenigmata, cantus revolve.* Sophocl. Electr. 1408 Χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει· λόγων γὰρ οὐ νῦν ἐστιν ἁγών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι, *Intra celeriter: non enim certamen hic est de verbis, sed de capite.* b) Interdum *Imperativo:* ut Aristoph. Acharn. 1200 ΦΙΛΗ'ΣΑΤΟ'Ν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω, τὸ περιπεταστὸν, κἀπιμανδαλωτὸν ἌΝ, *Oscula mihi mollia, o aureae, et morsiunculis et linguis date.* § 288. 4) Nonnunquam ἂν per *debeo* exprimi potest. V. c. Iliad. β', 250 Τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις, *Quare non debes regum nomina temere in ore ferre.* 5) Saepissime autem ἂν mutat actum verbi in *tempus futurum.* § 289. quod Latini per coniunctivum exprimere solent. In hoc sensu ἂν omnibus, praeter imperativum, modis iungitur. a) *Indicativo.* Sic Io. Euang. VIII, 42 Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν με, *Si Deus esset pater vester, me diligeretis.* Phil. Legat. ad Cai. pag. 474 Τρὶς, οὐχ ἅπαξ ἀνῄρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμὲ, *Nisi ego intercessissem, ter, non semel sublatus fuisset, Tiberio in caedem eius prono.* Lucian. Dial. lun. et Laton. Ἐκεῖνος θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἂν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ. Theogn. 436 Εἰ δ' ἦν ποιητόν τε καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα, οὔ ποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακός. Conf. Iliad. ε', 679. φ', 544. Io. Euang. V, 46. VIII, 19. 39. XI, 32. XV, 19. Ebr. IV, 8. Matth. XXIV, 43. Luc. X, 13. b) *Optativo:* v. c. Plat. Phaedr. pag. 229 Εἰ ἀπιστοίην, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην, *Si fidem derogarem, haud absurde facerem.* § 290. c) *Infinitivo:* uti Plat. ibid. pag. 268 Τί ἂν οἴει ἀκούσαντας εἰπεῖν; *Quid ad haec, si audierint, responsuros putas?* Demosthen. Olynth. I, ab initio: Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, *Multis opibus, Athenienses, vos praelaturos esse arbitror, si constaret, qua ratione reipublicae consuli possit.* d) *Participio:* e. g. Isocr. in Nicocl. pag. 70 Καὶ πάντα ταῦτα ἐν ἑτέροις μὲν ἴσως ἂν ὤκνουν εἰπεῖν, οὐχ ὡς οὐ φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλ' ὡς οὐκ ἌΝ ΠΙΣΤΕΥΘΕΙ'Σ ἐκ τῶν λεγομένων. Caeterum saepe ἂν deesse, multis ostendit Vigerus exemplis. 6) Quaeritur de usu παραπληρωματικῷ. Sunt, qui putent, ἂν interdum plane otiosum: sed Hoogevenus haud male, ut mihi videtur, contendit,

SECTIO IV.

De Coniunctionibus ἄρα, [ἆρα,] et γε.

REGVLA I.

Ἄρα, acuta penultima, (nam ἆρα circumflexum, adverbium est, quod *utrum* significat: § 292.) primo, initio periodi, ac praesertim cum particula οὖν, sonat *itaque* vel *quamobrem*. Plato V, Republ.[95] Ἄρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται· *Quamobrem ex hoc tale quid sequitur.*

II. Frequentissime voci alteri subiungitur, significatque idem quod που, vel ἴσως, id est, *forte*, vel *tamen*, vel *quodammodo*: ut, Εἴ τις ἄρα τοῦ βραβείου ἄξιος ἐν τοσούτοις γένοιτο· id est, *Si quis forte*, vel, *tamen*, *in tanta multitudine praemio dignus reperitur*.[96]

III. Non minus saepe significat *utique*, *nimirum*, *videlicet*, *obsecro*, *quaeso*: § 293. adeoque ornatui magis, quam

nunquam abundare, ne tum quidem, cum repetitum in eadem oratione occurrat. Nam vel pertinet ad duo verba. Sic ter repetitur Plat. Phaedr. pag. 276 Ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ ἌΝ χρώμενος ἌΝ τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἌΝ ἐν ὀγδόῳ μηνὶ, ὅσα ἔσπειρε, τέλος λαβόντα. Sed postremum pertinet ad ἀγαπῴη, medium ad χρώμενος, et primum videtur per traiectionem referendum esse ad ἐσπούδακε. [v. notam meam 283. *Herm.*] vel medetur μακροκωλίᾳ, adiuvatque intelligentiam, v. c. Aristoph. in Acharn. 210. Plat. de Rep. lib. IV, pag. 420, lin. 25. vel servit emphasi, ut Aristoph. Vesp. 506 Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν. Et Eurip. Orest. 710. Plat. in Phaedr. pag. 257, lin. 28. 7) Saepe ἂν *Si* significat; [v. notam meam 279. *Herm.*] quia enim conditio efficit rem incertam, parum a prima et propria vi, quae est ἀοριστολογική, recedit. Ex pluribus exemplis unum attulisse sat fore putamus. Sic est Plat. de Rep. lib. IV, pag. 420 Ἀλλ' ἡμᾶς μὴ οὕτω νουθέτει, ὡς, ἂν σοι πείθωμεν, οὔτε γεωργὸς γεωργὸς ἔσται, οὔτε κεραμεὺς κεραμεύς. Interdum ἂν eodem sensu additur participiis. Quod mirum non videbitur ei, qui non ignorat, particulam ὡς saepe iungi participiis, uti infra docebitur. Sic est Plat. Politic. pag. 301 Ἐπεὶ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ γ' ἌΝ, οἷον λέγομεν, ἀγαπᾶσθαι ἄν. Hic γενόμενον ἂν positum est pro ἂν γένηται. § 291 Z.

95 Pag. 462. Ex Budaeo p. 477.

96 Ex Budaeo p. 477. Ita Aristides ostendens, Platonem in suo Symposio temporum rationem non habuisse, postquam omnia sat temporibus ab eo esse divisa dixerat, subiungit: Εἰ μὴ ἌΡΑ ἐν τῷ Ἠλυσίῳ πεδίῳ τὸ Συμπόσιον συνεκροτεῖτο, *Nisi forte in campis Elysiis convivium fuit congregatum.*

novae significationi servit. Appianus: Ἠδόξησεν ἄρα, εἰ μὴ τὰ ὅμοια γενναίως ἐνέγκοι· id est, *Male nimirum audiisset, ni similia constanter pertulisset;* hic enim ἠδόξησεν posuit pro ἠδόξησεν ἄν. Sic ἐννόησον ἄρα, *cogita obsecro:* νοῦν ἄρα πρόςεχε, *attende, quaeso.*

IV. Quo etiam modo non raro sumitur ironice, ut et νὴ Δία, et οὐχ ὁρᾷς; Verbi causa: Ἕξει ἄρ' ἄνθρωπος ἀεὶ χαμαὶ ῥέπων τὴν πόλιν ἑλεῖν αὐτοβοεὶ, *Poterit videlicet homo semper humi repens civitatem primo impetu capere.* [97]

[Ἄρα habet vim interrogandi et ponitur 1) simpliciter: ut Plat. Euthyphr. cap. 11 ἈΡ' οὕτω βούλει ἡμῖν ὡρίσθαι νῦν περὶ τοῦ ὁσίου καὶ τοῦ ἀνοσίου; *Num ita vis nobis nunc definiri, quid sit sanctum, et quid a sancto abhorreat?* § 294. 2) sequente particula ἤ: ut ibid. cap. 12 ἈΡΑ τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν· Ἤ, ὅτι φιλεῖται, ὅσιόν ἐστιν; *Num sanctum, quia sanctum est, diligitur a Diis: an, quia diligitur, sanctum est?* 3) Ἄρα μὴ, et ἆρα οὐ est *Nonne?* § 295. Vt Xenoph. Memor. II, 6, 34 Ἐὰν δέ σου προςκατηγορήσω, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτὸν, ἈΡΑ ΜΗ' διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; Plat. Euthyphr. cap. 8 ἈΡ' ΟΥ'Χ οὕτως; *Nonne res ita est?* Xenoph. Memor. I, 5, 4, Ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα, ἡγησάμενον τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα, ταύτην πρῶτον ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάσασθαι; *Nonne, uti vix dubitare licet, quicunque arbitratur temperantiam esse virtutis fundamentum, is illius studium ante omnia in animo incendere debet?* 4) Quemadmodum apud Latinos saepenumero interrogationibus additur *igitur:* ita quoque saepe Graeci dicunt ἆρ' οὖν, ἆρ' οὖν οὐ; Plat. Euthyd. pag. 292 Ἆρ' οὖν ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς; Id. in Politic. pag. 258 Ἆρ' οὖν οὐκ ἀριθμητικὴ μὲν, καί τινες ἕτεραι ταύτῃ συγγενεῖς τέχναι, ψιλαὶ τῶν πράξεών εἰσι, τὸ δὲ γνῶναι παρέχονται μόνον; 5) Interdum ἆρα aliis particulis interrogandi, velut ποῦ et τίς,

97 Maximus huius particulae usus est in syllogismorum conclusionibus. E. g. apud Proclum in Plat. Remp. p. m. 405, lin. 30 Ὁ ποιητὴς μιμητής· ὁ μιμητὴς τρίτος ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ὁ ποιητὴς ἌΡΑ τρίτος ἀπὸ τῆς ἀληθείας, *Poeta est imitator. Imitator est tertius a veritate. Ergo poeta est tertius a veritate.* Et Lucian. sub finem Iovis Tragoedi: Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοί· εἰσὶν ἌΡΑ καὶ θεοί, *Si sunt arae, sunt et Dii. Atqui arae sunt, Ergo sunt etiam Dii.* H.

iungitur. Quod si lectio est genuina, statuendum est, vel pleonastice addi ἄρα, vel maiorem vim afferre interrogationi. V. c. Lucian. Dial. Mort. Tom. I. pag. 416 *Ὁ Σωκράτης δὲ, ὦ Αἰακὲ, ΠΟΥ ποτε ἈΡΑ ἐστι;* Aristoph. Vesp. 888 *ΤΙΣ ἈΡ᾽ ὁ φεύγων οὗτος;* Ibid. vers. 234 *Εὐεργίδης ἆρ᾽ ἐστι ποῦ ᾽νταῦθα;* Verum fortassis in eiusmodi locis pro ἆρα interrogativo legi debet ἄρα, *igitur*. Sic Xenophont. Memor. I, 3, 11, in quibusdam libris reperitur *καὶ τί ἆρ᾽ οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας;* Sed in aliis recte pro ἆρ᾽ legitur ἄρ᾽. § 296. Z.]

V. Particula *γε*, sola cum est, fere significat *sallem*, aut eam tacite significationem involvit: ut, *Τοῦτό σοι ἰάσομαι, τὸ ἐμόν γε μέρος*· id est, *Huic malo medebor tuo, quantum saltem contendere potero.* Atque hic usus frequentissimus est. †

VI. Eadem cum pronominibus, *ἐγὼ, σὺ, αὐτὸς*, significat *quidem:* ut *ἔγωγε*, *equidem;* ubi notandum, in *ἔγωγε*, et *ἔμοιγε*, accentum in antepenultimam retrahi, cum in *ἐμοῦγε*, *ἐμέγε*, et aliis casibus id non fiat. ††

† Sic Demosthen. pro Coron. pag. 317 *εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε*, *Si non totum, certe pars.* Id. Olynth. I, sub. finem: *Προςέσται ἡ ὕβρις, καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας, τοῖς γε σώφροσι*, *Accedet et contumelia, et insuper rerum dedecus, quod a prudentibus saltem hominibus cuivis damno aequiparatur.* Z.

†† Similiter articulo ὅς, et aliis nominibus particula *γε* addit vim quandam: v. c. Iliad. ε´, 321 *Ἀλλ᾽ ὅγε τοὺς μὲν ἑοὺς ἠρύκακε ἵππους*, etc., *Sed hic quidem, hic ipse, de quo sermo est, nec alius*, etc. Iliad. δ´, 21 *Πλησίαι αἵγ᾽ ἥσθην*, *Hae quidem, hae adeo*, s. *hae ipsae, quas dixi, assidebant.* Xenoph. Oecon. IV, 2 *Καὶ γὰρ αἵγε βαναυσικαὶ καλούμεναι καὶ ἐπίῤῥητοί εἰσι*, *Etenim hae ipsae artes sellulariae, quae dicuntur, infames sunt.* Xenoph. Memor. I, 2, 27 *Ἀλλ᾽ οἵγε πατέρες*. Ernestius recte interpretatur *Ipsi parentes, parentes adeo.* Ibid. §. 54 *αὐτοί τέ γε αὑτῶν ὄνυχάς τε καὶ τρίχας καὶ τύλους ἀφαιροῦσι, καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχουσι* etc. *Ipsi quidem* etc. Iliad. ε´, 303 *ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ᾽ ἄνδρε φέροιεν, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι.* Hic *δύο γε* explica, *duo admodum*, aut *οὐ δύο γε* redde, *ne duo quidem.* Aristoph. Nub. 1381 roganti, *οὐκ Εὐριπίδην ἐπαινεῖς σοφώτατον;* respondetur *Σοφώτατόν γ᾽ ἐκεῖνον;* h. e. *Sapientissimum adeo istum?* h. e. *istum homuncionem vel sapientissimum appellas?* Z.

VII. A Platone potissimum solius ornatus causa saepissime usurpatur: ut, *πάνυ γε*, id est, *admodum*; sic *εὖ γε εὐφυΐας*, *macte egregiae indolis.* [98]

VIII. Praecedente *καὶ*, et interiecta ut plurimum alia quadam voce, significat *imo*. Plato in Protagora: *Ἠρόμην τοῦτον, εἰ τοὺς ἀνδρείους λέγοι θαῤῥαλέους. ὁ δὲ καὶ ἴτας γε ἔφη*, id est, *Quaerebam ex eo, num viros fortes audaces esse diceret. Ille autem, imo temerarios, inquit.* [99] § 296. b.

IX. *Γε δή*, ut plurimum quoque significant *saltem*. Demosthenes in Midiana: *Μέτριον παρέσχεν ἑαυτὸν, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον*, id est, *Moderatum ac tolerabilem sese praebuisset, saltem toto illo iudicii tempore;* hic enim *παρέσχε* pro *παρέσχεν ἄν*. † § 297.

98 Aliquando *γε* repetitur, et alterum significat *saltem* vel *tantum*, alterum videtur *παραπληρωματικόν*. Sic Plat. in Phaedro pag. 241, lin. 36 *Καίτοι γε ᾤμην γε μεσοῦν αὐτὸν*, scil. *λόγον*, *Atqui putabam eam* (orationem) *tantum dimidia parte absolutam:* sive: *nos in dimidia eiusdem parte versari.* H.

Etsi concedo, particulam *γε* ornatus gratia interdum adhiberi, ad numerum orationi conciliandum; non tamen censeo, ita poni, quae est multorum grammaticorum opinio, ut plane sine sensu sit: nam eiusmodi numerus esset satis ineptus, et pleonasmus admodum frigidus: et cum Eustathio putare, ab Homero saepe usurpari ad hiatum versus vitandum, est patri ingenii humani et artifici elegantiae divinae detrahere haud mediocrem laudem. Atque utique dubito, an ullus locus reperiundus sit, ubi non commode aliqua *vis restringendi*, *definiendi*, *augendi*, *explicandive* illi subiici possit. Certe in loco Platonis, modo ab Hoogeveno laudato, illud repetitum *γε* haud otiosum existimandum est. Etenim prius *γε* pertinet ad vim *καί τοι* definiendam, et posterius haud dubie referri debet ad *ᾤμην*, ad modestiam iudicantis declarandam. Z.

99 Est et alius huius particulae elegans usus, ubi ponitur pro *εἴπερ*, *Si quidem.* Plat. Hipp. mai. pag. 289, in fine: *Ὅπου ἂν τοῦτο προσγένηται, κἂν πρότερον αἰσχρὸν φαίνηται, καλὸν φανεῖται, χρυσῷ ΓΕ κοσμηθὲν*, *Hoc ubi accedit, licet prius turpe visum fuerit, pulcrum videbitur, siquidem auro ornatur.* Et pag. 294, lin. 26 *Ἀδύνατον ἄρα, τῷ ὄντι καλὰ ὄντα μὴ φαίνεσθαι καλὰ εἶναι, παρόντος ΓΕ τοῦ ποιοῦντος φαίνεσθαι*, *Fieri igitur aliter non potest, quin, quae revera pulcra sunt, pulcra esse videantur, siquidem id adest, quod illa ut pulcra esse videantur, efficit.* H.

His exemplis non efficitur id, quod Hoogevenus contendit. Nam quamquam illud *γε* cum participio resolvi potest per verbum finitum et *εἴπερ*· tamen per se haec potestas, repugnante rei natura, particulae non tribui potest. Conditio enim, quam refert *εἴπερ*, non inest in particula *γε*, sed latet ea in participio. Z.

† Vtrique particulae *γε δή* vis sua subiecta est. Sic in loco laudato Demosthenis *γε* pertinet ad

X. *Γέτοι*, *γέτοιπον*, *γε οὖν*, et *γοῦν*, idem quoque significant; nisi quod saepius reddi possunt, *certe quidem*, vel *quidem certe*. Exempla passim obvia. † § 297.

Nec raro *γε*, *γε οὖν*, et *γοῦν*, redduntur, *nam*, vel *enim* [1]: qua significatione interdum etiam apud Latinos *saltem*, *quidem* et *certe quidem* usurpantur: et apud Gallos, *au moins*. Plato in Phaed. *Τουτονὶ γοῦν λόγον θαυμαστῶς μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν*, id est, *Nam hac quidem in disputatione mirum quantum praeter exspectationem meam versatus es*. Vbi etiam notandum, illas ὑποκοριστικῶς usurpari: nec enim in vehementi asseveratione *ἀντὶ τοῦ γὰρ* recte ponerentur.

XI. Praeterea *γέτοι*, et *γε μὴν*, aliquando significant *enimvero*, *sane*, *atqui*. Plato Legum X *Ἑπόμενοί γε μὴν αὐτοῖς, σκεψώμεθα τοὺς ἐκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνουσι διανοούμενοι*. Praecesserat autem, *εἰκὸς γέτοιπον σοφοὺς ἄνδρας*

illud tempus definiendum, ut hoc tempus, non aliud, intelligatur: atque additum *δὴ* omnino rem auget, vel confirmat et corroborat. Sic Plat. Phaedr. pag. 242 illud *λέγεταί γε δὴ* reddi quidem potest *dicitur certe*: sed si rem paulo subtilius contemplatus fueris: formulae sensus hic certe reperitur: *Dicunt alii, non ego, et hunc aliorum esse sermonem, negari nequit*. Z.

† *Γέτοι* sic est accipiendum, ut additum *τοι* vel valeat ad determinationem, quae inest in *γε*, gravius confirmandam et stabiliendam, vel ad aliam pertineat orationis partem corroborandam. Vt Aristoph. Vesp. 928 *Κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός· οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ, ὦ 'λεκτρυών; νὴ τὸν Δί' ἐπιμύει γέ τοι*. Hic *γε* definit *ἐπιμύει*, gallum annuisse, non alio modo rem significasse, et *τοι* commode ad affirmationem *νὴ Δία* potest referri ad vim illius augendam. Pari modo res debet intelligi in congerie illa particularum *γέ τοί που*. Hic *που*, quod accessit, valet ad rem minuendam, modestiamque in dicendo declarandam. Nam *που* commode reddi potest, *opinor*, *ni fallor*. V. c. Plat. de Legg. lib. X *Εἰκός γέ τοί που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν*, *Non a vero quidem, ni fallor, abhorret, sapientes viros recte dicere*. Illud *γε οὖν* aut contracte *γοῦν* significat omnino, *Quidem igitur*, *Certe igitur*, *Quidem ita*. Caeterum fieri potest, ut interdum latine reddatur *nam*. Z.

1 Ita Lucianus in Dem. Enc. de incerta Homeri patria: *Τὰ δ' ἄλλα, τὰ μὲν ἀσαφῆ, πατρὶς, καὶ γένος, καὶ χρόνος· εἰ ΓΟΥΝ τι σαφὲς αὐτῶν ἦν, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις*, *De reliquis alia quidem incerta sunt, patria scilicet, et genus, et aetas. Si enim* [Immo *Quodsi*. *Herm.*] *horum quidquam certum esset, non discrepans inter homines fuisset contentio*. In quibus verbis item alium observa Graecismum: nam *τὰ μὲν ἄλλα* pro *τῶν μὲν ἄλλων* ponitur. Vid. supra Cap. I, §. 4. Verba Platonis inveniuntur pag. 95, lin. 7. H.

ὀρθῶς λέγειν. Quem locum ita Ficinus vertit: *Certe non absurdum est, viros sapientes probe dixisse: quare sequamur ipsos, inquiramusque, quidnam intellexerint.* Ego sic verterem: *Probabile sane fuerit, eruditos homines recte locutos esse; nos autem eorum vestigiis insistentes, quid ii porro senserint, qui eorum ex disciplina profecti sunt, videamus.* Nam per τοὺς ἐκεῖθεν illorum aut *discipulos*, aut *sectatores* intelligit.

XII. Γε μὴν, significat etiam *praeterea*, vel *quinetiam*. Xenophon in Agesilao: Ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησε, *Quin etiam bona spe omnes implevit.* † § 298.

SECTIO V.

De Coniunctionibus γὰρ et δή.

REGVLA I.

Praeter ea, quae in superioribus adspersimus, quae sequuntur de particula γὰρ notanda sunt.

Primo, in significatione vulgari saepe adiunctam habet particulam δὴ superfluam. Plato in Apologia: Ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ, *Ego enim mihi nullius plane rei conscius sum.* [2]

† Saepe γε μὴν ponitur pro δὲ, praecedente μέν. Vt Plat. de Legg. lib. IV, pag. 705 Πρόσοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ τὸ ΜΕΝ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ, μάλα ΓΕ ΜΗΝ ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα. Xen. Cyrop. III, sub finem: Οἱ ΜΕΝ δὴ Πέρσαι οὕτως ἔχοντες ὁμόσε ἐφέροντο· οἱ ΓΕ ΜΗΝ πολέμιοι οὐκέτι ἐδύναντο μένειν, ἀλλὰ στραφέντες ἔφευγον εἰς τὸ ἔρυμα. Z.

2 Non video, in addito exemplo superfluam esse particulam δή. Verba Platonis extant p. m. 21, ubi Socrates perpendens oraculi responsum, quod ipsum sapientissimum nominaverit, ait: Τί ποτε λέγει ὁ Θεός; καὶ τί ποτε αἰνίττεται; Ἐγὼ ΓΑΡ ΔΗ οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν, *Quid tandem ait Deus? Quid demum intendit? Nam utique ego neque in re magna neque parva sapiens sum.* Notat ergo hic *utique*; ut et in sequentibus: Τί οὖν ποτε λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; Οὐ ΓΑΡ ΔΗ ψεύδεταί γε, *Quid tandem vult, cum ait, me sapientissimum esse? Non enim utique mentitur.* At est ubi particula δὴ post γὰρ geminata invenitur. Pausanias in Arcad. pag. 457 Λέγουσι γὰρ δὴ, ὡς Λυκάονος ὕστερον δή τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γένοιτο, *Nam et post Lycaonem quendam ex homine lupum factum ferunt.* Quandoque ornatus gratia ei adiungitur particula τοι.

II. Secundo, ironice sumitur: ut, *Σὺ γὰρ ἀπὸ τούτων ὁρμήσας, ἅπασαν μέλλεις καταλαβεῖν τὴν χώραν*, id est, *Tu scilicet, his viribus et initiis, universum occupabis regionem.*

III. Tertio, interrogationi servit [3], ut apud Latinos particulae *nam* et *enim*: ut, *quisnam hoc fecerit? Τίς γὰρ ἂν*

Plat. Phaedr. non longe ab initio: *Ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἐρωτικὸς*, *Sermo enim ille, in quo versabamur, erat, nescio quomodo, amatorius.* § 299.

3 Vix ausim affirmare, particulam hanc soli servire interrogationi citra ullam caussae redditionem. § 300. Exemplo addito non probat doctrinam suam Auctor; in quo *τίς*, non *γὰρ* interrogat: et ex pronomine *τοῦτο* liquet, illud *γὰρ* praecedenti cuidam respondere sententiae *αἰτιολογικῶς*; quod si sit, quid novi in hac locutione deprehenditur? V. g. si quis praemittat: *Homini, qui antea saepe manifesto peieravit, fidem non habuit*, Gr. *Ἀνθρώπῳ, τοπάλαι πολλάκις ἐπιορκήσαντι φανερῶς, οὐκ ἐπίστευσεν*, commode sequitur: *Τίς γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειεν;* Vbi *γὰρ* a superioribus pendet, et argumentum infert ab exemplo omnium, qui vel tantillum sapiunt, desumtum. Nec video, voculam *nam* in compositione pronomini *Quis?* postpositam apud Latinos eandem vim habere, quam apud Graecos *γὰρ* post *τίς*; mallemque pro *Quisnam?* vertere *Nam quis?* quia *nam* in *Quisnam?* non est causale, sed potius significat *vero.* Vid. eruditiss. G. I. Vossium, Etym. ling. lat. in v. *Vt.* Clarum hoc est in verbis Pilati, Iudaeis, ipsum, ut Christum ad crucem trahi iubeat, continuo clamore impellentibus, respondentis: *Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν;* Vbi *τί γὰρ* redditum *Quidnam?* non satis exprimit mentem loquentis. Addit enim rationem, cur eorum petitioni satisfacere cesset, quam rationem interrogative profert. Atque adeo *γὰρ* commode hic redditur, *ergo*, *itaque*, infertque ex proposita oratione conclusionem. Ita apud Xenoph. *Κύρ. παιδ.* lib. V, non longe ab initio, ubi Araspes conatur persuadere Cyro, ut formosam quampiam mulierem amet, timentique, ne forte huius formae intempestivus spectator, maiores res, quae ipsi essent obeundae, negligeret, subdit illico adolescens: *Οἴει γάρ, ὦ Κῦρε, ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον; Existimasne ergo, Cyre, formam mulieris invitum posse cogere ad ea, quae facto sunt optima, non praestanda?* Clarius Sophocles Electr. vs. 1266, ubi postquam Orestes ab Electra interrogatus, ubi ipsius esset sepulcrum, respondisset, vivi hominis nullum esse sepulcrum, vicissim eum rogat Electra: *Ἦ ζῇ γὰρ ἁνήρ; An igitur vivit ille?* Ex eius scilicet verbis colligit, Orestem vivere, quod tamen interrogat. Rursus dicente illo: *si quidem ego vivo*, hinc iterum concludit, illum Orestem ipsum esse, et denuo excipit: *Ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; An igitur tu es ille?* Cum Vigero consentire videtur Devarius, qui in v. *γὰρ* ait, *τί γὰρ* esse interrogationis notam, et totum illud significare *nonne?* vel *nunquid?* id quod confirmat verbis Xenophontis *Ἀπομν.* II, pag. m.

τοῦτο ποιήσειε; Quo in genere notanda praecipue est haec particula, cum indignationem adiunctam habet. Aristophanes in Pluto [4]: Τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾷν ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντ' ἔστ' ἀγάθ' ὑμῖν διὰ τὴν πενίαν; id est, *Itane vero audeatis etiam negare bonorum vobis omnium caussam esse paupertatem?* Ita saepe Tullius particulam *enim* usurpat: ut Philipp. VIII *Semel enim pacem defendi?* Ἅπαξ γὰρ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἔπραξα ἐγώ;

IV. *Οὐ γὰρ*, saepe vehementer interrogat. Chrysostom. in cap. 15, Epistolae I, ad Corinthios: Οὐ γὰρ ἐκκοπῆναι τὴν γλῶτταν ἐκείνην ἔδει; οὐ γὰρ σβεσθῆναι τὴν καρδίαν τὴν ταῦτα τεκοῦσαν; id est, *Quid enim? an non linguam istam exscindi oportuit? non cor istud extingui, quod talia pareret?* Contra γὰρ, interdum παρέλκον [5], responsioni et approbationi servit. Plato saepe: Ἔστι γὰρ οὕτω, *Ita est.* § 301.

748, ubi dicitur Socrates ita ordiri quaestionem: *Τί γὰρ ὅςτις δαπανηρὸς etc.* Sed sic quidem quaedam tacita latet consequentia; non enim omnino incipit quaerere Socrates, sed praecedenti quaestioni aliam addit. Rogaverat enim, num amicus gulosus etc. esset quaerendus? Quo negato, denuo rogat, num *igitur* sumtuosus? itemque in sequentibus saepe repetit illud τί γάρ; Significat itaque γὰρ ibidem *igitur;* utpote compositum ex γὲ et ἄρα. Q. d. *si non gulosus, ergo alius quaerendus est. Quis ille?* Patet hoc clarius ex prima quaestione Socratis, ubi haec nostra ratio non valeret. Hanc non inchoat τί γάρ; sed ἆρα πρῶτον μὲν etc. Pro iisdem in sequentibus reponit τί δέ; Latine, *Quid tum?*

4 Vid. Bud. pag. 520, qui intelligit, τίς ἀνάσχοιτο; vel πῶς οὐκ ἂν τιμωρίας ἄξιον; vel πῶς οὐκ ἀναιδείας μεστόν;

5 Non adeo παρέλκει, sed eandem vehementiam, quae est in interrogatione, οὐ γάρ; servat etiam in responsione, et ut plurimum *sane, profecto* reddendum est. § 300. b. Ita Plat. in Phaedr. pag. 229 *ΦΑΙΔ.* Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; *ΣΩΚΡ.* Λέγεται ΓΑ'Ρ. *PHAED. Dic mihi, Socrates, nonne hinc dicitur ab Ilisso Boreas Orithyiam rapuisse? SOCR. Dicitur sane.* Nec absimili usu adhibetur apud Latinos *enim.* Ita Ter. Andr. III, 2, 22. ubi Simo Davo dicenti: *Quasi tu dicas, factum id consilio meo:* respondet: *Certe ENIM scio.* Nec raro post interrogationem diserte pro ὅτι ponitur in responsione. Exemplum suppeditat idem Plato in Hipp. mai. statim in vestibulo: ubi Hippias interroganti Socrati, cur longo temporis spatio Athenas non venisset, respondet: Οὐ ΓΑΡ σχολή, ὦ Σώκρατες, *Non enim fuit otium, Socrates.* q. d. *Caussa, cur tam diu abfuerim*, est, ὅτι οὐκ ἦν σχολή. Et Aelian. V. H. lib. XI, cap. 10 Ἤρετο αὐτὸν (Zoilum intellige) τις τῶν πεπαι-

V. *Δὴ*, in soluta oratione nunquam praeponitur initiis periodorum, aut membrorum; in versu, modo sequitur,

δευμένων, διὰ τί κακῶς λέγει πάντας· ὁ δὲ, ποιῆσαι ΓΆΡ κακῶς βουλόμενος οὐ δύναμαι, Interrogabat eum eruditorum quispiam, cur omnibus malediceret. Quoniam, inquit, cum volo, illis malefacere non possum. Consentit Plut. de aud. Poet. pag. 15. *Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν εἰπόντα, τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλούς; ἀμαθέστεροι ΓΆΡ εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι, Simonides interroganti, cur solis Thessalis non imponis? Quoniam, inquit, rudiores sunt, quam quibus a me imponi possit.* Rarius in eadem significatione eadem particula in initio ponitur, cum nihil praecedat, ad quod referri potest. Ita Dionysius apud Herodot. Erat. cap. 11, suam incipit orationem: *Ἐπὶ ξυροῦ ΓΆΡ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι· νῦν ὦν τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται* etc. Ad verbum: *In summo enim periculo res nostrae sunt constitutae, viri Iones, ut vel simus liberi, vel servi, et quidem fugitivi. Nunc igitur impraesentiarum vobis subeundus est labor.* Mutato verborum ordine, sensus erit: *Nunc sane subeundus est labor, nam*, vel, *quoniam in summo periculo res* etc. De phrasi, *ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι*, dicetur postea ad Cap. seq Sect. 11, Reg. 15. Ad haec duos inprimis elegantes usus observa. Prior est, cum ante particulam *γὰρ* quaedam subaudienda relinquuntur. Ita Athen. lib. XIII. statim in init. *Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς ὡς ἀνεγίνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν, (ὁ δὲ δῆλος ἦν οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος) δεῖ ΓΆΡ, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτα ἀποδεχόμενον ἀπὸ συμβολῶν πολλάκις δεδειπνηκέναι, Antiphanes Comicus cum quandam ex suis comoediis regi Alexandro recitabat, regique ea non admodum arridere videbatur: Oportet ENIM, inquit, o rex, haec qui probaturus est, de symbolis saepe coenavisse.* Sententiam hiantem ita supple: *Οὐδὲν δεινὸν πάσχεις ταῦτα οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος· δεῖ γὰρ* etc. i. e. *Non mirum est, tibi non admodum haec placere: oportet enim* etc. Adde Antoninum lib. VII, cap. 14, init. *Φοβεῖταί τις μεταβολήν; ΤΙ' ΓΆΡ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; Metuit quis mutationem? Quid enim potest fieri sine mutatione?* Vbi ante coniunctionem *γὰρ* adde: *οὐ καλῶς πράττει.* vel si quid aptius; ut sensus sit: *Is non recte facit; nam nihil* etc. Latinos quoque sua coniunctione *enim* hoc modo elliptice usos fuisse, liquet ex verbis Tiresiae apud Flaccum, lib. II, sat. 5, vs. 79, qui Vlyssi, obiicienti Penelopes suae pudicitiam, quae frustra a procis sollicitata erat, respondet:

Venit ENIM magnum donandi parca iuventus,
Nec tantum Veneris, quantum studiosa culinae.

Q. d. *Non mirum est Penelopen coniugii fidem sanctam servavisse; nam* etc. Alter usus est, quando huius coniunctionis vis conclusiva quaerenda est in sententia sequenti, cui tunc, nota absentis coniunctionis *γὰρ*, additur *δὲ*, quomodo paulo obscurior fit oratio. Ita, cum Circe Vlyssi abire vo-

modo [non apud Atticos. *Herm.*] praemittitur: et tunc utrobique significat *prorsus*, *utique*, *sane*, *enimvero*, *plane*, *certe*. Exempla passim apud Homerum. § 301. b.

lenti praedixerat iter ad inferos, moestus animo Vlysses illi respondet (apud Hom. Od. K.)

> Ὦ Κίρκη, τίς ΓΑ'Ρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
> Εἰς Ἄϊδος Δ' οὔπω τὶς ἀφίκετο νηΐ μελαίνῃ.

In quibus verbis τὸ γὰρ post τὸ Ἄϊδος est collocandum, ut sit sensus: *O Circe, quis hoc monstrabit iter? nam nemo hactenus ad Inferos pervenit nave nigra.* In his verbis si γὰρ ponitur post Ἄϊδος, evanescet coniunctio δὲ, id quod supra iam tetigimus, sect. 1, r. 6. Denique levius est, sed tamen observatione dignum visum, particulam hanc cum copulativa τὲ coniungi: quo idiomate usi sunt Graeci, quando duae sunt rationes, quarum ex priore nascitur posterior. E. c. apud Aretaeum de causs. et sign. morb. lib. II, cap. 9 Δυςαλθέα τάδε· οὔτε γὰρ ὠτειλὴν ῥηϊδίως ἴσχει, ῥηΐτερόν ΤΕ ΓΑ'Ρ λύονται, *Haec sanatu difficilia sunt: neque enim facile cicatricem ducunt; nam facile aperiuntur.* H.

Equidem statuo, semper particulam γὰρ reddere rationem antecedentis, quod aut diserte est expressum, aut per ellipsin facile intelligitur. Posterior ratio inprimis dominatur in dialogis. Quare in scriptis Socraticorum, apud Lucianum, poetas comicos et tragicos frequentissima reperitur. Eodem modo apud Terentium non raro occurrit *Nam* et *Enim*. Vt Andr. V, 1, 4 Chremeti dicenti, *Orandi iam finem face* etc. respondet Simo: *Imo ENIM nunc cum maxime abs te postulo atque oro.* Intellige, *Non finem orandi faciam: IMO ENIM* etc. Phorm. IV, 4, 13. Antiphonti roganti, *cedo nunc porro, Phormio dotem si accipiet, uxor ducenda est domum: quid fiet?* respondet servus, *Non ENIM ducet.* Supple, *Ne time:* non enim ducet. Cave autem existimes, ellipsin esse, ubi γὰρ sequitur interrogationem. Nam interrogatio id ipsum, cuius rationem reddit γάρ. V. c. Xenoph. Memor. II, 3, 16 Chaerecrati dicenti, καί τοι τοῦτον γε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τἀναντία νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔργου καὶ λόγου, respondet Socrates, ΠΩ͂Σ; ΟΥ' ΓΑ'Ρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται; Hic πῶς enim idem valet quod *Erras*, s. *Mirum est quod dicis.* Sic Terent. Andr. II, 6. 27 *Quidnam hoc rei est? quid hic volt veterator sibi? NAM si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.* Illa enim interrogatio valet, *Vtique iste veterator molitur mihi malum.* Qui difficiles sunt in admittenda ellipsi ante γὰρ, obiiciunt loca, ubi γὰρ a principio orationis ponitur. E. g. Odyss. κ', 501, ubi Vlysses ita exorditur orationem: Ὦ Κίρκη, τίς ΓΑ'Ρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει; At vero recte Clarkius vidit, hic quoque eleganter omissum esse: *Nequaquam eo ire possum: QVIS ENIM* etc. Igitur γὰρ non minus pendet ab antegressa oratione, quam *vero*, si ab initio ponitur. V. c. Cic. Epist. ad Divers. IV, 6 *Ego VERO, Servi,*

VI. Secundo, (praeter communem illam et contritam acceptionem, qua significat *igitur;* in qua dicunt etiam δῆτα[6], quod tamen saepius significat *videlicet,*) eleganter

vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Illud vero enim respondet verbis Sulpicii, *Qui, si istic affuissem, neque tibi defuissem, coramque meum dolorem tibi declarassem. Z.*

6 Vel τὲ δή, praecedente vocula aliqua, [Aristot. Pol. II, 3. §. 9. *Reizius.*] ut in illo Herodiani, lib. I, ubi post peractas Marci exsequias successuro in imperium Commodo suadent amici, ut milites alloquatur, et μεγαλόφρονι ἐπιδόσει animos militum sibi adiungat: dein subiungitur: *Παρηγγέλθη ΤΕ ΔΗ' πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι.* Quae verba Angelus Politianus ita vertit: *Edictum itaque omnibus, ut in campo de more adessent frequentes.* Quem locum a Tanaquillo Fabro male intellectum non possum non obiter hic ab omni menda vindicare. Politiani versio, elegantior quam fidelior, erroris ansam dedisse videtur, ita ut ille illud *de more* tantum restrinxerit ad τὸ, εἰς τὸ εἰωθὸς, quasi τὸ, ὑποδέχεσθαι ab interprete esset omissum, per quod videtur intellexisse: *Vt illam* (scil. ἐπίδοσιν, quod praecedit) *acciperent.* Itaque pro αὐτοὺς restituendum putat αὐτήν, ut referatur ad ἐπίδοσιν. En eius verba: *Sed ibi necessario reponendum ΑΥ'ΤΗ'Ν. Intelligit enim τὴν ἐπίδοσιν.* In [?] notis [etiam brevibus, quae in editione Oxoniensi, 1699, ad paginae] marginem infimum subiectae sunt, invenio: *suadet textus, reponendum* (αὐτήν), *intelligit enim τὴν ἐπίδοσιν.* Sed nihil omnino mutandum, et manifestus patebit error, si modo verborum structura instituatur, quae haec est: *Παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πεδίον εἰωθὸς ὑποδέχεσθαι αὐτούς.* Verbatim: *Et sane edictum est omnibus, ut venirent in campum, solitum recipere eos: sive, in quem convenire solebant. Αὐτοὺς* itaque referendum est ad praecedens *πᾶσιν.* Nihil planius. Caeterum τὲ δή vel καὶ δή passim redditur *igitur,* vel *itaque,* ut ab interprete h. l. quod, quamvis huic loco posse quadrare non negem, tamen non vere genuinam particularum vim exprimit. Nam quod in versione quadrat, et concedi debet interpreti, ne tironum in morem verbatim omnia reddendo in soloecismum incurrat; id non statim veram alicuius vocis significationem exhibet: id quod, si unquam alias, certe in particulis eiusmodi usu venit. Vtraque igitur particula suam notionem et vim retinere debet. Et καὶ quidem seu τὲ coniunctio suo copulandi fungitur officio: particula vero δή non tantum probat vel confirmat praecedentia, quod in fine huius sectionis ostendetur; sed etiam nescio quid addit et auget. V. g. si quis roget: *Visne post hanc vitam beatissima sorte frui?* et respondeat quis: *Καὶ δή,* vel, *Καὶ δὴ καὶ διώκω μάλιστα,* explebunt illae particulae partes particularum οὐ μόνον, ἀλλὰ καί, q. d. *Οὐ μόνον βούλομαι, ἀλλὰ καὶ διώκω μάλιστα,* altero illo καὶ non abundante, sed significante *etiam.* Porro ob vim suam ἐπιδοτικήν, qua superioribus aliquid addit, solet haec particula frequenter sequi post nomina superlativa, ut asserit Stephanus

postponitur particulae καὶ, asseverandi gratia; ut, καὶ δὴ βουλοίμην ἂν, id est, *equidem omnino vellem.* Quomodo non raro duplici καὶ includitur: ut, καὶ δὴ καὶ ἀνόσιον τοῦτό γε, id est, *et impium sane id fuerit;* ubi alterum καὶ παρέλκειν videtur.[7]

ad locum Thucydid. lib. I, cap. 18. Inter alia, quae profert exempla, est illud quod extat eodem libro cap. 1 *Κίνησις γὰρ αὕτη ΜΕΓΙ'ΣΤΗ ΔΗ' τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, Hic maximus profecto motus inter Graecos fuit.* Adiungo, non tantum solere hanc particulam sequi post nomina superlativa, sed etiam superlativorum naturam habentia, atque ubi increscit oratio, perinde ac apud Latinos, *Tum demum, Tum vero.* Exemplum habet idem eodem libro cap. 91, ubi postquam narravit, quomodo Themistocles Ephoros, qui Athenienses, muros aedificantes, impedire conabantur, continua temporis procrastinatione et fallaciis eluserit, tandem (nam hic oratio increscit, et ad summum quasi fastigium venit) subiungit: *Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα ΔΗ' φανερῶς εἶπεν, Et Themistocles adiens Lacedaemonios tunc demum aperte dixit.* Solent, inquam, Latini adhibere, *Tum vero.* Liceat mihi subiungere exempla, maiorem lucem huic Graecae structurae datura. Continuo crescentem orationem habemus in Curtio, qui, postquam lib. III, cap. 11 descripserat praelium Alexandri contra Darium, et eo pervenerat, ubi cominus pugnare coeperunt, addit: *TVM VERO multum sanguinis fusum est.* Paulo post increscente cadentium numero: *TVM VERO similis ruinae strages erat.* Deinde iam ad fugam inclinante Darii exercitu: *TVM VERO caeteri dissipantur metu.* Et tandem toto iam exercitu profligato: *TVNC VERO impotentis fortunae species conspici potuit.* Eodem modo Ovidius l. I, trist. el. 3, ubi describit miseram rerum suarum conditionem, quam extremum tempus, quo sibi in urbe manere licitum erat, attulit: cum autem eo pervenit, ut domo egrederetur et a sua uxore divideretur, ait:

TVM VERO exoritur clamor gemitusque meorum,
Et feriunt moestae pectora nuda manus.
TVM VERO coniux humeris abeuntis inhaerens,
Miscuit haec lacrymis tristia dicta suis.

In eiusmodi occasionibus Graeco dicas, τότε δὴ, vel τότε δὴ τότε, ut loquitur in simili occasione Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 320, init. et Cyrillus contra Iulianum, lib. II, p. 341, ubi Christianos et Iudaeos defendit contra criminationes Iuliani, quasi sepulcris advolverentur, et incantationibus fidem haberent. Ac Iudaei quidem, inquit, dum verum Deum colebant, huius criminis omnino fuerunt immunes: postquam autem falsos Deos coluerunt, *ΤΌΤΕ ΔΗ' ΤΌΤΕ καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις μνήμασιν ἐνδιαιτωμένους, καὶ τῆς δι' ὀνείρων μαντείας γεγονότας ἐραστὰς κατίδοι ἂν τις αὐτοὺς, Tunc vero, tunc et in impuris sepulcris versantes, et divinationi illi per somnia deditos illos videas.*

7 Vel potius sit ἐπιδοτικόν.

VII. Interdum aliquid inter *καὶ* et *δή*, maioris elegantiae causa, inseritur, ut, *Τοῦτο ἄρα τῷ ἐλευθέρῳ*[8] *πρέπει, καὶ τῷ δικαίῳ δή*, id est, *Hoc profecto liberalem hominem decet, et vero etiam iustum.*

Eodem pertinent ista, *καὶ τὸ δὴ μέγιστον*, sine ullo verbo, id est, *Quodque maximum est.* Sic, *καὶ τὸ δὴ προὐργιαίτατον*, *Quodque potissimum*, vel *maximum operae pretium est*: vel, *quodque maxime urget:* et similia, in quibus praepositivus *τὸ* sumitur pro subiunctivo *ὅ*.[9]

VIII. *Δὴ* praefixum particulae *που*, vel *πουθὲν*, significat, *videlicet*, *nimirum*, *opinor*, idque tam serio, quam ioco. Serio, ut, *μέμνησθε γὰρ δήπου*, *meministis enim, opinor.*[10] Ioco autem, *Σὺ δήπου τηλίκος ὢν, καὶ τῶν ἀνδρειοτάτων ἂν περιγένοιο*, id est, *Tu videlicet hac aetate, fortissimos etiam superare poteris.*†

8 Parisiensis Edit. habet *ἐλευθερίῳ.*

9 Vide Cap. I, Reg. 13.

10 Verba sunt Demosthenis de fals. leg. citata a Bud. pag. 487. Adi ep. Pauli ad Hebr. II, 16 *Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται*, *Non enim videlicet angelos assumit, sed semen Abrahami assumit.* Et Demosthenem de Classibus pag. 76, lin. 50 *Ἐκεῖνό γε δήπουθεν ἅπαντες ἐπίστασθε*, *Illud utique omnes novistis.* H.

† Particula composita *δῆθεν* 1) significat *ἀπὸ τοῦ δή*, h. e. *ἀπὸ τοῦ νῦν*, *statim*, *illico*, *sine mora*, *ab hoc ipso temporis puncto.* V. c. Eurip. Orest. 1119 *Εἴσιμεν ἐς οἴκους δῆθεν, ὡς θανούμενοι*, *Intremus aedes illico, ut morituri.* 2) Habet vim confirmandi, auctore Hoogeveno, sed in causis fictis potius, quam veris, et veritatem speciosa simulatione tegit. Hinc Suidas de hac particula: *προσποίησιν ἀληθείας ἔχει, δύναμιν δὲ ψεύδους.* Caeterum reddi potest *scilicet*, *nimirum*, *quasi* etc. [Markl. ad Eurip. Suppl. 521. *Herm.*] Vt Euripid. Orest. 1320 *Κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἔξω κόρας, ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα.* Heliodor. IV, 4 *Προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, πολύς τε ἐξεπίτηδες ἐς τὸ στέρνον ἐμπίπτει, τοῦ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών*, *Accurrens itaque ad Charicleam totus de industria in gremium ipsius incidit, simulans se impetum cursus ferre non posse*, seu, *quasi cursus vehementiam non possit sustinere.* Id. I, 14, ubi *δῆθεν* et *τὸ ἀληθὲς* opponuntur: *Θρήνων οὐκ ἐπαύετο, δῆθεν μὲν τῶν ἐπὶ σοί, τὸ δ' ἀληθὲς τῶν ἐφ' ἑαυτῇ*, *Continue lamentabatur*, quasi *propter casum tuum, sed revera ob sortem suam.*

Δήπουθεν autem idem valet, quod *δήπου*, habetque adeo usum in asseverationibus iis, quae ex alterius assensu et consentiente sententia suspenduntur. Vt Aristoph. Plut. 140 *Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὠνήσεται δήπουθεν, ἢν σὺ μὴ παρὼν αὐτὸς διδῷς τἀργύριον*, *Non erit, unde quis emat utique* (s. *opinor*, *haud dubie*), *nisi tu* etc. Id. in Vesp. 295 *Εἰπὲ, τί βούλει*

IX. Interdum vel incitando, vel concedendo, sumitur, pro *sis*, *vero*, *porro*. Incitando quidem: ut, *Φέρε δή*, *Ἴθι δή*, id est, *Age sis*, *age vero*. Sic *Δεῦρο δή*, id est, *Huc age*. Concedendo autem, ut, *Εἶεν δὴ ταῦτα*, *Sint ista vero*.

X. Post adverbium *ἐνταῦθα* videtur commode reddi, *enimvero*[11]: ut, *Ἐνταῦθα δὴ οὗτος δεινόν τι παθών*, id est, *Tum*, vel *hic enimvero graviter commotus*.

XI. Saepissime praefigitur particulae *ποτέ*, tuncque aut *παρέλκει*, aut eius significatio cum vocis illius significatione confunditur. Reddi enim debet, *tandem*, vel *demum*: ut, *Τί δή ποτέ σε οὑτωσὶ παροξύνει; Quid tandem usque adeo te commovet*[12]?

XII. *Οὕτω δή*, non raro verti potest, *atque ita*: ut, *Οὕτω δὴ πάντα διειργασμένος ᾤχετο χαίρων*, *Atque ita confectis omnibus exsultans abiit*.

XIII. Ironice quoque per sese ponitur: ut, *Ὑμεῖς ἄρα φιλομαθεῖς δή τινες ὄντες, ἄσμενοι ἂν τῆς παιδείας ἕνεκα πάνθ' ὑπομένητε*, id est, *Vos nempe doctrinae tam studiosi, eius caussa nihil non feratis*. [Markl. ad Eurip. Suppl. 521. *Herm.*]

με πρίασθαι καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ. Demosth. de Class. pag. 187 *ἐκεῖνό γε δήπουθεν ἅπαντες ἐπίστασθε*.

Restat, ut etiam paucis videamus de usu *δῆτα*. 1) Poni videtur pro *δή*, in sensu *iam*. Vt apud Synesium: *Καὶ δῆτα διαλέξομαι πρὸς σὲ*, *Et iam tecum colloquar*. 2) Habet vim adhortandi, obtestandi, precandi, *age*, *quaeso*, *obsecro*. Vt Eurip. Orest. 220 *Λαβοῦ, λαβοῦ δῆτα*, *Age prehende, prehende*. Ibid. vers. 1231 *ὦ πάτερ, ἱκοῦ δῆτα*, *Veni quaeso, Venidum*. Ibid. 92 *πρὸς θεῶν, πίθοι' ἂν δῆτά μοί τι, παρθένε! Per deos te, virgo, obtestor, hoc mihi appone gratiae!* 3) Habet vim confirmandi, *tandem*, *utique*. Vt Aristoph. Vesp. 1171 *Τίνα δῆτ' ἂν λέγοις; Quae tandem es dicturus?* Plat. Sympos. pag. 218 *Σώκρατες, καθεύδεις; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς*, *Minime, inquit*. Aristoph. Vesp. 13 *Καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαστὸν εἶδον ἀρτίως*, *Et sane mirum somnium modo vidi*. Perperam nonnulli vim concludendi pro *οὖν*, *igitur*, huic particulae tribuunt, uti *δή*, de qua paulo post videbimus. Nam facile in locis, quae laudantur, potest tribui vis vel confirmandi, vel cohortandi, vel obsecrandi. Non minus errant ii, qui *δῆτα* interdum otiosum et *παραπληρωματικὸν* putant: veluti in illo, quod laudat Stephanus, *Τί δῆθ' ὁρᾷς;* Nam commode reddi potest, *Quid tandem vides? Z.*

11 Aliquando tamen, ut liquet ex loco, modo ex Thucydide citato.

12 Et hic eandem vim habere, quam Reg. 6 modo innui, contendo.

XIV. Aliquando uni tantum elegantiae servit: ut *Αὐτίκα δὴ μάλα*, id est, *Subito admodum*, vel *continuo*; qua in acceptione non raro vel sequitur particulam *δὲ*, ut, *ἐὰν δὲ δὴ*, *quod si:* vel cum particulis similitudinem aut accessionem indicantibus coniungitur, ut *Καθ' ὃ δὴ*, *ὥςπερ δή*· sic, *Καθ' ὃ δὴ πρότερον*, id est, *Quemadmodum etiam ante factum idem est*, ubi fungitur vice particulae *οὖν*, de qua postea. Imo et cum ea quoque coniungitur; ut, *καθάπερ οὖν δὴ*, eodem sensu.

XV. Sed notandum hic primo, non initio periodi hoc loquendi genus usurpari.[13] Erraret enim, qui orationem inchoans hac similitudine: *Quemadmodum ferociens quidam leo*; sic eam Graece redderet, *Ὥςπερ δὴ* vel *δὴ οὖν λέων τις ἄγριος*. Sola enim particula *ὥςπερ*, aut similis adhibenda tum est.

Notandum secundo, cum mediis in periodis usurpatur, indicari, placere admodum ac probari comparationem illam, vel accessionem, ideoque latere significationem adverbii *etiam*, vel *utique*, aut alterius similis.[14]

13 Hinc patere potest, hanc coniunctionem non esse superfluam, sed superiora vel confirmare, vel ad ea aliquid addere, vel denique, ut Noster ait, comprobationis esse notam.

14 Atque ita solet haec particula quam vehementissime assertionem stabilire, ut si dicas: *Si unquam alias, nunc utique Resp. in periculo magno versatur.* Sic Graece: *Εἴπέρ ποτε, νῦν γε δὴ μέγαν κίνδυνον τὰ τῆς πόλεως κινδυνεύει.* Nam particula *γε* solet fere addi. Aristid. serm. sacr. I, pag. 506, in fine: *Καὶ ἐδόκει αὐτοῖς, νῦν γε δὴ πάντως δεῖν τομῆς*, *Et videbatur illis, nunc utique omnino sectione opus esse.* Vtriusque particulae vice fungitur non raro sola particula *καί*. Ita *Εἴπέρ ποτε, καὶ νῦν.* Sic Xenoph. *Κύρ. παιδ.* lib. V, pag. 115, lin. 24 *Εἴτις καὶ ἄλλος ἀνὴρ, ΚΑΙ' ὁ Κῦρος ἄξιός ἐστι θαυμάζεσθαι, Si quis alius, Cyrus utique admiratione dignus est.* H.

De Particula *δή* quoque quae omnino sunt tenenda, inprimis duce Hoogeveno, breviter et summatim videamus. Vis prima videtur esse *temporis*, qua significat *iam*. Suidas sic: *Δὴ ἀντὶ τοῦ νῦν· Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·* (vers. 700) *Φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει. Σωκράτης λέγει πρὸς τὸν πρεσβύτην. τὸ δὴ ἰσοδύναμον τῷ νῦν.* Et Hesychius: *Δὴ γὰρ, ἤδη γάρ.* Sic occurrit Aristoph. Vesp. 1059 *Πρίν ΠΟΤ' ἦν, πρὶν ταῦτα· ΝΥΝ δ' οἴχεταί γε*, (loquitur Senex de sua pristina virtute) *κύκνου τε πολιώτεραι ΔΗ αἵδ' ἐπανθοῦσι τρίχες.* Xenophont. Cyrop. III, 3, 24 *ὥρα δὴ ἀπαντᾶν.* Ibid. §. 43 *Οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ Κῦρον ἐν τούτοις ἦσαν· οἱ δ' Ἀσσύριοι καὶ δὴ ἠριστηκότες ἐξῄεσαν.* Hesiod. Oper. 414 *Ἦμος δὴ λήγει μένος ὀξέος*

SECTIO VI.

De Coniunctionibus εἰ, ἢν, ἂν, ἐὰν, et adiacentibus particulis.

REGVLA I.

Εἰ et ἢν, quemadmodum ἂν et ἐὰν, per se solae promiscue usurpantur, in vulgari acceptione, qua significatur Latinum *si*. Latius tamen patet usus coniunctionis εἰ, quam caeterarum, ut constabit ex sequentibus: ubi tum

ἠελίοιο. Iliad. φ', 148 Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες. Conf. Aristoph. Vesp. 974. Eurip. Orest. 39. Iliad. ε', 334, 762, 769. φ', 450. ω', 785 etc. Saepe occurrit νῦν δὴ, cum praeterito, h. e. *paulo ante*, *modo*, ἀρτίως, ἄρτι. Vt Plat. Gorg. pag. 455 Περὶ ὧν ΝΥΝ ΔΗ' Σωκράτης ἔλεγε. 2) Subiecta est vis *adhortandi*, *age*, *quaeso*. Nam qui hortatur, is suadet, ne quid differatur. Plat. Phaedr. pag. 229 πρόαγε ΔΗ' καὶ σκόπει, *Praei quaeso*, *et vide*. Iudith. XIII, 11 Ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην. Sic subinde occurrit ἄγε δὴ, φέρε δὴ, ἴθι δὴ, h. e. *agedum*, *age sis*, *age vero*. Et Plat. Phaedr. pag. 260 est ὧδε δὴ σκοπῶμεν αὐτὸ, *Id adeo sic contemplemur*, s. *Agedum rem contemplemur ita*. 3) Eandem vim obtinet in interrogationibus, ubi reddi potest, *quaeso*, *tandem*. Sic saepe occurrit πότερα δή; ποῦ δή; πῶς δή; τί δή; ποῖος δή; etc. Plat. Phaedr. pag. 265 πῶς δὴ οὖν τοῦτο λέγεις; *Quomodo tandem igitur hoc dicis?* Ibid. pag. 243 Ποῦ δή μοι ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον; *Vbi quaeso* (s. *ubi vero*) *est mihi puer, quocum loquebar?* Id. de Rep. lib. IV, pag. 421 Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα; Nonnunquam δὴ praemittitur particulae interroganti: ut Plat. Phaedr. pag. 242 Λέγεις δὲ δὴ τί; *Quid tandem est*, *quod dicis?* Ibid. pag. 259 Ἔχουσι δὲ δὴ τί τοῦτο; 4) Non fere differt sensu, ubi in orationum primordiis ponitur, ad significandum animum paratum. V. c. Aristoph. Avib. 551 Καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω, *AGE igitur*, *primum moneo*. Plat. in Sympos. pag. 204 Τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτα πειράσομαί σε διδάξαι, *AGE*, *hoc deinceps te docere conabor*. 5) Eidem particulae quoque vis *confirmandi* subiecta est admodum frequenter, et significat, *utique*, *profecto*, *sane*, *quidem*, *uti dubitare non licet*, *uti facile intelligitur* etc. E. g. Plat. in Euthyphr. init. Οὔτοι ΔΗ' Ἀθηναῖοί γε, ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν, *Profecto Athenienses certe hanc non litem appellant*, *sed accusationem*. Aristot. de Rep. lib. I, pag. 185 Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἐνίοις γεγραμμένον περὶ τούτων, οἷον Χάρητι δὴ (*quidem*, *uti constat*,) τῷ Παρίῳ, καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ. Plat. de Rep. lib. V, pag. 455. Ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι, etc. In has classes oeconomia totius usus, quem habet δή, commode distribui potest. Perperam autem a nonnullis tribuitur eidem vis ἐπιδοτική, *etiam*, *igitur*. Z.

de caeteris quoque monebimus, cum idiotismus aliquis aequaliter illis omnibus conveniet.

II. *Εἰ* per se solum[15], aliquando sumitur pro εἴθε· id est, *utinam!* apud Poetas quidem saepius, rarius apud Oratores. Homerus Odyss. *Γ*, vers. 205

Εἰ γὰρ ἐμοὶ τοσσήνδε Θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν!

Vtinam tantum mihi facultatis et virium Dii concederent! Xenoph. παιδ. IV[16] *Εἰ γὰρ γένοιτο, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὅ τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος*, id est, *Vtinam vero, inquit Araspas, existat aliquid, in quo tibi rursum usui esse possim.* Ita forte sumendum illud Virgil. Aen. VI, vers. 187

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto. —

Saepius iungitur cum ὤφελον, ἔφη, id est, *utinam vero, inquit:* quibus in locis particula γὰρ, aut omnino vacat, aut reddi debet, *vero:* ut δὲ saepe significat *enim.*†

15 Nunquam, quod sciam, per se solum, § 302. sed coniunctum cum particula γὰρ, ut ex exemplis subiectis patet, ut et Lucian. in Prometh. sub finem: *Εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα! Vtinam haec fierent!* et Hom. Iliad. *B*, vs. 371

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν!

O utinam, o Iupiter, et Pallas, et Apollo, tales decem mihi consiliarii essent Achivorum!

16 Pag. 154, lin. 16. H.

† *Εἰ* in sensu optandi coniunctum habere γὰρ, praeter diligentem Hoogevenum observavit quoque Valkenarius ad Euripid. Phoeniss. 761. Quaeritur autem, quaenam utriusque particulae sit ratio in eiusmodi locis? Non inepta est sententia Hoogeveni, qui, ut suam quaeque particula retineat vim, existimat, duplicem intelligendam esse ellipsin, aliam ante εἰ γὰρ, quae votum contineat, aliam post εἰ γὰρ, quae efficiat ἀπόδοσιν. Nemini enim hoc durum videri debet propterea, quod alias ἀποσιωπήσεις haud infrequentes reperiuntur tum, cum animus est commotior, qui utique solet esse in eiusmodi locis. Accedit hoc, quod aliis quoque in locis saepe ante γὰρ integra intelligenda est sententia, et post εἰ deest ἀπόδοσις, veluti καλῶς ἔχει etc. [Markl. post Eurip. Suppl. pag. 286. *Herm.*] Egregie porro ad illam ἀποσιώπησιν τῆς ἀποδόσεως comprobandam valent loca Homerica, de quibus postea videbimus, ubi ἀπόδοσις satis expressa reperitur. Age videamus illum locum Xenoph. Cyrop. VI, 1, 38, a Vigero laudatum. Intellige ante εἰ γὰρ vel καλὸν τοῦτό ἐστιν, vel καλῶς εἶπες, vel, quod Hoogeveno placet, γένοιτο, h. e. *fiat*, s. *utinam hoc fiat:* atque post χρήσιμος supple καλῶς ἔχει, aut καλῶς ἂν ἔχοι. Igitur sensus integer loci est: *Pulchre monuisti;* (seu, *utinam hoc fiat!*) *nam si fieret, ut ego opportune tibi prodessem, bene*

III. *Εἰ* aliquando sumitur pro ὅτι, *quod*; ac fere post aliquod verbum affectum aliquem animi significans, ut sunt θαυμάζω, *miror*; χαίρω, *gaudeo*; ἄχθομαι, *doleo*; δακρύω, *lugeo*; κλαίω, *fleo*, et simil. Demosthen. de Falsa Legat[17]. Καὶ τοὺς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν, ὡς ἔχαιρον, εἰ

esset. Sed Odyss. υ', 286 altera pars ellipseos, quam ἀπόδοσιν appellavimus, expressa est: Αἲ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τελέσειε Κρονίων· γνοίης χ', οἵη ἐμὴ δύναμις καὶ χεῖρες ἕπονται. Supple tantum, *Bene dixisti!* et sequentium sensus erit planus: *Nam, si hoc, hospes, perficeret Iupiter, cognosceres, quam fortem strenuumque me haberes adiutorem.* Pari modo Iliad. β', 373 Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν· τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος etc. Hic nihil omnino intelligi debet. Nam praecedit ἦ μὰν αὖ ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἷας Ἀχαιῶν. Conf. Odyss. τ', 309. Locus Luciani Dial. Meret. IV, Tom. III, pag. 287, paululum recedit a vulgari loquendi ratione: ΕΙ' τινα εὕροιμι, ὦ Βακχὶ, γραῦν, ὡς ἔφην· ἀποσώσοι ΓΑ'Ρ ἂν φανεῖσα. § 302. b. Hoogevenus locum sic resolvit: Εἴθε γραῦν τινα εὕροιμι, ἀποσώσοι ἂν φανεῖσα. Occurrit locus Odyss. η', 311. ubi εἰ γὰρ cum Infinitivo coniungi videtur. Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, τοῖος ἐὼν, οἷός ἐσσι, τά τε φρονέων, ἅτ' ἐγώ περ, παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι, αὖθι μένων· οἶκον δέ τ' ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην, αἴκ' ἐθέλων γε μένοις. Hic quoque γὰρ luculenter reddit rationem antecedentium, et infinitivi ἐχέμεν et καλέεσθαι reguntur vel ab omisso ὤφελον, vel ἐθέλοις. Z.

17 Pag. 241. Locus Budaeo citatus pag. 519, ut et sequens Synesii, ibid. Caeterum affert Budaeus ibidem alium ex Demosthene locum, qui invenitur in Orat. de Fals. Leg. pag. 239. ubi sequitur εἰ post verbum κρίνειν, quod nullum affectum significat. Verba sunt: Τί γὰρ δήποτε Μυροκλέα μὲν ἜΚΡΙΝΑΣ, ΕΙ' παρὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐωνημένων εἴκοσι ἐξήλεγξε δραχμὰς παρ' ἑκάστου, καὶ Κηφισοφῶντα γραφὴν ἱερῶν χρημάτων ἘΔΙΏΚΕΣ, ΕΙ' τρισὶν ὕστερον ἡμέραις ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκαν ἑπτὰ μνᾶς; *Nam cur tandem Myroclem accusavisti, quod a singulis, qui metalla redemerant, viginti drachmas exegerat, et Cephisophontem iudicio, sacrilegii nomine, persecutus es, quod post triduum septem minas in mensa numeraverat?* H.

Huc pertinent quoque loca Xenoph. Mem. I, 1, 13 ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστὶν, et §. 18, ὅσα δὲ πάντες ᾔδεσαν, θαυμαστὸν, εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν. Ibid. I, 2, 13 ἐγὼ δ', εἰ μέν τι κακὸν ἐκείνω τὴν πόλιν ἐποιησάτην, οὐκ ἀπολογήσομαι. In his locis omnibus rem non dubiam et incertam indicat *εἰ*, sed plane certam et perspicuam. Igitur reddi debet *quod*, *quandoquidem*, *quia*. Conf. Iliad. φ', 216 αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοὶ, εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσειν. Adde Rom. VIII, 17. 13. Act. Apost. IV, 9. XXVI, 23, et Markland. ad Lys. pag. 670, ed. Reisk. Z. § 302. c.

προςέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, id est, *Arcadas etiam eo vobis laetari nunciavit, quod iam Atheniensium civitas rerum satageret.* Synes. *Ἔκλαιον, οὐκ εἰ τεθνηξοίμην*, *Flebam, non quod paulo post moriturus essem.* Isocr. *Θαυμάζω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων, εἰ προςήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν*, id est, *Miror equidem civitatum principes, quod efferri suum esse putent.* Oenomaus apud Eusebium Praeparat. VI[18], *Ἐμοὶ δὲ θαυμάζειν ἔπεισιν, εἰ τοιαῦτα λέγων, οὐκ ᾐσθάνετο τῆς ματαιολογίας τῆς ἑαυτοῦ*, *Mihi vero plane mirari subit, ipsum, dum ista diceret, quam inania quamque frivola diceret, non sensisse.*

IV. Aliquando idem est, quod *πότερον*, *utrum*, *an*, [§ 312. ad. p. 516.] *num*, [Non *num. Herm.*] dubitando potius, quam interrogando. Plutarch. Lycurgo, *Εἰ καλῶς κείμενοι νόμοι τυγχάνουσιν, ἠρώτησε*, id est, *Rogavit, num rite constitutae leges essent.* Quod etiam, raro licet, aliquando tamen Latini auctores imitantur.[19] Hic vero notandum est, hac in acceptione, non raro, *εἰ μὲν*, et *εἰ δὲ μὴ*, inter sese opponi. Xenoph. *παιδ.* VIII[20], *Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν*

18 Pag. 264.

19 Sic enim Ter. Heaut. I, 1, 117 *Visam, SI domi est.* Et Adelph. IV, 2, 10
Nunc redeo: SI forte frater redierit, viso.

20 Pag. 237, in fin. Alium tamen, quo regula firmetur, locum desidero, quia non satis perspicuum est, particulam *εἰ* ibi obliquam interrogationem aut dubitationem inferre, ac non potius oppositas conditiones, quarum prior sit elliptica, ut mox ad Reg. IX dicetur: ita ut verba sic reddantur: *si itaque satis vos doceo,* [*recte habet*]; *sin minus* etc. Quomodo paulo ante *εἰ μὲν* et *εἰ δὲ μὴ* opposuerat, sed plenius: *ΕΙ᾿ ΜΕ᾿Ν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥςπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε, ἃ ἐγὼ δέομαι· ΕΙ᾿ ΔΕ᾿ ΜΗ᾿ οὕτως* etc. *Si ergo haec ita se habent, ut ego arbitror, et anima corpus relinquit, meam quoque animam reverentes facite, quae peto: sin minus*, etc. H.

Εἰ inservit 1) interrogationibus obliquis, et tamen iungitur fere Indicativo, contra consuetudinem Latinorum, qui in hoc sensu Coniunctivo utuntur. E. g. Iliad. ε, 183 *σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστιν*, *Certo non scio, an Deus sit.* Plat. de Rep. IV, pag. 420 *Ἄθρει, εἰ τὰ προςήκοντα ἑκάστοις ἀποδιδόντες, τὸ ὅλον καλὸν ποιοῦμεν*, *Vide, an, cum suum cuique tribuimus, totum corpus pulcrum fingamus.* Conf. Ep. I, cap. 1, 1. Interdum eodem in sensu occurrit cum Optativo, qui pendet ab intellecta particula *ἄν*, quae ipsa cum aliis particulis subinde, uti saepe docuimus, est intelligenda. Sic occurrit Plutarch. in Caes. p. 713 *ἠρώτησεν, εἰ τοὺς νόμους ἐπαινοῖεν*, h. e. *ἐπαινοῖεν ἄν*. Conf.

προγεγενημένων μανθάνετε, id est, *Vtrum ego vos satis doceam, nec ne, ex senioribus etiam intelligite.*[21] [Immo est illa usitata ellipsis τοῦ εὖ ἔχει. *Si ego satis vos doceo, bene est: sin minus, etiam rerum praeteritarum exemplis discite. Reizius.*]

V. Eadem coniunctio proprium id habet, ut per se sola imperfecto et aoristis, aliquando etiam, licet multo rarius, cum perfecto coniungatur sine coniunctione ἄν.[22] Quibus tamen in locis idem sensus est, ac si vel adhiberetur ἄν, vel optandi modus usurparetur. Plena exemplis omnia. Clarum illud ex Demosthen. Philipp. I, quam sic orditur: *Εἰ μὲν περὶ κοινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν·* verbatim, *Si de communi quodam negotio propositum esset dicere:* vel, *si novum argumenti genus ad dicendum esset propositum.*

Item Olynth. I[23], *Εἰ γὰρ τὴν αὐτὴν παρειχόμεθα ἡμεῖς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν, Si enim eandem in nostra ipsorum caussa alacritatem ostendissemus.* Vbi imperfectum pro aoristo positum est.

Item Olynth. II[24], *Σφόδρα ἂν ἡγούμην φοβερὸν εἶναι τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον,* id est, *Philippum equidem valde metuendum putarem, si eum iustis actionibus crevisse cernerem.*

Similiter de Aoristo iudicandum. Idem Olynth. I[25], *Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν πεισθέντες, ἀνείλοντο τὸν πόλεμον·* pro ἀνέλοιντο ἄν· id est, *Si enim, a nobis persuasi, bellum hoc suscepissent.* Ibid.[26] *Εἰ τότε τούτων ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως*

Act. Apost. XVII, 11. 2) Eadem particula etiam servit interrogationibus rectis, ubi dubitatio locum habet nullum. E. g. Plat. de Rep. lib. V, pag. 478 *εἰ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται; Num inter scientiam et inscientiam media posita est opinio?* Odyss. α', 158 *Ξεῖνε φίλ', εἰ καί μοι νεμεσήσεαι ὅ, ττι κεν εἴπω, Mi hospes, num aegre feres mea dicta?* Conf. Act. Apost. I, 6. VII, 1. XIX, 2. XXI, 37. Luc. XIII, 23. XIV, 3. Lib. Tob. V, 5. III Reg. XX, 20. Z.

21 Alias, cum in dubitatione diversa membra proponuntur, εἰ et ἤ sibi invicem respondent. Paus. in Achaicis pag. 420, prop. fin. *Οὐδὲ οἶδα, ΕΙ' ἀφικόμενος ἐς Ῥώμην ὠφέλησεν ἄν τι Ἀχαιούς, Ἢ κακῶν σφισιν ἐγένετο μειζόνων ἀρχή. Nec satis scio, utrum, si Romam pervenisset, Achaeis aliquo modo profuturus, an maiorum calamitatum causa fuisset.* Nam ἤ hoc modo etiam reddendum esse *an*, supra docuit Noster Cap. praecedenti, Sect. 7, Reg. 2.

22 Confer Sect. 3, Reg. ult.

23 Pag. 2, lin. 18.

24 Pag. 6, lin. 44.

25 Pag. 2, lin. 11.

26 Pag. 2, lin. 26.

ἐβοηθήσαμεν αὐτοὶ, *Si tunc uni eorum, cui primum libuisset, alacriter opem tulissemus;* pro *ἐβοηθήσαμεν ἄν.*[27]

[Ad rariores significatus particulae *εἰ* referunt, quando ponitur pro *εἰ καὶ*, *quamvis*, *etiamsi:* sed hoc fit tantum post negationem: ut Aristoph. Vesp. 297, *Οὐκ ἂν μὰ τὸν Δί', εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς*, *Non per Iovem, licet pendeatis.* Eodem sensu sumitur *Si.* Terent. Eun. ab initio: *Exclusit, revocat, redeam? NON, SI me obsecret.* Conf. Horat. lib. IV, Od. 14. Virg. Ecl. X, 65.

27 Praeterea observanda est *βραχυλογία*, qua post hanc coniunctionem aliquid subaudiendum relinquitur. Tale est illud Xenophontis Hist. Gr. lib. IV, pag. 532 *Ἐδέοντό τε, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε χρόνον καταμεῖναι αὐτὸν* etc. *Orabant, si nihil aliud, ut saltem tam diu maneret.* Vbi intellige vel ex persona rogati, *ποιεῖν* sive *ἐπιτρέπειν ἐβούλετο·* vel ex personis rogantium, *διαπράττεσθαι ἐδύναντο*, vel simile qnid. H.

Εἰ in sensu conditionis iungitur 1) *Optativo*, intellecta particula *ἄν.* § 303. Vt Xenophont. Cyrop. III, 2, 18 *Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, βούλοισθ' ἂν ἀποτελοῦντες, ὅσα περ οἱ ἄλλοι Ἀρμένιοι, ἐξεῖναι ὑμῖν τῆς Ἀρμενίας γῆς ἐργάζεσθαι ὁπόσην ἂν βούλησθε; Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, ΕΙ' ΠΙΣΤΕΥ'ΟΙΜΕΝ μὴ ἀδικήσεσθαι.* Isocrat. ad Nic. pag. 32 *Εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν ΠΡΟΤΡΕ'ΨΕΙΕΝ, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε.* Plat. Euthyphr. cap. 3 *Εἰ μὲν οὖν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, ΜΕ'ΛΛΟΙΕΝ μου καταγελᾶν, οὐδὲν ἂν εἴη ἀηδὲς παίζοντας καὶ γελῶντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγαγεῖν· εἰ δὲ σπουδάσονται* etc. 2) *Futuro Indicativi.* Praeter antecedens exemplum vid. Demosth. Olynth. I, pag. 13 *εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς αἰεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἜΣΤΑΙ. ὑμεῖς δὲ, ὡς* etc. Ibid. paulo post: *ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, μὴ φανῶμεν ἂν* etc. Ibid. pag. 14 *εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ, μὴ ματαίοις ἡμῖν ἡ στρατεία γένηται.* 3) *Indicativo Praesentis:* ut in illo Luciani: *εἰ γάρ ΕΙ'ΣΙ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί.* 4) *Indicativo Aoristorum, Perfecti et Imperfecti.* Praeter loca a Vigero laudata, vid. Ebr. IV, 8 *εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς ΚΑΤΕ'ΠΑΥΣΕΝ, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας;* Iliad. *ά*, 395 *Ἐλθοῦσ' οὔλυμπόνδε Δία λίσαι, εἴ ποτε δή τι ἢ ἔπει ὬΝΗΣΑΣ κραδίην Διὸς, ἠὲ καὶ ἔργῳ.* Conf. Iliad. *φ'*, 544. *ά*, 40. 5) Quaeritur, an etiam *Coniunctivo* iungatur. § 304. Devarius laudat locum Galeni lib II. de Caus. Puls *εἰ δέ που ΣΦΑΛΗ͂ι περὶ τὴν ἐνέργειαν, διαφθείρει ταύτῃ τὴν ἰσότητα.* Sed Devarius ipse dubitat, an legendum sit *σφαλείη*, in Optat. 6) *Infinitivo* iungitur Aesop. Fab. 124 *ἀλλ' ἔγωγε ἄνους ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προσδοκώμενον ἘΛΠΙ'ΖΕΙΝ.* § 305. Si locus est sanus, nec forte legendum est *ἤλπιζον*, s. *ἐλπίσεια*, intelligi debet *ἔμελλον ἂν*, aut *ἤθελον.* Z.

Interdum εἰ reddi potest per *quasi*, quam vim Hoogevenus arcessit ab intellecta particula ὡς· ut Aristoph. Acharn. 558, καὶ, συκοφάντης εἴ τις ἦν, ὠνείδισας, *Et criminatus es, quasi essem sycophanta.* § 306.

Nonnunquam εἰ reticetur: v. c. Epict. cap. 21, Γέγονέ τι κατά σε, ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως μετάλαβε· παρέρχεται, μὴ κάτεχε· οὔπω ἥκει, μὴ ἐπίλαβε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν. Pro εἰ γέγονε· εἰ παρέρχεται· εἰ οὔπω ἥκει. Simili modo apud Latinos *Si* omittitur: ut Virg. Aen. VI, 30, *Tu quoque magnam partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes*, pro *Si sineret.* Terent. Eun. II, 2, 21, *Negat quis, nego: ait, aio*, pro *si negat: si ait.* Plura exempla Latinorum collegit Linacer de Emendat. Struct. pag. 409.

Eustathius putat εἰ dici pro ὅπως, Odyss. ζ', 144, ὁ δὲ μερμήριξεν Ὀδυσσεὺς, ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην, ἢ αὔτως ἐπέεσσιν ἀποσταδὰ μειλιχίοισι λίσσοιτ', ΕΙ' δείξειε πόλιν, καὶ εἵματα δοίη. Eustathius enim, Τὸ δὲ ΕΙ' ΔΕΙ'ΞΕΙΕ ΠΟ'ΛΙΝ, inquit, ἀντὶ τοῦ ΕΙ"ΠΩΣ ΔΕΙ'ΞΕΙΕ· αὐτὸ δὲ ταυτό ἐστι τῷ "ΟΠΩΣ, κατὰ μετάληψιν συνδέσμων, ὥς φασιν οἱ ῥήτορες. At vero non est quod fugiamus ad novam significatiunculam particulae comminiscendam, cum commode reddi possit *Si forte*, seu *An forte. Z.*]

VI. *Εἰ καὶ*, verbatim *si et*, significat *et si:* quod etiam dicunt, καὶ εἰ, § 307. sed fere interposito γὰρ, *nam:* καὶ γὰρ εἰ significat *etsi enim. Εἰ ἄρα*, εἴγε, εἴπερ, εἰ δὴ, εἴ που, vel ἢν, et ἐὰν cum iisdem particulis sumuntur pro *si modo*, vel *si quidem*, vel *si forte:* quae postrema significatio saepius cadit in εἴ που, ἤν που, ἐάν που· vel *sicubi.* Quarum acceptionum trita sunt exempla.

VII. *Εἰ δὲ*, et ἐὰν δὲ, aliquando significant *quod si;* nunquam enim dicitur, ὅτι εἰ. Qua in acceptione, vel plena est oratio, ut, *Εἰ δὲ κἂν τοῦτο λίαν σοι δόξειεν*, id est, *Quod si hoc etiam nimium tibi videatur;* vel aliquid ad iustum integrumque sensum desiderat. Demosthen. in Midiam[28], Θάῤῥει, φήσειέ τις ἄν· οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ· ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; id est, *Bono es animo, dicat aliquis: nec enim ullam amplius iniuriam acci-*

28 Pag. 415, lin. 50.

pies: quod si, vel potius *quid si*; (supple ἔτι ἂν[29] ὑβρισθήσομαι, *novam aliquam iniuriam accipiam:*) *num vos ei tum demum succensebitis, quem nunc impune dimiseritis?* †

VIII. *Εἰ μὴ*, vulgo quidem significant *nisi:* aliquando tamen apud Atticos, qui vocum et sententiarum traiectione gaudent, voces illae simul coniunctae significationem istam amittunt, quod ad sententiae totius explicationem verbum aliquod inter eas interiici debeat. Tunc autem reddi possunt, *si non iam*. Thucydid. lib. I, *Καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον, ἁμαρτίᾳ τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ,ἐναντία τολμῶμεν*, id est, *Et venia quidem*, (supple *dari nobis possit*,) *si non iam improbitate quadam, sed potius cum gloria superioris negligentiae peccato contraria moliamur.*[30]

29 Sola Argent. ed. habet ἂν, quod a Paris. et Leidens. abest. H. [Et debet abesse. *Herm.*]

† Sequente εἰ δὲ saepe elliptice ponitur εἰ μὲν, h. e. ἀπόδοσις eleganter reticetur, quae respondeat προτάσει, quam regit εἰ μέν. V. c. Iliad. ά, 139 *Ἀλλ', ΕΙ' ΜΕ'Ν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ, ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται· ΕΙ' ΔΕ' κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.* Hic post ἔσται intellige ἀπόδοσιν hanc: καλῶς ἔχει, s. παύσομαι, s. καλὸν ἂν εἴη, s. ἡσυχάσω etc. Eustathius ad hunc locum alia eiusmodi exempla commemorat. § 308. *Εἰσὶ δὲ*, inquit, *καὶ ἄλλα τοιαῦτα σχήματα ἐλλείψεως παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς παρὰ τῷ Κωμικῷ· ΈΑ'Ν ΜΕ'Ν ἀποφήνω πάντων αἰτί[illegible] ἐμέ· εἰ δὲ μὴ, ποιεῖτε, ὅπερ ἂν δοκῇ ὑμῖν. Καὶ Μένανδρος ὁ κωμικὸς· ΕΙ' ΜΕ'Ν δή τινα πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ. Καὶ Πλάτων ὁ κωμικός· ΕΙ' ΜΕ'Ν σοι τὴν θάλασσαν ἀποδώσει ἑκών· εἰ δὲ μὴ, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπολέσω. Καὶ Σοφοκλῆς· ΕΙ' ΜΕ'Ν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μὴ, λέγε.* Pari modo post εἰ δὲ solet omitti βούλει, aut βούλεσθε. V. c. Iliad, ί, 262 *Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι χόλοιο. Εἰ δὲ*, (sc. βούλει) *σὺ μέν μευ ἄκουσον, ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω* etc. Ibid. vers. 46 *Εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ*, (sc. βούλονται ἀπιέναι) *φευγόντων σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.* Haec ellipsis inprimis frequentissima reperitur tum, cum post εἰ δὲ sequitur ἄγε. V. c. Iliad. ά, 303 *εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε*, h. e. *Si vis sc. auferre me invito, age fac periculum, ut et hi cognoscant.* Conf. Iliad. ί, 170. τ', 108. ψ', 580. 582. Odyss. ά, 271. Z.

30 Locus est lib. I, cap. 32, in fine, ab Auctore minus recte distinctus, nec adeo recte versus. Tu post ἁμαρτίᾳ distingue, non autem post ἀπραγμοσύνῃ, et redde: *Et venia danda est, si non malo animo, sed opinionis potius errore superiori nostrae quieti contraria molimur.* Corcyraei enim, quorum institutum fuerat nullis sociorum bellis se immiscere, sed, illis praeliantibus, quiescere, nunc ipsi ad angustias redacti, aliorum auxilio indigentes opem petunt.

Hic enim τολμῶμεν inseri debet inter εἰ et μὴ, ut sensus clarior habeatur.[31]

IX. *Εἰ δὲ μὴ*, et aliquando *εἰ δὲ οὐ*, § 309. communiter verti debet, *sin minus*: ut, Ἀλλ' ὅπως ἐς τοὐπιὸν μετριώτερος ἂν φαίνοιο, εἰ δὲ μὴ, πικρῶς ἂν προςφέροιτο, id est, *Sed vide sis, ut maiorem in posterum modestiam probes; sin minus, acerbe tecum acturus ille est.*

Aliquando tamen illae voces magis ἐλλειπτικῶς usurpantur. Demosthen. de Falsa Legat. Ὁ ὑπὲρ ὑμῶν γράψας μὴ ἄγειν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τὸν Φίλιππον ὅπλα· εἰ δὲ μὴ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἀπόλωλε, καὶ ὕβρισται, id est, *Qui vestra causa decretum ediderat, ne quis ad Philippum belli tempore arma deferret, sin minus* (id est, *qui secus faceret*) *morte mulctaretur: is nunc periit, foedeque tractatus est.* Hic post εἰ δὲ μὴ supplendum videtur, τὶς τῷ νόμῳ πειθαρχήσῃ, id est, *legi quis paruerit.*[32]

31 Est et ubi adverbium ἐκτὸς praemissum habet, quod tum abundare videtur. Ita ut ἐκτὸς εἰ μὴ simpliciter notet *Nisi.* Ita Plut. in Vit. Demosth. pag. 850, lin. 21 Ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἀλονήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τουτὶ πέπαιχεν, *Nisi sane ad orationem de Haloneso Antiphanes etiam hic allusit.* H.

Quemadmodum εἰ interdum, ubi conditionem plane certam et perspicuam significat, dicitur pro ὅτι, seu διότι, uti supra vidimus: ita quoque εἰ μὴ nonnunquam ponitur pro ὅτι μὴ, *quod non.* V. c. Plut. in Poplicola, non longe ab initio: Ἀγανακτῶν οὖν ὁ Οὐαλέριος, εἰ μὴ πιστεύεται πάντα πράττειν ἕνεκα τῆς πατρίδος, *Indignatus igitur Valerius, quod sibi fides non habebatur, omnia se pro salute patriae tentaturum.* Z.

32 Demosthenis locum citat Budaeus pag. 526. Estque hoc perpetuum, cum praecedit vox negativa: sic eadem elliptica oratione utitur Matthaeus c. IX, 17 Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· ΕΙ' ΔΕ' ΜΗ' ΓΕ, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί. *Neque iniiciunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpuntur utres.* Hic post εἰ δὲ μήγε subaudi εὐλάβειαν ἔχωσι, *cautionem adhibeant*, vel simile quid. Vide et Epict. Enchir. cap. 39. Est et ubi oratio ellipsin patitur ante εἰ δὲ μή. Ita apud Thucyd. lib. III, cap. 3 Καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μὴ, Μιτυληναίοις εἰπεῖν ναῦς τε παραδοῦναι καὶ τείχη καθελεῖν. Verbatim: *Et si succederet conatus: sin minus, Mitylenaeos iuberent, et naves tradere et demoliri muros.* Quae oratio ut sit integra, post ἡ πεῖρα subaudi καλῶς ἂν εἴη, ut sit sensus plenior: *Et si hic conatus succederet, bene se res haberet.* Dignissimus, qui super hac re consulatur, L. Bos. sub finem vere aurei libelli, quem de Ellips. Gr. conscripsit. Eleganter Plato in Gorg. pag. 516, lin. 41, post εἰ μὴ omittit sequentia, quae ad attento lectore interseri debent. Ita enim: Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο,

X. *Εἰ δ' ἄγε*, apud Poetas saepius, rarius apud Oratores etiam *κατ' ἔλλειψιν* usurpantur: reddique possunt, *quod si non credis*, vel, *non creditis*, *age:* tuncque illud *age* ad sequentia potius pertinere videri possit. Homer. Iliad. *Α*, vers. 524, *Εἰ δ' ἄγε, τοὶ κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς*, *Quod si dubitas; age, tibi iam capite annuam, ut fidem adhibeas.* [*Εἰ δ' ἄγε* poetarum epicorum est. *Herm.*]

Aliquando tamen ad idem *ἄγε* pertinet *εἰ δὲ*, tumque tria illa verti possunt, *age vero;* vel, *nunc autem age sis.* Theocrit. in Pharmaceut. vers. 95, *Εἰ δ' ἄγε, Θέστυλι, μοὶ χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μᾶχος*, id est, *Age vero, Thestyli, gravis morbi remedium mihi aliquod excogita.*[33] Hic enim *τὸ μᾶχος* posuit pro *τὴν μηχανὴν*, id est, *artem aliquam et machinam, qua morbus ille pellatur.*

XI. *Εἰ βούλει δὲ*, vel *εἰ δὲ βούλει*, verbatim, *si vis autem*, eleganter et Attice, pro, *vel si mavis*, *atque adeo.* Gregorius de Athanasio, *Τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς, τῇ πράξει, τοὺς πρακτικοὺς δὲ, τῷ λόγῳ νικήσας· εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν τοὺς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τοὺς πρακτικωτάτους ὑπερβαλών*, id est, *Qui eloquentia praestantes, agendi laude: in agendo exellentes, oratione superavit: vel, si mavis,*

καὶ ΕΙ' ΜΗ' διὰ τὸν Πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν. Miltiadem illum, qui in campo Marathonio (sc. *victoriam reportavit*, de qua Ellipsi vide supra ad cap. I, §. 19, n. 29.) *in Barathrum coniiciendum decreverunt, et nisi per Prytanim*, verbatim, vel *nisi Prytanis obstitisset, iniectus fuisset.* Eodem modo Thucydides, lib. II, c. 18 *'Εδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχος, πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν, Videbantur Peloponnesii, si celeriter invasissent, omnia quae extra urbem erant, occupare potuisse, nisi propter illius cunctationem.* supple: *prohibiti fuissent.* vel, *nisi illius cunctatio ipsis in mora fuisset.* Confer Aristidem sacr. serm. I, p. 509. [Vbi est: *Καί μοι δοκεῖ καὶ πλείω βιῶναι χρόνον, εἰ μὴ δι' ἀρετήν τινα ἑαυτοῦ.* Adde Phil. Iud. Legat. ad Cai. pag. 774 *Τρὶς, οὐχ ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμὲ, Nisi ego restitissem, ter, non semel, occisus fuisset, prono in ipsius caedem Tiberio.* Demosth. de Fals. Legat. pag. 370 *'Εκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προςῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους.* Ibid. pag. 395 *'Επεὶ, εἰ μὴ διὰ τὸ τούτους βούλεσθαι σῶσαι, ἐξώλης ἀπολοίμην.* Z.]

33 Editio certe Wintertoni habet: *Εἰ ἄγε.* unde Latinorum *Eia age*, adhortandi formula. Hesychius tamen *εἰ δ' ἄγε* explicat per *ἄγε δή.* Adi L. Bos, Ellips. Gr. qui eadem exempla citat, in v. *βούλεσθαι*, et Budaeum pag. 526.

imo vero, *et dicendo eos qui praestarent eloquentia, et eos qui agendo excellerent, agendo vicit.*[34]

XII. *Εἴπερ*, praeter eum usum, quem Regul. 6 observavimus *, tres alios habet. § 310. Primus est, ut sumatur pro *siquidem*, instituendo comparationem inter diversa: tuncque particulas illas sequitur *καὶ* in opposito membro. Demosthen. in Timocr.[35] *Ἄξιον δὲ, εἴπερ περί του καὶ ἄλλου, καὶ περὶ τοῦδε διελθεῖν*, id est, *Aequum autem est, si de quoquam alio, certe de hoc etiam dicere.* Vbi prius *καὶ* abundat. †

Secundus est, ut significet *ἐπεὶ*, vel *ἐπειδὴ*, vel *ἐπειδήπερ*, vel *ὅτι δὴ*, id est, *quandoquidem.* Aristotel. VI Politic. *Εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος*[36], *τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται*, id est,

34 Ex Budaeo pag. 526. H. Formula *εἰ δὲ βούλει*, vel *εἰ βούλει δὲ* significat 1) *Adhaec, insuper, praeterea.* Vt Platon. Phaedr. pag. 230 *Ἥγε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥςτε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι* etc. mox addit, *εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἡδύ.* 2) In gradationibus, *imo vero.* Huc pertinet locus a Vigero ex Gregorio laudatus. Z.

* Nempe ubi dictum est, significare *si modo.* Haec vis videtur esse praecipua propterea, quod particula *περ* valet ad conditionem limitandam et coërcendam. Vt Plat. de Rep. lib. V, pag. 457 *Οὐκ οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, περί γε τοῦ ὠφελίμου ἀμφισβητεῖσθαι ἂν, ὡς οὐ μέγιστον ἀγαθὸν, κοινὰς μὲν τὰς γυναῖκας εἶναι, κοινοὺς δὲ τοὺς παῖδας, ΕΙ'ΠΕΡ οἷόν τε.* Demosth. Olynth. I, non longe ab initio: *Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστὶν, ΕΙ'ΠΕΡ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε.* Conf. Rom. VIII, 9. Z.

35 Pag. 468.

† Interdum vero *καὶ* illud abest. Vt Thucyd. IV, 55 *Ἔς τε τὰ πολεμικὰ, εἴπέρ ποτε, μάλιστα δὴ ὀκνηρότεροι ἐγένοντο.* Xenoph. Cyrop. III, 3, 19 *Συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπέρ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾷν.* Caeterum facile intelligitur, post *εἴπερ* ellipsin esse statuendam. Sic in loco Thucydideo plena est oratio, *εἴπέρ ποτε ὀκνηροὶ ἐγένοντο*, et in Xenophonte, *εἴπέρ τῳ καὶ ἄλλῳ συμφέρει.* Adde locum Aristoph. Nub. 226 *Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς; εἴπερ.* Hic supple *εἴπερ ὑπερφρονεῖν δεῖ τοὺς θεοὺς*, uti haec ellipsis alio loco est suppleta, Aristoph. in Ran. 75 *εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου μέλλεις ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν.* Z.

36 Supple ex praecedentibus *ἔργον ἐστίν.* Integriorem locum habet Budaeus, ut et superiorem Demosthenis, pag. 526. [Adde locum Platonis in Phaedro p. 245 *Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὴν ἀνάγκη εἶναι·*

Quandoquidem servi hoc proprium est, ut non vivat quomodo voluerit.

XIII. Tertius usus rarior est, ut sumatur pro *sic:* quod mirandum potius videtur, quam imitandum. Aristid. in Panathen. ubi Athenas, et Athenarum Acropolim, terrarum umbilicum esse ait: Ὥςπερ γὰρ ἐπ' ἀσπίδος, inquit, κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων, πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ διὰ πάντων ὁ κάλλιστος· εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος· τῆς δ' αὖ πόλεως, ὁμώνυμος, (legendum videtur ἡ ὁμώνυμος. Ἀκρόπολιν enim Athenarum intelligit, quae, ut ipsemet ait, et certum est, πόλις vocabatur.) id est, *ut enim in clypeo, ita circuli aliis alii imponuntur, ut quintus inter omnes pulcherrimus iustum compleat umbilicum.* (Hic enim εἰς abundare videtur, aut πληροῖ pro πληροῦται positum est.) *Sic Graecia in medio universae terrae sita est; Attica Graeciae; Vrbs Atticae; Vrbis demum in medio, cognominis eiusdem Acropolis collocata est.* Hic εἴπερ respondet τῷ ὥςπερ.[37]

[Certior vero est vis ea, qua sequente ἀλλὰ significat *Quamvis — tamen.* Vt Iliad. φ, 577, Εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ, ἠὲ βάλῃσιν, ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει ἀλκῆς, *Nam quamvis eam prior vel cominus vel eminus vulneraverit; tamen hasta transfixa non amittit vim.* Z.]

ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, ΕΙ"ΠΕΡ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. Z.]

37 Obscura omnino ratio, quam tamen mihi videor planiorem reddere posse, si dicam, τὸ εἴπερ hoc loco retinere suam significationem τοῦ ἐπειδήπερ, et similitudinem imperfectam sua ἀποδόσει carere; quae ita suppleri possit, si sequantur, τὸν αὐτὸν τρόπον διὰ πασῶν καλλίστη ἐστί. Suspicionem enim ἀποσιωπήσεως iniiciunt sequentia: Ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν ἡμᾶς ὁ λόγος παρήνεγκε τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης ἀκολουθίας ἐχόμενος· ἐπιστρεπτέον δὲ πάλιν etc. Et coniunctio ἀλλὰ est nota corripientis μακρολογίαν quandam, in quam se fingit incidisse orator; quae tamen ipsi arrisit, sed quam verbo attigisse satis habuit. Integer itaque sensus erit: [*Eodem plane modo,*] *quoniam Graecia in meditullio orbis terrarum sita est, Attica Graeciae, urbs Atticae, Vrbis demum in medio cognominis eiusdem Acropolis collocata est,* [*haec inter omnes est pulcerrima:*] *sed haec perpetua rerum incidentium serie me abripuit oratio: quare redeundum est* etc. Quae si ita sint, evanescet nova haec τοῦ εἴπερ significatio. Locus Aristidis extat pag. mihi 171, tom. 1.

XIV. *Εἴπερ ἄρα*, in medio fere periodi membro, (nunquam orationis initio) *ἐλλειπτικῶς* usurpatur. Tunc autem, quod integrae orationi deest, ex superioribus fere membris suppleri debet. Synesius Epistol.[38] *Τοῦτο μὲν οὐκ ἔστι φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν, ἤρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναλγεῖσθαι· τὸ δὲ καὶ προςανιάσαι, πόῤῥω δεινόν:* id est, *Hoc quidem non iam amicitiam renunciare est, sed inimicitias denunciare: alioquin satis erat, non simul dolere; at dolorem etiam addere, atrox prorsus atque indignum est.* Hic *εἴπερ ἄρα* commode verti potest, *alioquin*; quod autem deest, ita suppleri possit: *Εἴπερ ἄρα μόνον ἦν ἀπειπεῖν*[39], id est, *Siquidem tantum id esset amicitiam renunciare.*

Aristotel. X de Coelo, *Τὰ πάντα, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ τέλειον, οὐ κατὰ τὴν ἰδέαν διαφέρουσιν· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, ἐν τῇ ὕλῃ*, id est, *Vniversum, et perfectum, forma non differunt, sed materia tantum.* Vbi in *εἴπερ ἄρα* supplendum tantum est, *διαφέρουσι.*

Oenomaus apud Eusebium Praeparation. VI, *Ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται, ἀλλ' οὐκ (εἴπερ ἄρα) ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην*; id est, *Nam iste quidem Iupiter, illa, inquam, necessitatis vestrae necessitas, quorsum in nos, ac non potius (quando poenas libet exigere,) in se ipsum animadvertit, qui eiusmodi esse necessitatem ostenderit?* Vbi post, *εἴπερ ἄρα*, subauditur, *τίννυσθαι χρή τινα*, id est, *siquidem punire aliquem oporteat.*

Diogenianus ibid. pag. 265, *εἰ ἄρα*, pro *εἴπερ ἄρα* posuit: *Ποῦ τοίνυν δι' αὐτῶν σημαίνεται τὰ πάντα ἁπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι· καὶ μὴ, εἰ ἄρα, ταῦτα μόνον, ὧν ἐστιν εἱμαρμένη; Quomodo tamen omnia prorsus fato fieri significant, ac non potius, si qua nominum istorum vis, ea tantummodo, quae fati lege teneantur?* [Et Sextus Empiricus *εἰ καὶ ἄρα·* quem locum affert Devarius in *εἰ καί.* Dicitur et *ἐὰν ἄρα. Reizius.*]

Εἰ δ' ἄρα, non absimili modo, ab Atticis usurpatur: nisi quod, *εἰ δ' ἄρα*, membri sequentis initio collocatur, non autem in medio, ut *εἴπερ ἄρα*. Quare verti potest,

38 Ex Budaeo pag. 526.

39 Ita Leid. ed. at Argentor. habet, *Εἴπερ ἄρα μόνον ἂν εἴη φιλίαν ἀπειπεῖν.* et Parisiensis, *Εἴπερ ἄρα μόνον ἦν φιλίαν ἀπειπεῖν.*

sin vero, vel *alioquin*, supplendo tamen, quod iustae orationi deest, ex praecedentibus. Demosthen. in Midiam: *Ἐπεὶ περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι· εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται τοῦ μικροτάτου παρ' ὑμῖν*, id est, *Is enim facultatibus suis spoliatus cum fuerit, nulli forte amplius iniuriam faciet: sin vero, tum vilior sane fuerit homine apud vos despicatissimo.* Vbi in *εἰ δ' ἄρα* suppleri potest, *ἔτι καὶ ὑβρίζοι*, *iniuriam facere perget.*

[Particula bis vel saepius repetita *εἴτε* significat *sive, sive.* Vt Plato Apol. cap. 21 *Εἰ δέ τις ἐμοῦ λέγοντος, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ πράττοντος, ἐπιθυμοῖ ἀκούειν, ΕἼΤΕ νεώτερος, ΕἼΤΕ πρεσβύτερος, οὐδενὶ πώποτε ἐφθόνησα.* Ibid. cap. 23 *Εἰ οὖν ὑμῶν οἱ δοκοῦντες διαφέρειν ΕἼΤΕ σοφίᾳ, ΕἼΤΕ ἀνδρείᾳ, ΕἼΤΕ ἄλλῃ ἡτινιοῦν ἀρετῇ, τοιοῦτοι ἔσονται* etc. Conf. 1 Cor. III, 22.

Interdum quoque repetitae illi particulae *εἴτε* adiungitur *οὖν*. E. g. Plat. Apol. cap. 15 *οὐκοῦν δαιμόνια μὲν φὴς με καὶ νομίζειν καὶ διδάσκειν, ΕἼΤ' ΟΥ̓͂Ν καινὰ, ΕἼΤΕ παλαιά;* Ibid. cap. 23 *Οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων οὐδὲν ποιεῖν, καὶ τηλικόνδε ὄντα, καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα, ΕἼΤ' ΟΥ̓͂Ν ἀληθὲς, ΕἼΤ' ΟΥ̓͂Ν ψεῦδος.* § 311.

Nonnunquam particulam *εἴτε* sequitur in altero membro *ἢ*, pro *εἴτε*. V. c. Plat. Phaedr. pag. 277 *ΕἼΤΕ Λυσίας, Ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράφει.*

Eundem habet usum repetitum *ἄντε.* Vt Plat. de Rep. lib. V, pag. 453 *ἌΝΤΕ τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ, ἌΝΤΕ εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον.*

Interdum illud *εἴτε* repetitum valet idem quod *πότερον, ἤ*. V. c. Plat. Euthyphr. cap. 4 *Γελοῖον, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἴει τὶ διαφέρειν, ΕἼΤΕ ἀλλότριος ΕἼΤΕ οἰκεῖος ὁ τεθνειώς*, *Ridiculum est, te putare, aliquid differre, utrum is, qui occisus est, alienus fuerit an propinquus.* Id. in Phaedr. pag. 237 *Τὴν σκέψιν ποιώμεθα, εἴτε ὠφέλειαν, εἴτε βλάβην παρέχει. Disquiramus, utrum prosit, an obsit.* Ibid. pag. 264 *Σκέψαι τοίνυν τὸν τοῦ ἑταίρου σου λόγον, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἔχει.* Ibid. pag. 275 *Οὐ γὰρ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖς, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἔχει.* Demosth. de Rhod. Libert. *Σκοπεῖτε, εἴτε ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦτα, εἴτε καὶ μή.* Sic plane est Xenoph. Cyrop. II, 1, 7.

Restat, ut, quae de usu particulae ἐὰν, ortae ex εἰ et ἂν, tenenda sunt, breviter tironum gratia afferamus. Ἐὰν autem seu ἢν, et poetice αἴκε seu αἴκεν et εἴκε, quoque significat *Si*, nec differt ab εἰ, § 312. nisi quod εἰ fere Indicativo, ἐὰν vero ob vim τοῦ ἂν, unde compositio est facta, *Coniunctivo* iungitur. Certe solo cum Coniunctivo copulari vulgaris est Grammaticorum opinio. Sic v. c. Thomas Magister, sub v. εἰ, ait: Τὸ δὲ ἐὰν, τὸ ἂν, τὸ κἂν, τὸ ἢν, καὶ τὸ ὅταν, ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις. Verum loca sunt, licet pauca, ubi *Optativus* reperitur. Etsi vero loca Luciani, quae ipse Thomas laudat, hodie aliter leguntur, habentque Coniunctivum: sunt tamen alia, ubi Optativus adhibitus deprehenditur. V. c. Thucyd. III, 44 ἮΝ τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης ΕἼΕΝ. Demosthen. pro Coron. pag. 318, ed. R. φυλάττειν ἐμὲ καὶ τηρεῖν ἐκέλευεν, ὅπως μὴ παρακρούσωμαι, μηδ' ἐξαπατήσω, δεινὸν, καὶ γόητα, καὶ σοφιστὴν, καὶ τὰ τοιαῦτ' ὀνομάζων· ὡς, ἘΑΝ πρότερός τις ΕἼΠΟΙ etc. [V. notam nostram 291. Etiam in Demosthene vera est altera lectio εἴπῃ. *Herm.*] Atque αἴκε cum eodem modo reperitur Odyss. η', 315 οἶκον δὲ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην, ΑἼΚ' ἐθέλων γε ΜΈΝΟΙΣ. Αἴκε c. coniunct. est *utinam*. [Ohe! Haec propria Zeunio caecitas est. *Herm.*] Hom. Odyss. δ', 34 Αἴκε ποθὶ Ζεὺς ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀϊζύος, *Vtinam Iupiter posthac tandem nos ab aerumna liberos esse iubeat.* Certe debemus cauti esse et difficiles in corrigendis locis, ubi Optativum offenderimus.

Saepe ἐὰν pro simplici ἂν ponitur, non modo apud Interpretes Alexandrinos et Scriptores divinos N. T. post ὅς, ὅσος, ὁσάκις et ὅπου, sed subinde apud ipsos auctores pure graecos. Vt Xenoph. Memor. III, 10, 12 ἀσπίδα, ᾧ ἐὰν ἁρμόττῃ. Ibid. IV, 2, 29 ὅσαι ἐὰν ἀγνοήσασαι τὴν etc. Id. Hier. I, 14 Πάντες γὰρ οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα, καὶ ὅσα ἐὰν λέγητε, καὶ ὅσα ἐὰν ποιῆτε, ἐπαινοῦσι. Demosthen. de Fals. Legat. pag. 436, 8, ed. R. Μή μοι σωζέσθω, μηδ' ἀπολλύσθω μηδεὶς, ὃν ἐὰν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα βούληται, ἀλλ' ὃν ἂν τὰ πεπραγμένα σώζῃ. Id. adv. Timocrat. pag. 733, 4 ὅ, τι ἐὰν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ etc. Id. adv. Euerg. pag. 1152, 14 ἐπιτρέπειν ᾧ ἐὰν κελεύσω Ἀθηναίων. Lys. pag. 753 οὓς ἐὰν βουληθῶσιν. Athen. Deipnos. IX, pag. 399, in fine: οὓς ἐὰν λάβωμεν. Non tam ambitiosus fuissem in cumulandis auctoritatibus, nisi vidissem, viros alioquin graece doctissimos de hoc usu apud probatos

auctores dubitasse, et ad corrigendi audaciam prolapsos esse. § 313.

Vt εἰ μὲν, εἰ δὲ, ita ἐὰν μὲν, ἐὰν δὲ elliptice ponuntur. V. c. Plat. Protag. pag. 328 *ἘΆΝ ΜῈΝ* *βούληται, ἀποδέδωκεν, ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἘΆΝ ΔῈ ΜῊ* (sc. *βούληται*), *ἐλθὼν εἰς ἱερὸν, ὀμόσας, ὅσον ἄν φησι* (lege cum Hoogeveno *φῇ*) *ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκε.*

Quod valet εἴτε, εἴτε, et ἄντε, ἄντε, idem ipsum significat, ἐάν τε repetitum, h. e. *sive*. Vt Plat. Euthyphr. cap. 6 *ἐάν τε πατὴρ ὢν τυγχάνῃ, ἐάν τε μήτηρ, ἐάν τε ἄλλος ὁστισοῦν*, *Sive pater forte sit, sive mater, sive alius quicunque.* Conf. Plat. in Critone cap. 12, it. Xenoph. Cyrop. III, 3, 17 *Νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἘΆΝ ΤΕ ἐνθάδε ὑπομένωμεν, ἘΆΝ ΤΕ εἰς τὴν ἐκείνων ἐπιόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἫΝ ΤΕ ἐνθάδε ἐρχομένους αὐτοὺς δεχώμεθα, ἫΝ ΤΕ ἐπ' ἐκείνους ἰόντες μάχην συνάπτωμεν.* Z.] [Κἄν τε, κἄν τε dicit Etymol. M. pag. 202, 19. *Herm.*]

SECTIO VII.

De Coniunctione [τε,] *καὶ cum particulis adiacentibus.*

REGVLA I.

Καὶ, praeter ea, quae de hac particula superius obiter attigimus, sequitur saepissime particulam τε, tuncque ambae reddi commode possunt per *cum*, et *tum*, vel duplex *et*; ut, *Ἀνὴρ ὀξύς τε τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ σῶμα ἐῤῥωμένως ἔχων*, *Vir cum* § 314. *acuto ingenio: tum robusto corpore.* †

† Illud τε καὶ, quod 1) omnino servit duobus membris copulandis, reddi quoque potest, *non modo, sed etiam: partim, partim.* 2) Eundem quoque usum praestat tum, cum aliud καὶ praecedit. E. g. Thucyd. IV, 56 *Τῶν δὲ ὁπλιτῶν δεξαμένων, ὑπεχώρησαν πάλιν, ΚΑῚ ἄνδρες ΤῈ τινες ἀπέθανον αὐτῶν, ΚΑῚ ὅπλα ἐλήφθη.* Hic, inquit Hoogevenus, *ὑπεχώρησαν*, et *ὀλίγοι ἀπέθανον*, et *ὅπλα ἐλήφθη*, non pari ratione copulantur: sed prior illa pars *ὑπεχώρησαν* per prius καὶ connectitur cum posteriori, ut causa cum effectu, qui cum geminus sit, divisionem admittit, constatque duobus membris per τε et καὶ iterum copulatis, ita: *Cum gravis armaturae milites successissent, recesserunt, et non solum pauci ex illis interfecti sunt, verum etiam arma sunt capta.*

[40] Aliquando tamen, ac praesertim apud Thucydidem τε solum reperitur, ut *que* apud Latinos: quod tamen Poetis longe frequentius est. Thucydid. lib. II [41] *Τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μη ἀδικεῖν*, id est, *Ac simul ipsis denuntiarunt, ea ne laederent, quae foris essent.* Apud Iones autem aliquando τε vacat, quemadmodum τι. Herodotus lib. II *Ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσάρων ἀναπλόου στεινή ἐστιν*, id est, *Sed ita angusta est, ut quatuor circiter dierum navigatione ambiri possit.* Vbi ὅσον τε pro ὅσον τι. [42]

Ibid. cap. 57 *Αἱροῦσι τὴν Θυρέαν, ΚΑΙ' τήν ΤΕ πόλιν κατέκαυσαν, ΚΑΙ' τὰ ἐνόντα ἐξεπόρθησαν.* Sic Virg. Aen. V, 619 *Ergo inter medias sese, haud ignara nocendi, coniicit, et faciemque deae, vestemque reponit.* Ovid. Met. III, 758 *Si sum regina, Iovisque et soror et coniux.* 3) Vbi τε καὶ in eodem orationis membro reperiuntur, copulat τε et καὶ intendit. Vt Iliad. φ', 262 *Τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δὲ ΤΕ ΚΑΙ' τὸν ἄγοντα, Aqua cito defluens strepit in loco declivi, et antevertit etiam ducentem.* Z.

40 Apud Poetas particula τε bis vel pluries repeti solet, non sequente καί. Exemplis apud Homerum et alios nihil tritius. Sic Iliad. Α, vs. 38

Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

Rarius in soluta oratione. Exempla haec sunto. Apud Platonem in Phaedro pag. 267, lin. 6 *Τισίαν τε, Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, Tisiamque, Gorgiamque dormire sinamus.* [Ibid. pag. 248 *ἥ ΤΕ δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖσε λειμῶνος τυγχάνει οὖσα· ἥ ΤΕ τοῦ πτεροῦ φύσις, ᾧ ψυχὴ κουφίζεται, τούτῳ τρέφεται· θεσμός ΤΕ Ἀδραστείας ὅδε* etc. Z.] Et apud Athenaeum lib. Deipnosoph. XIII, pag. 584 *Σέ τε γὰρ λέγουσι διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι, ἐμέ τε ὡσαύτως, Teque enim aiunt perdere eos, qui tecum versantur, meque eodem modo.* Adde Xen. *Κύρ. παιδ.* lib. I *Ἐπιλέλησθε δὲ παντάπασι, σύ τε, ὅτι βασιλεὺς ἦσθα, οἵ τε ἄλλοι, ὅτι σὺ ἄρχων, Obliti fuistis prorsus, et tu, te regem esse, et caeteri, te ipsis imperare.*

41 Locus extat cap. 5. Ibidem tamen coniunctio οὔτε praecedit, ad quod illud τε refertur, atque ita potius repetitur, quam solum invenitur. Verba sunt: *Κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τοὺς Θηβαίους λέγοντες, ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν, ἐν σπονδαῖς σφῶν πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πόλιν. τά τε ἔξω* etc. [Sic est Xenoph. Cyrop. III, 1, 10. Memor. I, 2, 47. Z.]

42 Locus Herodoti est cap. 8. Frequens est huius particulae adiectio post ὅσον. Hom. Odyss. Λ, vs. 25

Βόθρον ὄρυξα ὅσον τε πυγούσιον.— *Scrobem fodi cubitalem.* De vocula ὅσον quantitatem notante vid. ad Cap. III, Sect. 9, R. ult. Post οἷος, ἀντὶ τοῦ δύνασθαι, fere perpetua est. V. ibid. Sect. 8, R. 9. Dein post praepositionem ἐς. Cap. seq. Sect. 2, Reg. 14. Post ipsam etiam coniunctionem cognatam καί. Paus. in Achaicis pag. 401 *Ἐχόντων δὲ αὐτὴν ὁμοῦ τοῖς Κρησὶ Λυκίων καὶ Καρῶν τε*

[Vulgo putant, particulam τε, quae inprimis apud Homerum et alios quosque antiquissimos scriptores quibusdam aliis adiungi solet particulis, abundare. Etsi vero libenter concesserim, illam tum in latina interpretatione, salvo sensu, fere negligi posse: nullo modo tamen animum inducere possum, ut credam, olim sine omni sensu esse additam orationi. At dicunt, numeri gratia, ad ornatum conciliandum orationi, hoc factum esse est existimandum. Nae turpis et malus ornatus mihi videtur, qui sensum omnino non afficit: et cur istum numerum ornatumque recentiores Graeci, elegantiae copiaeque tantopere studiosi, fere neglexerunt? Placet igitur sententia doctissimi Hoogeveni, statuentis, hic quoque vim copulandi subiectam esse particulae τε, sed fere aliquid omissum esse, ad quod inprimis referatur τε. Sic solent τῷ ὅς veteres adiungere τε, sed elliptice. Vt Theogn. 336 *Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέσ' ἄριστα· καὶ οὕτως, Κύρν', ἕξεις ἀρετὴν, ἭΝ ΤΕ λαβεῖν χαλεπόν.* Hic post ἀρετὴν pone ταύτην τε, ἣν λαβεῖν χ. h. e. *virtutem habebis, et eam quidem, quae paratu est difficilis.* Iliad. ε', 467 *κεῖται ἀνὴρ, ὋΝ Τ' ἶσον ἐτίομεν Ἕκτορι δίῳ*, h. e. *Iacet vir*, et is quidem, *quem honoravimus ut Hectorem divinum.* § 315.

Sic οἷός τε positum est pro τοῖός τε, οἷος, seu τοῖος καὶ οἷος, *talis, qui etiam* etc.

καὶ Παμφύλων, *Tenentibus eam (urbem) simul cum Cretensibus Lyciis, et Caribusque et Pamphyliis.* Caeterum, quo sensu id accipiendum sit, cum abundare aliquam vocem dico, exposui ad Cap. 6, Sect. 2, §. 1. Nam et in his Pausaniae verbis tantum abest, ut pleonasmum purum putum agnoscam, ut contra hic aliquid deesse plane censeam, quod ita supplendum est: *Lyciis, et praeter hos quoque Caribus*, etc. Ita ut planus sensus sit, Cretenses et Lycios praecipuos fuisse urbis eius incolas, sed cum his quoque habitasse duos alios populos, Carasque et Pamphylios, ideoque post priorem coniunctionem καὶ omnino distinguendum est. Sed levius hoc, habentque cum Graecis commune Latini. Vide Virg. lib. I, Aen. vs. 50

Ast ego, quae Divum incedo regina IovisQVE
ET SOROR, ET coniux. —

Conf. Ovid. lib. II, Met. vs. 758

— Subit hanc arcana profana
Detexisse manu tunc, cum sine matre creatam
Lemnicolae stirpem contra data foedera vidit:
ET gratamQVE deo fore iam, gratamQVE sorori.

Et lib. XIV, vs. 673

Mille proci cupiunt, et semideique deique.

alibique crebro. H.

Ὅσος τε pro *καὶ τόσος, ὅσος.* Vt Odyss. λ', 25 *Βόθρον ὄρυξα, ὍΣΟΝ ΤΕ πυγούσιον*, h. e. *βόθρον ὤρυξα, καὶ τόσον, ὅσον πυγούσιον.*

Ἔνθα τε pro *καὶ ἐκεῖ, ἔνθα* seu *ὅπου.* Vt Iliad. ε', 305 *ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος. τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς ἰσχίον ἐνστρέφεται.*

Ὁτέ τε pro *καὶ τότε, ὅτε.* Vt Iliad. ε', 500 *ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωὰς, ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνει*, etc.

Ὡςεί τε pro *καὶ οὕτως, ὡςεί.* V. g. Iliad. ι', 447 *καί με φίλησ', ὡςεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ.*

Ἐπεί τε pro *καὶ ἀπ' ἐκείνου χρόνου, ἐπεί.* E. g. Herodot. Erat. cap. 84 *Σκύθας γὰρ, τοὺς Νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐςβαλεῖν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι.*

Ἔς τε pro *καὶ ἐς τόσον, ἐς ὅ.* Vt Arrian. Exped. Alex. II, 11 *Ἀλέξανδρος γὰρ, ἔς τε μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν.* Alia exempla vide infra Cap. IX, Sect. 2. Reg. 14.

Γάρ τε idem valet, quod *καὶ γὰρ*, lat. *Etenim.* Vid. mox *καὶ γάρ.*

In formula *δέ τε* videtur *τε* habere vim intendendi, et significare *etiam.* Veluti Hesiod. Oper. 419 *Τότε σείριος ἀστὴρ βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.* Conf. Iliad. φ', 151. φ', 506. § 316.

Interdum *δέ τε* respondet praecedenti *μέν τε.* E. g. Iliad. ε', 139 *Τοῦ μέν τε σθένος ὦρσεν, ἔπειτα δέ τ' οὐ προςαμύνει.* Conf. Iliad. φ', 260. [Sic legendum in Simmia V. 12. *Schaefer.*]

Καί τε videtur saepe idem valere quod lat. *Atque:* ut Iliad. α', 521 *ἡ δὲ καὶ αὔτως μ' αἰεὶ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι, νεικεῖ, ΚΑΙ' ΤΕ' μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν.* Interdum vero *τε* potest accipi commode in sensu intendendi, redique *etiam, insuper.* Vt Theogn. 662 *ἐκ κακοῦ ἐσθλὸν ἔγεντο, καὶ κακὸν ἐξ ἀγαθοῦ. ΚΑΙ' ΤΕ πενιχρὸς ἀνὴρ αἶψα μάλ' ἐπλούτησε.* Conf. vers. 138. Praesertim cum saepe, etiam si simpliciter ponitur, vim eandem habeat. Vt Iliad. α', 218 *ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.* It. Aristoph. Acharn. 598 *κόκκυγές τε τρεῖς, Et quidem tres cuculi.* Z.] § 317.

II. *Καὶ*, plerumque usurpatur pro *etiam*, non modo cum *ἀλλὰ* coniunctum, (quod nemo nescit,) sed etiam, quod raro tirones advertunt, per sese solum. Itaque cum occurrit, nec sensus patitur, ut reddatur per *et*, statim cogitent sumi pro *etiam*; ut, *Καὶ ἀναίτιος δίκην ὑπέμεινε*, *Etiam innocens poenas dedit*. Exempla passim. Demosth. pro Corona, *Ἐμοὶ τὴν εὔνοιαν καὶ νυνὶ παράσχεσθε*, *Etiam nunc vestram mihi benevolentiam concedite*.

III. *Καὶ*, in parenthesi, cum aliquid postea vehementius pressuri sumus, commode reddi posse videtur, *sed*, *at*. Demosthen. de Cherson. *Αἴτιον δὲ τούτων· (καί μοι πρὸς Θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παῤῥησία,)* id est, *Istorum autem caussa haec est: (sed* [Immo *ac*. *Herm.*] *per Deos, liceat mihi, ubi de re utilissima dicendum est, fidenter loqui.* †)

IV. Aliquando, initio membri, vel periodi, aut interrogantis [43] est, aut saltem dubitantis. Lucian. in Charonte: *Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες, ἀράμενοι τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Ὄσσαν; An vero, Mercuri, cum duo tantum simus, Pelio et Ossa sublatis, id poterimus?* Gallice, *Et pourrions-nous bien?*

V. Apud Iones aliquando subauditur, ut apud Herodotum, cuius oratio interdum hiatus habet. Sic lib. II [44] *Εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ· τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις*, id est, *Quod si et tempestatum, et coeli stata ratio mutare-*

† Inprimis hanc potestatem habet *καὶ* apud scriptores graecos N. T. et interpretes Alexandrinos propterea, quod Ebr. ו saepe hunc sensum habet. Sic dicitur Actor. X, 28 *ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ, κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. ΚΑΙ* (h. e. *ἀλλὰ*) *ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε*, etc. Conf. 1 Thess. II, 18. Siracid. XLI, 13. Tob. III, 10. Apocal. II, 2. 9. Verum interdum quoque apud Poetas, praecedente *μὲν*, adhibetur pro *δέ*. Vt Euripid. Phoeniss. 905 *Βούλει σὺ μέν τοι, κ' οὐχὶ βουλήσῃ τάχα*, *Tu vis quidem, mox vero noles*. Z. § 318.

43 Ita tamen, ut ipsum *καὶ* non interroget, sed interrogantis verba praecedat. Planius ex Plat. Theaetet. pag. 188, lin. 37 *Πῶς οὖν τί ἐροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ἐάν τις ἡμᾶς ἀνακρίνῃ· ΚΑΙ τίς ἀνθρώπων τὸ μὴ ὂν δοξάσει; Quomodo igitur (vel) quidnam dicemus, Theaetete, si quis nos interroget: Quisnam hominum id, quod non est, opinetur?*

44 Cap. 26. H.

tur; ita ut, ubi nunc boreas hiemsque consistunt, ibi austri situs esset. Vbi τῇ μὲν νῦν, pro καὶ τῇ μὲν νῦν. † § 319.

VI. Contra saepe καὶ apud Atticos vacat; § 320. maxime post particulas τί ποτε. Xenoph. II[45] Ἑλληνικ. Τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; id est, *Cum quo tandem nomine appellari decet?* ubi plane abundat καί.

VII. Aliquando deest ποτὲ, et sola particula τί; vel similis interrogans eodem sensu adhibetur: ut, Τί χρὴ καὶ λέγειν; *Quid attinet dicere?* et, Ὑμῖν δὲ πῶς ἄν τις καὶ χρήσαιτο; *Vobis autem quo modo tandem uti quis posset?* Demosthen. pro Coron. Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι, μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; id est, *Quorsum enim illos evocassetis eo tempore?* verbatim, *Quid enim et volentes* etc.[46]

VIII. Καὶ, interdum significat *atque*, sed eo sensu quo apud Latinos *atque* respondet adverbiis *aeque*, vel *perinde:* tuncque apud Graecos praecedunt fere κατὰ ταὐτὰ, vel κατὰ ταὐτὸ, *secundum eadem,* vel *idem;* vel ἴσα adverbialiter, pro ἴσως, *aequaliter,* vel ὁμοίως, *similiter.* Pausanias in Atticis: Κατὰ ταὐτὰ οὗτός τε ἤχησε, καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα, id est, *Is perinde resonare solet, atque,* vel, *ut cithara pulsata.* [Duker. ad Thuc. VII, 71. pag. 494, 71. Valcken. ad Herodot. VII, 50, 2. pag. 534. *Herm.*]

Gregorius Nazianz. Πάσης τυχὼν παρ' αὐτοῦ δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος, id est, *Omnem ab eo benevolentiam consecutus, perinde ac si liberorum clarissimus fuisset.* Sic οὐχ ὁμοίως διάκεινται τὴν ἕξιν, καὶ ὅτε ὑγίαινον, id est,

† Duo loca Xenophontis laudat Cel. Hindenburg, ubi, praecedente οὐ μόνον, post ἀλλὰ deest καί. Vt Memorab. I, 6, 2 καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος. Et ibid. II, 7, 6 Ναυσικύδης οὐ μόνον ἑαυτόν τε καὶ τοὺς οἰκέτας τρέφει, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ ὗς πολλὰς, καὶ βοῦς. It. Oppian. Cyneg. I, 59 οὐ μόνον, ὅττι χερείονές εἰσι πόδεσσι θηλύτεραι τελέειν δολιχὸν δρόμον ἐν ξυλόχοισιν· ἀλλ' ὅτ' ἀλεύασθαι χρειὼ φιλοδέμνιον ἦτορ. Z. § 319 b.

45 Praeter hunc locum alios cumulat Budaeus pag. 213 et 483. Verba Xenophontis sunt pag. 468.

46 Verba sunt pag. 316. lin. 17. Exemplorum turbam collegit H. Stephanus in lib. de Dial. p. 33. Sed in plerisque, si non in omnibus, particula καὶ habet vel copulandi, vel superaddendi, vel temporis (de quo supra ad Cap. III, Sect. 7, Reg. 5 dixi) significatum, ut ostendam, volente Deo, cum de particulis Ling. Gr. dicam. Hic longum est excutere omnia.

Non perinde habitu comparati sunt, atque cum bene habebant.

Hoc Tullius imitatus est Tuscul. V: *Pythagoram*, inquit, *respondisse, similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum, qui habetur maximo ludorum apparatu.* Graece: Ὁμοίως που ἔχειν τόν τε βίον τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἀγοράν τινα etc.

IX. Interdum postponitur pronominibus ἕτερος et ἄλλος, eodem modo quo Latine *ac*, vel, *atque*, pronomini *alius*. Aristoteles I Polit. Ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ, καὶ ὁ πλοῦτος, ὁ κατὰ φύσιν, id est, *Ars enim quaestuaria alia est ac divitiae, quae tales suapte natura sunt.* § 321.

X. Interdum etiam duplici καὶ nomen τὶς indefinite sumtum, aut particula γὰρ includitur; tuncque posterius καὶ vacat. Pausanias in Laconicis: [47] Καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν κεραυνωθέντες, id est, *Et aliqui ex militibus fulmine icti occubuerant.* Tametsi reddi tum possit, *etiam*, vel *quoque.* Sic, Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταλαντεύομαι τὴν γνώμην [48], id est, *Nam animi pendeo ipse quoque.* Sic enim reddi debet nomen αὐτὸς praecedente καὶ, ut κἀγὼ, vel καὶ ἐγὼ, significat *ego quoque.* [49]

47 Pag. 168. At minime ibi vacat, sed exercet vim ἐπιδοτικήν. Plenior locus est: Καὶ οὐ παρίει σείων ὁ θεὸς, καί τινες καὶ etc. Estque mens auctoris: *Et non cessavit terra divinitus moveri, atque etiam nonnulli milites de coelo tacti perierant.* q. d. Οὐ μόνον οὐ παρίει σείων ὁ θεὸς, ἀλλὰ καί τινες etc. Sed consentientem mox ipsum habemus Auctorem.

48 Verba Gregorii citata a Budaeo pag. 483, ubi et Pausaniae aliorumque verba affert.

49 In temporis mentione καὶ pro ὅτε poni solet, quando scilicet temporis species praecedit. Thucyd. lib. I, cap. 50 Ἤδη δὲ ἦν ὀψὲ, ΚΑΙ᾽ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο, *Iam serus erat dies, quum repente in puppim remigare coeperunt Corinthii.* Consentit Xenophon, Κύρ. παιδ. lib. I, cap. 26 Καὶ ὁδόν τε οὔπω πολλὴν διεληλύσθαι αὐτοῖς, ΚΑΙ᾽ τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν, *Neque longe processerant, cum Medus reverteretur.* Confer Act. Apost. cap. V, 7 Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, ΚΑΙ᾽ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς εἰσῆλθεν, *Et factum est post trium horarum intervallum, ut uxor eius, quid factum esset, ignara, intraret.* Huc revoca, quae supra notavi in nomine μέσος· Νὺξ ἐν μέσῳ, καί. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί. Latini etiam non raro coniunctioni suae et hunc significatum dederunt. Sic Virg. Aen. lib. VI, vers. 499

Vix adeo agnovit pavitantem, et dira tegentem
Supplicia, ET notis compellat vocibus ultro.

[*Καὶ* quando iungitur Imperativis, et Interrogationibus, habet vim impellendi et cohortandi. Ita fere solet adhiberi in citandis testimoniis et legibus: ut Lys. adv. Agorat. pag. 466, ed. Reisk. *ΚΑΙ' μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα.* Ibid. pag. 474 *Καί μοι ἀνάγνωθι τὰ ψηφίσματα καὶ τὰς γραφάς.* Ibid. pag. 493 *Καὶ, ὡς ἀληθῆ λέγω, τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐλέγξει.* Ibid. pag. 499 *Καί μοι κάλει τὸν ταξίαρχον.* Demosth. pro Coron. pag. 243 *Καί μοι λέγε τὴν γραφὴν ταύτην λαβών.* Ibid. pag. 253 *Καί μοι λέγε καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα λαβών.* Euripid. Orest. 1110 *ΚΑΙ' πῶς; ἔχει γὰρ βαρβάρους ὀπάονας.* Id. Phoeniss. 907 *Καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;* Ibid. vers. 1357 *Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυςποτμώτερα;* Tab. Ceb. pag. 203 *Καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν;* Lucian. in Soloec. Tom. III. pag. 575 *Καὶ πῶς φῂς οὐ δυνήσεσθαι;* Sic Virg. Ecl. I, 27 *ET quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?*

Habet saepissime eadem particula quoque vim *ἐπιδοτικὴν* h. e. intendendi, *etiam, quoque, vel.* Vt Theogn. 342 *Δὸς δέ μοι ἀντὶ κακῶν ΚΑΙ' τι παθεῖν ἀγαθὸν, Fac, ut pro malis* etiam *bona sorte fruar.* Iliad. ε', 362 *Λίην ἄχθομαι ἕλκος, ὅ με βροτὸς οὔτασεν ἀνὴρ Τυδείδης, ὃς νῦν γε ΚΑΙ' ἂν Διῒ πατρὶ μάχοιτο,* h. e. *qui nunc quidem vel adversus Iovem patrem pugnaret.* Xenoph. Cyrop. III, 1, 18 *Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, οὔπω ᾔσθου ΚΑΙ' ἕνα ἄνδρα δι' ἀφροσύνης μὲν ἐπιχειροῦντα κρείττονι ἑαυτοῦ μάχεσθαι, ἐπειδὰν δ' ἡττηθῇ,*

[Similia loca Latinorum, ubi *atque*, et vel *que*, praeter temporis notionem, etiam celeritatis vim continent, collegit auctor in Partt. Vt Virg. Aen. III, 9 *VIX prima inceperat aestas, ET pater Anchises dare fatis vela iubebat.* Ibid. lib. IV, 663 *Dixerat, ATQVE illam media inter talia ferro collapsam adspiciunt comites.* Ibid. lib. XI, 864 *Audiit VNA Aruns, haesitQVE in corpore ferrum.* Conf. Aeneid. I, 86. II, 692. III, 356. V, 858. XI, 296. 621. Georg. II, 80. III, 493. Gellius lib. X, cap. 29. Inprimis apud scriptores sacros N. T. et eos, qui consuetudinem Ebraicam sequuntur, solet *καὶ* in sensu temporis usurpari: ut Marc. XV, 25 *Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, ΚΑΙ'* (h. e. *ὅτε*) *ἐσταύρωσαν αὐτόν.* Conf. Ebr. VIII, 8. Luc. II, 21 etc. Iidem quoque ob usum hebr. particulae ו solent et antecedenti membro et consequenti *καὶ* praeponere. V. c. 1 Macc. VII, 23 *ΚΑΙ'* (pro *ἐπειδὴ*) *εἶδεν Ἰούδας πᾶσαν τὴν κακίαν, ἣν ἐποίησεν Ἄλκιμος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὑπὲρ τὰ ἔθνη, ΚΑΙ' ἐξῆλθεν εἰς πάντα τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας κυκλόθεν, Postquam Iudas omnem iniuriam cognovit, qua Alcimus eiusque asseclae Israelitas afficiebant magis, quam gentiles ipsi: obibat circa omnes fines.* Z.]

εὐθὺς πεπαυμένον τῆς πρὸς τοῦτον ἀφροσύνης; Quid? an nondum sensisti, ne *unum* quidem *hominem*, *qui* etc.

Multa occurrunt loca passim, ubi *τῷ καὶ* vis *ἀοριστολογικὴ* sit subiecta, exprimatque Lat. *cunque*. Vt Lucian. in Lapith. Tom. III, pag. 428 *Μάλα ἤδη παρεφύλαττον, Ὅ, ΤΙ ΚΑΙ' μειδιάσειε, Diligenter iam observabam, quodcunque, quicquid tandem rideret.* Heliodor. V, init. *Ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ Δελφῶν ἐν τούτοις ἦν, καὶ ἔδρασεν Ὅ, ΤΙ ΔΗ' ΚΑΙ' ἔδρασεν· οὐ γὰρ ἔχω γινώσκειν.* Iliad. *φ'*, 268 *Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔτις με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι· ἔπειτα δὲ ΚΑΙ' ΤΙ πάθοιμι, In posterum* quidvis *subire sustinebo.* Demosthen. adv. Timocrat. non procul ab initio: *Ἐγὼ δ', εἴπερ τινὶ τοῦτο ΚΑΙ' ἌΛΛΩι προςηκόντως εἴρηται, νομίζω κἀμοὶ νῦν ἁρμόττειν εἰπεῖν, Quod si quicunque alius recte dicere potest, arbitror, a me quoque idem recte dici.* [In duobus postremis exemplis *καὶ* significat *etiam*. *Herm.*]

Saepe simplex *καὶ* vicem sustinet *τοῦ καίπερ*, aut *κἂν*, *quamvis*, *licet*, *quantumlibet*. Vt Iliad. *α'*, 653 *τάχα κεν ΚΑΙ' ἀναίτιον αἰτιόῳτο, Mox quamvis insontem accusaverit.* Theogn. 419 *Πολλά με καὶ συνιέντα παρέρχεται, Multa me fugiunt quamvis peritum.* Ibid. vers. 1114 *Σὺν σοὶ, καὶ κακὸς ὢν, γίγνομαι ἐσθλὸς ἀνήρ.* Conf. Iliad. *ι'*, 651. *μ'*, 171. Euang. Luc. XVIII, 7. Aristoph. Plut. 945. § 322.

Eidem particulae quoque vis explicandi interdum subiecta est, *hoc est*, *nempe*, *scilicet*, *et quidem*. Vt Aristoph. Plut. 29 *Κακῶς ἔπραττον ΚΑΙ' πένης ἦν, Rem male gerebam, hoc est, pauper eram.* Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 1 *Διέδωκεν αὐτοῖς τὰς Μηδικὰς στολάς· ΚΑΙ' τότε Πέρσαι πρῶτον Μηδικὴν στολὴν ἐνέδυσαν.* Plat. Apol. cap. 8 *Πολλὰ καὶ καλὰ ἐπισταμένους.* ibid. cap. 13 *τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων.* Aeschin. Socrat. I, 4 *Καὶ ἄλλα πολλὰ ΚΑΙ' θαυμάσια εἰργάζετο, Et alia multa*, eaque *mirabilia*, *fecit.* Z.] § 323.

XI. *Κἂν*, unica voce, pro *καὶ ἂν*, cum iota subscripto, apostropho et accentu acuto: (nam cum solo apostropho et iota subscripto, est *καὶ ἐν*, et cum dativo iungitur,) interdum, ut simplex *καὶ*, significat *etiam*, interdum *etiamsi*; § 324. ut, *Κἂν παντάπασιν ἀπαίδευτος ὦν, τοῖς κομιδῇ πεπαιδευμένοις ἑαυτὸν ἀντιπαραβάλλει*, id est, *Etiam*, vel *etiamsi imperitus, sese tamen cum eruditissimis comparat.*

[—minus recte; nam scribi debet sine ι subscripto. In huiusmodi enim vocibus κἂν pro καὶ ἂν, κἀν pro καὶ ἐν, κἀκεῖνος pro καὶ ἐκεῖνος, κἀκεῖ pro καὶ ἐκεῖ, κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ etc. primo fit thlipsis τοῦ iota subiunctivi vocalis: deinde crasis, nec facta crasi amplius admittitur iota, sed prorsus exteritur. In κἀγὼ igitur et similibus contractio non fit ex αι et ε: sed extrito prorsus iota fit crasis vocalium α et ε in α longum: ut κἀγώ· iota vero nullo modo subscribi potest, nisi supponamus, praeter crasin, synaeresin etiam: nulla autem est synaeresis: iota enim in praedictis non subiungitur crasi factae, (subiungi autem oportuit ut fiat synaeresis; nam quod subscribitur posterius est eo, cui subscribitur, ut apparet in omni diaeresi, quae synaeresi opponitur, ubi ι subscribitur, ut Νηρηΐδες—Νηρῇδες,) sed medium locum occupat inter α et ε ante crasin factam. At si contra eveniat, ut ex aliqua monophthongo praecedente et diphthongo διὰ τοῦ ι sequente fiat crasis, iota tum subscribitur: unde in huiusmodi contractis existit triplex passio: ut καὶ εἶτα per thlipsin τοῦ ι--κα εἶτα· per crasin vocalium αε--κᾶτα· et per synaeresin α vocalis longae ex contractione factae cum subiunctiva vocali ι κᾆτα. Sic κῆπε Dorice pro καὶ εἶπε· κῷνος pro καὶ οἶνος.] [De emend. rat. Gr. gramm. I, 8. pag. 36. *Herm.*]

XII. Κᾂν, *plane*, interdum in re vel insolenti, vel dubia, asseverandi causa ponitur; ut, Πάντων μοι ἀντιστάντων κᾂν ἐπεχείρησα τῷ πράγματι, id est, *Vel invitis et repugnantibus omnibus, rem tamen omnino aggressus essem.*[50] Interdum est, *quod si*; Gall. *et si.* Demosth. pro Coron. Κᾂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, *Quod si, ut pudori consulam meo, res abs me gestas non dixero.* Ibid. pro *si:* Ἄλλως τε κᾂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ, *Praesertim si hoc ab hoste quisquam patiatur.*[51] § 325.

XIII. Aliquando κᾂν εἰ simul coniunguntur et significant *quod si*, vel *etiamsi autem.* § 326. Demosth. de Falsa Legat. Κᾂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχεν, *Quod si omnia in illo*

50 Exemplum habet Plato, Euthyd. pag. 279, lin. 38 Τοῦτο δὲ κᾂν παῖς γνοίη, *Hoc vel puer sciret.* Conferatur Marc. VI, 56 Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα κᾂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται, *Et orabat illum, ut vel fimbriam vestimenti ipsius tangerent.*

51 At καὶ in his verbis non ad particulam ἂν, sed ad praecedens ἄλλως τε referendum est, ut fiat ἄλλως τε καὶ, ἄν.

essent. Aliquando sumuntur pro *si*, voce quoque alia inter utramque posita. Ibid. Κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκῃ τις τῶν πεπρεσβευμένων αὐτῷ, id est, *Si quis eius legationem impietatis damnet.* [52]

Aliquando κἂν εἰ et κἂν sibi mutuo respondent, pro εἴτουν, et εἴτε, id est, *sive*, geminato. § 327. Aristotel. Οἱ γὰρ ἀστέρες, κἂν εἰ μείζους, κἂν ἐλάττους φαίνωνται, *Stellae enim, sive maiores, sive minores appareant.* Κἂν εἰ μὴ, *Etiamsi non.* †

52 Haec et plura vide apud Bud. pag. 498. H.

† Exemplum formulae κἂν εἰ μὴ extat Plat. Phaed. cap. 15, sub finem: Οὐκοῦν καὶ διακρίνεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι, καὶ ψύχεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι, καὶ πάντα οὕτω, ΚΑΪΝ ΕΙ' ΜΗ' χρώμεθα τοῖς ὀνόμασιν ἐνιαχοῦ, ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον. Caeterum illud κἂν ante εἰ et εἰ μὴ Devarius putat positum pro simplici καί. Equidem vero censeo, potius εἰ abundare, [§ 326. ad pag. 526.] quemadmodum non raro apud Latinos *si* post *quasi* et *nisi* pleonastice adhiberi satis inter omnes constat. Exempla vide apud Tursellinum de Partt. Omnino autem quae de usu particulae concretae κἂν tironibus sunt tenenda, redeunt huc. 1) Ponitur pro καὶ ἐὰν, *et si.* Plat. Euthyphr. cap. 10 Κἂν μοι ἱκανῶς ἐνδείξῃ, ἐγκωμιάζων σε ἐπὶ σοφίᾳ οὐδέποτε παύσομαι, *Et, si mihi satis demonstraveris, tuam sapientiam nunquam laudare desinam.* Epict. cap. 18 Μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι· κἂν (h. e. καὶ, ἐὰν) δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. Hinc quoque ἀπόδοσις praetermittitur, uti post ἐὰν et εἰ. Vt Luc. XII, 9 Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· (supple καλῶς ἔχει·) εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. 2) Quod valet ἐάν τε, *sive*, repetitum, idem saepe significat κἂν. Vt Plat. Phaed. c. 25, cum Optativo: Οὐκοῦν τούτων μὲν κἂν ἅψαιο, κἂν ἴδοις, κἂν ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν αἴσθοιο. etc. *Itaque haec sive tactu, sive visu, sive aliis sensibus cognoveris* etc. § 328. Demosthen. Olynth. II, pag. 24 Ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ. 3) Habet vim augendi, *etiam*, *vel*, *adeo.* Vt Plat. in Ion. pag. 524 Εἰ περὶ ἑνὸς τέχνῃ καλῶς ἠπίσταντο λέγειν, κἂν περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. 4) Habet vim adversandi, *etiamsi*, *licet*, *quamvis.* § 329. E. g. Dem. Phil. III, pag. 115 Ὁ γὰρ, οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, τοιαῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ καὶ τοξεύῃ. It. in Epigrammate quodam: ΚΗΙ'Ν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὍΜΩΣ ἔτι καρποφορήσω, ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ. 5) Videtur quoque interdum significare, *forte*, *circiter.* § 330. Vt Xenoph. Cyrop. II, 1, 6 πελτασταὶ δὲ καὶ τοξόται γένοιντ' ἂν ὡς ἐπὶ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως κἂν ἑξακισμύριοι. 6) Videtur significare *certe*, *saltem.* Vt Lucian. in Soloec. Tom. III, pag. 574 Οἶμαι γάρ σε κἂν νῦν δυνήσεσθαι, τοσούτων γε ἐπακούσαντα τῶν ἑξῆς λεγομένων. Z.

XIV. *Καὶ δὴ*, vel *καὶ δὴ καὶ*, vel *καὶ δῆτα*, vel *καὶ δῆτα καὶ* ut plurimum significant, *Et quidem, et certe, quin etiam:* ut, *Καὶ δὴ καὶ σου ἡδέως ἂν πυθοίμην*, *Et vero*, vel *quin etiam libenter ex te quaesierim.* Idque fere periodorum, aut membrorum initiis. Trita passim exempla.[53] § 331.

XV. Aliquando *καὶ δὴ*, praeter notata superius, reddi potest, vel *continuo*, vel *ideo*, vel *iamiam.* Demosthen. pro Coron. *Ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προςόντα ἑαυτῷ, περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντα·* id est, *Quasi si quis ea prior obiecerit, quorum ipse sibi conscius est, ea continuo talia esse oporteat.* Sic, *Τοσοῦτον ὑπειπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι*[54], id est, *Vbi hoc unum dixero, iam iam ad eum me convertam.* [v. not. 301. b. *Herm.*] Sic usurpatum est *atque* a Virgilio Georgic. I

Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit; si brachia forte remisit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amne.

Hic enim *atque* significat *continuo.*

XVI. Alias vero, *καὶ*, sequentibus *γε δὴ*, videtur interrogare potius, quam affirmare. Plato sub initium Convivii Apollodorum illum, quem *μανικὸν*, id est, *furiosum*, vocabant, ita loquentem introducit: *Καὶ δῆλόν γε δὴ ὅτι οὕτω διανοούμενος, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ ὑμῶν, μαίνομαι; Ex eone vero insanire me constat, quod de me simul ac de vobis ita sentiam?* [Nulla est interrogatio, sed ironice dicit *καὶ*, *eben.* v. not. 320. *Herm.*]

XVII. *Καὶ μὴν* (nam *καὶ μὲν*, sine voce aliqua interiecta[55], vel nunquam, vel raro admodum reperias:) primo, reddi potest: *Enimvero*, § 332. *et vero*, *et sane.* Demosth. pro Coron. *Καὶ μὴν, εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλλε, καὶ διεξῄει, ἢ καὶ ἄλλ' ὅ, τιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα*, id est, *Enimvero*, vel, *et sane*, *si quid in*[56] *aliis, quae iam iam dicendo criminabatur, aut aliud quidlibet abs me contra vos peccari videbat.* Ibid.[57] *Καὶ μὴν εἰ τὸ κωλῦσαι τὴν τῶν Ἑλλήνων κοινωνίαν ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ*, id est, *Enim-*

53 Vide, quae diximus ad Sect. 5, Reg. 6.

54 Verba Gregorii citata a Bud. pag. 484.

55 Vel *adiecta*, ut *καὶ μὲν δή.* [Et tamen *καὶ μὲν* occurrit Iliad. *ι*, 628 *Νηλής· ΚΑΙ' ΜΕ'Ν τίς τε κασιγνήτοιο φόνοιο ποινὴν, ἢ οὗ παιδὸς ἐδέξατο τεθνειῶτος.* Z.]

56 *Ex aliis* lego in ed. Paris.

57 Pag. 316.

vero, vel, *et quidem*, *si operam Philippo meam ad impediendam Graecorum societatem vendideram*. Ibid. *Καὶ μὴν τὴν εἰρήνην ἐκεῖνος ἔλυσε, τὰ πλοῖα λαβών*, id est, *Enimvero pacem ille tum violavit*, *cum haec navigia cepit*.

XVIII. Secundo, idem est, quod *profecto*, vel *certe quidem*. Ibid. *Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν*. id est, *Nec illud profecto dicere quisquam audeat*. § 332.

Tertio significat *porro*, vel *iam vero*, vel *caeterum*. Ibid. *Καὶ μήν, ὅτι πολλοὺς μὲν ἐστεφανώκατε ἤδη τῶν πεπολιτευμένων, ἅπαντες ἴσασι·* id est, *Porro*, *plerosque iam*, *Reipubl. administratione perfunctos*, *a vobis coronatos esse*, *norunt universi*. § 332.

XIX. Quarto, cum prima persona iunctum, verti possit *equidem*. Plato sub initium Convivii: *Καὶ μὴν* [*καὶ*] *ἐναγχός σε ἐζήτουν*, *Equidem modo te quaerebam*. § 332.

Quinto, *καὶ μὴν καὶ* valent, *quin etiam*. Ibid. *Καὶ μὴν καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυχεῖν·* id est, *Quin etiam laude sum hac in parte dignus*.[58] § 332.

Sexto, *Καὶ μήν γε*, *At sallem*, *at vero*. Ibid. *Καὶ μὴν τῷ γε μὴ διαφθαρῆναι χρήματι κεκράτηκα Φιλίππου·* id est, *At ego saltem Philippum vici*, *quod pecuniis ab illo corrumpi minime potuerim*. § 332.

XX. *Καὶ*, cum particula *τοι* enclitica, significat primo, *atqui:* § 333. ut, *Καί τοι ὅςτις ἂν τὰ τῆς πατρίδος ἀτυχήματα καρπώσαιτο, οὗτος ἂν ἀπολωλέναι δίκαιος γένοιτο*[59], id est, *Atqui dignus profecto est*, *qui pereat*, *quisquis patriae calamitatem felicitatem putat suam*. Demosthen. pro Coron *Καί τοι πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, οἷς ἂν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἔχοι, καὶ τοῦτο ἔμοιγε δοκεῖ καὶ μάλα εἰκότως ἂν λέγειν·* *Atqui praeter caetera iura*, (id est, defensio-

58 Num haec Platonis verba sint, dubito; quae sequuntur certe, ex eodem allata, non sunt Platonis, sed Demosthenis de Corona pag. 348, lin. 15. Eiusdem significationis sunt *Καὶ μὲν δὴ* et *Καὶ μὲν δὴ καί*. Vtrumque apud Plat. in Phaedr. pag. 233. Ita tamen, ut alterum *καὶ etiam* notet.

59 Et haec, paucis commutatis, Demosthenis verba sunt, de Corona pag. 341, lin. 49 *Καίτοι ὅτῳ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀτυχήματα ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο, ἀπολωλέναι μᾶλλον οὗτός ἐστι δίκαιος, ἢ κατηγορεῖν ἑτέρου*, *Et sane*, *cui Graecorum calamitates ad nominis celebritatem reservantur*, *hic dignus est*, *qui pereat potius*, *quam alterum accuset*. Citat locum Budaeus pag. 482.

nis capita,) *quae Ctesiphontis in causa proferri possunt, hoc etiam existimo, et quidem summa cum aequitate urgeri posse.* [60]

XXI. Secundo, § 333. significat *verum*, vel *at*, idque fere cum dubitatione vel indignatione. Demosth. pro Corona: *Καί τοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν οἴεσθέ μοι διδόναι; At quantum pecuniae sodalitatum mihi principes daturos putatis?* ubi διδόναι, pro διδόναι ἄν, id est, δώσειν. Sic Tullius ultima Verrina: *At quemadmodum ipse sese induit prima actione?* Graece, *Καίτοι ποῖον αὐτός γε τρόπον περιέβαλεν ἑαυτὸν ἐν τῇ προτερολογίᾳ;* [61]

XXII. Tertio, rarius sumitur pro κἄν, id est, *etiam*, Gall. *voire même*, affirmando. [Minime. Purus putus error. *Herm.*] Eusebius lib. III, Praeparation. pag. 106 *Εἰ δή τις εἴη δυνατὸς ψυχῆς ἄγαλμα καὶ μορφὴν ἐν εἰκόνι τεκτήνασθαι, δύναιτ' ἂν οὗτος καίτοι τῶν κρειττόνων*, id est, *Quare, si quis animi simulacrum ac speciem fingendo architectari posset, idem quoque posset superiorum ac coelestium mentium imaginem aliquam fabricari.* Nisi forte legatur *καί τι*, supple *ἄγαλμα*, pro *καί τοι*.

XXIII. Quarto, § 333. redditur, *quamquam*, vel *tametsi*, in correctionibus maxime rhetoricis: ut, *Καίτοι, σύ γε οὕτω σοφὸς ὤν, οὐδὲν τῶν παρ' ἐμοῦ δεήσῃ λόγων* [62], id est, *Quanquam tu, qui tantum prudentia vales, oratione mea non indigebis.*

Quo sensu addunt plerumque particulam *γε*. Gregor. Nazianz. ubi se dixit ex Iuliani apostatae vultu et incessu, qualis futurus esset, cognovisse, addit, *Καίτοι γε οὐ τῶν εὖ πεφυκότων περὶ ταῦτα εἷς ὤν* [63], id est, *Tametsi ex iis non sim, qui artis huius admodum periti sunt.*

XXIV. Quinto § 333. significat, *et quidem*, *et vero*, initio periodi. Plutarchus in Caesare: *Καίτοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον*, id est, *Et quidem rumoris aliquid in populum sparserunt.* Vbi notandum, illud *τοι* duplici *καὶ* inclusum ac tectum esse. Eodem sensu dicunt inter-

60 Hoc sensu additur aliquando particula *γε*. Sic Plat. Phaedr. pag. 241, lin. 29. Vbi Socrates dixit, se ad finem orationis suae pervenisse, respondet Phaedrus: *Καίτοι γε ᾤμην γε μεσοῦν αὐτὸν, Atqui putabam ad dimidiam eius partem tantum perventum esse.* Vbi alterum illud *γε* denotat *tantum.*

61 Ita Bud. l. c.

62 Luciani locus apud Bud. l. c.

63 Vid. Bud. pag. 482, qui et sequentia Plutarchi verba citat.

dum, *καὶ μὴν καί.*[64] Demosthen. pro Coron.[65] *Καίτοι δυοῖν αὐτῶν ἀνάγκη θάτερον, Et vero, et sane, e duobus alterum fateatur necesse est.*

XXV. Sexto, § 333. redditur, *proinde*, vel *itaque*, apud Isocratem saepe: ut, *Καὶ τοι, τί χρὴ νομίζειν, ποιεῖν ἂν τὸν τοιούτοις ἐπιχειροῦντα; Proinde quid eum facturum putemus, qui talia conetur?*[66]

Septimo, § 333. *καίτοι εἰ*, vel, *ἄν*, idem est quod *εἰ δὲ*, *quod si:* uti, *Καίτοι, εἰ πρὸς αὐτὸν οὕτω πως διέκεισο, Quod si hoc modo adversus eum affectus eras.*

XXVI. Octavo, § 333. idem est, quod, *et tamen*, Gall. *Et cependant.* Demosth. pro Coron. *Καίτοι σύγ' ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα, εἰς ἔχθραν ἐμβαλεῖν τουτουσί, Et tamen hoc me orationis genere inimicitias istas conflare dicebas.*

Nono, *καὶ γάρ τοι*, significat *etenim.* [*Etenim profecto*, vel *sane. Herm.*] Ibid. *Καὶ γάρ τοι πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐδείξατε ἐκ τούτων, Etenim Graecis omnibus ita demum ostendistis.*[67]

XXVII. *Καὶ οὐ* rarius quidem, aliquando tamen, pro *ἀλλ' οὐ*, id est, *non autem.* Demosthen pro Coron. *Φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, καὶ οὐ μέμψεως, οὐδὲ τιμωρίας, Atqui tum gratiam palam consecutus sum, non reprehensionem aut poenam retuli.* Ita etiam *καὶ μὴ* usurpatur, ut Gallice, *et non.* Diogenianus apud Euseb. Praeparat. VI. *Καὶ μὴ ταῦτα μόνα, ὧν ἐστιν εἱμαρμένη, Non autem ea duntaxat, quae fati lege teneantur?*

S E C T I O   VIII.

De Coniunctionibus μὲν, et δὲ, cum adiunctis particulis.

R E G V L A   I.

Particulas istas usu coniunctissimas etiam tractatione coniungimus. Primum igitur, *μὲν* cum particula *γὰρ*, ornatus causa solum adhibetur, quia *μὲν γὰρ*, idem quod,

64 Vel *καί τι καί*, apud Arrian. lib. II, cap. 22.

65 Pag. 333, lin. 20.

66 Ita ferme ex Isocrate Bud. pag. 483.

67 Pro eodem dicitur et *καὶ γὰρ οὖν*. Lucian. Dem. Encom. pag. 920 *Καὶ γὰρ οὖν ὑπογραφέας παρεστησάμην, Etenim adhibui, qui dicta exciperent.*

γὰρ, significat. [Minime. *Ὁ μὲν γὰρ* est *nam hic quidem. Herm.*] At per se solum, rarius licet, aliquando tamen, eodem modo vacat, ut *quidem* apud Latinos. Atque id Platoni frequentius est. Sic VIII, de Rep. *Ὅταν, ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης*, id est, *Cum, inquam, primum quidem matrem moleste ferentem audiet.* Ibi enim *δὲ* non sequitur. [68]

Nominatim autem observandum, vix unquam [numquam omnino. *Herm.*] reperiri *ὅς μὲν*, absolute positum, ut *qui quidem*, Latine. [69] Graeci enim potius dicunt, *ὅστις, ὅσπερ, ὅς δὴ, ὅς γε*. Poetae vero etiam *ὅστε*, ut passim Homerus.

II. In membrorum diversorum, quae tamen ad sese mutuo referri possint, initiis, fere semper *μὲν* et *δὲ* collocantur: Latine autem rarissime, *quidem*, *vero*, quod Latini dissolutiones ament. [70] Itaque dum Graeca Latine

68 Sed intelligitur in sequentibus post *ἔπειτα*. Verba sunt pag. 549, lin. 28 *Ὅταν, ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης, ὅτι οὐ τῶν ἀρχόντων αὐτῇ ὁ ἀνήρ ἐστι, καὶ ἐλαττουμένης διὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν· ἔπειτα ὁρώσης* etc. *Quod maritus inter magistratus non recenseatur, seque ob id ipsum inter reliquas mulieres parvi pretii esse: deinde videntem* etc.

69 Vide supra, Cap. 2, R. 5.

70 Patet hoc cum innumeris locis, tum perquam clare ex illo Platonis, de Rep. lib. II, p. 359 *Τοῦτον δὲ ἄλλο ΜΕΝ οὐδὲν, περὶ ΔΕ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, Hunc autem nihil aliud quam aureum annulum in manu gestare.* Vitiose enim verteres: *Hunc autem aliud quidem nihil, in manu vero aureum annulum gestare.* Estque haec familiaris Graecorum elegantia pro *οὐδὲν ἄλλο ἤ*, vel *οὐδὲν ἄλλ' ἤ* reponere *ἄλλο μὲν οὐδὲν*, sequente particula *δέ*. Addam aliud ex Demosthene Philipp. III, pag. 49 *Ἡγεῖσθαι τὴν νῆσον ταύτην, ὅπερ ἐστὶν, ἌΛΛΟ ΜΕΝ ΟΥΔΕΝ εἶναι βασιλεῖ χρησίμην ἐν τῷ παρόντι, τῆς δ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα, Existimare, hanc insulam, id quod res est, ad nihil aliud regi esse utilem, nisi quod regni eiusdem sit propugnaculum.* Item ex Aristide, de Smyrna, pag. 292 *Ἐλείπετο δὲ ἄλλο ΜΕΝ οὐδὲν, θεοὺς ΔΕ καὶ ὑμᾶς καλεῖν, Nec aliud quidquam erat reliquum, nisi ut Deos et vos invocarem.* Adde Epict. Enchir. cap. 62. Nec est, quod verbatim vertas illud eiusdem Aristidis in Orat. pro Quatuorviris, p. 298 *Θετταλοὶ δὲ ὑπ' ἀνάγκης ΜΕΝ, ὅμως ΔΕ ἐμήδιζον, Thessali autem, quanquam necessitate coacti, a Medorum partibus stabant.* Estque haec locutio Graecis non minus familiaris, qua *μὲν* et *δὲ* ita construuntur, ut alterum per *quamvis*, alterum per *tamen* sit reddendum Latine. E. c. in illo Sophoclis, Trachin. vs. 62

—*Ἥδε γὰρ γυνὴ*
Δούλη ΜΕΝ, εἴρηκεν Δ' ἐλεύθερον λόγον.

— *Haec enim mulier, quamvis serva, liberum tamen sermonem locuta est.* Alia in vertendo cautio est adhibenda, siquidem *μὲν* et *δὲ* faciunt ad celeritatem indi-

redduntur, *μὲν* et *δὲ*, ut plurimum omitti debent, alioqui putidam saepe Latinitatem efficient: tuncque commode ablativus absolutus in priore membro usurpari poterit: ut, *Τὸν μὲν ἐχθρὸν κατέβαλεν, αὐτὸς δὲ ἀραρότως ἔστη, Ipse, afflicto iam hoste, presso gradu constitit.*

Contra, cum Graece Latina vertuntur, saepe adhibendae sunt illae particulae membris illis diversis, quae Latine nulla coniunctione copulantur. Quod si plura essent illa membra, tum subinde addendum fuerit, *καὶ*, vel *πρὸς δὲ*, vel *πρὸς δὲ τούτοις*, id est, *praeterea*, initio membrorum, ante particulam ipsam *μέν*.

III. Monendi quoque tirones sunt, licet voculae istae tam crebro usurpentur, nunquam tamen simul usurpari, quin absolute reddi possint per *quidem vero:* ut, *Οὗτος μὲν ἡμᾶς φενακίζει, ἡμεῖς δὲ ὑπ' εὐηθείας, αὐτὸν ὑπερσπουδάζειν ἡμῶν οἰόμεθα*, id est, *Ille quidem fucum nobis facit, nos vero prae simplicitate, rebus eum nostris studere arbitramur.*

IV. Monendi praeterea, coniunctionibus illis partes etiam dissimiles coniungi posse: ut, *Πῇ μὲν διὰ τὴν ἔχθραν, πῇ δ' ἐφαπτόμενος τοῦ καιροῦ, Partim ob inimicitias, partim occasionem arripiens.* Sed tamen prioris membri participium cum posterioris verbo committi non debere. V. c. male diceretur: *Τοὺς μὲν πολεμίους ἐκβαλὼν, ὑπὲρ δὲ τῆς πατρίδος ἠμυνάμην.* § 334. Nam, aut *δὲ* tollendum est, aut pro *ἐκβαλὼν* dicendum *ἐξέβαλον*, id est, *Propulsatis hostibus, patriam defendi.*

V. Eleganter etiam id exprimunt, quod Latine dicimus, *cum, tum;* qui usus cum apud caeteros, tum praesertim apud Isocratem longe frequentissimus: ut ipso statim cohortationis ad Demonicum exordio. Quod igitur habet Tullius initio orationis pro Deiotaro: *Cum in omnibus caussis gravioribus, C. Caesar, vehementius commoveri soleo; tum in hac caussa ita me multa perturbant:* Graece reddi potest: *Παρὰ μὲν ἄλλους τοὺς ἀγῶνας*, [immo *ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι. Herm.*] *Γάϊε Καῖσαρ, ἐμπαθέστερον εἴωθά που διακεῖσθαι, παρὰ*

candam. Ita apud Aelian. V. H. lib. I, cap. 2, de aranea celeriter praedam in telam cadentem arripiente: *Τὸ ΜΕΝ*, inquit, *ἔπεσεν, ἡ ΔΕ ἔχει δαῖτα, Vix aliquid incidit, quin illa hoc sibi in epulas rapiat.*

δὲ τουτονὶ, [immo ἐν δὲ τούτῳ. *Herm.*] πλείστοις ὅσοις οὕτω πως διαταράττομαι.

Demosthen. pro Corona initio: Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ', ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα, id est, *Et quidem cum Aeschine, hac in caussa, multis sum rebus inferior, tum duabus potissimum, iisque permagnis.*

VI. Μὲν, δὲ, serviunt etiam enumerationibus rerum, aut hominum, diversorum quidem, sed tamen eodem spectantium: tunc vero ridiculum esset, *quidem*, *vero*, Latinis auribus inculcare; ut apud Xenophontem: Ἐπαίνου ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένειν, id est, *Laudis gratia labores omnes, omniaque pericula sustinere.* Sic apud Gregorium: Ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχὰς, id est, *Corpora simul animosque curabat,* dici potuit: ἐθεράπευε δὲ καὶ τὰς ψυχάς. § 335.

VII. Attice quoque saepius repetuntur, crebris negationibus illigatae, ita ut et membra membris opponantur, nec commode satis Latinitate donentur. Insigne hoc in genere est illud Demosthen. pro Coron. Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· οὐδὲ ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους· quae particulis *ita ut*, subinde iteratis, hoc modo vertas: *Neque vero haec ita dixi, ut eadem non proscriberem: nec ita proscripsi, ut in obeunda legatione non dicerem: nec in legatione sic dixi, ut ea Thebanis non persuaderem.*[71]

VIII. Frequentissimus est huius oppositionis usus, cum, uno aut pluribus omissis, aliquid aliud fieri significatur: tuncque prius membrum per ablativum absolutum, et passivum reddi debet, etiamsi Graece infinitivus utrobique habetur. Demosthenes pro Corona[72]: Οὐ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι παραλείπειν, ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν, ζητεῖν, id est, *Non mutua disceptatione omissa, quendam alium, quem laedamus, quaerere.* Vbi observandum, membri prioris infinitivum παραλείπειν mutari posse in ac-

71 Locus est pag. mihi 339, lin. 10, quem imitatur Cicero, sive is est Cornificius, qui ad Herennium scripsit, lib. IV, cap. 25 *Non sensi hoc, et non suasi; neque suasi, et mox ipse statim facere coepi; neque facere coepi, et non perfeci; neque perfeci, et non probavi.*

72 Pag. 315, lin. 5.

cusativum participii παραλιπόντας. Quod si fiat, μὲν et δὲ omitti oportebit.

IX. Nec raro tamen unicum μὲν plurima δὲ consequuntur [73]: quae si Latine omnia redderes, barbarus fieres. Ita Dio Chrys. Orat. XII Ἔνθα δ' ὁρᾷς πανταχοῦ μὲν ξίφη, πανταχοῦ δὲ θώρακας, πανταχοῦ δὲ δόρατα, πάντα δὲ ἵππων, πάντα δὲ ὅπλων, πάντα δὲ ὡπλισμένων ἀνδρῶν μεστά, *Hic porro videas ubique gladios, ubique loricas, ubique ha-*

73 Videlicet, si oratio eodem tenore procedit, ut in addito exemplo; estque huius idiomatis maximus usus in recensionibus, fitque eleganter per Anaphoram: ut ex Epicuro Athenaeus lib. Deipnos. VII, pag. 280 Οὐ γάρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν, (ita ὁ πάνυ Casaubonus pro χειλῶν) ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. *Ego enim, quid sit bonum, intelligere non possum, demtis ex sapore, demtis ex re venerea voluptatibus, demtis, quae ex auditu, demtis, quae ex pulcritudinis adspectu sentiuntur, dulcibus motionibus.* At in divisionibus, ubi frequentissimus harum particularum usus est, quoties alterutrum oppositorum novam patitur partitionem, legitime in priori membro de integro particula μὲν dominatur. Atque ita fit, ut grata vice particulis aliis sibi respondentibus, non iniucunda nascatur orationis variatio. Exemplum pete ex Tabula Cebetis, ubi haec verba: Τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίγνεσθαι, καὶ οἱ ΜΕΝ αὐτῶν ἐστεφανωμένοι ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινὸς, οἱ ΔΕ ἀστεφάνωτοι, οἱ ΜΕΝ ἀπεγνωσμένοι καὶ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκοῦσι τετρῖφθαι, κατέχονται ΔΕ ὑπὸ γυναικῶν τινων. Οἱ ΜΕΝ ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς· οἱ ΔΕ ἀστεφάνωτοι, οἱ ΜΕΝ ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας, ἀνακάμπτουσι κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι· οἱ ΔΕ ἀποδεδειλιακότες καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν Καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. i. e. *Quinam sunt hi, qui videntur illinc a tumulo advenire, quorum alii coronati speciem cuiusdam laetitiae praebent, alii carentes coronis repudiati cum crura et capita videntur habere attrita, tum detineri a mulieribus quibusdam. Qui coronati sunt (inquit) incolumes versantur cum Eruditione, et gestiunt, quod illa potiti sint. At vero ex his qui coronis carent, alii repudiati ab Eruditione recedunt male ac misere adfecti: alii timore ignavi, ubi ad Tolerantiam accesserunt, retro pedem referunt, et oberrant, ubi nulla est via.* In hisce verbis si post unicum μὲν plurima δὲ consequerentur, omnia essent confusa, nec sibi constaret quidquam. Praeterea hic obiter observetur, nominativos οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι pro genitivis poni, τῶν δὲ ἀστεφανώτων οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι etc. Vide supra Cap. I, Reg. 4.

stas; omnia equis, armis, atque armatis hominibus plena omnia. [74]

X. *Δὲ* post *μὲν* saepissime reddi debet *sed:* ita quidem ut membrum, in quo locum habet, priori adversetur: ut, *Σὺ μὲν ἀκούεις, οὐ συνίεις δὲ,* id est, *Audis tu quidem, sed non intelligis.* [75]

74 Postremo, in hoc genere observandum est, Coniunctionum *μὲν* et *δὲ* eleganter alteram in fine, alteram in initio inveniri, ubi ab una ad aliam orationis partem transgressio fit. Ita Isocrates, cum multa de se ipso praefatus fuerat in Panegyr. nunc de Rep. dicturus ita claudit primam orationis partem: *Περὶ μὲν οὖν τῶν ἰδίων ταῦτά μοι προειρήσθω, De me ipso quidem haec a me praedicta sunto.* Dein, ubi alteram orationis partem inchoat, ait: *Περὶ δὲ τῶν κοινῶν* etc. *De rep. autem* etc. Et Thucydides, lib. II, postquam in praecedentibus capitibus descripserat morbum Athenis grassantem, his verbis finit caput 54: *Ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νόσον γενόμενα, Atque haec quidem, quae de morbo facta sunt.* Dein caput sequens incipit ita: *Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι* etc. *Peloponnesii vero postquam campum vastarunt*, et quae sequuntur. Conf. Plut. in Demosthen. pag. 851. Demosth. ep. 3, pag. 117, et alibi.

75 Hoc sensu aliquando *μὲν* deficit. Vide sis Iacobi epist. cap. II, 11 *Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ, Quod si non moechaberis, sed occides.* H.

Non modo *μὲν* saepe omittitur, sequente *δὲ*, ut Demosthen. pro Coron. pag. 315 *ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων· ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην· ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν· ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἐκκλησίαζον· ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν· ἐξέπιπτες, ἐγὼ δ' ἐσύριττον· ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν πεπολίτευσαι πάντα, ἐγὼ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος.* § 335. b. Plat. Phileb. p. 36, lin. 42 *Ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς οὐκ εἰσιν ἡδοναί;* Hoogeveno auctore ordo verborum debet esse, *Τῶν ἡδονῶν οὐκ εἰσιν αἱ μὲν ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς;* conf. principium Iliados. ibid. vers. 43, 358. *ι'*, 265. Odyss. *ξ'*, 329. Iliad. *ε'*, 38. Eurip. Orest. 455. verum etiam persaepe praecedente *μὲν*, non sequitur *δὲ*, sed loco illius alia ponitur particula: v. c. a) *Ἀλλά*: ut Iliad. *γ'*, 214 *Παῦρα ΜΕΝ, ἈΛΛΑ μάλα λιγέως.* Eurip. Orest. 562 *Ἀνόσια μὲν δρῶν, ἀλλὰ τιμωρῶν πατρί.* Cf. ibid. vers. 138 et 1023. Aristoph. Vesp. 480. Thucyd. IV, 57. Rom. XIV, 20. b) *Αὐτάρ*: ut Iliad. *ι'*, 400 *Τὸν ΜΕΝ ἄρ' ὣς εἰπόντα πόδες φέρον· ΑΥΤΑΡ Ἀχαιοὶ Τρῶας ἐπερχομένους μένον ἔμπεδον.* Conf. Iliad. *α'*, 50. *φ'*, 514. *ι'*, 701. c) *Ἀτάρ*: ut Iliad. *φ'*, 40 *Καὶ τότε ΜΕΝ μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσε νηυσὶν ἄγων· ἈΤΑΡ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε.* d) *Αὖθις*: ut Sophocl. Antig. 170 *Τοῦτο ΜΕΝ, τὰ Λαΐου σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη· τοῦτ' ΑΥΘΙΣ, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν κἀπεὶ διώλετ'* etc. e) *Μέντοι*: v. c. Aristot. de Rep. I, 6 *ἡ δὲ φύσις βούλεται ΜΕΝ τοῦτο ποιεῖν, οὐ ΜΕΝΤΟΙ δύναται.* Plat. de Rep. VI, p. 511 *μανθάνω ἱκανῶς μὲν οὔ· ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν,*

XI. *Μὲν δὴ*, praemissa voce aliqua, periodorum ac membrorum initiis, aliquando significat, *et quidem*. Demosth. pro Coron. *Περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων, ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ*, id est, *Ac de privatae quidem vitae rationibus, quaecunque demum in me maledicta contumeliose contulerit.* Alias *μὲν δὴ*, id est, *Igitur.* [76]

σαφέστερον εἶναι etc. Xenophont. Cyrop. III, 1, 26 *ἀλλὰ νῦν μὲν ἔμοιγε οὐδὲν ἄπιστον οὕτω τοῦτον διακεῖσθαι· δοκεῖ μέντοι μοι τοῦ ἀνδρὸς εἶναι εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι.* f) *Μήν*: uti Plat. Phaedr. pag. 268 *ἀνάγκη ΜΕ͂Ν καὶ ταῦτ' ἐπίστασθαι τὸν μέλλοντα ἁρμονικὸν ἔσεσθαι· οὐδὲν ΜΗ͂Ν κωλύει οὐδὲ σμικρὸν ἁρμονίας ἐπαΐειν τὸν τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα.* g) *Πλὴν ἀλλά*: ut Heliodor. VI, 7 *ἀνδρῶν συντυχίαν δυςτυχῶν ΜΕ͂Ν, ΠΛΗ͂Ν ἈΛΛ' Ἑλλήνων πρυτανεύσασα.* h) *Καί*: veluti Iliad. *α'*, 267 *κάρτιστοι ΜΕ͂Ν ἔσαν, ΚΑΙ͂ καρτίστοις ἐμάχοντο.* Theophr. *περὶ ἀγροικ. λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι.* Lucian. Dial. Nept. et Delphin. *πάλαι μὲν τὸ τῆς Ἰνοῦς παιδίον ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε, ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων μετὰ τῆς μητρὸς ἐμπεσόν· καὶ νῦν τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ.* i) *Τέ*: v. c. Eurip. Orest. 1317 *Πάλιν κατάστηθ' ἡσύχῳ ΜΕ͂Ν ὄμματι, χροιᾷ Τ' ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων ὕπερ.* k) *Ἔπειτα*, sive potius post *ἔπειτα* deest *δὲ*, praecedentibus *πρῶτα μὲν* vel *πρῶτον μέν*· ut Isocrat. ad Nicocl. pag. 56 *Ἀλλ' εἰ ἐπιδείξαιμι, ΠΡΩ͂ΤΟΝ ΜΕ͂Ν τὴν πολιτείαν, τὴν παροῦσαν, ἀγαπῶν — ἘΠΕΙΘ' ὡς ἐγὼ ταύτην ἔχω τὴν ἀρχὴν* etc. Aristoph. Vesp. 550 *Ὃν πρῶτα μὲν ἕρποντ' ἐξ εὐνῆς τηροῦσ' ἐπὶ τοῖσι δρυφάκτοις ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετραπήχεις· κᾆπειτ' εὐθὺς προςιόντι ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλήν.* Plat. Phaedr. pag. 263 *πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι — ἔπειτά γε, οἶμαι* etc. Xenophont. Memor. III, 11, 14 *εἰ πρῶτον μὲν τοῖς κεκορεσμένοις μήτε προςφέροις, μήτε ὑπομιμνήσκοις — ἔπειτα τοὺς δεομένους ὑπομιμνήσκοις* etc. Conf. ibid. I, 4, 11. I, 7, 2. III, 8, 5. IV, 2, 31. Sic quoque post *εἶτα*, Aristophan. Vesp. 1101. Xenoph. Memor. I, 2, 1. III, 6, 9. [l) *Αὖ.* § 234. m) *Αὖτε.* § 237. *Herm.*] Sed interdum absolute *μὲν* ponitur ita, ut nec *δὲ* sequatur, nec intelligi possit. § 336. V. c. Xenoph. Oecon. XV, 6 *ταῦτά μοι δοκῶ μὲν* etc. Ibid. VII, 8 *πολλὰ ὑποσχομένη μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς, γενέσθαι*, etc. Inprimis *μὲν* sic additur pronominibus personalibus: ut *ἐγὼ μέν*, Xen. Cyr. II, 2, 10. IV, 2, 45: *σὺ μέν*, ibid. IV, 5, 17: *ἡμεῖς μέν*, ibid. IV, 5, 50. Caeterum de repetitione *τοῦ μὲν* in eodem membro vid. Dorvill. ad Charit. pag. 560. Z.

76 Est et particularum *μὲν δὴ* usus in orationum clausulis. Herodian. sub finem lib. VI, *Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβεν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα*, *Hunc exitum quidem habuerunt Alexander eiusque mater.* Vnde illud Platoni familiarissimum, *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα*, *Et haec quidem hactenus.* Pro quo et dicunt, *Περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα. Ταῦτα μὲν ταύτῃ. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς.* [Servit igitur transitionibus *μὲν δή*, adeo

XII. *Μέν τοι*, primum in responsionibus, aut iis simili orationis genere adhibetur, approbandi atque assentiendi causa, ut apud Latinos, *vero*, *sane*, *utique*, *omnino*. [*Enimvero. Herm.*] Cicero Tusculan. [77] V, *Quid igitur contra Brutum me dicturum putas?* respondet Atticus, *Tu vero, ut videtur, nam praefinire non est meum.* Graece ita possit: [Non potest. *Herm.*] *Τί δή ποτ' ἐμὲ ἂν οἴει κατειπεῖν τοῦ Βρούτου; Σὺ μέν τοι, ὅπως ἄν σοι δοκῇ· τὸ γοῦν προδιορίζεσθαί τι, οὐκ ἐμόν γε*, vel *οὐ πρὸς ἐμὲ*, vel *κατ' ἐμέ*. Sic apud Xenophontem [78] huic interrogationi, *Ἦ καὶ ἐμὲ οὖν, ἔφη ἡ γυνὴ, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; An vero, inquit mulier, haec etiam me facere oportebit?* subiicitur, *Δεήσει μέν τοι, ἔφην ἐγὼ, ἔνδον μένειν*, id est, *Te vero*, [Immo: *sane te. Herm.*] *inquam, intus manere oportebit.* Dionysius Halicarnass. lib. IV [79], ubi Servius Tullius, postquam ex Tarquinio quaesivit, num quod sibi ex variis, quae recenset, criminibus obiicere possit, ita concludit: *Δίκαιον μέν τοι ἄν, εἴ τί μοι τοιοῦτον ἡμάρτηται, τῆς ἀρχῆς τε ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς ἀποστερηθῆναι*, id est, *Iustum sane fuerit, si quid huiusmodi commissum abs me fuit, me regno simul, vitaque spoliari.*

ut fere δὲ in apodosi exordiatur sequentia: v. c. Xenophont. Cyrop. II, 2, 10 *Οἱ ΜΕΝ ΔΗ ἄλλοι, ὡς εἰκὸς, ἐγέλων ἐπὶ τῇ δορυφορίᾳ τῆς ἐπιστολῆς· ὁ ΔΕ Κῦρος εἶπεν·* etc. Ibid. §. 13. *Ὁ μὲν δὴ Κῦρος οὕτως ἀπελογήσατο περὶ τῶν τὸν γέλωτα παρασχόντων. Αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς ἔφη* etc. Eundem usum praestat simplex *μὲν, δέ*. Vt Xenoph. Cyrop. II, 1, 10 *Κῦρος ΜΕΝ οὕτως ἔλεξε· τῷ ΔΕ Κυαξάρῃ ἔδοξέ τε εὖ λέγειν, καὶ* etc. Z.] Est et contra earundem particularum usus in initiis, cum scilicet ad dicendum, vel narrandum accingimur; non tamen nisi praemissis quibusdam *προλεγομένοις*. Hoc modo Xenophon, postquam praefatus erat, se, quae de Cyro cognoverat, narraturum, ita incipit: *Πατρὸς ΜΕΝ ΔΗ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, Patre itaque Cambyse natus dicitur Cyrus.* Latini ergo utuntur. Sic Horatius descripturus vitae rusticae delicias ita infit:

ERGO aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Earundem particularum usus est, ubi continuatur oratio, et tum non raro redditur, *porro*. Arrian. de Exp. Al. lib. I, pag. 31 *Ἡι δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν καθεώρων — κατὰ τὸ εὐώνυμον μὲν σφῶν ἐπέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχθῃ τὰς ἴλας τῶν ἵππων. Χρόνον ΜΕΝ ΔΗ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες — ἡσυχίαν ἦγον. Qua vero parte Alexandrum ipsum conspicabantur ad sinistrum eorum cornu sese conferentem, in ea densas equitum turmas in litore statuunt. Aliquandiu porro uterque exercitus ad summam fluminis ripam subsistens quiete se tenuit.*

77 V. Budaeum pag. 480.
78 V. Bud. l. c.
79 Pag. 239, lin. 17.

XIII. Secundo, significatione superiori contraria, sumitur pro *at verum*, *verumtamen*, aut absolute, *tamen*, quemadmodum supra diximus de *πλὴν ἀλλὰ* Sect. I, Reg. 9. Dionysius Halicarnass. lib. IV [80], ubi Servius cum quaesiisset, num superbe se gereret: *Τίς μέν τοι τῶν πρὸ ἐμοῦ βασιλέων οὕτω μέτριος ἐν ἐξουσίᾳ διετέλεσε; At quis ex praecedentibus regibus tam in summo imperio moderatus fuit?* Xenophon: *Τοῦτο μέν τοι εἰδὼς οὐδὲν μᾶλλον ἐπίσταμαι, ὅπως δεῖ γεωργεῖν*, id est, *Verumtamen, ut hoc norim, nihilo magis novi, quemadmodum arare oporteat.* Quo sensu nonnunquam *ἐλλειπτικῶς* ponitur. Plato in Gorg. [81] *Σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν*, id est, *Tu vero fatebare, ex iis saltem, qui nunc vivunt, eiusmodi fuisse neminem: verumtamen ex iis, qui prius:* id est, *sed tamen ex iis, qui superiori tempore vixissent, nonnullos fuisse dicebas*, *ἔφασκες γενέσθαι τινάς*.

XIV. Aliquando *μέντοιγε*, § 337. et *μέντοιπον*, unica voce proparoxytona, pro *μέν τοι* ponuntur, in utraque significatione. Sunt qui addant, *μέντ᾽ ἂν* eodem modo usurpari, sed meo iudicio illud *ἂν* ad verbum suum pertinet, non ad *μέν τοι*· § 338. sed *μέντ᾽* per apostrophen. [82] Demosthen. pro Coron. *Ἐμὲ δὲ, τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα ἔδει; τὸ τούτων ἀνάξια ἐροῦντος; δικαίως μέντ᾽ ἂν ἀπέθανον, Me autem, quo tandem sensu conscendere suggestum oportuit? an eius, qui his indigna dicturus esset? at iuste sane periissem;* [83] ubi manifeste *ἂν* pertinet ad *ἀπέθανον*. †

80 Pag. 289, lin. 22.

81 Locus est pag. 517, init. quem citat Budaeus pag. 231.

82 *Apostrophum* scripserit Auctor.

83 Magis placet Lambini versio: *Cuius hominis mente suscepta, cuius spiritu sumto, cuius induta persona.* Locus est pag. 343, lin. 16. H.

† *Τοὶ* habet universe vim affirmandi et confirmandi. *Μέντοι* 1) ponitur in oratione bimembri, sequente *δὲ* in altero membro: ut Xen. Cyrop. II, 4, 2 *Οἱ δὲ πειθόμενοι ΤΑΧΥ᾽ ΜΕ΄ΝΤΟΙ παρήγγελλον, ΤΑΧΥ᾽ ΔΕ᾽ τὰ παραγγελλόμενα ἐποίουν.* § 339. Ib. III, 3, 9 [18] *Πολὺ μέντοι ἡμεῖς — πολὺ δὲ κἀκεῖνοι* etc. 2) Saepe non sequitur *δέ*. Vt Iliad. φ', 371 *Οὐ ΜΕ΄ΝΤΟΙ ἐγὼ τόσον αἴτιός εἰμι*, *Revera non ego quidem tantopere culpandus sum.* 3) Vsum habet in interrogationibus: ut Plat. Phaedr. pag. 261 *Σὺ δ᾽ εἰπὲ, ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; οὐκ ἀντιλέγουσι ΜΕ΄ΝΤΟΙ;* alter respondet *τοῦτ᾽ αὐτό.* 4) Eandem vim confirmandi habet quoque in responsionibus: ut Plat. de Rep. pag. 374, aliquis rogatus, *Ἡμέτερον δὴ ἔργον ἂν εἴη, ὡς ἔοικεν, εἴπερ οἷοί τ᾽ ἐσμὲν,*

XV. *Μὲν οὖν*, raro admodum significat *igitur*; multo minus, *quidem igitur*. At primo commode reddi potest, *et quidem*, *et vero*, *enimvero*; § 342. maxime in periodorum initiis: praemissa tamen semper alia voce, ut, *Οὕτω μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν διακείμενος ἀεὶ διετέλεσεν*, id est, *Et quidem eo semper fuit in rempublicam animo*; nunquam enim reperitur *καὶ μὲν*, pro, *et quidem*, nec *καὶ δὲ*, pro, *et vero*, nisi apud Poetas. Demosthen. pro Coron. *Πειράσομαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν*, *Equidem*, vel, *ego vero id*, *quam modestissime fieri poterit*, *praestare conabor*. Praecedente autem particula *εἰ*, verti etiam potest, *quod si*, vel, *et quidem si*. Idem ibid. *Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον*, *κατηγόρησεν Αἰσχίνης*, id est, *Quod si Aeschines*, *quibus de rebus actionem instituebat*, *in iis tantum accusandis versatus esset*.

XVI. Secundo significat *quidem certe*, [Non hoc. *Herm.*] vel *sane*: Galli fere dicunt, *au moins*, vel, *pour le moins*: interdum, *et à la verité*: ut ea quae sequuntur ad aliquam priorem confirmationem utcunque pertineant. Thucyd.

ἐκλέξασθαι, *τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδειαι εἰς πόλεως φυλακήν*; respondet, *ἡμέτερον μέντοι*, h. e. *nostrum certe*, s. *haud dubie*. 5) Similiter in iureiurando: § 340. ut Plat. Phaedr. pag. 236 *Ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω*, *ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἔσται· ὄμνυμι γάρ σοί τινα ΜΕ΄ΝΤΟΙ τινὰ θεῶν*, h. e. *Iuro enim tibi quidem serio per aliquem*, *per Deorum aliquem*. 6) In hortationibus: ut Lucian. Lapith. Tom. III, pag. 450 *Μέμνησο ΜΕ΄ΝΤΟΙ*, *ὦ Ζηνόθεμι*, *ὡς οὐκ ἀδιάφορον ἡγῇ τὸν πόνον*; *Memento vero* etc. it. Aristoph. Ran. 172 *Οὗτος*, *σὲ λέγω μέν τοι*, *Heus tu*, *tibi vero dico*. § 341. 7) Habet vim quoque *adversandi*, *tamen*, *autem*. a) Quando respondet *τῷ μὲν*, et locum sustinet particulae *δέ*. Vt Isocrat. ad Demon. pag. 19 *Πείθου ΜΕ΄Ν καὶ τοῖς νόμοις*, *τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις· ἰσχυρότατον ΜΕ΄ΝΤΟΙ νόμον ἡγοῦ τὸν ἐκείνων τρόπον*, *Legibus quidem per reges latis etiam obtempera: firmissimam tamen legem putato ipsorum mores*. b) Vbi *μὲν* in priori membro suppressum est: ut Plat. Euthyphr. ab initio: *Οὐδ' αὐτὸς πάνυ τοι γιγνώσκω*, *ὦ Εὐθύφρον*, *τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τίς μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι ΜΕ΄ΝΤΟΙ αὐτὸν*, *ὡς ἐγῷμαι*, *Μέλιτον*. c) Quando coniunctum habet *ὅμως*. Xenoph. Cyrop. II, 3, 22, sub finem: *ἐμοὶ ΜΕ΄ΝΤΟΙ ΌΜΩΣ πείθονται ὑστέρῳ ἰόντι* etc. 8) Sunt qui putent eidem particulae interdum subiectam vim *vice versa*, *rursus*, *porro*. Verum arbitror, in locis, quae laudant, commode tribui posse vim vel confirmandi vel adversandi: ut adeo non sit, quod ad novam et ineptam particulae potestatem confugiamus. Z.

lib. I[84] cum dixisset, nonnullos esse, qui scriberent quendam in Asia periisse, subdit eius opinionis hoc argumentum: *Μνημεῖον μὲν οὖν ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ*, id est, *Et sane huius monumentum extat Magnesiae, quae Asiae civitas est.*

XVII. Tertio, redditur *porro*, vel, *caeterum*, vel, *iam vero*, [Nihil ex his, sed *ac*, *atque*. *Herm.*] in iisdem periodorum initiis[85]: ut, *Αὐτὸς μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, πάντα ὑπεκίνησεν*, id est, *Caeterum accepto imperio cuncta mutavit.* Demosthen. pro Coron.[86] *Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ', ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα*, *Porro*, vel, *iam vero*, *Athenienses, hac in caussa, cum aliis plerisque rebus deteriori conditione sum, quam Aeschines, tum vero duabus praecipue, iisque permagnis.* Quo sensu, *καθ' ὑποφορὰν*, id est, *per subiectionem*, usurpatur explicandi alicuius caussa, quod praemissum est; ut si, cum dixisses aliquid esse inutile, subiungeres, *Ἄχρηστον μὲν οὖν φημι ἔγωγε πᾶν, ὅ, τι μηδὲν ἐπ' ἀρετὴν συντελεῖται*[87], id est, *Porro inutile autem id esse dico, quod nihil ad virtutem iuvat.*

XVIII. Quarto, significat *imo vero:* § 343. ut Xenophon quaerenti, *Οἱ παρά σοι τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν;* id est, *Nihilne tui rerum istarum facere norunt?* respondet, *Πάντα μὲν οὖν, ἔφη*, *Imo vero, inquit, omnia.* Quod etiam dicunt, *μὲν οὖν γε*, vel una voce, vel tribus distinctis. Ita Lucae XI, 28 ei mulieri, quae beatam Christi matrem praedicabat, Christus ipse respondet: *Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ*, id est, *Quin imo*, vel *imo vero, beati qui audiunt verbum Dei.* Quae tamen voculae membrorum aut periodorum initiis aliquando significant *enimvero*, ut ad Rom. IX, 20 *Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ;* id est, *Enimvero, o homo, tu quis es,*

84 Cap. 138.

85 Maximus harum particularum usus est, ubi ab una ad alteram orationis partem transitio fit. Exempla ubique obvia. Consulatur omnino Devarius. Aliquando etiam, quemadmodum *μὲν δὴ*, quum ad narrandum accingimur, praemissa qualicunque praefatione. Ita de Macrobiis multa praefatus Lucianus sic tandem incipit: *Ἀργανθώνιος ΜΕΝ ΟΥΝ, Ταρτησίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται*, *Ergo Arganthonius, Tartesiorum rex, CL annos vixisse dicitur.*

86 Paulo post principium.

87 Ita fere Aristoteles, quem citat Henr. Stephanus ex Budaeo: *Ἄχρηστον μὲν οὖν λέγω, ἀφ' ἧς μηδὲν συντελεῖται ἐπὶ τὴν φύσιν.*

qui Deo respondes? Hic autem notandum, μενοῦνγε toti membro initium dare posse, nulla voce praemissa, quod non possunt μὲν οὖν, sine γε.

XIX. Quinto ac postremo, μὲν οὖν significant *at enim*, § 344. serviuntque potissimum occupationibus rhetoricis. Demosthen. Olynth. I *Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾷν*, inquit, *ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἶναι·* ubi male, meo iudicio, qui vertunt, *igitur*, vel, *quamobrem:* sensus enim est: *At enim dicat fortasse quispiam, reprehendere*[88] *facile admodum, et cuiusvis esse.*

XX. Observandum hic obiter, apud Iones ὦν et νυν encliticum pro οὖν usurpari: ut μὲν ὦν et μέν νυν, pro μὲν οὖν. Herodot. lib. II *Τοῦτο μέν νυν τὸ ὄρος τοιοῦτόν ἐστιν*, id est, *Et quidem hic mons eiusmodi est.* Ibid. paulo post: *Πέφυκε μὲν ὦν ἡ χώρη αὕτη οὕτω*, id est, *Atque hic nativus est illius regionis situs.*

XXI. Apud eundem particula ista, ὦν, saepissime vacat: nam altera νυν raro sine μὲν reperitur. Imo praepositiones a verbis, quorum partem constituerent, interiecto fere ὦν, dirimuntur. Ita lib. II *Οἵδε φέροντες ἐς τὴν ἀγορὰν, ἀπ' ὦν ἔδοντο*, pro *ἀπέδοντο*, id est, *Ii deferentes in forum, ibi vendere consueverunt.* Ibid. *Κατ' ὦν ἐκάλυψε*, pro *κατεκάλυψε, operuit.* Ibid. *'Εν ὦν ἐπάκτωσαν*, pro *ἐνεπάκτωσαν, connectere et colligare solent.* [V. Schaefer. ad Long. p. 417. s. *Herm.*]

XXII. De particula δὲ seorsim haec notanda. Primum illam encliticam esse non modo, cum demonstrat: ut in *Ὅδε, ἥδε, τόδε·* sed etiam dum coalescit in unam vocem cum τοῖος, *talis*, τόσος, *tantus*, τηλίκος, *tantus;* tuncque unicus est accentus in penultima *Τοιόςδε, τοσόςδε, τηλικόςδε.* Postremo, cum fungitur vice praepositionis εἰς aut similis, ut in οἴκαδε pro εἰς τὸν οἶκον, *domum:* quo etiam utuntur Oratores, et in aliis quibusdam magis Poeticis: ut, ἀγορήνδε, id est, εἰς ἀγορὰν, *in forum*[89], et similibus.

88 Verbum hoc, quod in nulla, quam possideo, editione legebatur, addidi ex Graeco *ἐπιτιμᾷν.*

89 Sic apud Homer. Iliad. *A*, vs. 54 *Τῇ δεκάτῃ ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν 'Αχιλλεύς.* *Decimo die ad concionem vocavit populum Achilles.* Sic κλισίηνδε, Φθίηνδε, apud eundem, lib. eod. Est et ubi citra necessitatem re-

XXIII. Secundo, apud Aristotelem, Platonemque potissimum, aliosque magis Atticos significare *sed*, aut *verum*: quemadmodum ante diximus, *ἀλλὰ* interdum pro *δὲ* usurpari. Aristotel. Ethic. VIII *Ἧι μὲν δοῦλος*, inquit, *οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν· ᾗ δ' ἄνθρωπος*, id est, *Quatenus ille servus est, nulla cum eo amicitia esse potest: sed tantum quatenus homo est.* [90] Quod orationis genus eo nonnunquam obscurius est, quod nonnulla subintelliguntur ex praecedentibus repetenda. Plato in Gorgia, *Ἡ μὲν ὀψοποιητικὴ οὔ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι, ἡ δὲ ἰατρική·* id est, *Condiendorum ciborum ars mihi nulla videtur esse, at medicina:* (supple, *ars videtur.*) Sic Tullius ad Lentulum, *Non meum monumentum*, inquit, *monumentum vero senatus.* Vbi *monumentum vero* posuit pro, *sed monumentum.* Graece, *Οὐκ ἐμόν γε μνημεῖον, τῆς δὲ βουλῆς.* [91]

XXIV. Tertio, *δὲ* sumitur aliquando pro *γὰρ*, apud Homerum saepissime, aliosque Poetas: § 343. b. apud quos particula haec, ut hoc obiter dicam, praecipuam carmini venustatem afferre putatur: adeoque altero quoque versu inculcatur: quod apud Latinos vitium esset turpissimum. Imo

petitur, nisi metri gratia. Ita Hesiodus in Scuto Herculis, vs. 38

— *Ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε.*
— *Rediit domum suam.*

Similiter apud Hom. lib. Odyss. *Α*

Νοστῆσαι Ὀδυσῆα δαΐφρονα ὅνδε δόμονδε.
Redire Vlyssem prudentem suam domum.

[Atque interdum *δὲ* pro *εἰς* ita quoque ponitur, ut *causam finalem* significet. V. c. Iliad. *ε'*, 252 *Μήτι φόβονδ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω*, *Noli hortari ad fugam, quandoquidem arbitror, te non esse persuasurum.* Z.]

90 Eleganter in hac occasione particula *δὲ* periodum claudit. Sic Plat. in Theag. pag. 130 *Ἐγώ σοι ἐρῶ ἄπιστον μὲν, νὴ τοὺς Θεούς, ἀληθὲς δέ*, *Ego tibi dicam, per Deos, incredibile quidem, sed quod tamen verum est.* Simili modo apud Diog. Laërt. lib. V. *Ἔφη δὲ, τὸν σοφὸν μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δὲ*, *Dixit autem, sapientem non quidem affectibus omnino carere, sed illis mediocriter agi.*

91 Frequens hoc in genere est, quod particula *δὲ* praecedentia subaudiri postulet post *οὐ μόνον*, sequente *ἀλλὰ καί.* Ita in Ceb. Tab. ubi ait, Fortunam solere *δοῦναι πολλαπλάσια, αὖθις δὲ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν· ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΔΕ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα*, *dare hominibus multa, iterumque adimere, quae dedit, et hoc non solum, sed etiam, quae antea habuerunt.* Similiter in ep. Paul. ad Rom. V, 3 *Καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΔΕ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν*, *Gloriamur spe gloriae Dei: nec hoc solum, sed et gloriamur in adflictionibus.*

etiam in soluta oratione est ubi δὲ reddi potius debeat *enim*, quam *vero*. Demosthen. Olynth. III [92] *Τοῦτ' οὖν προςεῖναι· τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει*, *Hoc igitur accedat oportet: nam caetera quidem adsunt.*

XXV. Quarto, non raro cum aliqua emphasi ponitur, pro δὴ, § 347 ut apud Latinos *vero*, pro *utique*, vel *omnino*. Tullius: *Quod me rogas, ut in bonam partem id accipiam; ego vero in optimam.* Graece, Ὅτι μὲν οὖν παρακαλεῖς ἐμὲ, εὐγνωμόνως ἀκούειν τοῦτο [93] (vel λαβεῖν, δέχεσθαι τουτί γε), ἐγὼ δὲ κἂν μάλιστα. Plato in Phaedone [94], Οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν, τούτους δὲ ἡ προςήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον, id est, *Qui autem videntur insanabilibus vitiis laborare, eos vero suum cuiusque fatum in tartarum detrudit.*

XXVI. Hac in acceptione obscuram interdum efficit orationem. Plato X, de Legib. [95] cum dixisset, *Νῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι διαῤῥήδην εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστι περιάγουσα ἡμῖν πάντα*, id est, *Nunc ergo nihil amplius est, quamobrem aperte dicere vereamur; quandoquidem animus is est, qui circumagit omnia;* subdit, *Τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον*, id est, *Eundem certe animum ipsius quoque coeli conversionem efficere dicendum esse.* Quo loco τὴν δὲ omnino posuit pro τὴν δὴ, vel τήν γε, vel καὶ τὴν, et φατέον abundat: satis enim erat εἰπεῖν, sic tamen, ut sequeretur περιάγει, pro περιάγειν, et ἡ δὲ, pro τὴν δὲ, in nominandi casu efferretur.

XXVII. Sumitur etiam pro δὴ, cum significat ἔτι [96],

92 Pag. 12, lin 20.

93 Ita Leidens. pro quo Argent. habet τουτουΐ, et Parisiens. ed. τουτονί. Fortasse scripsit Auctor τουτοΐ vel τουτί.

94 Pag. 113, lin. 44, citante Bud. pag. 487.

95 Pag. 898.

96 Haec, ut pleraque, ex Budaeo. v. pag. 487. Recte pro ἔτι poni ait Auctor, sed nunquam, quod sciam, nisi post coniunctionem καὶ, vel rarius post cognatum ἔτι, neque in hac occasione vacat, sed significat, *Praeterea*. [Immo καὶ vel ἔτι δὲ est *et vero*. *Herm.*] vel simile quid ἐπιδοτικόν. Ita Aeschines, Epist. V *Καὶ γὰρ οἰκίαν παρεσκεύασέ μοι δημοσίᾳ δοθῆναι, καὶ χωρίον ἐν Καμείρῳ, ΚΑΙ' αὐτὸς ΔΕ ἔπεμψεν ὑμῖν τὰ ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄφθονα*, *Etenim curavit, ut mihi publice aedes darentur, et fundus Camiri, atque ipse praeterea misit nobis commeatum in annum etiam sufficientem.* Quae locutio Xenophonti admodum familiaris est. Discant interim tirones, inter καὶ et δὲ semper interponi voculam aliquam. Arrian. de Exp. Al. lib. III, cap. 2. Vbi Hegelochus post multa, quae de felici armorum successu Alexandro renunciat, subiungit: ΚΑΙ'

vel omnino vacat. Demosthen. *Εἰ ῥήτωρ ἐστὶν, οἵους*[97] *ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε*, id est, *Si eiusmodi Rhetor est, cuiusmodi nonnullos ego, ac vos etiam videtis.* Thucyd. *Δίκαιον γὰρ αὐτοῖς, καὶ πρέπον δὲ ἅμα, τὴν τιμὴν ταύτην δίδοσθαι, Aequum enim est, et vero etiam decet, hunc ipsis honorem haberi.* § 345. b.

[Exquisitus usus particulae *δὲ* esse videtur, ubi ad indignationem significandam adhibetur: v. c. Demosth. adv. Mid. pag. 582 *Ἀλλ' οὐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν· τὸν δὲ βάσκανον! τὸν δὲ ὄλεθρον! τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν δέ;* [§ 19.] Similiter utuntur Latini suo *Vero:* ut Liv. XXVI, 21 *Id vero adeo superbum atque indignum visum Annibali* etc. Id. ibid. cap. 18 *Id vero minime committendum est, Fulvius dicebat, ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium animi* etc. Terent. Eun. V, 3 *Move vero ocius te, nutrix.* Vid. Tursell. de Partt. Huc referri fortassis potest locus Xenoph. Memor. II, 9, 2 *Εἰπέ μοι, ὦ Κρίτων, κύνας τρέφεις, ἵνα σοι τοὺς λύκους ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσιν;* Conf. Iliad. *α'*, 541. *φ'*, 481.

Interdum *δὲ* adhibetur, ubi latine reddi potest *quam.* E. g. Plat. Apol. cap. 20 *Ἐγὼ γὰρ ἄλλην μὲν ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἦρξα ἐν τῇ πόλει, ἐβούλευσα δὲ, Ego nunquam aliud in civitate gessi munus, quam Senatoris.* Conf. Xenophont. Cyrop. III, 1, 8. VIII, 6, 3.

Δὲ nonnunquam in apodosi, ubi alias solet *δὴ* poni, adhibetur, in sensu *vero*, h. e. *utique, sane.* V. c. Xenoph. Hist. Gr. IV, 1, 14 *Εἰ οὖν ἐγὼ μὴ γιγνώσκω — ὑμεῖς δὲ διδάξατέ με* etc. In responsionibus servit asseverationi: ut Xenoph. Hist. Gr. IV, 1, 18 *Ἐγὼ δέ γε δέχομαι.*

Particula *δαὶ*, quae non nisi in interrogationibus vehementioribus, iisque repetitis, adhibetur, additurque particulae *πῶς, τί*, non male videtur Cl. Hoogeveno conflata esse ex *δὲ* et *αὖ*. Quare *τί δαί;* ab Hesychio egregie expli-

Μιτυλήνην ΔΕ Χάρητα ἔχοντα ὅτι ἀφείλετο, Ad haec Mitylenen, quam Chares obtinebat, esse recuperatam. Adde Aelian. V. H. lib. IX, cap. 9, in fine: *Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι εὐθετίζοντι τὴν τρίχα* etc. *ΚΑΙ τοῖς ἄλλοις ΔΕ ἐχρῆτο ἀλείμμασι, Dabat operam, ut pulcer videretur, comens capillos etc. aliisque praeterea utebatur unguentis.* Confer Ioann. XV, in fin. Act. Apost. III, 24, et V, 32.

97 *Ἐνίους* adde ex Paris. et Argentor. edit.

catur *τί γὰρ ἄλλο;* § 346. Sic Plat. in Critone cap. 10, ubi quis aliquoties frustra rogavit, tandem ait, *Τί δαὶ δή; Quid igitur est aliud?* Aristoph. Plut. 156, postquam Chremylus dixit, *Αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοὶ*, rogat Cario, *Τί δαί; Quid vero aliud?* Ibid. 906, aliquis, qui saepe iam rogaverat, quod vitae genus profiteretur alter, tandem interrogat, *Τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; Quid ergo aliud? an artem aliquam didicisti?* Id. in Eccles. 970. Vetula: *Οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;* Iuvenis: *Πόθεν;* Vetula: *Καὶ τὴν θύραν γ' ἤραττες.* Iuvenis: *Ἀποθάνοιμ' ἄρα.* Vetula: *Τοῦ δαὶ δεόμενος δᾷδ' ἔχων ἐλήλυθας;* Vet. *Heus tu, quid pulsas fores? Mene quaeris?* Iuv. *Vnde hoc?* Vet. *Ac ianuam certe pulsabas.* Iuv. *Emoriar, si fecerim.* Vet. *Qua alia ergo de causa facem huc attulisti?* Iliad. κ', 406 *Ποῦ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα, ποιμένα λαῶν; Ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα; ποῦ δέ οἱ ἵπποι; Πῶς δαὶ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί;* § 346. b. Atque revera *τί δ' αὖ;* occurrit Plat. lib. IV, legg. init. Post aliquot interrogationes tandem quis rogat, *Τί δ' αὖ πεδίων, καὶ ὀρῶν, καὶ ὕλης, πῶς μέρος ἑκάστων ἡμῖν εἴληχε;* Z.]

S E C T I O IX.

De Coniunctionibus ὅτι et τοίνυν.

R E G V L A I.

Ὅτι, *quod*, praeter observata superius, Graece eleganter ac vulgo usurpatur cum nominativo ac verbo proprio, ubi Latini accusativum cum infinitivo coniungunt. Xenoph. *Ἑλληνικῶν* VI, *Εἶπεν, ὅτι βούλεται, Dixit, quod vult*, id est, *Dixit se velle:* sed hoc eius usu nihil contritius. [98]

98 Mirum, quam liberi in varianda verborum structura sint Graeci. Nam, ubi priori orationis membro usurpant nominativum cum verbo personali, praecedente ὡς vel ὅτι, nonnunquam mutata constructionis forma, in altero membro utuntur accusativo cum infinitivo, ut Lucian. in Conviv. Tom. III, pag. 419, lin. 83 [ed. Amst.] *Καὶ τὸν Διόνικον γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν, ὩΣ ΑΥΤΟΣ μὲν οὐ ΠΑΡΕΓΕΝΕΤΟ ἅπασι, ΣΕ δὲ ἀκριβῶς ΕΙΔΕΝΑΙ τὰ γεγενημένα.* Pro, *αὐτὸς μὲν οὐ παραγενέσθαι, σὲ δὲ* etc. Vel, *ὡς αὐτὸς μὲν οὐ παρεγένετο, σὺ δὲ οἶδας, Etenim*

II. *"Οτι*, cum superlativo tam nominis, quam adverbii, videtur quandam adverbii rationem induere, idemque valere, quod apud Latinos *quam:* ut ὅτι βέλτιστα, *quam optime*, ὅτι τάχιστα, *quam celerrime*, ὅτι πλεῖστοι, *quam*

ipsum dixisse Dionicum, se ipsum omnibus non interfuisse, sed te accurate scire, quae facta sunt. Sed et iidem Graeci audaciores in eodem membro cum accusativo orationem obliquam incipiunt, et deinde, mediante ὅτι, in finitivam desinunt: et contra, quamvis ὅτι orationem incipiat, tamen quandoque sententiam claudunt infinitivo, praecedente accusativo. Prioris exemplum est in Tab. Ceb. pag. 217 *"Οταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας, "ΑΣ καὶ πρότερον εἶπον, "ΟΤΙ 'ΑΚΡΑΣΙ'Α καὶ 'ΗΔΥΠΑ'ΘΕΙΑ ΚΑΛΟΥ͂ΝΤΑΙ, Quum venerint ad mulieres, quas et antea dixi Incontinentiam et Luxuriam vocari.* Euang. Ioann. cap. VIII, 54 *"Εστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με, "ΟΝ, ὑμεῖς λέγετε, "ΟΤΙ ΘΕΟ'Σ ὑμῶν 'ΕΣΤΙ.* Pro, *Θεὸν ὑμῶν εἶναι. Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quod Deus vester sit.* Pro, *Deum vestrum esse.* Alterius exemplum est apud Lucam in Act. Apost. XXVII, 10 *"Ανδρες, θεωρῶ, "ΟΤΙ μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ΜΕ'ΛΛΕΙΝ ἔσεσθαι ΤΟ'Ν ΠΛΟΥ͂Ν.* Pro, *μέλλει ἔσεσθαι ὁ πλοῦς. Viri, video, cum periculo et multo damno non solum oneris et navis, sed etiam capitum nostrorum futuram navigationem.* Adde sis Stephan. Byzant. de Vrbib. in *Τρεμιθοῦς· Φασὶ δὲ, "ΟΤΙ, ἐπιβάσης 'Αφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τῆς παρουσίας τῆς δαίμονος ὑπὸ τρόμου ΔΙΑΣΑΛΕΥΘΗ͂ΝΑΙ, διὸ καὶ ΤΡΕΜΙΘΟΥ͂ΝΤΑ ΚΛΗΘΗ͂ΝΑΙ, Aiunt vero, hunc locum, postquam Venus accesserat, ob Divae praesentiam vehementer fuisse concussum, et hinc Tremithuntem appellatum esse.* Si quis plura huius Syntaxeos exempla requirat, adeat doctissimi Viri Georg. Raphelii adnotationes in N. T. ex Polybio et Arriano collectas, ad loca Ioannis et Lucae modo citata; H. Stephanum ad al. script. de Dial. Att. pag. 77 et Act. XVI, 3. Caeterum quam variis, et a Latina consuetudine diversis modis Graeci orationem obliquam sive infinitam adornent, varient et mutent pro lubitu, notavimus supra ad Cap. V, Sect. 3, Reg. 9. [In eiusmodi locis cauti esse debemus, ne statim putemus, Infinitivum pendere ab ὅτι, cum potius ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum sit aliquod repetendum, unde regatur ille Infinitivus: quae res interdum fefellit viros caeteroqui doctissimos. Sic v. c. in loco Plat. Phaed. cap. 8, *Νῦν δὲ εὖ ἴστε, ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην· "ΟΤΙ μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς "ΗΞΕΙΝ, εὖ ἴστε ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διϊσχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο*, non placet mihi sententia Cl. Fischeri, opinantis, ἥξειν regi ab ὅτι. Etenim commode ex priori membro repeti potest ἐλπίζω, atque ita omnia sunt plana, et omnis constructionis novitas tollitur. Z.]

plurimi.[99] Quo sensu etiam cum substantivis quibusdam coniungitur; ut, *ὅτι τάχος*, *quam celerrime.*[1]

III. Aliquando interrogationi servit, *cur? quamobrem?* tuncque fere praecedit *τί*, et subauditur verbum *ἐστιν.* In Euangelio b. Marci cap. IX, 23 *Τί*[2] *ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;* *Quid quod*, id est, *Quid est quod*, vel, *quamobrem ipsum non potuimus eiicere?*

Pro *τί ὅτι;* Aristophanes dicit, *ὅτι τί δή;* pro quo mavult Plato[3], *ὅτι δὴ τί;* addito etiam *μάλιστα*, id est, *cur tandem?*[4] Saepius tamen *ὅτι*, (*quia*) responsioni servit, ut sexcentis exemplis patet.

IV. *Ὅτι*, *quod*, non raro abundat, cum alicuius verba referuntur. * Demosthen. in Leptin. *Οὐδὲ γὰρ εἶχε καλῶς εἰπεῖν, ὅτι, ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα·* id est, *Nec enim honeste diceretur, illum et illum iam habere:* vel Graeco propius: *Atqui iam ille, et ille habent.* Quae loquendi ratio, si verba tantum singula cogitentur, alienum plane sensum efficiet, ut Apocalyps. III, 17 *Ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι*, verbatim, *Quia dicis, quod dives sum*, id est, *te divitem esse:* cum verba sonare videantur, eum de quo loquitur, dicere, Christum ipsum esse divitem, non se. Quo tamen loco, et aliis plerisque, recte ac pie noster Interpres nativum illum Graecae dictionis candorem exhibuit.[5]

99 Sic *ὅτι μέγιστος* apud Thucyd. lib. I, cap. 126 *Ὅπως σφίσιν ὍΤΙ ΜΕΓΙΣΤΗ πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν*, *Vt quam maxima illis esset belli gerendi caussa.*

1 Ita Hippocrat. in epist. ad Hystanem, Hellesponti praefectum: *Γράφων ὅτι τάχος*, *Scribens quam primum*, *quam celerrime.*

2 In meis editionibus abest vocula *τί.*

3 De Rep. lib. I, pag. 343.

4 Pro eodem dicit Aristophanes *Ὁτιὴ τί;* *Quid quod quid?* i. e. *Quae est ratio? Quamobrem?* Et Lucianus *Ὅτι τί;* vid. in Charonte pag. 141: H.

* Vide quae de hac re diximus supra ad pag. 191. Z.

5 In sermonibus *τῶν διαλεγομένων* saepe periodum claudit Particula *ὅτι*, et tunc intelliguntur verba eius, qui prior locutus fuerat. Plat. Gorg. pag. 475, lin. 38 *Σωκρ. Οὐκοῦν κακῷ ὑπερβάλλον τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. Πῶλ. Δῆλον δή, ὍΤΙ.* Scilicet *τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι.* Socr. *Igitur id, in quo plus est mali, iniuriam scilicet facere, peius erit, quam pati.* Pol. *Perspicuum est, quod.* Supple *haec sint vera.* Eodem plane modo apud eundem, lib. de Rep. II, pag. 381 *Ἀλλ' ἄρα αὐτὸς αὑτὸν μεταβάλλει ἂν καὶ ἀλλοιοῖ; Δῆλον, ἔφη, ὍΤΙ, εἴπερ ἀλλοιοῦται*, *Sed fortasse se ipse mutat et alium facit.*

V. Aliquando διότι, unica voce paroxytona, pro simplici ὅτι ponitur, licet positum etiam videri queat pro δι' ὅ, τι· sed quantum ad usum, perinde est. Polybius Histor. I[6] Οἶμαι πάντας ὁμολογήσειν, διότι καὶ λίαν πολύ τι τῆς ἀληθείας ἀπελείποντο πρόσθεν, id est, *Confessuros omnes existimo, se admodum a rei veritate prius abfuisse.* Vbi vel λίαν, vel πολύ τι, videtur abundare. Ibid.[7] Διότι δὲ ταχέως ὑφ' αὑτοὺς ποιήσονται τὴν Σικελίαν, προφανὲς ἦν, *Quod autem brevi Sicilia potituri essent, res per sese manifesta erat.*[8] [Πολλὰ παραδείγματα λέγουσιν — ἄλλά τε καὶ διότι φιλόξενος — Aristot. Pol. VIII, 7, 16. *Reizius.*]

VI. Ὅτι μὴ, (*quod non,*) passim pro εἰ μὴ, id est, *nisi*, accipitur. Aristid. Panathen. Ἐν ἐπιστολαῖς ταῖς Ἑλληνικαῖς οὐδὲν ἦν, ὅτι μὴ Ἀθῆναι, id est, *In epistolis Graecis nihil erat, nisi Athenae.* [cf. Aelian. V. H. II, 10. Z.]

Scilicet, inquit, siquidem mutatur. Nec aliud quid notant unico vocabulo scriptae particulae δηλονότι, quam δῆλον, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, *Perspicuum est, haec ita se habere.* Estque hic loquendi mos perpetuus in εὖ ἴσθ', ὅτι, et εὖ οἶδ', ὅτι, de quibus supra, Cap. V, Sect. 8, Reg. 16 et 17. Est et alia in hac vocula ellipsis observanda, ubi praecedentia verba non quidem repetenda sunt, sed quae praemitti debuissent, plane desiderantur: quod Demostheni admodum est familiare in citandis testimoniis. E. g. in Oratione adversus Pantaenetum, pag. 628, lin. 23 Ἀλλὰ μὴν, ὍΤΙ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας, *Atque (ut constet) haec me vera dicere, voca mihi, qui testentur.* Eodem modo in orat. adversus Phorm. pag. 589, lin. 39 Καὶ ὍΤΙ ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τήν τε μαρτυρίαν καὶ τὸν νόμον, *Et (ut constet) haec a me vere dici, cape mihi et testimonium et legem.* Integer sensus est: Ἵνα δῆλον ᾖ, ὅτι ἀληθῆ λέγω etc. [Immo ὅτι pendet e nomine τὴν μαρτυρίαν, vel τοὺς μάρτυρας, i. e. τοὺς μαρτυροῦντας. *Herm.*] Simili modo apud Platonem in Euthyph. pag. 3, lin. 15. Vbi, postquam Socrates questus fuerat, se a quodam exagitari, quasi novos Deos induxisset, respondet Euthyphro: Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὍΤΙ δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φῂς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι, *Intelligo, Socrates, quia tu genium tibi quotidie ais adesse.* Hic aliquid deesse quis non videt? Scilicet hoc vel simili modo id, quod desideratur, supple: *Intelligo, Socrates, qua ratione haec ita ab illo fingantur, nempe, quia tu genium tibi* etc.

6 Pag. 4, in fin.

7 Pag. 9, in fin.

8 Disputantibus frequentia sunt τὸ ὅτι et τὸ διότι, praemisso articulo, quorum prius notat *exsistentiam rei;* posterius, *caussam.* E. c. apud Aristot. Ethic. lib. I, cap. 4, sub finem: Ἀρχὴ γὰρ ΤΟ' ὍΤΙ· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προςδεήσει ΤΟΥ̃ ΔΙΟ'ΤΙ, *Principium enim* (seu, *fundamentum omnis doctrinae*) *est: Rem esse: quod si satis constet, porro non opus erit ipso, cur aut quamobrem.*

At ὅτι μὴ καὶ, duobus praecipue modis reddi possunt. Primo, *nisi quod*, vel, *nisi quod etiam*, vel, *quin etiam*, vel, *imo vero*. Gregor. Nazianz. I, contra Iulian. Τοὺς ἐλέγχους δὲ οὐ διέφυγεν, ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον τούτοις ἑαυτὸν ὑποθεὶς ἠγνόησεν, id est, *Quo minus tamen deprehenderetur, effugere non potuit: imo vero imprudens licet, quo certius deprehenderetur, effecit.* Postrema verba sic Budaeus vertit: *Nisi quod non intellexerat, hoc facto se diffidentiam suam prodere.* [9]

Potest etiam ὅτι μὴ καὶ reddi, *quanquam*, *tametsi*. Idem Gregor. orat. XX, ubi de profana scientia: Ὅσον δὲ εἰς δαίμονας φέροι, διεπτύσαμεν, ὅτι μὴ κἀκ τούτων εἰς θεοσέβειαν ὠφελήμεθα, id est, *Quidquid autem ad daemones raperet, id totum exsecrati sumus: quanquam ex iis quoque rebus multum in divino cultu profecimus.* [10]

9 Pag. 479. Caeterum πλήν γ' ὅτι καὶ est ἐπανορθωτικὸν, redditurque, *si non*, *nisi quod*, vel si quid his simile. Aristid. orat. pro Quatuorviris, pag. 305 Ὥστ' ἔμοιγε δοκεῖ τῆς Τερπάνδρου μᾶλλον ἂν εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι, ΠΛΗ'Ν Γ' Ὅ́ΤΙ ΚΑΙ` παρελήλυθεν, *Ita ut mihi videantur posse potius cum Terpandri Musica comparari*, *si non*, vel, *nisi quod etiam eam praecellunt.*

10 At οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ redditur, *Tantum non*, vel, *Parum abest*, *quin.* Arrian. de Exp. Al. pag. 52, lin. 23 Οἱ δὲ, ὕδατός τε σπάνει, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ πολιορκούμενοι ἐν ταῖς ναυσὶν, ἐς Σάμον ἀπέπλευσαν, *At illi, aquae caeterarumque rerum necessariarum inopia tantum non in navibus obsessi, in Samum navigaverunt.* H.

Hic quoque nostro modo oeconomiam τοῦ ὅτι tradenius, inprimis Hoogeveno duce usi. Haec particula, quae Hoogeveno recte conflata esse videtur ex ὅ et τὶ, unde quoque saepe apud Homerum ὅ pro ὅτι occurrit, uti Iliad. ε', 433 Γιγνώσκων, ὅ οἱ αὐτὸς ὑπείρεχε χεῖρας Ἀπόλλων, habet 1) usum διηγηματικὸν seu *narrandi*, ubi Latini fere ponunt accusativum cum infinitivo. Vt Xenoph. Cyrop. II, ἀπαγγείλατε τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ τάδε, ὅτι φαμὲν ἡμεῖς etc. *Nunciate haec Indorum regi, nos dicere etc.* Fere adiunctum habet Indicativum: quae res ita nota et vulgaris est, ut exemplis non egeat. Sed ubi oratio est obliqua et de re aliqua praeterita, boni scriptores solent ponere Optativum: ut Xenoph. Cyrop. II, 4, 7 Οἱ δ' Ἰνδοὶ εἰσελθόντες ἔλεξαν, ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ κελεύσειεν ἐρωτᾶν etc. Caeterum tenenda est Graecorum consuetudo in narrando, a Latina ratione temporis diversa. Graeci enim in narrando spectant tempus id, quo res narrata accidit, sive quo quis dicitur aut dixisse aut fecisse aliquid. Igitur solent tempore praesenti uti, ubi Latini contra adhibent tempus praeteritum, propterea quod spectant tempus id, quo res narratur. V. c. Latini dicunt, *Quae-*

VII. *Τοίνυν*, quod initio quidem periodi ponitur, sed tamen vocem aliquam sequi debet, hos praecipue usus

rebant, quis tandem iste Socrates ESSET: Aelianus autem V. H. II, 23 ait: Ἐζήτουν, ὅςτίς ποτε οὗτος ὁ Σωκράτης ἘΣΤΙ. It. Phil. Legat. ad Cai. pag. 770 Διαγγελείσης οὖν, ὅτι ΝΟΣΕΙ, φήμης. Matth. XVI, 21 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν, ὅτι ΔΕΙ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ etc. Porro saepe illud ὅτι in sensu narrandi est index ellipticae orationis. Nam a) ante ὅτι ellipsis interdum est statuenda. Vt Isocr. Paneg. 151 ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, (intellige τοῦτ' ἔστι,) ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. Aeschin. de Fals. Legat. pag. 233 Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τὰ ψηφίσματα, ἵνα εἰδῆτε τὴν ἀνωμαλίαν αὐτοῦ etc. Quoniam hic ὅτι non habet, ad quod referatur, intellige ἵνα δῆλον ᾖ, s. πρὸς τὸ γνῶναι, s. ὥςτε δῆλον εἶναι, ὅτι etc. Atque sic fere semper solet fieri in citandis testimoniis, decretis et legibus. Similiter apud Scholiastas in exordio novarum observationum solemne est praeponere ὅτι, ita ut ante intelligatur ἰστέον, aut σημείωσαι. Tum apud eosdem ante ὅτι intelligi debet φασὶν aut φησὶν, ὁ καὶ ὁ, quando ad significandam alterius sententiam praeponunt ὅτι. V. c. Harpocrat. in ὅτι: Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων, Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ. b) Post ὅτι nonnunquam aliquid praetermittitur tum, cum nil sequitur, ad quod ὅτι referatur. E. g. Plat. in Gorg. pag. 475. aliquis rem affirmat ita, δῆλον δὴ ὅτι. Repete igitur ea, quae antecesserunt, vel supple sic: ὅτι τοῦτ' ἀληθές ἐστιν. Vid. supra ad §. IV, num. 5, Hoogevenum. c) Apud Xenophontem saepe ὡς ὅτι coniunguntur: v. c. Hist. Gr. lib. VI, pag. 604 Ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς, ὩΣ, εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅΤΙ πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται, ὑποστρέψαντες ὁμόσε ἐχώρησαν. Similiter ibid. pag. 601. Exped. Cyr. lib. VI, pag. 382. Hist. Gr. lib. III, pag. 489. Cyrop. V, 3, 30. In eiusmodi locis statuendum est, vel alterutram particulam abundare, vel, uti Hoogevenus opinatur, ante ὅτι ellipsin esse δῆλον. 2) Tributus est usus αἰτιολογικὸς, et significat *quod*, *quia*, adeo ut referatur ad verba διὰ τοῦτο, quae fere praetermittuntur. Vt Plat. Phaedr. pag. 237 τοὺς πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασιν τὴν οὐσίαν ἑκάστου. Id. Euthyphron. cap. 12 Ἆρα τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν, ἢ ὅτι φιλεῖται. ὅσιόν ἐστιν; Sed διὰ τοῦτο addita reperiuntur Ioann. Euang. XV, 19. Hinc in hoc sensu pro ὅτι saepe ponitur διότι. Plat. l. l. Λέγε δή μοι, πότερον τὸ φερόμενον, διότι φέρεται, φερόμενόν ἐστιν, ἢ δι' ἄλλο τι; Interdum illud ὅτι reddi potest *cur?* Cuius rei causa est, quod ante illud reticetur τί ἐστιν. Vt Iliad. α', 64 Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων, h. e. *Qui dicat*, quid est, [sit. Notavit Hoogevenus in praefat. libelli contra Zeunium editi p. V. *Herm.*] quod (seu, *cur*,) *Apollinis ira tantopere saeviat.* Sic Plat. Euthyphr. c. 2. Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φῂς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι, ante ὅτι intelligi debet ὅθεν πλάττει ταῦτα, aut simile quid. 3) Occurrit ὅτι in sensu ἐπιτατικῷ, pro *valde*, *quam*. Hoogevenus, ut explicetur cau-

habet. Primo, vel per se solum (quod vulgare admodum est) vel, quod rarius, praecedente *μὲν*, significat *igitur*. De-

sa cur talis vis sit subiecta, existimat, ὅτι valere idem quod ὅ, τι divisim scriptum, atque aliquam ellipsin esse admittendam. V. c. Plat. de Rep. lib. IV, pag. 420, ubi est, *Non hanc ob caussam civitatem condimus, ut in ea aliqua gens separatim sit felix*, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις, censet ille ellipsin esse ita supplendam: ἀλλ' ὅπως ὅλη ἡ πόλις οὕτως εὐδαίμων ἔσται, ὡς ὅ, τι μάλιστα, h. e. *ut tam sit felix, quam quod maxime*. Plat. Euthyphr. initio: Ὀρθῶς γάρ ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι, idem ita supplet, ὅπως ἔσονται τοῦτο, ὅ, τι οἱ ἄριστοι εἰσιν. § 347. 4) Inter spurias huius particulae significationes, si res aestimetur ex pura graecitate, equidem referendam esse censeo a) eam, qua pro ὥςτε ponitur. 1 Io. IV, 17 Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὍΤΙ, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Conf. Io. Euang. VII, 35 Matth. XIII, 13. b) eam, qua pro ὅτε usurpatur. Io. Euang. XVI, 26 Ἔρχεται ὥρα, ὍΤΙ οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν. Nam eiusmodi significationes originem habent ex usu Ebraicae particulae כִּי. c) eam, qua post verbum timendi quidam dici putant pro μὴ, *ne*. V. c. Plat. Apol. cap. 7 αἰσθανόμενος μὲν, καὶ λυπούμενος, καὶ ΔΕΔΙῺΣ, ὍΤΙ ἀπηχθανόμην. Nam recte Hoogevenus ait, non timuisse Socratem, *ne* in odium incurreret; sed *quia* iam concitata esset invidia, ideo timuisse.

Restat, ut paucis videamus de coniunctione particularum aliarum cum ὅτι. 1) Saepe occurrit ὅτι μὴ, quod utique reddi debet *nisi*, et idem valet, quod εἰ μὴ, aut ἐὰν μή. Hoogevenus ante ὅτι ellipsin ἴσθι aut simile quid esse statuit, praesertim cum ὅτι μὴ nunquam adhibeatur, nisi praecedente negatione. Verum haec ratio primum mihi videtur repugnare exemplis. Nam ap. Plat. in Critone cap. 14, luculenter εἰ μὴ et ὅτι μὴ inter se, ut idem valentia, permutantur: οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις, ΕἸ ΜΉ σοι διαφερόντως ἤρεσκε· καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὍΤΙ ΜῊ ἅπαξ εἰς Ἰσθμὸν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, ΕἸ ΜΉ ποι στρατευσόμενος. Deinde si hic ante ὅτι intelligis ἴσθι, efficitur sensus omnino falsus, quia ita μὴ ἅπαξ significat *non semel*, h. e. *saepissime*: id quod plane consilio Platonis repugnat. Denique si v. c. in illo Thucydidis IV, 26 Οὐ γὰρ ἦν κρήνη, ὍΤΙ ΜῊ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου, καὶ αὕτη οὐ μεγάλη, cum Hoogeveno orationem ita supples, οὐκ ἦν κρήνη· ἴσθ' ὅτι οὐκ ἦν παντάπασι οὐδὲ μία· μία γὰρ ἦν ἐν ἀκροπόλει etc. ellipsis nimis dura effici videtur. Fortassis debet intelligi post μὴ tantum ἢ, § 347. quod in aliis formulis frequenter solet omitti, veluti post πρὶν etc. Igitur in illo Platonico ὅτι μὴ ἢ esset *quia non alio sc. ivisti, quam*: et in Thucydideo ὅτι μὴ ἄλλη, ἢ, *quoniam non alius fons sc. erat, nisi*. Nam et ἄλλο saepe omitti, satis constat, et saepe est demonstratum. 2) Ὅτι τὶ § 348. recte videtur

mosthen. pro Corona: Τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον, id est, *Quod ergo primum ea in legatione contigit.*

Secundo, idem est, quod δή, *utique*, *videlicet*. [Non haec, sed *iam* vel *nunc*. *Herm.*] Ibid.[11] cum dixisset duo esse, in quibus deteriori, quam Aeschines, conditione uteretur, subdit: Τούτων τοίνυν, ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τούτῳ δέδοται, ὃ δὲ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί, id est, *Ex iis videlicet, quod delectationem afferre solet, huic tributum est: quod autem universis, ut verbo dicam, molestum est, id mihi restat.*

VIII. Tertio valet, μὲν οὖν, *et quidem*, *et vero*, [Non haec. *Herm.*] *atque*. Demosthen. ibid.[12] Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι, οὔτε δικαίως, οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα, id est, *Et quidem accusationis huius capita omnia, ex istis similiter quivis intelligat, nec iuste allata esse, nec ullo modo cum veritate coniuncta.* Sequitur, Βούλομαι δὲ καὶ καθ' ἓν αὐτῶν ἕκαστον ἐξετάσαι, id est, *Vnumquodque tamen excutere sigillatim volo.* Sic quod Latini dicunt, *Atque ut omnes intelligant*, Graece reddi potest, Ὡς τοίνυν ἅπασι φανερὸν γένοιτ' ἄν.

IX. Quarto, in transitionibus oratoriis locum habet, significatque *iam vero*. Isocrates in Panegyr. ad publicos et solennes conventus ab Atheniensibus institutos accedens, Τῶν τοίνυν, inquit, τὰς πανηγύρεις καταστησάντων, δικαίως ἐπαινουμένων, etc. id est, *Iam vero, cum ii suo iure laudentur, qui publicas celebritates instituerint.* Demosth. pro Coron. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην ἡ πόλις, ἐνταῦθα πάλιν σκέψασθε, τί ἡμῶν ἑκάτερος προείλετο πράττειν, *Iam vero, postquam Respublica pacem fecisset, hic mihi rursus attendite, quam uterque nostrum agendi rationem sequi statuerit.* Ibid.[13] Οὐ τοίνυν, οὐδὲ τὴν ἧτταν, εἰ ταύτῃ

contendere Hoogevenus plus significare, quam simplex διὰ τί; quia, cum ὅτι quasi ex alterius persona addatur, et τί ex ipsa persona interrogantis, videatur vehementius interrogare. Ad vehementiam augendam interdum coniunguntur ὅτι τί δή; aut ὅτι δή τί; pro quo contracte quoque dicitur ὁτιή τί; sicut pro ἐπειδή contracte dicitur ἐπειή. Z.

11 Paulo post principium. Sed cur ibi non debeat reddi *igitur*, non video.

12 Pag. 815, lin. 8. Vbi denuo *igitur* redde sine periculo. Neque illud ὁμοίως mea quidem sententia recte vertit Auctor, cum ad τὸ δικαίως et ἐπ' ἀληθείας sit referendum: malim: *aeque iniusta, et a veritate aliena.*

13 Pag. 847.

γαυριᾶς, ἐν οὐδενὶ τῶν παρ' ἐμοὶ γεγονυῖαν εὑρήσετε τῇ πόλει, id est, *Iam vero*, vel *caeterum*, *porro*, *ne cladem quidem istam ulla ex re*, *quae commissa mihi fuerit*, *in urbem redundasse*, *reperietis*.

X. Quinto, in iisdem transitionibus reddi potius debet, *at*, *verum*, *sed*. Demosthen. ibid. propius accusationi responsurus, Βούλομαι, inquit, τοίνυν ἤδη, καὶ περὶ τῆς γραφῆς αὐτῆς ἀπολογήσασθαι, id est, *At iam ipsimet accusationi respondere volo*. Ibid. Βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν ἐφ' ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην, *Sed volo ad ea iam redire*, *quae deinceps in Republica gessi*. Et, Οὐ τοίνυν μόνον τῷ μὴ καθυφεῖναι ταῦτα σεμνύνομαι, *At non eo tantum mihi placeo*, *quod hoc in genere nihil remiserim*. Dixit enim καθυφεῖναι ταῦτα eodem sensu, quo καθυφεῖναι περὶ τούτων, de quo in cap. de Verbo diximus.

XI. Sexto, significare videtur, *et tamen*, [Non hoc. *Herm.*] vel, *atqui*. Demosthen. ibidem [14] cum dixisset, Aeschini eo tempore accusationem instituendam fuisse, quo Demosthenes ipse Rempublicam laederet; subdit, Οὐ τοίνυν ἐποίησας οὐδαμοῦ τοῦτο, id est, *Et tamen*, vel, *atqui nusquam id fecisti*. Ibid. Φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, καὶ οὐ μέμψεως, οὐδὲ τιμωρίας, *Atqui me tum gratiam ex eo retulisse constat*, *non reprehensionem*, *aut poenam*.

XII. Septimo, cum pronomine primae personae, adiuncto fere μὲν, commode verti potest, *equidem*. Demosthen. ibid. [15] Ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα, βουλεύων ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις, *Equidem eiusmodi decretum edidi*, *quo auctor eram*, *ut legati*, *quam celerrime fieri posset*, *navigarent*.

14 Pag. 316. Vbi tamen etiam potest reddi, *iam vero:* vernacule: *Wel nu dat hebt gy niet gedaan.*

15 Pag. eadem, ubi commode haberi possit signum prolixioris orationis, et vix differt a μὲν δὴ, et μὲν οὖν, de quibus supra.

S E C T I O X.

De Coniunctione ὡς, cum adiunctis particulis.

R E G V L A I.

De Coniunctionibus ὡς et ὥςτε primum hoc tirones moneo: usurpari eas posse, ubicunque *ut* Latinum potest; si tres usus excipias, in quibus ὥςτε locum non habet, de quibus paulo post; cum ἵνα locum ibi tantum habeat, ubi, *ut*, significat.[16] Lucian. Nigrin. *Εἰ γάρ τοι, ἔφη,*

16 Magna hic editionum discrepantia. In Parisiensi omnia, quae ab hoc Luciani loco usque ad Callimachi versum in regula 4. allatum continentur, frustra quaeres. Contra habet editio altera Parisiensis, qua usus est Lederlinus, quae in Leidensi desiderantur. Quare haec nostris animadversionibus inserere visum est. Post haec Auctoris verba: *ubi*, *ut*, *significat*, habes sequentia. „*Afin*, *que*: (tametsi apud „Poetas significet etiam *ὅπου*, *ubi*) „*ὥςπερ* vero, tum duntaxat, cum „*ut* significat *quemadmodum*. Bar„barus igitur esset, qui haec La„tina, *ut enim gravius nihil est*, „Graece verteret, *ἵνα γὰρ δεινό„τερόν ἐστι μηδέν;* aut qui haec „alia, *ut ergo facilius id nobis „sit*, *ὥςπερ οὖν ῥᾷον ἂν ἡμῖν „τουτὶ γένοιτο*· utrumque autem „per ὡς et ὥςτε recte verteretur.

„Secundo, ὡς, ὥς γε, ὡς δὴ, „ὡς οὖν, ὡς γοῦν (non autem „ὥςτε, ὥςπερ, ἵνα) sumi possunt „eo sensu, quo *ut* Latinum, signi„ficans *quatenus*, vel, *quomodo*. „Thucydid. libr. IV *Ἦν δὲ οὐδὲ „ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰ„πεῖν*, id est, *Neque vero dicendi „facultate carebat*, *uti Lacedae„monius:* Gallice, *pour un Lace„demonien.* Sic, *Homo satis*, *ut „illa quidem aetate*, *urbanus ac „politus*, *Ἀνὴρ*, *ὡς δὴ τότε*, „*κομψός που καὶ ἀστεῖος ἐπιεικῶς*. „Sic, *τοὔργον ἐξηκρίβωσεν*, *ὥς γε*, „vel *ὡς δὴ κατ' ἄνθρωπον*, id „est, *opus hoc*, *ut humanus quidem „captus est*, *ad amussim exegit.*

„Tertio, *ut* Latinum significans „*cum*, vel, *ut primum*, reddi etiam „potest per ὡς, (non ὥςτε vel „ὥςπερ) vel cum indicativo, vel „cum infinitivo: ut, *ὡς ἴδε* vel *ὡς „ἰδεῖν ἐπικείμενον*, *ut imminentem „vidit.* Quomodo praesertim Poe„tice, geminatur illud ὡς, ut apud „Theocrit. Idyll. III, 42 *ὡς ἴδεν*, „*ὡς ἐμάνη*, *ut vidit*, *ut insaniit.* „Virgil. *ut vidi, ut perii.* *Ὡς ἴδον*, „*ὡς ἀπόλωλα.* Galli particulam, „*comme*, eodem sensu accipiunt. „Quod enim Demosthen. v. g. ora„tione pro Corona dicebat, *ὡς δ' „οὐκ ἤθελον, χαρακώματα βαλό„μενος πρὸς τῇ πόλει, καὶ μη„χανήματ' ἐπιστήσας ἐπολιόρκει*, „Gallus diceret: *Mais comme ils „ne le voulurent pas*, *il planta „son camp devant la ville*, *et „ayant dressé ses machines*, *com„mença à la battre.* [Ὡς in sensu temporis eleganter repetitur, ad celeritatem rei exprimendam. Vt Theocrit. Idyll. II, 82 *ὡς ἴδον*, *ὡς ἐμάνην*, *ὥς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη.* Iliad. *υ'*. 424 *Ὡς εἶδ'*, *ὡς ἀνέπαλτο*, *καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.* Iliad. *τ'*, 16

(scilicet *Momus*) τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, παρ' αὐτὴν, ὡς οἷόντε, τὴν ἀναπνοὴν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς, *Nam si violarum et rosarum odore delectantur, sub naribus potissimum eos coronari oportebat, iuxta ipsam, quantum fieri potest, respirationem, ut voluptatis inde quamplurimum attraherent.*

Accusabat scilicet eos, qui coronas gestabant, quod locum nescirent, ubi eas adhibere deberent. Vbi notandum, ἵνα cum indicativo construi: idque fit, (uti Budaeus loquitur)[17] ubi de praeterito sermo est, sive sit παρατατικὸς, sive ἀόριστος, sive παρακείμενος· ἀνέσπων vero pro ἀνασπῷεν. § 350.

Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος, h. e. *Vt primum vidit, statim vehementius irasci coepit.* Interdum eadem particula temporis durationem significat, *Dum.* Vt Plat. Euthyphr. cap. 4 Καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν, *Quamdiu* [Non *quamdiu*, sed *quum. Herm.*] *in Naxo agriculturae operam dedimus, illic apud nos erat mercenarius.* Io. Euang. II, 23 Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Luc. Euangel. XII, 58 Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα ἐν τῇ ὁδῷ, δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ. Caeterum Vigerus, aliique falluntur, si putant, ὡς in hoc sensu construi cum Infinitivo. Etenim recte monet Cel. Hoogevenus, in locis, quae hoc nomine laudentur, Infinitivum non regi ab ὡς, sed pendere ab oratione obliqua. Confer eundem Hoogevenum supra ad calcem capitis II. Z.]

„Quarto, alium etiam usum par-„ticulae *ut*, pro *utinam*, vel *uti-„nam vero*, vel *atque utinam*, apud „Poetas, maxime Comicos, fre-„quentissimum, eadem particula ὡς „(non ὥςτε, vel ὥςπερ) repraesen-„tat, non in stricta modo, sed „etiam in soluta oratione. Sic illum „Callimachi versum,"

Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων etc.

17 Pag. m. 304. Adde omnino Devarium de hac particula, et H. Steph. in Append. pag. 137. At coniunctio ἵνα in verbis Luciani (qui locus exstat pag. 64, Tom. I.) commode per ὅπου explicari potest, [Non potest. *Herm.*] id est, *ubi*, quia agitur de loco, ubi adhibendae coronae. In qua significatione hac coniunctione non soli Poetae, sed et solutae orationis scriptores utuntur, quanquam minus saepe. Obiter hic nota, ἵνα τί, vel una voce, ἱνατί, vel, interposita vocula δή, ἵνα δή τί, interrogationi inservire, et significare, *Quamobrem, cur tandem?* Matth. XXVII, 46 Ἱνατί με ἐγκατέλιπες; *Cur me deseruisti?* Aristoph. Nub. vs. 1194 Ἵνα δή τί τὴν ἔνην προςέθηκε; *Cur tandem veterem apposuit?* Confer. Ezech. XVIII, 31. 1 Cor. X, 29. H. § 349.

Ἵνα, et negative ἵνα μή, sed nunquam dicitur ἵνα οὐ, significat 1) *causam*, *Vt.* Construitur autem hoc sensu a) fere cum Coniunctivo et Optativo. § 350. Res exemplis non eget, quae ubivis sunt

obvia. b) Saepissime cum *Imperfecto*. § 350. Nec hoc mirum videri debet, cum et idem tempus aliis particulis, quae vel Coniunctivum vel Optativum poscunt, subinde iungi soleat; quare probabile videtur, Graecos, et inprimis Atticos, per Imperfectum non modo Indicativum, sed et Optativum Coniunctivumque expressisse. Sic Plat. Symp. cap. 10. Χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι, μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο. Dem. Phil. I, pag. 47 οὐ γὰρ ἐχρῆν ἱππάρχους παρ' ἡμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις. Id. pro Phorm. pag. 958 ἵνα ταῦτα ὡς εὐσχημονέστατα ἐφαίνετο. Conf. Demosth. adv. Callicl. pag. 1273, ed. Reisk. bis. it. pag. 1434. 1441. 1444. Lys. pag. 43, ad quem locum Marklandus laudat alia loca. Id. pag. 169, apud Isaeum pag. 274 et 317. c) Cum *Praeterito* Indicativi reperitur raro. § 350. Vt Dinarch. adv. Demosthen. pag. 6 Δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτοὺς — ἵνα — ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ. d) Cum *Aoristo priori* Indicativi, aeque raro. § 350. Vt Liban. Tom. I, pag. 842, 41 ἵνα μοι δυςτυχεστέραν τὴν ὑγίειαν ἀντέδωκας. e) Perraro cum *Aoristo posteriori* Indicativi. § 350. Vt Lys. adv. Simon. pag. 147 Ἐβουλόμην δ' ἄν, Σίμωνα τὴν αὐτὴν γνώμην ἐμοὶ ἔχειν, ἵν' ἀμφοτέρων ἡμῶν ἀκούσαντες τἀληθῆ, ῥᾳδίως ἔγνωτε τὰ δίκαια. f) Interdum cum *Futuro* Indicativi. § 350. Vt Iliad. φ', 314 πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε φιτρῶν καὶ λάων, ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα. Ibid. η', 353. τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε. Fallitur ergo Thomas Magister, qui ait, ἵνα ὦσι λέγε, οὐχ ἵνα ἔσονται. πάνυ γὰρ ἀμαθὲς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἵνα, ἢ ἐάν, ἢ ἄν, ἢ ἦν, ἢ ὅταν τιθέναι. Sed hic grammaticus iam refutatus est ab Abreschio in Misc. Obs. Nov. Vol. I, Tom. III, pag. 14. Saepe in N. T. eiusmodi loca occurrunt: ut Apoc. VI, 3. XXII, 14. Matth. V, 52. 1 Cor. IX. 18 etc. g) Etiam cum *Praesente* Indicativi. § 351. Veluti Iliad. α', 363 Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Anacr. Od. LI, 30 Ἵνα νήχεται γελῶσα, nisi malis ἵνα h. l. de loco intelligi. Caeterum hoc sensu saepe eleganter post verbum voluntatis ἵνα reticetur, more Latinorum. V. c. Plat. Phaed. cap. 14 ἀλλὰ τί δὴ ποιῶμεν; ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολογῶμεν; Anacr. Od. XII, 1 Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ib. XXXII, 24 Τί σοι θέλεις ἀριθμῶ; 2) Accipitur in sensu τοπικῷ, vel in loco, *ubi*, vel in locum, *quo*. Ita fere Indicativo iungitur. Vt Lys. adv. Pancleon. pag. 731 ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προςφοιτῶσιν. Dinarch. adv. Aristogit. pag. 81 εἰ ἦν ἕτερός τις τόπος ἀνοσιώτερος, ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν τοὺς ἐκ δεσμωτηρίου κλέπτοντας, εἰς ἐκεῖνον ἂν τοῦτο τὸ θηρίον ἀπαχθῆναι. Plat. Euthyphr. cap. 13 Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν, ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς· ἀλλ' ἵνα μὲν αἰδώς, ἔνθα καὶ δέος· etc. Conf. Iliad. ν', 478. ε', 360. κ', 127. Arrian. Exped. Alex. V, 2. Lucian. adv. Indoct. Tom. III, pag. 101. Thucyd. IV, 48. Sunt tamen loca, ubi Coniunctivo iungitur. vid. ad Xenoph. de Venat. VI, 7. § 332. 3) Interdum ponitur pro ὅτε. Vt Aristoph. Nub. 1235 Καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς, ἵν' ἄν (*quandocunque*) κελεύσω 'γώ σε; Io. Euang. XVI, 2 ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν

II. Ὡς et ὥςτε infinitivum postulant. Plato in Prot.[18] Ἡμεῖς ἔτι νέοι ὥςτε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι, *Nos adhuc iuvenes, ut quidem est tantae rei explicatio et iudicium.* Attice tamen etiam cum indicativo iunguntur. Gal. II, 13 Ὥςτε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη τῇ αὐτῶν ὑποκρίσει, *Ita ut Barnabas eorum simulatione abductus fuerit.*[19]

προςφέρειν τῷ θεῷ. Conf. id. XII, 23. XIII, 1. 4) Ἵνα τί, seu coniunctim, ἱνατί; significat *Quare, Cur?* Plat. Apol. pag. 26 ἱνατί ταῦτα λέγεις; Id. in Sympos. pag. 205 ἱνατί βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος; Conf. Aristoph. Pac. 408. Z.

18 Apud Bud. pag. 590.

19 At, quando cum imperativo construitur, § 352. b. commode redditur, *Itaque, Ergo.* Epict. Enchir. cap. 69 ὭΣΤΕ κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, ΣΙΩ͂ΠΑ τὸ πολὺ, *Itaque, si de praecepto aliquo inter imperitos incidat sermo, taceto maxima ex parte.* Et Sophocl. Electr. vs. 1175

Θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Ἠλέκτρα, φρόνει·
Θνητὸς δ' Ὀρέστης· ὭΣΤΕ μὴ λίαν ΣΤΕ͂ΝΕ.

Mortali nata es patre, Electra, memento. Mortalis quoque Orestes. Itaque ne nimium gemas. Adde Plat. de Rep. lib. II, pag. 362 Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ λεγόμενον, Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη· ὭΣΤΕ καὶ σὺ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἘΠΑ͂ΜΥΝΕ, *Igitur, inquam, ut est in proverbio, Frater adesto viro. Itaque tu, si quid hic praetermisit, adiuva.* Porro de locutione τὸ λεγόμενον consule Nostrum supra cap. 1, reg. 17. Vel quando subsequitur vocula interrogativa. Vt apud Aristidem, Orat. pro Quatuorviris, pag. 452, init. ὭΣΤΕ ΠΩ͂Σ ἐκείνους ἀπολύει τῆς αἰτίας; *Ita ut, quomodo,* pro, *Quomodo ergo illos absolvit?* Et paulo post: ὭΣΤΕ ΠΩ͂Σ ἐκείνους μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον λέγειν αἰτιᾶται; *Quomodo ergo eos accusat, quasi ad id, quod optimum est, non retulerint orationem suam?*

Ὡς pro ἵνα adhibitum 1) iungitur, ut ὥςτε, *Infinitivo:* v. c. Lucian. Dial. Merc. et Apoll. Τίς οὕτως ἀνέραστος ἦν, ὡς ἀποκτείνειν τὸ καλὸν ἐκεῖνο μειράκιον; *Quis adeo ab amore erat alienus, ut pulcrum illum adolescentulum occideret?* Aelian. V. H. XII, 1 Ἐς τοσοῦτον ἀμφοῖν ἡ φιλία προῆλθεν, ὡς ἐγγὺς ἰσοτιμίας εἶναι. Lucian. Timon. cap. 20 Οὐκ οἶδ', ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Aelian. V. H. XII, 35 Σιβύλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. οἱ δέ φασιν, καὶ ἕτεραι ἕξ· ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα. Lucian. adv. Indoct. cap. 3 Ἀλλ' ἀντὶ δάφνης μυῤῥίνῃ ἂν ἢ καὶ μαλάχης φύλλοις μαστιγοῦσαι, ἀπήλλαξεν ἂν τῶν τοιούτων, ὡς μὴ μιᾶναι μήτε τὸν Ὀλμειὸν, μήτε τὴν τοῦ ἵππου κρήνην. Interdum sic cum casu recto ponitur. § 353. Vt Xen. de Rep. Lac. V, 8 ὡς μήποτε αὐτοὶ ἐλάττους τῶν σιτίων γίγνεσθαι. Sic quoque adhibetur ὥςτε, v. c. Xenoph. Oec. II, 8. Memor. I, 2, 1. Cyrop. I, 1, 19. 2) *Coniunctivo.* § 350. Vt Euripid. Phoeniss. 1095 Λέξον, γέροντα τυφλὸν ὡς κατὰ στέγας ἐλθοῦσα τέρψω, *Dic, ut senem coecum domi oblectem.* Id. in Orest. 446 Πάντων πρὸς ἀστῶν (εἰλισσόμεθα),

III. Notandus est elegans iste usus particulae ὡς [20] cum participio: quod enim Latini exprimunt per praeteritum vel futurum infinitivi praecedente accusativo, Graeci efferunt per participium aoristi aut futuri praecedente ὡς cum genitivo absolute sumto; v. c. *Thaïdem Clitarchus ait in causa fuisse, ut exureretur regia Persepolitana*, Περὶ Θαΐδος φησὶν ὁ Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια. [21] *Dimanavit rumor quidam, nos inimicorum exercitum confestim insecuturos*, Φήμη τις ἐξῆλθεν ὡς ἡμῶν αὐτίκα δὴ μάλα ἀκολουθησόντων τῷ τῶν ὑπεναντίων στρατῷ. † [V. Wesseling. ad Herodot. I. 126. p. 63. Valcken. ad VIII. extr. p. 690. *Herm.*]

ὡς θάνω, *Ab omnibus civibus circumdamur, ut moriar.* 3) *Optativo:* § 350. v. g. Palaeph. cap. 7 Παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρος τιμωρήσαιτο. Conf. Euripid. Phoeniss. 1105. Iphig. Aulid. 234. 4) *Indicativo Futuri:* § 350. ut Plat. de Rep. lib. IV, pag. 420 Ἡμᾶς μὴ οὕτως νουθέτει, ὡς, ἂν σοι πειθώμεθα, οὔτε ὁ γεωργὸς γεωργὸς ἔσται, οὔτε ὁ κεραμεὺς κεραμεύς. Caeterum ut ἵνα τί cur significat, ita ὡς τί idem valet: v. g. Euripid. Phoeniss. 624 ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; Id. in Orest. 794. Pylades rogatus, Καί με πρὸς τύμβον πόρευσον πατρός, respondet, Ὡς τί δὴ τόδε; *Quorsum, quaeso, hoc?* Respondet alter, Ὥς νιν ἱκετεύσω με σῶσαι. Z.

20 Aliquando particula ὡς omittitur. Locum e Demosthene supra citavimus, ad Cap. VI, Sect. 1, in fine, n. 12. Οὐδένα δ' οἴονται αἰσθήσεσθαι, τυραννίδων ἀντὶ δημοκρατιῶν καθισταμένων καὶ τῶν πολιτειῶν καταλελυμένων, *Neminem autem putant animadversurum, Tyrannidas pro Democratiis constitui, et Respublicas dissolvi.* [Hic non est ὡς omissum. *Herm.*] In alia acceptione particula ὡς, i. e. *quomodo*, eodem modo construitur, nempe cum genitivo absoluto participii cuiuscunque temporis, sed ut plurimum praesentis: Latini utuntur *quomodo* cum subiunctivo, et in sequenti membro particula *cum*; vel aliter circumloquuntur. Illustrent hoc verba Isocratis, de Bigis, pag. 689 Ἔτι δὲ πρότερον (sc. ἀναμνήσθητε,) ὩΣ ἘΧΌΝΤΩΝ ΤΩ͂Ν ΠΡΑΓΜΆΤΩΝ, αὐτὸν κατεδέξασθε. Ad verbum: *Sed prius in memoriam revocate, quomodo sese rebus habentibus, illum receperitis*, i. e. *qua rerum conditione*, sive, *qualis esset rerum status, cum illum recepistis.*

21 Verba Athenaei lib. XIII, pag. 576. H.

† Omnino ὡς non modo cum genitivis absolutis, sed et cum aliis casibus poni solet: ubi ὡς reddi debet *tanquam, quasi, ut, quippe, utpote, quia* etc. 1) Cum Nominativis absolutis: § 354. Platon. Phaed. cap. 43 ὡς ἄλλη οὖσα ἄλλῳ πράγματι διαλεγομένη, *Quippe quae* (mens) *de diversis rebus diverso modo disserit.* Conf. id. in Phaedr. pag. 235. 2) Cum Genitivis: ut Plat. in Critone cap. 14 Τά τε ἄλλα καὶ παῖδας ἐν αὐτῇ ἐποιήσω, ὡς ἀρεσκούσης σοι τῆς πόλεως, *Et alia fecisti, et liberos procreasti in illa, quasi tibi placeret civitas.* Id. Phaed. cap. 2 οὔτε αὖ ἡδονὴ (sc.

IV. Ὡς per se posita in oratione stricta nonnunquam idem valet quod *utinam*. Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος. Catullus paene ad verbum reddit: *Iupiter, ut Chalybon omne genus pereat*. [Sophocl. Electr. 126. Theocrit. III. ult. *Herm.*] At in soluta crebro adiunctum habet εἴθε γε, (tuncque ὡς abundat, cum εἴθε per se sit *utinam*,) vel γε solum, ac fere post aliam vocem interiectam. Lucian. Ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν, *Atque utinam evomere liceret*. Synesius epistola quadam: Ὡς εἴη γε τοῦτον ἡμῖν εἶναι τῶν παρ' αὐτοῦ πώποτε στρατηγῶν εὐσεβέστατον. id est, *Vtinam vero contingat, hunc omnium, quos ab illo unquam accepimus, religiosissimum nobis esse Ducem*. Vbi εἴη, pro ἂν ἐνδέχοιτο, vel ἐγχωροίη. Ita Gallice particula *que* usurpari solet, cum dicitur, *que plût à Dieu! que fusses-tu bien loin d'ici!* †

μοὶ εἰςῄει) ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥςπερ εἰώθαμεν, Nec contra ita sum animo laetatus. ut cum nostro more de rebus philosophicis disserebamus. Ibid. cap. 4 *καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν* (scil. *ὑπελάμβανον*), *μουσικὴν ποιεῖν, ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο πράττοντος. Et existimabam, me ita per somnium incitari ad id, quod faciebam, nempe ad musicam tractandam, quasi philosophia esset inprimis musica, cui ego quoque navabam operam.* Ibid. cap. 24 *ὡς δεδιότων πειρῶ ἀναπείθειν· μᾶλλον δὲ μὴ ὡς ἡμῶν δεδιότων. Fac ut nobis potius tanquam timentibus rem persuadeas.* Xen. Memor. II, 2, 31 *ἡ πόλις οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως τοῦτου θύοντος, οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος, Civitas eiusmodi hominem magistratum gerere non sinit, quippe qui nec rite sacra pro salute civitatis faceret, nec quicquam aliud recte et iuste iste patraret.* Sic ὥςπερ construitur Ceb. Tabul. cap. 12 *ὥςπερ ὁδοῦ δοκούσης εἶναι τραχείας.* 3) Cum Accusativis: ut Xenoph. I, 2, 20 *Διὸ καὶ τοὺς υἱεῖς οἱ πατέρες, κἂν ὦσι σώφρονες, εἴργουσιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ὅμως, ὡς τὴν μὲν τῶν χρηστῶν ὁμιλίαν ἄσκησιν οὖσαν τῆς ἀρετῆς, τὴν δὲ τῶν πονηρῶν, κατάλυσιν, Quapropter filios, quamvis sint sobrii, parentes tamen arcent ab hominibus improbis,* quoniam *proborum consuetudo est virtutis exercitatio, sed improborum destructio.* Ibid. I, 3, 2 *Καὶ εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας.* Conf. ad h. l. Cel. Ernest. Adde Euripid. Phoeniss. 1470. Isocrat. in Nicol. pag. 71 Z. § 355.

† Ὡς saepe servit exclamationibus, habetque adeo vim augendi. V. c. Aristoph. Pac. 236 *Ὡς αὐτίκα μάλα τὰς γνάθους ἀλγήσετε! Quam mox malae dolebunt!* Id. in Acharn. 7 *Ταῦθ' ὡς ἐγανώθην, καὶ φιλῶ τοὺς ἱππέας! Vt ob haec gaudeo, et amo equites!* Id. in Vesp. 1266 *ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὥς σε μακαρίζομεν! Vt te fortunatum prae-*

Quinto, ὡς et ὥςπερ vel solae, vel cum particula εἰ sola, vel etiam praecedente ἂν, ita ut unicam aliquando tres illae vocem ὀξύτονον efficiant, sumuntur pro *quasi* vel *tanquam:* tuncque adverbia potius esse, quam coniunctiones videntur. Dicunt igitur ὡςεὶ, ὡςπερεὶ, ὡςανεὶ, ὡςπερανεί· saepius tamen ὡς ἂν εἰ, et ὥςπερ ἂν εἰ, tribus distinctis vocibus: quod etiam οἱονεὶ dici posset. Male autem diceretur, ἱναεὶ vel ὥςτε εἰ. Dicunt etiam ὡς ἂν, et ὡςπερ ἂν, sine εἰ, non autem ὥςτε ἄν. Exemplis nihil frequentius.

VI. Hic tamen observanda duo. Alterum est, quod absolute simul, et ironice Latini dicunt, *quasi vero*, his particulis exprimi vulgo non posse, sed aliis quibusdam, ut, ἀμέλει γὰρ, πῶς γὰρ οὔ; μενοῦνγε et similibus.

Alterum est, idem *quasi vero*, in membrorum aut periodorum initiis, reddi posse, Ὡς, ὥςπερ, ὡς ἂν, ὥςπερ ἂν, ὡς ἄρα, ὥςπερ ἄρα, ὡς ἀμέλει, ὥςπερ ἀμέλει, ὡς ἂν δηλαδὴ, ὡς ἂν δήπου, vel δήπουθεν, ὥς γε, ὡς δὴ, ὡς οὖν, ὥςπερ οὖν, ὡς οὖν δὴ, et ὥςπερ οὖν δὴ, tuncque particula εἰ vix unquam adhibetur; e. c. *Quasi vero partium mearum esset genus omne calamitatis impedire*, Ὡς ἄρα πρὸς ἐμὲ παντὸς τοῦ δεινοῦ κωλυτὴν φαίνεσθαι.[22]

VII. Sexto, ὡς, (non ὥςτε, vel ὥςπερ,) idem est, quod ὅτι· qua in acceptione triplicem fere habet usum. Primus est, Gallico idiomati propior quam Latino; ut cum dicimus, *Je sais fort bien que vous étes invincible.* Graece, Μάλ' ἀκριβῶς οἶδ', ὡς, vel ὅτι σύ γ' ἀήττητος εἶ. Latine, *te invictum esse.* Vbi observandum, ὡς et ὅτι eleganter praemitti posse, ut *quod*, et *quam*, apud Latinos; *que*, apud Gallos. Xenoph. Memorab. I *Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οὐκ ἐνόμιζεν, οὓς ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; Ac primum quidem, quod non* (vel *quam non*) *eosdem ille, quos Respublica, Deos habeat, qua tandem coniectura probarunt?* Quanquam, adiuncta negatione, saepius verti debet, *quin:* ut, ὡς vel ὅτι οὐκ ἂν σὺ ποιήσειας, μηδαμῶς [Immo οὐδαμῶς. *Herm.*] ἀμφιςβητῶ· id est, *Non dubito, quin feceris*, vel *quin non feceris.*

dicamus! Euripid. Med. 330 φεῦ, φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα! Z.

22 Atque hoc sensu saepe accusativum participii post se habet. Vide, quae notavi supra ad Cap. VI, Sect. 1, Reg. 1, et Nostrum Cap. III, Sect. 1, Reg. 2. H.

VIII. Secundus est, cum adverbiis superlativi gradus, aut nominibus quibusdam eorum loco positis. Dicunt enim ὡς τάχιστα, vel ὅτι τάχιστα, vel ὡς, vel ὅσον τάχος, id est, *quam celerrime:* licet ὡς τάχιστα sit etiam, *ut primum:* § 356. nam ὡς τάχιστα ἤκουσεν, id est, *ut primum audiit.* Polybius lib. II, sub initium ὡς θᾶσσον (qui comparativus est, verbatim, *ut celerius*) eodem significatu posuit: Καρχηδόνιοι γάρ, inquit, ὡς θᾶττον κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, εὐθέως Ἀμίλκαν ἐξαπέστειλαν, *Carthaginienses enim, ut primum res in Africa composuissent, Hamilcarem misere continuo.* *

Tertius est, ut ὡς et ὅτι simul coniungantur [23], tuncque alterutrum παρέλκει· ut cum dicunt, ὡς ὅτι βέλτιστα, *quam optime:* ὡς ὅτι δριμύτατα, *quam acerrime.* Imo sine adverbio nonnunquam ambae illae voces coniunguntur. Dionysius Halicarnass. lib. IX, pag. 571 Ἐπιγνοὺς, ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσὶν οἱ κατακλεισθέντες ἐν τῷ λόφῳ, *Vbi cognovis-*

* Interdum in hoc sensu ἐπιτατικῷ ὡς concrete cum Superlativo scribitur: ut Thucyd. VII, 60 ὡςτάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν. Caeterum hunc usum augendi Hoogevenus ducit ab ipsa prima' et propria vi particulae ὁμοιωματικῇ, sed ita ut intelligi debeat οὕτως et δυνατόν. V. c. illud Euripid. Med. 322 Ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε, explicat ita: ἀλλ' ἔξιθι ΟΥΤΩΣ, ὡς ΔΥΝΑΤΟΝ τάχιστα ἘΞΙΕΝΑΙ. Interdum quoque illud δυνατὸν exprimitur: v. c. Xen. Cyrop. III Ἧκε πρὸς τὸν Κῦρον ὡς ἘΔΥΝΑΤΟ τάχιστα. et ibid. ὡς οἷόν τε μάλιστα καλόν τε καὶ ἀγαθόν. Z.

23 Exemplum habet Hermogenes de Xenophonte: Ἔστιν οὗτος ἀφελὴς μὲν ὩΣ ὍΤΙ μάλιστα, § 357. *Est huius dictio quam maxime simplex.* In quibus verbis alterutrum non adeo abundat, sed significationem intendit. Et, ut maxime abundaret, in verbis Dionysii certe nequaquam, ubi ὡς ex usu primo pro ὅτι ponitur, ipsum autem ὅτι ex usu secundo superlativo ἐσχάτοις praemittitur, quod quidem non est adverbium, sed suo tamen fungitur officio, cum adverbialiter possit exponi, ὡς ὅτι ἐσχάτως ἔχουσιν, *Vt in extremis versarentur angustiis.* H.

Neutram particulam abundare contendit doctissimus Hoogevenus, dummodo illud ὅτι scribatur, aut certe accipiatur, quasi scriptum esset ὅ, τι. Itaque illud Aelian. V. H. II, 13 Δῆλα γὰρ δή, ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν, ὩΣ ὍΤΙ κάλλιστα ἐξεικάσαντες, ita supplet, ἔπλασαν αὐτὸν ἐξεικάσαντες ΟΥΤΩΣ, ὡς ὅ, τι ἘΞΕΙΚΑΖΕΤΑΙ κάλλιστα. It. Heliodor. X, 28 Καταλαβὼν ὡς ὅτι τάχιστα τὸν ταῦρον, supplet idem ita: καταλαβὼν οὕτως, ὡς ὅστις τάχιστ' ἂν καταλάβοι τὸν ταῦρον. Melius esset sic: καταλαβὼν οὕτως, ὡς ὅ, τι δυνατὸν τάχιστα λαβεῖν. Z.

set, in extremo versari periculo, qui eo in tumulo conclusi tenebantur. †

IX. Septimo, praemittitur etiam quibusdam adverbiis positivi gradus, quorum tamen ad significationem nihil addit. †† Adverbia illa usitatiora sunt, ἀληθῶς, *vere*, ἀτεχνῶς, *plane*, ἑτέρως, *aliter*. Demosthen. pro Corona, Ἧς (παιδείας) τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων, οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὑτοῦ τοιοῦτον οὐδέν· *Quam* (supp. *eruditionem*) *qui vere consecuti essent, horum nemo unquam de se ipso quicquam eiusmodi praedicaret.* Id. ibid. Ὧν κατορθουμένων μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχεν εἶναι, ὡς ἑτέρως δὲ συμβάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστιν· id est, *Quae si prospere cessissent, absque ulla dubitatione maximis esse licuisset: nunc autem, cum ea secus evenerint, saltem praeclaram existimationem tueri superest.* Reperitur etiam ὡς ἀληθεστέρως, pro ἀληθεστέρως, vel ἀληθέστερον, *verius*. Aristid. in Panath. ὡς κυρίως ita coniungit: Δι' ἃ δὴ καὶ μόνῃ τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι, etc. *Propter quae, soli etiam huic urbi proprie*, vel, *prae caeteris contigisse dixeris.* Dionys. Halicarn. lib. XI, pag. 723 ὡς καλῶς, id est, *praeclare vero;* ubi Centuriones quidem adversus Imperatores suos ita orationem ironice ordiuntur: Ὡς καλῶς ἡμῶν ἐστρατηγήκατε καὶ πρότερον, ἵνα καὶ νῦν λαβόντες ἐλπίδας ἀκολουθῶμεν ὑμῖν, id est, *Praeclaros vero Duces vos adhuc habuimus, ut nunc aliquam in spem erecti, vos sequamur.* Itaque non dubito, quin ὡς cum aliis adverbiis eodem modo coniungi possit.

X. Octavo, adverbiis itidem positivi gradus, sed ὑπερβολήν τινα, *excellentiam*, aut *excessum* aliquem significantibus, eleganter et ornate postponitur: cuiusmodi praecipue

† Etsi ὡς in eiusmodi locis commode negligi posse concedo in interpretatione latina: non tamen putandum est, omnino abundare. Nam haud dubie significat *quasi*. Z.

†† Non sine sensu existimandum est ὡς addi adverbiis, sed esse ellipsin intelligendam, non male coniicit Hoogevenus. V. c. Plat. Apol. p. 41, initio: Εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, supplet orationem ita: οὕτως δικαστὰς ὄντας, ὡς ἀληθῶς ὀνομάζοι ἄν τις, vel, ὥς τις ἂν ὀνομάζων, ἀληθῶς ὀνομάζοι. Idem ellipsin quoque statuendam esse contendit, ubi ὡς adverbio subiungatur. V. c. quando Plato dicat, Θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, hoc valere, quod Θαυμασίως ἔχει, ὡς ἄθλιος γέγονεν, *Mirum est, quam miser factus sit.* Z.

sunt, θαυμαστῶς, θαυμασίως, *mirum;* ἀμηχάνως, *supra modum:* ὑπερφυῶς, *excellenter,* quasi *supra naturam:* quorum etiam loco neutra θαυμαστὸν, θαυμάσιον, ἀμήχανον, usurpari possunt; (vix tamen ὑπερφυές.) Tunc autem particula ὡς, vel Latine non vertitur, praesertim post ὑπερφυῶς, vel redditur, *ut quam, quantum.* Plato in Phaedro, Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη, ὡς βούλομαι· id est, *Ego vero,* inquit, *supra modum cupio.* Idem in Gorgia: Θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκησε, *Mirum quam miser evaserit, postquam gravissima perpetravit.* Sic, Ἀμηχάνως ὡς σφόδρα ἐπιθυμῶ, *Dici non potest, quam supra modum expetam.* Recte etiam diceretur θαυμάσιον, θαυμαστὸν, ἀμήχανον ὡς, vel ὅσον.[24]

XI. Nono, quemadmodum ὅτι, sic etiam ὡς frequenter usurpatur, cum alterius orationem referimus, totidemque verbis utimur, quibus usus erat. Demosth. pro Coron. insigne hoc exemplum suppeditat. Cum enim ista de Aeschine praemisisset, Τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες; id est, *Quaenam igitur hominis tum erat oratio?* subdit, ὡς οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι τῷ παρεληλυθέναι Φίλιππον εἴσω Πυλῶν· ἔσται γὰρ ἅπανθ' ὅσα βούλεσθ' ὑμεῖς etc. quae, si particulam ὡς excipias, verba sunt Aeschinis, prout illo tempore loquebatur, quaeque Latini per infinitivum melius

24 Scite etiam in eadem acceptione substantivis postponitur, addito, vel saltem intellecto, verbo ἐστί. Ita pro θαυμασίως ὡς, vel θαυμαστὸν ὡς, liceat dicere θαῦμα, vel θαῦμά ἐστιν ὡς. V. g. Θαῦμά ἐσθ' ὡς χρᾶται τοῖς ἵπποις. Verbatim: *Admiratio est, quomodo equos tractet,* i. e. *Mirum in modum.* Nos satis feliciter: *'t is en wonder, hoe hy met peerden omgaat.* Plane eo modo loquitur Demosthen. Philipp. I, p. 17, lin. 32 Γέλως ἐσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν, *Ridicule admodum res administramus.* Pro γελοῖον ὡς vel γελοίως ὡς. Neque particula ὡς in his vel similibus exemplis tam adverbiis vel nominibus illis postponitur, quam praecedit verbum, atque ita non pertinet ad prius, sed ad posterius. Nam si id, quod illam ὑπερβολὴν significat, est adverbium, intelligitur verbum ἔχω, si vero adiectivum, subauditur verbum substantivum. E. g. Θαυμασίως ὡς χρᾶται τοῖς ἵπποις, est elliptica locutio, quam ita supple: Θαυμασίως ἔχει, ὡς χρᾶται etc. Sic pro θαυμάσιον ὡς, lege θαυμάσιόν ἐστιν ὡς. Nihil planius. Nam si particula ὡς revera postponeretur, tunc accentu notanda esset, ut ostendam infra ad Reg. 21. De voculis ὅσον et ἡλίκον, cum adiectivis constructis, eadem dicta puta. v. supra Cap. III, Sect. 9, Reg. 7.

redderent: v. c. *Nihil esse, quamobrem turbaremini, quod Pylas ingressus Philippus esset: futura quippe omnia, quae velletis.*

XII. Iam exemplum illud Demosthenis admonet, ὡς significans ὅτι, saepius cum indicativo coniungi. Ait enim ὡς οὐ δεῖ, pro ὡς οὐκ ἂν δέοι. Quodque mirabilius etiam est, non tantum res praesens, sed etiam praeterita, et futura, hoc praesentis indicativi modo exprimitur [25]: Aeschines enim, quid deinceps agendum esset, indicabat. Dicere tamen potuit, ὡς, vel ὅτι οὐκ ἔδει θορυβεῖσθαι, per imperfectum. Imo saepe, nisi alterius verba referantur, imperfecto potius quam praesenti locus esse solet, v. c. *Equidem statueram, nihil ultra differendum esse*; Graece, Ἐγὼ μὲν οὖν ἐγίνωσκον, ὡς οὐκ ἔδει μηδεμίαν ἔτι ποιεῖσθαι τὴν ἀναβολήν· ubi οὐκ ἔδει melius quam οὐ δεῖ.

XIII. Eadem significatione ὡς apud Atticos traiectionem aliquando patitur, et proprio movetur loco. Demosth. Olynth. III Οὐκ ἔστιν ὅπου τοῖς μηδὲν ἐγὼ ποιοῦσι, τὰ τῶν ποιησόντων εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν. Quae verba sic ordina: Οὐκ ἔστιν ὅπου ἐγὼ εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν τοῖς μηδὲν ποιοῦσι τὰ τῶν ποιησόντων, id est, *Fieri non potest ut dixerim, iis qui nihil agant, res eorum, qui agere aliquid statuerint, esse tribuendas.* [26]

25 Particulam ὡς cum indicativo construi hoc loco, nihil mirum, quia tantum est nota orationis directae eius, cuius verba referuntur. Quod Graeci per hoc praesens οὐ δεῖ rem futuram indicare solent, hoc cum illis nostrates commune habent, qui in tali occasione dicerent, *Gylieden moet*, vel imperfecto, *moest u niet ontroeren.* Sed illud hoc exemplo posse probari, non video. Videtur enim ex verbis Demosthenis (quae exstant pag. m. 317.) Aeschines haec locutus esse, cum Philippus Pylas iam ingressus erat. Philippus scilicet subornaverat Atheniensium legatos, ut prius ex Macedonia non abirent, quam ipse expeditionem instruxisset, ut ipse iam intra Pylas esset, cum ex legatis rem cognoscerent Athenienses. Huc etiam facit ipsa Demosthenis accusatio, quod, antequam Philippus intra Pylas progressus erat, non monuerat Athenienses; quod si fecisset, copias eduxissent, et Philippum introitu prohibuissent.

26 Verba Demosthenis sunt pag. 14, in fine. Minus intricata est transpositio, quando ὡς significat *quemadmodum*, et cum particula καὶ construitur. Sic de Gelone Plutarchus in Apophth. Ἐξῆγε δὲ πολλάκις Συρακουσίους ὩΣ ἘΠΙ' στρατείαν ΚΑΙ' φυτείαν. Pro, Ἐξῆγε τοὺς Συρακουσίους ἐπὶ φυτείαν, ὡς ἐπὶ στρατείαν, *Eduxit autem saepe Syracusanos*

XIV. Similiter, cum aliquid confirmandum est, praemissa voce argumentum significante, ut τεκμήριον, σημεῖον, ἀπόδειξις, quae proprie demonstratio est, ὡς cum indicativo adhibetur; ut, Ἀπόδειξιν δὲ παρεστησάμην, ὡς ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα εὐθὺς ἐκ παίδων ὁρμησάμενος, τὸ λοιπὸν ἀνάγωγος, καὶ παντάπασιν ἀκόλαστος ὢν διετέλει, id est, *Cuius rei certum inde proferebam argumentum, quod hic, et ille, cum statim a pueritia orsus esset, contumax deinceps, omninoque refractarius perstiterit.*

XV. Decimo. Contra vero, cum sumitur pro *ut*, id est, *quemadmodum* vel *quantum*, saepius cum infinitivo coniungitur, licet per indicativum explicari sententia debeat. Ita dicunt, Ὡς vel ὅσα, vel ὅσον εἰκάσαι, τεκμαίρεσθαι, ὑπολαβεῖν, id est, *Quantum coniicere*, vel *suspicari possum;* ὡς ἔμοιγε δοκεῖν, vel, ὡς subintellecto, ἔμοιγε δοκεῖν, non minus recte, quam ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur.* [27]

XVI. Vndecimo, tritum est, ὡς sumi saepissime pro εἰς, vel πρὸς, cum accusandi casu, sed personae; raro enim cum accusativo rei cohaeret. Dixi raro, ne penitus eum

ad agriculturam, velut in militiam. Idem patitur particula ὥςπερ, apud eund. ἐν Ἐρωτικ. init. Ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν, ΩΣΠΕΡ καὶ ταῖς Μούσαις, ΚΑΙ τῷ Ἔρωτι, *Celebrant enim certamen quinquennale in honorem sicuti Musarum, ita etiam Amoris.* Pro, τῷ Ἔρωτι, ὥςπερ καὶ ταῖς Μούσαις. Nec tamen coniunctionis καὶ necessaria est accessio, et est, ubi non additur, ut apud Epict. Enchir. cap. 35 ΩΣ ἰατρῷ, παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, *Tanquam medico, sic lanistae te tradere.* Similiter construitur cognatum οἱονεὶ in illo Aeliani V. H. lib. I, cap. 1 Οἱ τοίνυν ἰχθῦς προςνέουσιν, οἱονεὶ (i. e. ὥςπερ) τῇ πέτρᾳ, τοῖς πολύποσιν. Pro, τοῖς πολύποσιν, οἱονεὶ τῇ πέτρᾳ. *Pisces itaque ad polypodes, tanquam ad scopulum, adnatant.* Caeterum, quemadmodum in relatis οὗτος post ὅς sequitur, ut ostensum est Cap. de Art. Subi. Reg. 13, ita etiam οὕτως post ὡς sequitur. Vide sis Apostolum ad Thessalon. scribentem, epist. I, cap. V, 2 Ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου ΩΣ κλέπτης ἐν νυκτὶ, ΟΥΤΩΣ ἔρχεται, *Dies Domini, ut fur nocte, sic veniet.* Nam ἔρχεται praesentis tempore pro fut. effertur. v. supra Cap. V, Sect. 3, Reg. 11.

27 Sic ὡς εἰπεῖν, *Vt ita dicam.* Infinitivo autem illi potest praefigi accusativus, qui per nominativum resolvendus est. Herodot. Euterp. cap. 87 ΩΣ ΕΜΕ εὖ ΜΕΜΝΗΣΘΑΙ τὰ ὁ ἑρμηνεύς μοι ἔφη, *Quantum bene memini ea, quae mihi dixit interpres.* Porro de infinitivo cum particula ὡς vide supra Cap. V, Sect. 3, Reg. 6. ℊ 358.

excluderem. Sic enim Clemens Alexand. in Protrept. Ὡς δὲ τὸν πρᾶον, inquit, καὶ φιλάνθρωπον τῆς θεοσεβείας μετάγων ἡμᾶς ζυγὸν, *Sed nos ad mite ac suave pietatis iugum transferens.* [28] [Demosth. c. Neaer. 1374, 1. οὐκέτ' ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν ὡς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν. *Reizius.*]

28 Eodem sensu etiam cum praepositione ἐπὶ construitur, et alterutrum παρέλκει. Arrian. de Exp. Al. lib. I, pag. 15, lin. 13 Ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὩΣ ἘΠΙ τὸν ποταμὸν, *Induxit Alexander Agrianas et sagittarios in flumen cursim.* Eodem modo lib. II, cap. 6 Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προςῆγεν ὩΣ ἘΠΙ Δαρεῖόν τε καὶ Πέρσας, *Postero autem die profectus est contra Darium et Persas.* H.

Ὡς saepenumero non modo simpliciter accusativis rerum sive animatarum sive inanimatarum, h. e. personae, loci, temporis, numeri aliarumque rerum iungitur, sed praepositionibus etiam πρὸς, ἐπὶ, εἰς. E. g. a) ὡς simpliciter ponitur: § 359. Polyb. IV, 51 συνεχώρησε καὶ παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀποκομίζειν ὩΣ τὸν υἱόν. Id. Exc. Peiresc. pag. 129 ἀπήνεγκεν ὡς αὐτόν. Odyss. ρ', 218 τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Ibid. ψ', 311 αὐτὰρ ἔπειτα ἦλθ' ὡς Λωτοφάγων ἀνδρῶν πίειραν ἄρουραν. Heliodor. IX, 5 ὅπως ἄν τινα διαπέμψαιτο ὡς τοὺς πολεμίους ἀδυνατῶν. Ibid. ὡς τοὺς Πέρσας ἐξέπεμπεν. Ibid. cap. 11 ὡς τοὺς Αἰθίοπας ἐλθόντες ἱκέται. Ibid. cap. 13 εἰςιέναι ὡς τὴν πόλιν ὡς ἰδίαν. Ibid. cap. 24 ἄγειν ὡς βασιλέα τὴν ταχίστην. Herodian. I, 11, 8 εἰ τὴν Πεσσινουντίαν θεὸν μεταγάγοιεν ὡς αὐτούς. Lys. adv. Eratosth. pag. 13, ed. Reisk. ἡ γυνὴ ἀπῄει καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον. Ibid. pag. 27 ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμέ. Id. adv. Simon. pag. 143 ἐγὼ ἐκ Πειραιέως ἀφικνοῦμαι, καὶ τρέπομαι παριὼν ὡς τὸν Λυσίμαχον. Demosthen. adv. Aphob. I, pag. 822 Λαβὼν γὰρ ὡς ἑαυτὸν Ἄφοβος τοῦτο τὸ ἐργαστήριον, ὡς αὐτοὶ τῶν μαρτύρων ἠκούσατε. Xenophont. Cyrop. V, 3, 13 κλίμακας ὡς τὸ φρούριον ἄγοντες. Id. Memor. II, 7, 2 πολλῶν φυγόντων ὡς τὸν Πειραιᾶ, συνεληλύθασιν ὡς ἐμέ. b) Ὡς sequente πρός: Polyb. IX, 34 ἀπὸ δὲ τῆς παρεμβολῆς ὩΣ ΠΡΟΣ τὰς χελώνας τὰς χωστρίδας πεποίηντο σύριγγες κατάστεγοι. Id. III, 19 τινὲς μὲν αὐτῶν ἔφυγον ὡς πρὸς τὴν πόλιν. Caeterum ab hac formula differt ea, de qua Vigerus mox Reg. XIX praecipit: v. c. Herodian. III, 1 δριμύτεροι ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι. quem locum quidem perperam ad hanc quaestionem referunt. c) Sequente ἐπὶ vel cum dativo: ut Thucyd. lib. I, p. 12, edit. Camer. ἀνήγοντο ὩΣ ἘΠΙ ναυμαχίᾳ ἀπὸ τοῦ χειμερίου νυκτός. vel cum accus. ut plurimum: Thucydid. lib. IV, pag. 106 ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας. Id. lib. VI, pag. 161 οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ αὐτοὶ ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες. Id. lib. V, cap. 3 ἄρας περιέπλει τὸν Ἄθω ὡς ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν. Zosim. I, 6, 7 αὐτὸς μὲν ὡς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἤλαυνεν. Xen. Oecon. I, 6 ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα ὡς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Polyb. IV, 24 αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας προῆγε πάλιν ὡς ἐπὶ Κόρινθον. Actor. Apost. XVII, 14 πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ad

Duodecimo, notum etiam est, significare aliquando ἐπεὶ, καὶ γάρ, *etenim;* ac fere periodorum, aut membro-

quem locum vid. Raphel. in Observatt. Polybianis. d) Sequente εἰς, seu ἐς: ut Thucyd. lib. IV. pag. 160 ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας ἐκ τῆς Σικελίας ΩΣ ΕΣ τὰς Ἀθήνας. Xenophont. Ages. I, 14 ἐκ τούτου εὐθὺς τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλε συσκευάζεσθαι ὡς εἰς στρατείαν. e) Sequentibus aliis particulis, ἕως, ὅτε, ἔτι: ut Polyb. V, 32 Διόπερ οὐχ ΩΣ ΕΩΣ τοῦ μέσου νομίζοντας διατείνειν τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἕως τοῦ τέλους etc. Thucyd. IV, cap. 117 Τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας περὶ πλείονος ἐποιοῦντο κομίσασθαι, ΩΣ ΕΤΙ Βρασίδας εὐτύχει. Odyss. ρ', 358 ἤσθιε δ', ΩΣ ΟΤ' ἀοιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄειδεν. [Hic nunc recte editum ἕως ὅ τ' ἀοιδός. *Herm.*] Sed si quaeritur, quae potestas his in locis sit subiecta particulae ὡς, admodum discrepantes inter se reperiuntur Grammaticorum sententiae. Sunt qui contendant, ὡς abundare. At praeterquam quod non satis dignum esse censeo Grammatico statim confugere ad pleonasmorum rationem, ubi non in promtu sit, quae vis alicui verbo sit subiicienda, vetant quoque loca ea, ubi ὡς solum est positum, praetermissa praepositione. Certe haec esset mirabilis verborum oeconomia, eodem in loco nimis esse liberalem simul et nimis parcum et tenacem. Multo minus probatur ratio eorum, qui ὡς vim habere praepositionis somniant. Nam primum satis est durum, statuere, coniunctionem, repugnante rei natura, vim accipere praepositionis. Deinde quid fiet locis iis, ubi praepositio πρὸς, ἐπὶ, εἰς, addita reperitur? Ad vim particulae ὡς explicandam confugit Hoogevenus ad ellipseos rationem, ut putet, vel ὡς pro *ut* accipi, intelligive aptum aliquod verbum: veluti in illo Aristoph. Acharn. 393. καί μοι βαδιστέ' ἐστὶν ΩΣ Εὐριπίδην, h. e. βαδιστέα μοι, ὡς ΙΔΩ Εὐριπίδην, *ut videam Euripidem:* vel ὡς in sensu similitudinis accipi, aliquo verbo intellecto: ut in illo Demosthen. Phil. I, extr. πέπομφεν ὡς βασιλέα, pro πέπομφεν ΟΥΤΩΣ, ὡς ΠΕΜΨΑΣ ΠΡΟΣ τὸν βασιλέα. Sed ipse huic rationi parum tribuit. Melior videtur sententia Marklandi ad Lysiam pag. 899, ed. Reisk. existimantis, ὡς significare *hoc consilio.* Nam sic ὡς respondet Latinae particulae *ita*, quam *hoc consilio* significare interdum, docuit Ven. Ernest. in Clave Ciceron. Quae ratio explicandi quidem multis in locis parit commodum sensum; sed in aliis admodum frigidum et ineptum. Quare malim equidem ὡς cum quibusdam explicari per ἕως, h. e. *usque.* Nam ut ἐὰν saepe quasi contrahitur in ἂν, ita non ineptum videtur statuere, ὡς poni pro ἕως. Ἕως pro ὡς interdum poni, patet ex Hom. Odyss. ζ, 80, ubi εἵως χυτλώσαιτο est, *ut se ungeret.* § 360. Tum supra docuimus, ὡς pro ἕως usurpari. Maxime huc pertinet locus Lucae XII, 58, ubi est, ὡς ὑπάγεις ἐν τῇ ὁδῷ, pro quo dicitur Matth. V, 25 ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ. Accedit, quod Lat. *usque* modo simpliciter quoque, modo cum praepositione adhibetur. Vid. Tursellin. de Partt. Fortassis eodem modo ὡς explicari debet, quando iungitur numeris, ubi vulgo reddunt *fere, circiter.* V. c.

rum initio. S. Chrysost. in cap. VI, epist. ad Roman. Ὡς νῦν γε οὐδέν σου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον, ἐρήμην ἔχοντες τὴν ψυχὴν, *Nam te quidem hoc tempore, dum nudam ac desertam habes animam, vilius nihil esse possit.* †

XVII. Decimo tertio, ὡς praemittitur aliquando nomini ἕκαστος, solius, ut videtur, ornatus causa. Thucyd. lib. I, pag. 3 Οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες, κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες, *Itaque Graeci, cum seorsum singuli, tum qui oppidatim alii alios intelligebant, tum etiam universi, hoc deinceps nomine comprehensi.* § 361.

XVIII. Decimo quarto, ὡς μὲν, et ὡς δὲ, in membris distinctis, ita nonnunquam opponuntur, ut τὰ μὲν, et τὰ δέ. [Minime. *Herm.*] S. Greg. Nazianz. orat. de S. Basilio, pag. 321 Ἔλαφοι τῶν λόφων ποθὲν ὑπερφανέντες ἀθρόοι, ὡς μὲν εὐμεγέθεις, ὡς δὲ πίονες, ὡς δὲ πρόθυμοι πρὸς σφαγὴν, *Cervi turmatim summis e collibus apparentes, cum proceri, tum pingues, tum etiam ultro sese propriam ad caedem offerentes.*

XIX. Decimo quinto, ὡς πρὸς, sequente accusativo, vel personae, vel rei, significant, ὅσον, vel ὅσα πρὸς, *quantum attinet*, vel *causa:* ut, Ὡς ἄρα πρὸς ἐμὲ [29], ἀδιάφορον τοῦτό

Xenoph. Hist. Gr. lib. VII, p. 617 Τρεψάμενοι ἐδίωκον ὡς τρία ἢ τέτταρα στάδια, h. e. ni fallor, *ad tria aut quatuor stadia usque.* Certe ita interdum *usque ad* apud Lat. occurrit: ut Tacit. XV, 39 *Pretium frumenti minutum usque ad ternos numos.* Z.

† Non tantum ab initio periodorum, sed et in media oratione ὡς pro ἐπεὶ poni solet. V. c. Euripid. Phoeniss. 1267 Ἐρήτυσον τέκνα δεινῆς ἁμίλλης, ὡς ὁ κίνδυνος μέγας. Id. in Orest. 1103 Σίγα νυν ὡς γυναιξὶ πιστεύω βραχύ. Sophocl. Electr. 370 Μηδὲν πρὸς ὀργὴν, πρὸς θεῶν· ὡς τοῖς λόγοις ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος. Plat. Phaedr. pag. 262 rogat Socrates, Βούλει οὖν, ἐν τῷ Λυσίου λόγῳ ἰδεῖν τι ὧν φαμεν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι, respondet Phaedrus, Πάντων γέ που μάλιστα, ὡς νῦν γε ψιλῶς πως λέγομεν, οὐκ ἔχοντες ἱκανὰ παραδείγματα. Z.

29 Alio sensu ὡς πρὸς ἐμὲ limitative sumitur, et notat comparationem, ut ex Luciano probat Devarius: Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὩΣ ΠΡΟ'Σ 'ΕΜΕ', *Lynceus ille coecus est, si mecum comparatur.* Limitativam illam vim obtinet etiam cum praepositione ἐπί. v. Thucyd. lib. VII, cap. 30, in fine: Τὰ μὲν δὴ [Ita placet pro τὰ μέν· vide, quae supra notavimus ad Sect. 8, Reg. 11] κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν, πάθει χρησαμένων, (sc. Μυκαλησσίων) οὐδενὸς, ὩΣ 'ΕΠΙ' μεγέθει, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον, ἧσσον ὀλοφύρασθαι ἀξίῳ, τοιαῦτα ξυνέβη, *Atque huiusmodi quidem fuit clades, quam Mycalessus accepit, quae incolis, pro magni-*

γε, *Nam mea quidem causa, perinde mihi est.* Clemens Alexandr. Strom. IV. Christianorum nomine iis respondens, quibus mirum videbatur, Christianos suis cruciatibus minime liberari: *Τί γὰρ καὶ ἀδικούμεθα*, inquit, *ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον; Quid enim detrimenti capimus, qui, quantum ad nos attinet, ad Dominum morte ipsa transmittamur?*

XX. Decimo sexto, ὡς, sequente ἐκ τῶν δυνατῶν, vel ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, vel ἐκ τῶν ἐγχωρούντων, vel ἐκ τῶν ἀφορμῶν, *pro viribus, facultatibus, opibus*, omnino παρέλκει.[30] Exemplum ex Thucydide unum hoc sat erit. Sic enim ille lib. II, pag. 100 Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἕτοιμα ἦν, *Rebus autem, prout tum licebat, comparatis.*

XXI. Decimo septimo, ὣς cum accentu apud Poetas passim pro οὕτως, *sic:* et quidem etiam ἐλλειπτικῶς, ut apud Homer. Iliad. α', vers. 116.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τό γ' ἄμεινον,

sed etiam sic, i. e. *etiamsi res ita se habeat, volo eam reddere, si quidem id praestat.*

Sic Iliad. π', vers. 363 Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, id est, *sed etiam sic*, id est, *eo statu rerum, sustinuit*, vel *perstitit.* Ita Thucydides non semel usurpavit, ut lib. I, Ἐδόκει γὰρ καὶ ὁ πρὸς Πελοποννησίους πόλεμος καὶ ὣς ἔσεσθαι αὐτοῖς, *Iis enim videbatur bellum sibi cum Peloponnensibus futu-*

tudine urbis, non minus fuit deploranda quam ulla alia, quae in hoc bello acciderit. Est et ubi nulla additur praepositio. Sic Gnathaenae meretricis elegantem iocum narrat Athenaeus, lib. XIII, Deipnosoph. pag. 584, cui cum quidam obtulisset parvulum villum, addens sedecim id esse annorum, respondit, *Μικρός γε Ὡς τοσούτων ἐτῶν, Profecto parvulum pro aetate.* Vide omnino Devarium, qui Latinos suo *ut* eo sensu usos etiam fuisse, demonstrat ex Cicerone. Nec aliter Corn. Nep. in Epam. cap. 5 *Satis exercitatum in dicendo, VT Thebanum scilicet.* Et Curt. lib. IX, cap. 1, §. 24 *Gens, ut barbari, sapientia excellit.* Confer editionem Leidensem, quam adieci, ad Reg. 1. H.

Ὡς in hoc sensu, nempe comparativo, interdum occurrit cum Infinitivo. Vt Xenoph. Cyrop. I, 5, 11 Ἀλλ' ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι, *Sed tendamus ad hostes, quos cum ipse viderim, scio esse imperitos belli, si comparantur nobiscum.* Z. [Inepte. Quasi infinitivus e particula ὡς pendeat. *Herm.*]

30 Nisi mavis reddere *quantum.* Vt, *quantum pro viribus licuit.*

rum etiam sic: id est, *etiamsi eo modo sese gererent.* At οὐδ' ὣς, id est, *ne sic quidem.* [31]

Alias tamen ὣς idem valet, ac πῶς [32], cum accentu, id est, *Certo quodam modo.* Aristot. Politic. I. Ἔστι μὲν ὣς τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος, καὶ περὶ ὑγιείας ἰδεῖν· ἔστι δ' ὣς οὐ, ἀλλὰ τοῦ ἰατροῦ, *Ad Oeconomum et Principem certo quodam modo pertinet, valetudini prospicere; certo etiam modo non pertinet, sed potius ad Medicum.*

XXII. Decimo octavo, ὡς etiam absque accentu interdum sumitur pro *sic:* ut apud Clem. Alexandr. in Protrept. Ὡς δ' οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ ἅλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ Ἶρις, *Vt autem Dea non est area*, (meteorum intelligit,) *sic neque Dea Iris est:* [Immo, *et ut Iris non est dea.* Alioqui dicere debebat, ὣς οὐδ' ἔστι. *Herm.*] nisi secundum ὡς accentu notari debeat. Et Stromat. VI, Ὡς δὲ καὶ Ἰουδαίοις, διοιχθείσης τῆς παλαιᾶς γραφῆς, τὸ νέον καὶ εὐγενὲς ἐγκεντρίζεται τῆς ἐλαίας φυτὸν, id est, *Sic etiam Iudaeis, patefacta vetere scriptura, novus et generosus olivae surculus inseritur.* Vbi etiam alii legunt ὣς cum accentu. [33]

XXIII. Dubium etiam est, utrum ὡς an ὣς scripserit Lucianus in Charonte, ubi Charon de Homero loquens, Ἐπεὶ γὰρ, inquit, ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, id est, *Cum enim coepisset non valde laetum carmen navigantibus occinere, continuo Neptunus coegit nubes, pontumque turbavit.* Vbi ὡς vel ὣς idem est, atque οὕτω δὴ, vel potius, ἅμα δὴ, *continuo, tum vero.* [34] § 362.

31 Vt apud Arrian. de Exp. Al. lib. I, cap. 7. in fine: Ἀλέξανδρος δὲ ΟΥΔ' ὫΣ τῇ πόλει προσέβαλεν, *Sed ne sic quidem Alexander urbem oppugnavit.* Accentu praeterea notatur ὡς, quotiescunque postponitur, id quod apud Poetas frequens est: ut apud Hom. Od. T, ubi vergit ad finem:

Οἵ δή μιν περὶ κῆρι, Θεὸν ὥς, τιμήσαντο.

Qui illum ex animo, ut Deum, honorabant.

32 At non nisi cum ἔστι, quod semper antecedit, coniunctum. Quo pertinet regula, supra Cap. V, Sect. 6, de verbo εἰμί.

33 Sic posterius illud ὥς accentu notatum invenio in versiculo illo, qui extat apud Plat. Phaedr. pag. 241.

Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὣς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί.

Vt lupus ipse agnum, puerum sic ardet amator.

Nec dubito, quin ὣς pro *sic* positum semper accentu notetur.

34 In verbis Luciani ὥς accentu notari debebit, dummodo relatum ad se habeat sequens illud ὥσπερ. Nam sequitur: ὥσπερ το-

CAPVT IX et VLTIMVM.

De Praepositione.

SECTIO I.

De Praepositionibus ἀμφὶ, ἀνὰ, ἄνευ, ἀντὶ, ἀπό.

REGVLA I.[35]

Vt praecipuos tantum in quaque [36] libemus idiotismos, (nam caetera Grammatici et Lexicographi dabunt:) Praepositio ἀμφὶ, et Poetice [apud epicos poetas. *Herm.*]

ρύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν πάσας τὰς θυέλλας ὠρόθυνεν· adeo ut τορύνην et τρίαιναν per Appositionem coniungantur, et sensus sit: *Sic pontum turbavit, tanquam immissa quadam tudicula, tridente scilicet, omnes procellas excitaret.* Caeterum caput hoc claudat scita admodum adverbii ὥςπερ cum interrogativo τί constructio. Et ὥςπερ τί; verbatim, *Quemadmodum quid?* est formula exigentis exemplum praecedentis cuiusdam propositionis. Latini dicunt, *Da* vel *profer exemplum.* Adi Platonem in Symposio, pag. 205 Ἀφελόντες τοῦ ἔρωτός τι εἶδος, ὀνομάζομεν τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα, ἔρωτα· τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν. ὯΣΠΕΡ ΤΙ; ἦν δ' ἐγώ. Ὥςπερ τόδε. Οἶσθ' ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ. etc. *Ablata amoris quadam specie, huic totius nomen imponimus, scilicet amorem. In aliis autem utimur aliis nominibus. Proba exemplo, inquam ego. Hoc esto exemplum (ait ille). Scis vocabuli* ποίησις *usum late patere.* etc.

35 De praepositionibus illud in genere notandum, illas a scriptoribus Ionicis, et poetis longe a casu, quem regunt, moveri. Herod. Krat. cap. 69 ἘΝ γάρ σε ΤΗ͂ι νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι· pro ἐν τῇ νυκτί. *Ea enim nocte te concepi.* Hom. Iliad. *B*, vs. 465

— Αὐτὰρ ὙΠῸ χθὼν
Σμερδαλέον κονάβιζε ΠΟΔΩ͂Ν
αὐτῶν τε καὶ ἵππων.

Sed terra terribiliter resonabat sub pedibus ipsorumque et equorum. Vbi ποδῶν Casum suum debet longe praecedenti Praepositioni ὑπό. His adde Theognid. in sentent. vs. 34

ἘΣΘΛΩ͂Ν μὲν γὰρ ἌΠ'
ἐσθλὰ μαθήσεαι. —

Structura est: Μαθήσεαι μ. γ. ἐσθλὰ ἀπ' ἐσθλῶν. *Disces enim bona a bonis.* Vbi praepositio etiam casui suo postponitur. Eadem ratio est apud Latinos Praepositionis *Per* in orandi formulis. Sic apud Terent. Andr. III, 3, 6

Per ego te DEOS oro.

Et praepositionis *ab* apud Ovid. lib. III, de Pont. el. 3, vs. 46

DISCIPVLO perii solus AB ipse meo.

ἀμφὶς, apud Poetas quidem, et Ionicos scriptores, cum genitivo casu, significat *de*, *per*, et *propter:* cum dativo autem, *de*, *propter*, et *circum:* saepius tamen ἀμφὶς cum genitivo est, *sine*, *seorsum*, *extra*.

Apud alios solutae orationis auctores fere cum accusativo iungitur, idemque valet quod *circa*. Ac primo quidem eleganter dicitur, ἔχειν ἀμφί τι, *in re aliqua versari.*[37] Ἔχειν ἀμφί τινα, *Operam alicui navare*, aut, *cum eo versari:* ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, *être au souper.*[38] Idem est, εἶναι ἀμφί τι. Dionysius Halicarnass. lib. IX, Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ὅλην, ἀμφὶ ταῦτα ἦσαν, id est, *Et quidem toto illo die, ac sequenti nocte integra, iis in rebus versati sunt.*

Hoc sensu dicebantur etiam νόμοι ἀμφί τι καθεστῶτες, id est, *leges aliqua de re constitutae.* Idem Dionysius lib. VII Ἕκαστον δ' ὅτι κατὰ νόμους ἐγίνετο, τοὺς ἀμφὶ θυσίαν ὑφ' Ἑλλήνων κατασταθέντας, ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως γνῶναι ῥᾴδιον, id est, *Singula vero ex legibus fieri solita esse, quas de sacrificio Graeci statuerant, ex Homerica poësi facile quivis intelligat.*

II. Secundo, ἀμφὶ, cum eodem casu est, *fere*, *circiter*, *admodum*. Dionys. Halicarnass. lib. I[39] Ἀπέχων τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τοὺς τριάκοντα σταδίους, id est, *Roma distans triginta circiter stadiis.* Et lib. V[40] Τῶν συμμάχων ἀπέθανον ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ τρισχιλίους, id est, *Ex sociis periere circiter tredecim millia.* Idem lib. X[41] μάλιστα cum ἀμφὶ

Et Heroid. Ep. IX, vs. 69.
— *DAMNIS dives AB ipsa suis.*
Apud Atticos quoque scriptores hae particulae, μὲν, γὰρ, δὲ, οὖν etc. medium inter praepositionem et casum ipsius locum obtinent. Ita dicitur: Ἐν μὲν εἰρήνῃ, et ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ. Ἐν δ' οὖν τῇ πόλει. Ἐς οὖν τὰς Ἀθήνας. Et similia. § 363.

36 *Vsque quaque* secundum ed. Paris.

37 Exemplum habet Arrian. de Exp. Al. cap. 11, non longe ab initio. Vbi mentio fit περὶ τῶν ποιητῶν ἐπῶν τε, καὶ μελῶν, καὶ ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι, *De poetis carminum Heroicorum, et Lyricorum, et quotquot circa odas versantur*, i. e. *odis describendis operam dant.*

38 Exemplum habet Xenophon, Κύρ. παιδ lib. V, prope finem: Ὁ μὲν Κυαξάρης ἀμφὶ δεῖπνον εἶχεν, *Cyaxares coenabat.* Locorum mox ex Dion. Hal. citandorum alter est pag. 642, lin. 14, alter pag. 479, initio.

39 Pag. 73, lin. 5.

40 Pag. 310, lin. 18.

41 Pag. 677, lin. 4. H.

coniungens, *Τῶν δὲ πολιτῶν*, inquit, *ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις μάλιστα διεφθάρησαν*, id est, *civium media fere pars eo morbo exstincta est.* Sic dicebant: *Εἶναι ἀμφὶ δέκα ἔτη*, id est, *Annum circiter decimum agere.* *

III. *Ἀνά*, (Poetice *ἂν* sine accentu, ante consonantes:) cum dandi casu est, *cum*, vel, *super.* † At longe saepius apud Oratores simul et Poetas cum accusativo coniungitur. Ac primo significat *per*: ut, *ἀνὰ πᾶν ἔτος*, § 365. *per singulos annos: ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, per Graeciam: ἀνὰ κράτος, per vim*, id est, *totis viribus.* Dionysius Halicarnass. passim [42]: *Ἐλάσας τὸν ἵππον ἀνὰ κράτος παρῆν ἐπὶ τὸν χάρακα*, id est, *Equo summa vi admisso in castra se recepit.* Vbi nota, *παρεῖναι ἐπὶ τὸν τόπον*, id est, *ad locum aliquem pervenire*; Gallice diceretur, *il fut en son camp.* Sic, *Ἀνὰ κράτος πολεμεῖν* [43], et *ἀνὰ κράτος πολιορκεῖν*, *Totis opibus*

* Cum, tironum gratia, constituerimus singulis locis breviter indicare, quae vis fere praepositionibus in compositione sit subiecta: ante omnia monendum esse videtur, hic duplici opus esse cautione: primum, ne quis putet, semper et ubique scriptores ita etymologiae esse tenaces, ut nunquam inde recedant. Nam saepenumero composita non aliam habent vim, quam simplicia, et fere numeri gratia adhibentur composita. § 364. Deinde tenendum est, praepositioni in eodem verbo composito diversis in locis diversam potestatem interdum esse subiectam. Sic v. c. *ἀνάγειν* potest significare modo *reducere*, modo *sursum ducere*; aut *ἀνέχειν* modo *retinere*, modo *tollere* etc. Sed redeamus ad rem. *Ἀμφὶ* igitur in Compositis significat 1) *comprehensionem*, seu *circumscriptionem*: ut *ἀμφιβάλλειν*, *circumdare*, *ἀμφιτιθέναι*, *ἀμφιπεριστρέφεσθαι*, h. e. *oberrare.* 2) *in utroque latere*, *loco*, sive *utraque parte*: ut *ἀμφορεὺς*, *vas, quod utroque latere habet ansas*, *et adeo utroque latere potest gestari.* *Ἀμφίβιος*, *ἀμφιδέξιος*, *ἀμφώδοντα ζῶα.* 3) *In utramque partem*: v. c. *ἀμφίλογος*, *de quo in utramque partem disputari potest*: it. *ἀμφίβολος*, *ἀμφήριστος.* 4) *Auget*, v. c. *ἀμφίπνευμα*, *summa spirandi difficultas*, *ἀμφιβρότη ἀσπὶς*, *clypeus, qui ex toto tegit*, *χερσὶν ἀμφαφᾶσθαι*, *diligenter manibus tractare.* Z.

† Sic reperitur Iliad. α', 15 *Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, χρυσέῳ ἈΝΑ σκήπτρῳ.* Clarkius, Praepositionis, inquit, *ἀνὰ* ea hic vis est, ut dicatur Chryses sceptro, quod in manibus gestabat, infulam indidisse. Ven. Ernestius igitur interpretandum censet, *devinctam sceptro*, vel, *deligatam.* Z.

42 Lib. III, pag. 167, lin. 11. Repetit hanc loquendi formam p. 190, lin. 24, et lib. XI, p. 707, lin. 33.

43 Ex eodem Dionys. lib. XI, pag. 703, lin. 38.

bellum gerere, obsidere. Ἀνὰ κράτος τὴν πόλιν ἑλεῖν, *prendre une ville par force.*

IV. Secundo, ἀνὰ cum eodem casu aliquando sumitur pro ἐν, ususque praecipuos habet duos. Alter est, ut dicatur, ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere,* ut ἀνὰ στόμα εἶναί τινι, *alicui in ore versari.* Clemens Alexandr. Strom. VII Οἱ τὰ μὲν λόγια τοῦ Θεοῦ ἀνὰ στόμα ἔχουσι, *Qui Dei quidem oracula in ore habent.* Alter est, ἀνὰ μέρος, pro ἐν μέρει, (de quo dictum est in nomine μέρος Cap. III, Sect. 7) id est, *per partes, sigillatim, vicissim:* ut, Ἀνὰ μέρος τοῖς μὲν ἀμφὶ πόλιν, τοῖς δὲ καθ' αὑτὸν ἐνασχολεῖσθαι, id est, *Vicissim reipublicae ac sibi vacare.* § 366.

V. Tertio, ἀνὰ, cum eodem casu, idem valet, quod *inter.* Xiphilin. in Domitiano, Συνομόσας ἀνὰ πρώτους μετά τινων, *Qui primus,* vel *primarios inter, cum aliis quibusdam coniuraverat.*

Quarto, ἀνὰ τὸν ποταμὸν, videtur potius esse, *contremont la riviere,* quam *per fluvium.* Dionysius Halicarnass. lib. V Ἀπὸ θαλάττης ἀνὰ τὸν ποταμὸν διεκόμισαν, id est, *A mari per adversum flumen advexerunt.*

Quinto, ἀνὰ χρόνον, est, *progressu temporis, à trait de tems.* Ibid. lib. I Ἃς (πόλεις) ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἀφῃρέθησαν, id est, *Quas illis urbes Tyrrheni temporis progressu eripuerunt.* Idem lib. II. Κατέσκηψεν ἀνὰ χρόνον εἰς πολέμους, τοὺς μὲν ἄλλους, εὐπετεῖς, ἕνα δὲ τὸν πρὸς Σαβίνους μέγαν καὶ χαλεπὸν, id est, *Progressu temporis,* vel, *postea, in bella delatus est, partem quidem maximam levia,* [male enim vertunt πολέμους εὐπετεῖς, *bellum multiplex,*] *ex quibus tamen unum cum Sabinis gestum, et magnum fuit, et grave.* [Herodot. I, 173. V, 27. Eurip. Ion. 848. *Herm.*]

VI. Sexto, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, id est, κατὰ, *eodem plane modo,* ubi comparationem aliquam, aut analogiam instituimus. Clemens Alexandr. Strom. II [44], cum dixisset, unicam κατὰ δύναμιν, (id est, *vi et potestate,*) virtutem esse, quae diversis nominibus vocaretur, subdit: Ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ μιᾶς οὔσης ἀληθείας, etc. *Eodem plane modo, cum una tantum sit veritas,* etc. Sic apud eundem ἀνὰ λόγον, id est, κατὰ λόγον, vel διὰ λόγου, *oratione,* vel, *ratione.* In Protreptico [45]: Ἀπογυμνώσω δὲ εὖ μάλα, ἀνὰ

44 Pag. 318, lin. 1.

45 Pag. 9, lin. 31.

τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, τὴν γοητείαν, τὴν ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς· id est, *Ego vero praestigias illis* (mysteriis) *occultas, ipsa veritatis oratione, egregie admodum illustrabo.*

VII. Septimo, cum rerum diversarum aequalem veluti distributionem significamus, eandem praepositionem adhibemus, idque triplici fere modo. Primus est, cum accusativo rei. Hinc a Medicis toties inculcatum, κινναμώμου, exempli causa, καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγκίαν μίαν· verbat. *cinnamomi et nardi per unciam unam.* Hic ἀνὰ, pro ἑκατέρου, *utriusque seorsim unciam unam, une once de chacun.* Hinc et illud Xiphilini in Augusto: Ὥςτε καὶ δωρεὰν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τελευτῶν καταλιπεῖν· id est, *Vt moriens Romanis viginti quinque drachmas legati nomine viritim reliquerit.* Hic ἀνὰ pro ἑκάστοις.[46]

Secundus est, cum accusativo personae; ut si dicamus, Τοὺς στρατιώτας ἐξιέναι κελεύει ἀνὰ πέντε, id est, *Milites quinos et quinos proficisci iubet: cinq à cinq.*

Tertius est, cum ἀνὰ iungitur cum ἕκαστος in alio etiam casu, quam accusativo, tuncque uni tantum ornatui servit. Sic Apocal. XXI, 21 Δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου, *Duodecim margaritae, singulae portae singulis ex margaritis erant.* *

VIII. Ἄνευ[47], cum solo gignendi casu non tantum est, *sine:* sed etiam aliquando, *praeter quam quod,* vel, *praeter,* idque saepe cum verbo nominis instar posito: quod etiam valet in praepositione χωρὶς, ut in eius explicatione dicetur; v. c. Ἄνευ τοῦ τῆς προϋπαρξάσης ἀποπεσεῖν εὐδοκιμήσεως, καὶ μυρίοις ἑαυτὸν ἐνέβαλε τοῖς κινδύνοις, id est,

46 Eodem plane sensu occurrit in Euang. Matth. cap. XX, 9 *Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἔλαβον ἈΝΆ ΔΗΝΆΡΙΟΝ, Et qui venerant circa horam undecimam*, vel, *quum venissent hi, qui circa h. u.* scilicet *conducti fuerant, accipiebant singuli denarium.* Et Apocal. IV, 8 *Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἓν αὐτῶν εἶχον ἈΝΆ ΠΤΈΡΥΓΑΣ ἕξ, Et quatuor animalia habebant singula sex alas.* H.

* *Ἀνὰ* in compositis significat 1) *Elevationem:* ut *ἀνακύπτειν, ἀναβαίνειν, ἀνέχειν τὰς χεῖρας.* 2) *Repetitionem vel loci, vel actionis:* ut *ἀνατρέχειν, ἀναγράφειν, ἀνατίθεσθαι, ἀναδέχεσθαι, ἀναπλεῖν.* 3) *Reiectionem, retro, dilationem:* ut *ἀναβάλλειν, ἀναπίπτειν, ἀνιέναι.* 4) *Separationem:* ut *ἀναχωρεῖν, discedere.* 5) *Auget:* ut *ἀναπείθειν, persuadere, ἀναλίσκειν, ἀναβοᾶν.* Z. § 367.

47 Malim inter adverbia recensere.

Praeter quam quod prioris existimationis iacturam fecit, infinitis[48] *quoque periculis seipsum implicuit.*[49]

Aliquando significat *extra.* Plutarchus in Pompeio, Ἐψηφίσαντο μηδένα Ῥωμαίων ἄνευ παρατάξεως ἀναιρεῖν, *Neminem Romanorum extra aciem occidere statuerunt.*

IX. Ἀντὶ, cum solo item gignendi casu, saepissime est *pro,* (sed quatenus significat *loco*) vel *instar*[50]*:* ut, Βασιλεὺς ἀντὶ μυρίων ἐστὶ στρατιωτῶν, *Rex sexcentorum militum instar est.* Ἀντ' ἀγάπης μῖσος εὕρασθαι, *Pro amore odium invenire,* id est, *referre.*[51] § 368.

Quo sensu crebro iungitur cum verbis, ἀγαπᾷν, *amare;* αἱρεῖσθαι, *deligere;* δέχεσθαι, *accipere;* ἀλλάττειν, *permutare;* τίθεσθαι, *ponere,* vel potius, *ducere,* id est, *existimare:* tuncque non raro verti potius debet, *prae,* quam *loco:* ut, Ἀντὶ κακῶν ἁπάντων κἂν ἀγαθὸν ἕνα τιθείμην, id est, *Prae omnibus improbis vel probum unum optaverim.* Dionys. Halicarnass. lib. X, Φίλων τε καὶ συγγενῶν ἀντὶ παντὸς ἀγαθοῦ τιθεμένων, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα εὐπορεῖν, *Cum amici ac propinqui omni bono potius ducerent, hominem illum opibus abundare.*

X. Aliquando tamen ἀντὶ commodius redditur, *propter,* vel *gratia.* Demosthen. pro Coron. Εἶτά μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι, *Deinde,* vel, *et tamen quaeris ex me, cuius tandem virtutis gratia, honoris aliquid*

48 *Sexcentis* exhibent edd. Paris. et Argentorat.

49 Potest etiam cum participio coniungi. Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 247 Μέγιστον δὲ κἀκεῖνο σημεῖον τῆς Περικλέους ὀρθότητος ἌΝΕΥ ΤΩ͂Ν ΕἸΡΗΜΕΝΩΝ, *Praeter ea, quae superius diximus, Periclis integritatis firmissimum argumentum hoc est.* Vbi ἄνευ τῶν εἰρημένων verbatim, *absque,* vel, *sine dictis.*

50 Est ubi melius reddatur per adiectivum superlativi gradus, ut in illo Platonis: Ὅν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι, *Quod ego dico prae omnibus,* id est, *omnium certaminum praestantissimum esse.*

51 Cum verbo εἶναι coniungit Hom. Iliad. *I*, vs. 116

— Ἀντί νυ πολλῶν
Λαῶν ἐστιν ἀνὴρ, ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.

Is, quem Iupiter carum habet, est instar multarum copiarum. Hunc usum servat etiam in compositione, ut in ἀντάξιος apud Hom. Iliad. *Λ*, vs. 514, qui Machaonem laudans ait:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
Nam multis aliis medicus praestantior unus.

seu potius: *Multorum aliorum instar.*

obtinere velim. Sic, Ἀνθ' ὧν τὴν ἐπαρχίαν ἐκάκωσε, τιμωρίας ὑπομένειν τὰς ἐσχάτας δίκαιος ἦν, *Propter calamitates, quibus provinciam pessum dedit, dignus est, qui extremas poenas sustineat.* * [Soph. Electr. 537. *Herm.*] § 369.

XI. Ἀπὸ, cum solo etiam gignendi casu, praeter vulgarem acceptionem, qua respondet Latinis Praepositionibus *A*, *Ab*, *E*, *Ex*, sequentes habet notatu digniores. Ac primo quidem cum suo casu per adverbium Latinum saepius redditur. Nam Ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, et ἀπὸ τοῦ φανεροῦ, est φανερῶς, *palam.* Thucydid. lib. I, Μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους, βοηθεῖν, (supp. δίκαιον·) *Maxime vero*, (supp. *aequum est*,) *vos defensione nostra palam suscepta, nobis opem ferre.* Sic, Ἀπὸ ταὐτομάτου, et ἀπὸ τύχης, *fortuito:* ἀπὸ στόματος [52], et ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, *memoriter exponere*, vel *recitare:* ἀπὸ σπουδῆς, id est, σπουδαίως, *studiose:* ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore:* ἀπὸ τοῦ φρονίμου, *prudenter*, vel *consilio.*

* Ἀντὶ in compositis significat 1) *Aequalitatem*, sive *pariationem:* ut ἀντάξιος, ἀντίθεος, ἀντίῤῥοπος, ἀντίγραφον. [Ἀντίπετρος Soph. Oed. Col. 192. *Herm.*] 2) *Oppositionem*, sive *repugnantiam:* veluti ἀντιλέγειν, *contra dicere*, ἀντιπαρατάττειν, *aciem aciei hostium opponere*, ἀντιπαρεξάγειν, ἀντικεῖσθαι, ἀντιφέρειν, ἀντίδικος, ἀντίχριστος. 3) *Oppositionem loci, e regione, contra:* e. g. ἀντίθυρον, *locus e regione ostii*, ἀντιβλέπειν, ἀντικνήμιον, *tibia anterior, quae crassiori et insigniori tibiae parti opponitur.* 4) *Remunerationem*, vel, *vicissitudinem, vicissim:* v. c. ἀντωφελεῖν, ἀντευεργετεῖν, ἀντικαλεῖν, ἀντιθεραπεύειν. 5) *Aemulationem et imitationem:* ut ἀντίτεχνος. 6) *Permutationem*, seu, *successionem in locum alterius:* v. g. ἀντωνεῖσθαι, *emere in locum alterius rei*, ἀντιπαρέχειν, *in locum alterius substituere, resarcire* etc. Z.

52 Exemplum habet Plato in Theaet. non longe ab init. Hinc verbum ἀποστοματίζειν, *memoriter dicere*, vel *memoriter dicere iubeo:* et τὰ ἀποστοματιζόμενα, *quae memoriter recitantur.* Vtrumque apud eundem in Euthydemo pag. 276 Ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; *Quum vos memoriter recitare iubet grammaticus, quinam pueri discunt ea, quae reddenda sunt?* Huc refer ἀπὸ γλώττης, *Viva voce*, (*mondeling.*) Ita Arrian. de Exp. Al. lib. II, cap. 13, init. Ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις, ἐπιστολήν τε κομίζοντες Δαρείου, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γλώσσης δεησόμενοι etc. *Aderant a Dario legati, et epistolam ferentes Darii, et ipsi verbis precaturi.* Ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, *Nominatim*, Aristid. ad Capit. pag. 545. Ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου, *Inopinato*, Thucydid. lib. VI, cap. 47.

XII. Secundo cum duobus genitivis, τοῦ βελτίστου, et τοῦ κρατίστου, *optime*, aliquando significat *optima fide, optimoque consilio*, qui usus Dionysio Halicarnass. familiaris admodum est. Nam lib. I, pag. 62, *Αἰσθόμενος οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφὸν*, *Vbi sensisset haec a fratre animo non optimo fieri.* Idem lib. VII, pag. 470, Ὁπότε μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ κρατίστου γένοιντο αἱ διαγνώσεις, id est, *Enimvero cum bona fide ac sincere disquisitiones illae fierent.* Et paulo post: Ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ κρατίστου πρὸς τὰ κοινὰ προϊὼν, id est, *At vir bonus, bonoque animo ad rempublicam accedens.* [De his et ἀπὸ τοῦ διακειμένου Leopard. Emend. I, 21. *Herm.*]

Aliquando παντὸς cum τοῦ βελτίστου iungitur. Idem libro III, pag. 140, *Τοῖς δὲ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνουσι τὸ συμβεβηκὸς*, id est, *At iis, qui de illo casu bono ac sincero animo iudicabant.* Et lib. IV, pag. 221, Ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, ἦ μὴν τὰ ἀληθῆ, καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι, *Cum solenne iusiurandum edidissent, vere atque optima fide censum illum factum esse.*

XIII. Tertio, praecedente articulo praepositivo, saepe coniunctionem aliquam significat cum eo, quod per genitivum exprimitur. Nam οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, id est, οἱ στωϊκοὶ, *Stoici*; verbatim, *qui sunt ex porticu*[53]: οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας, *Philosophi*: οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *Platonici*[54]: οἱ ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, *Galli*: οἱ ἀφ' αἵματος, *sanguine coniuncti.* Philo de Legat. ad Caium: Οἱ ἀφ' αἵματος πάντες, καθ' ἑκάτερον γένος, τό τε πατρῷον, καὶ μητρῷον, *Propinqui omnes utriusque generis, paterni simul, ac materni.*[55] Sic

53 Lucian. de Parasito: Ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠῸ ΤΗ͂Σ ΣΤΟΑ͂Σ, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠῸ ΤΗ͂Σ ἈΚΑΔΗΜΙ΄ΑΣ, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠῸ ΤΟΥ͂ ΠΕΡΙΠΑ΄ΤΟΥ, *Aliter enim se res habere videtur Epicuro, aliter Stoicis, aliter Academicis, aliter Peripateticis.*

54 V. Clem. Al. Strom. l. II, pag. 384, lin. 29 Τὰς δὲ συγκαταθέσεις οὐ μόνον ΟἹ ἈΠῸ ΠΛΑ΄ΤΩΝΟΣ, ἀλλὰ καὶ ΟἹ ἈΠῸ ΤΗ͂Σ ΣΤΟΑ͂Σ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγουσιν, *Assensiones autem non solum Platonici, sed Stoici etiam dicunt in nostra potestate esse.*

55 Praecedente articulo in neutro genere, praepositio κατὰ subauditur. V. c. *Quod ad maternum genus attinet, Scytha fuit*, Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς, Σκύθης, Aeschin. contra Ctesiph. pag. 299, lin. 10. Sic in antiquo Ptolemaei Euergetae monumento: *Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος — τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς, Ἡρακλέους, τοῦ Διός· τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς, Διονύσου τοῦ*

οἱ ἀπὸ τῆς βουλῆς, *Senatores*[56]: οἱ ἀπὸ τοῦ πλήθους, *plebeii*: οἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων Ἴωνες, *Iones ab Atheniensibus oriundi.* § 370.

XIV. Quarto, contraria paene significatione, οἱ ἀπό τινος πράγματος, dicuntur aliquando, *qui re aliqua, negotiove perfuncti sunt*, de quo iam aliquid attigimus in verbo γίνομαι. Nam v. c. οἱ ἀπὸ τῆς ὑπατείας, *qui a consulatu*, id est, *viri consulares*, *qui consulatu defuncti sunt.* Herodian. lib. VII, cap. 1, Περιτυχόντες τῶν ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου τινὶ, id est, *Cum in aliquem ex Consularibus et Alexandri amicis incidissent.* Sic: οἱ ἀπὸ τῆς στρατηγίας, *imperio defuncti*, vel, *imperatorii*: ὁ ἀπὸ τῆς πρεσβείας, *qui legatione perfunctus est*: et simil.

XV. Quinto affinis usus ille est, quo significat *a*, vel *ab*, id est, *post* aut *statim post*: ἀπὸ δείπνου, *statim a coena*: ἀπὸ παίδων, *statim a pueritia*, vel, *statim post pueritiam*: ἀπὸ παραγγέλματος, *statim a mandato*: ἀπὸ σάλπιγγος, *a tuba*, id est, *statim a tubae signo*: ut, Ὁ δ' ἀπὸ σάλπιγγος ἐς μέσους ὤσατο τοὺς πολεμίους, id est, *Ille autem statim a tubae signo medios in hostes irruit*: ἀπὸ τοῦ πολέμου, *paulo post bellum*: ut, ἀπὸ δὲ τοῦ πολέμου, τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως ἑαυτὸν ὑπεξείλετο, *Hoc bello simulatque perfunctus est, se ipsum reipublicae administrationi subduxit.*

XVI. Sexto, παρὰ, cum genitivo, vix unquam apud solutae orationis auctores cum rebus inanimatis coniungitur, sed tantum apud poetas: ut, παρὰ νηῶν, *a navibus*, apud Homerum. Ἀπὸ, licet rarius, aliquando tamen etiam in prosa de rebus viventibus usurpatur. Clemens Alexandr. Strom. II Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, id est, *Hi beati praedicantur, qui a Deo electi sunt.*

Tuncque ἀπὸ sumitur pro ὑπὸ, quod infrequens non est, cum apud alios, tum maxime Pausaniam. [librariorum errore. *Herm.*] Vnde in Corinthiacis, [cap. 32. *Herm.*] Καὶ ταύτας

Διός, *Rex magnus Ptolemaeus, ex patre quidem Hercule, Iovis filio, oriundus: ex matre vero a Baccho, Iovis filio, genus ducens.* Pro ἀπὸ etiam ponere licet πρός. Vid. infra Sect. 8. §. 5.

56 Herodian. lib. VII, cap. 1 Πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ἁπάντων, *Multisque centurionibus conspirantibus, et senatoribus omnibus.* Sic οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, *Haeretici*, apud Clementem Alex. Strom. lib. II, pag. 383, lin. 30.

(παρθένους) φασὶν ἀπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν καταλευσθῆναι, id est, *Illas etiam (virgines) ab adversae factionis hominibus lapidatas fuisse aiunt.* Idem in Messenic. Ἢ καὶ ἀπὸ τῶν σκυλευομένων ἔτι ἐμπνεόντων διεφθείροντο, id est, *Aut etiam ab iis, qui spoliati cum essent, adhuc tamen spirabant, occidebantur.*[57]

57 Confer Marci Euang. Cap. VIII, 31 Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, *Oportet filium hominis multa pati, et reprobari a senioribus.* Locus Clementis Alex. est p. 389, lin. 7. Pausaniae pag. 146, lin. 38, et 241, lin. 33. Confer lib. 1, Machab. cap. VIII, 6. et 12, et cap. IX, 15. Sed haec rariora sunt, nec optimae notae, quae tironibus, ut imitentur auctor non sum. [Praeclare de hac re disserit Iensius in Ferculo litter. pag. 16 seqq. ubi inprimis ille locus Matth. XI, 19 Ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, illustratur. Z.]

Aliquando cum genitivo redditur Latine per solum Ablativum. Vt, Ἔνδοξοι ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας, *Illustres eloquentia et sapientia,* Plut. in Vit. Cic. pag. 872, in fine. Quamvis hoc modo ἀπὸ per solum auferendi casum reddatur, retinet tamen Graecus sensus nescio quam praepositionis vim et latentem significationem. V. c. Demosth. pro Cor. pag. 335, lin. 12 Ἀπ' ὀρθῆς, καὶ δικαίας, καὶ ἀδιαφθόρου τῆς ψυχῆς πάντα μοι πέπρακται, *Recto, iusto et incorrupto animo omnia a me facta sunt.* q. d. *Omnia a me facta, a iusto etc. animo profecta sunt.* Perspicitur et haec τοῦ ἀπὸ potestas, quando ponitur pro ὑπὸ significante *prae.* Tale est illud Herodiani de Dionysio Sicilide tyranno, qui ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ἄγαν ἈΚΡΑΣΙ'ΑΣ καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο, *Prae nimia intemperantia nova luxuriae instrumenta, positis maximis praemiis, venabatur.* Locus est lib. I. cap. 3. Ita in Act. Ap. cap. XII, vs. 14, ancilla, Petro pulsante ostium, ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ΧΑΡΑ͂Σ οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, *Prae gaudio non aperuit vestibulum.* q. d. *Cunctatio haec ancillae profecta est a nimio gaudio.* Ita Zachaeus in Euang. Luc. cap. XIX, 2, cupiens videre Iesum, *non potuit prae turba,* οὐκ ἠδύνατο ἈΠΟ' ΤΟΥ͂ ὈΧΛΟΥ. Adde sis c. XXII, 45 Εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ΛΥ'ΠΗΣ, *Invenit illos dormientes prae moestitia.* Conf. Io. XXI, 6. Matth. XXVIII, 4. Eadem praepositionis potestas perspicitur, quando Latine redditur *ex*, i. e. *secundum*, ut *ex pacto.* Ita utitur Thucyd. lib. IV, c. 130 Ὠιήθησαν γὰρ, ἈΠΟ' ΠΡΟΕΙΡΗΜΕ'ΝΟΥ τινὸς αὐτοῖς τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι, *Putabant enim, ex aliquo pacto hanc impressionem in se factam.* Et paulo post: Ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μένδην πόλιν, ἅτε οὐκ ἈΠΟ' ΞΥΜΒΑ'ΣΕΩΣ ἀνοιχθεῖσαν, *Irruentes in Mendam urbem, utpote non ex conventu apertam.* Ex quibus locis perspicue patet praepositionis significatio et potestas, nempe caussae efficientis. H. § 371.

Praeter causam efficientem, aliosque significatus, quos ipse Vigerus attigit, saepe quoque significat 1) causam finalem, *propter.* § 372. Vt Liban. Epist. 20 ἐθαύμαζον τὸν Ἑρμογένην ἈΠΟ' τῆς φιλοσοφίας. Aeschin. adv.

XVII. Septimo, accentu in penultimam retracto, eadem praepositio *alienum aliquid*, *remotum*, aut etiam *invisum* significat. Hinc ἄπο τῆς γῆς, *procul a terra*. Xiphilinus in Pompeio: Ὡς μέν τοί γε ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ τε ἄνεμος ἰσχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξετάραττεν, id est, *Cum vero iam procul a terra navigarent; et ventus eos vehementer urgere, et tempestas graviter agitare coepit.*[58] [V. Bast. ad Greg. Cor. p. 210. s. *Herm.*]

Sic ἄπο τρόπου, *a moribus*, id est, *alienum*[59], *et absurdum*, quasi, *honestis moribus minime conveniens:* cuius contrarium πρὸς τρόπου, id est, *consentaneum*, *et cohaerens*. ἄπο σκοποῦ, *procul a scopo*. ἄπο τοῦ εἰκότος, *parum admodum verisimile*. ἄπο πράγματος, *abs re*. ἄπο καιροῦ, *intempestive*. Huc etiam pertinet ἄπο θυμοῦ, quod de rebus iniucundis, aut invisis dicitur, quae uno verbo ἀποθύμια· ut *iucunda*, καταθύμια. Themistius orat. de Theodosii clementia: Ἀπέδειξεν ἅπασι βασιλεύς, ὅτι παντάπασιν αὐτῷ ἄπο θυμοῦ, καὶ ἀλλοτρία ἡ μέλαινα ψῆφος, id est,

Ctesiphont. pag. 441 ἀπ' εἰςαγγελίας κρίνεσθαι. Dinarch. pag. 33 ἈΠΟ' ποίων ψηφισμάτων οὗτος ἢ ποίων νόμων οὐκ εἴληφεν ἀργύριον; 2) Causam materialem, *ex*. V. c. Aeschin. Dial. II, 36 ἈΠΟ' μοχθηρῶν καὶ αἰσχρῶν πραγμάτων ἀργύριον αὐτῷ πορίσασθαι. 3) Instrumentum, *per*, *ope*. Vti Xenoph. Mem. I, 2, 9 ἈΠΟ' κυάμων καθίστασθαι ἄρχοντας. Demosthen. Phil. I, pag. 49 ἈΠΟ' τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων. 4) Valorem rei et pretium, *pro*. Vt Demosth. de Coron. pag. 256 Οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν — στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ, ἈΠΟ' ταλάντων ἑξήκοντα. Plura exempla vide in Ind. Demosthen. Reisk. 5) Locum, *a*, *ex*. Vt Marc. IX, 9 καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ ὄρους. Aechin. Dial. II, 1 ἐτύγχανε παρὼν ἈΠΟ' Σικελίας. Id. I, 4 ἈΠΟ' τῶν ἵππων ἠκόντιζεν. Aeschin. Orat. adv. Ctesiph. pag. 522 Δεσπότης ἐστὶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυομένου. Z.

Aliquando vacante praepositione, per Adiectivum vel Genitivum redditur, hoc modo: Ἡ ἀπ' ἀλλήλων ὠφέλεια, *Mutua utilitas*, apud Plat. ep. 13, pag. 360, lin. 13. Eo modo dicere quis vetat? ἡ ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὠφέλεια, *Litterarum utilitas*. q. d. *Vtilitas, quae ex litteris emanat.* — § 373.

58 Hinc superlativus ἀπωτάτω, *Longissime*, *Remotissime*: apud Plut. de anim. procr.

59 Item *iniuria*, *immerito*. Plut. in Caes. pag. 734 Καὶ τότε τῆς ἐπιεικείας ἱερὸν οὐκ ἌΠΟ ΤΡΌΠΟΥ δοκοῦσι χαριστήριον ἐπὶ τῇ πρᾳότητι ψηφίσασθαι, *Et tunc clementiae aedem non immerito in gratam lenitatis eius memoriam decrevisse videntur.* [Demosth. adv. Timocr. pag. 701 Ἔσται δὲ ταῦτ' οὐκ ἌΠΟ τοῦ πράγματος, *Haec non erunt aliena a re.* Z.]

Omnibus ostendit Imperator, nigrum calculum sibi penitus invisum, ac suis moribus alienum esse; ubi notandum, personam, cui res invisa est, in dandi casu exprimi. [60] [Ἄπο θυμοῦ ποιεῖν *abalienare.* Epist. ap. Diog. Laert. I, 100. *Herm.*] Eodem fere modo usurpatur ἄπο γνώμης. Ita Iulianus Augustus in Caesaribus: *Καὶ τῷ Διὶ τοῦτο οὐκ ἄπο γνώμης ἦν, Neque id Iovi displicebat.*

60 Adde Homerum Iliad. *Α*, vers. 562

— *ἌΠΟ ΘΥΜΟΥ*
Μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι. —
Invisa magis eris animo meo. H.

* Ἀπὸ in compositis significat 1) *Separationem:* § 374. ut *ἀποβαίνειν, abire; ἀποβάλλειν, abiicere, reiicere; ἀποτίθεσθαι, ad futuros usus reponere; ἀποδιδράσκειν, ἀπελαύνειν, ἀποδημεῖν· ἀπειπεῖν ὁμιλίαν, renunciare consuetudinem; ἀπογίνεσθαι ἀπό τινος, abesse ab aliquo; ἀπόμισθος, mercedis expers: ἀπόῤῥητον, quod dici et evulgari non debet; ἀποστράτηγος, a munere imperatoris remotus.* 2) *Recuperationem et restitutionem:* v. c. *ἀποδιδόναι, reddere, restituere; ἀποκαθιστάναι τὴν πάτριον πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς τάφους,* Demosth. p. 256. *ἀπολαμβάνειν, recuperare, quod debebatur,* Lys. p. 590. 609. 3) *Perfectionem rei et absolutionem:* § 375. *ἀποτετελεσμένος, omnibus numeris absolutus,* Xenoph. Oecon. XIII, 3. *ἀποφοιτᾶν, studia scholastica absolvere, finem facere scholas frequentandi,* Lys. Fragm. pag. 38 ed. Reisk. *ἀπομάχεσθαι, certando rem conficere,* Lys. p. 148. *ἀπεργάζεσθαι, elaborare, rem laborando perficere.* 4) *In loco, in officio:* ut *ἀπόγειος, terrestris, qui in continenti est,* et opponitur *τῷ πλοῦντι* [*πλέοντι. Herm.*] *κατὰ τοῦ κλύδωνος,* Lucian. Lexiph. Tom. II, pag. 338. Conf. Dorvill. ad Charit. p. 106. *ἀποτέλειοι,* h. e. *οἱ ἐν τέλει, magistratus,* Polyb. X, 21. XVI, 20 *ἀπομάχεσθαι, e loco pugnare,* ut Polyb. VIII, 6 *ἀπομάχεσθαι ἐκ τῶν πλοίων. Ἀποθεωρεῖν, e specula prospicere, quid rerum geratur,* Polyb. Exc. Legat. 65. 5) *Participationem:* v. c. *ἀπομερίζειν, partem dare,* Polyb. III, 35. 6) *Instrumentum:* ut *ἀποκληροῦν, per sortem eligere,* Polyb. II, 58. 7) *Materiam ex qua:* ut *ἀπόμελι* apud Dioscoridem, h. e. *aqua mulsa,* q. d. *aqua ex melle.* Sic apud Athenaeum *ἀπομεμιμημένος, ab exemplari effictus et expressus.* 8) *Auget:* sic *ἀποχρῆσθαι, ἀπαιτεῖν, ἀποκαλεῖν, crebro appellitare, ἀποτολμᾶν, ἀποθαυμάζειν, ἀπομνημονεύειν* etc. Z. — § 376.

S E C T I O II.

De Praepositionibus διὰ *et* εἰς.

R E G V L A I.

De praepositione διὰ, cum genitivo casu coniuncta, pluscula iam superius dicta sunt; quibus pauca haec adiungas licet. Διὰ, cum genitivo plurali, annum seu diem significante, et cum suo numerali coniuncto, vel cum singulari nomine ordinem in numero designante, id exprimit, quod Latini dicunt v. c. *tertio quoque die*, vel *anno*, et simil. Nam διὰ δέκα ἐτῶν, vel διὰ δεκάτου ἔτους, id est, *decimo quoque anno:* διὰ πέντε ἡμερῶν, vel διὰ πέμπτης ἡμέρας, *quinto quoque die.* Xiphilin. in Iulio, loquens de intercalatione unius diei anno bissextili: Τὴν μέν τοι μίαν, τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν εἰσήγαγεν, *Vnum porro diem illum, qui ex quatuor diei quadrantibus*, (id est, *sex horis quater repetitis*) *confiebat, quinto quoque anno intercalavit ipse quoque.* Photius in Olympiodori excerptis: Ἀρδεύουσι δὲ τὰ γήδια αὐτῶν, ἐν θέρει μὲν διὰ τρίτης ἡμέρας, ἐν χειμῶνι δὲ διὰ ἕκτης, *Ruscula vero sua irrigant, aestate quidem, tertio quoque die; at hieme, sexto.* [Διὰ τρίτου ἔτεος, *tertio quoque anno ineunte*, ap. Herodot. II, 4. v. ibi Wessel. pag. 105. *Herm.*]

II. Διὰ χειρὸς vel χειρῶν ἔχειν, non tantum est, *manu* vel *manibus tenere:* aut etiam *manibus versare*, quod de libris, eorumque lectione Latini dicunt; sed etiam *studiose tractare, curare, administrare*, id est, δι᾽ ἐπιμελείας ἔχειν· ut cum Aristotel. V. Politic. ait, Φοβούμενοι γὰρ διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν, *Metuentes enim maiori cautione rempublicam administrant.* Et Thucydid. lib. II [61] Τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, id est, *resque sociorum omni provisione curare.* Gallice dicimus, *tenir la main aux affaires.*

III. Διὰ χαρίτων ὁμιλεῖν, est, μετὰ πάσης ἀστειότητος, καὶ πασῶν τῶν φιλοφροσυνῶν, *Ita versari cum hominibus, ut eorum gratiam ac benevolentiam tibi facile concilies.* Xiphilin. in Iulio, de Cleopatra: Καὶ προσομιλῆσαι παντί τῳ διὰ χαρίτων ἠπίστατο, *Omnibus, mutuo in colloquio, pla-*

61 Cap. 13, ubi consule Scholia.

cere noverat. Δι' ἀποῤῥήτων εἰπεῖν, *secreto dicere.*[62] Διὰ κενῆς, *per inanem*, id est, *frustra.* Dionys. Halicarnass. lib. VI[63] Καὶ μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν αὐτοῖς φόβους, id est, *Infinitosque alios metus nobis ipsi temere fingebamus:* ubi subaudiri videtur, ὑπονοίας, vel ὑπολήψεως, vel aliud simile, quod *suspicionem* significet.

IV. Δι' ἀθυμίας γίνεσθαι, id est, ἀδημονεῖν, ἀπορεῖν, ἐν ἀπορίᾳ καταστῆναι, *aestuare, ac sollicitum esse.* Dionysius Halicarnass. lib. VI[64] Μέμνησθε, ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας ἐγένεσθε, εἴτε μὴ συναρούμεθα τῶν ἀγώνων ὑμῖν, εἴτε μὴ ὡς τοὺς πολεμίους τρεψόμεθα, id est, *Meministis, quam omnino solliciti essetis, ne vel certaminum vestrorum socii esse nollemus, vel ad hostes ipsos transiremus.* Contra, δι' ἀσφαλείας γίνεσθαι, *securum reddi*[65]*:* γίνεσθαί τι διὰ μέσου, *medium aliquid esse.*[66] μηδὲν γίνεσθαι τὸ διὰ μέσου, *nihil medium superesse:* quasi δυοῖν θάτερον, *alterum e duobus necessarium sit.*[67]

V. Δι' αἰσχύνης ἔχειν, *vereri:* λαμβάνειν τι, *sibi probro aliquid vertere.*[68] Dionys. Halicarnass. lib.

62 Ita Dionys. Hal. lib. VIII, pag. 482, lin. 31 Τῶν ἀναγκαιοτάτων τινά σοι κέλευσον ἐλθεῖν ὡς τοὺς ὑπάτους, καὶ ΔΙ' ἈΠΟΡ'ῬΗ'ΤΩΝ εἰπεῖν, *Ex tuis maxime necessariis aliquem ad consules mitte, qui occulte moneat.*

63 Pag. 346, lin. 20.

64 Pag. 399, lin. 49.

65 Adi eundem lib. XI, p. 700, lin. 41 Καὶ διδάξω, πῶς ἡ χώρα ΔΙ' ἈΣΦΑΛΕΙ'ΑΣ ΓΕ'ΝΟΙΤΟ, *Et ostendam, qua ratione regio secura reddi possit.* H. Δι' ὄχλου γίγνεσθαί τινι, *alicui molestiam exhibere.* Plat. Alcibiad. I. Z.

66 Rursus Dionys. ibid. p. 688, lin. 18 Τὸ γὰρ ΔΙΆ ΜΕ'ΣΟΥ χωρίον οὐ πολὺ, *Nam non magnum intermedium spatium. Non longe absunt.* Super his non admodum absimilia consuli possunt, quae dixi supra ad Cap. III, Sect. 7, Reg. 5.

67 Ita enim idem lib. VII, pag. 451, lin. 4 Ὥστε, εἰ μανέντες ὑμεῖς ἐπεκυρώσατε τὰς γνώμας αὐτοῦ, μηδὲν ἂν ΓΕΝΕ'ΣΘΑΙ ΤΟ' ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΥ, ἀλλ' ἤτοι τὸ δημοτικὸν ἀπολωλέναι πλῆθος ἅπαν, ἢ etc. *Ita ut, si furore acti ipsius sententiam confirmavissetis, nihil medium superfuisset, sed vel plebs universa periisset, vel etc.*

68 Haec et similia exempla ad generalem regulam revocari possunt hoc modo: Praepositio διὰ una cum adiuncto genitivo, et verbo ἔχω, λαμβάνω, τίθεμαι, vel simili, eleganter ponitur pro illo verbo, cuius significationem cognatum substantivum a praepositione rectum obtinet: ut Δι' ἐλπίδος ἔχειν, i. e. ἐλπίζειν. Herodian. lib. II, cap. 1. Τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου ΕἼΧΟΝ ΔΙ' ἘΛΠΙ'ΔΟΣ, *Hunc vitae exitum exspectavi.* Sic, διὰ τιμῆς ἔχειν, *Honorare:* et διὰ θαύματος ἔχειν, *Mirari.* Vtrumque apud eundem lib. eod. cap. 2 Τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν

VI [69] *Μαθοῦσα δὲ ἡ βουλὴ τοῦτο, δι' αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα ἔλαβε*, *Senatus ubi hoc cognovisset, rem probro sibi vertendam putavit.* *δι' οἴκτου λαβεῖν*, *misereri.* [70] *διὰ χειρὸς ἔχειν τι*, *aliquid manu tenere.* [71] *διὰ στόματος ἔχειν τινὰ*, *in ore aliquem habere.* *δι' αἰτίας ἔχειν τινὰ*, *aliquem culpare*, vel *accusare.* [72] *δι' αἰτίας εἶναι*, *culpari, accusari.* [73] *δι' ὠφελείας τίθεσθαι*, *lucri facere, sibi vendicare, in proprios usus convertere.* Dionys. Halicarnass. lib. VII [74] *Τά τε χρήματα αὐτῶν ὡς πολεμίων δι' ὠφελείας ἔθεντο, καὶ τὰ σώματα κατακλείσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ*, id est, *Eorum, tanquam hostium, pecunias suas fecerunt, corpora vero carcere incluserunt.*

VI. Denique *διὰ* cum genitivo *spatium*, aut *intervallum* significat. Nam *διὰ βίου*, id est, *tota vita.* [75] § 377. *διὰ τέλους*, *per finem*, id est, *perpetuo.* [76] *δι' ἔτους*, *toto anno.* *διὰ δευτέρου ἔτους*, *altero quoque anno.* *διὰ τρίτου ἔτους*, *tertio quoque anno*, et sic de caeteris. *Διὰ μακροῦ*, *longo intervallo.* [77]

διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔσχετε, *Vrbi praefectum tot annos semper honorastis et mirati fuistis.* Pro *ἔχω* idem paulo post *φέρω* dicit: *φέρουσι διὰ μνήμης*, *memoria retinent.* Pro eodem verbo substantivo utitur ib. cap. 10 *Κἀμοὶ δὲ δι' εὐχῆς ἐστι*, *Et mihi est in votis:* pro *εὔχομαι.* Item *ἄγω.* Ita Aelian. V. H. lib. IX, cap. 4 *Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε*, *Anacreontem Teium honorabat et faciebat plurimi.*

69 Prope finem.

70 Sic Dionys. Hal. Lib. X, pag. 670, lin. 39 *Καὶ ἡ ἄλλη δὲ πᾶσα στρατιὰ ΔΙ' ΟΙ'ΚΤΟΥ τὸ πρᾶγμα ἔλαβεν*, *Et reliquus insuper exercitus universus casui indoluit.*

71 V. eundem lib. XI, p. 720 lin. 16 *Τὴν μαγειρικὴν μάχαιραν ΔΙΑ' ΧΕΙΡΟ'Σ 'ΕΧΩΝ*, *Cultrum coquinarium manu tenens.*

72 Ibidem lib. III, pag. 148, lin. 36 *Ἐπεὶ καὶ τοῦτο ΔΙ' ΑΙ'ΤΙ'ΑΣ εἶχες*, *Quandoquidem et hoc obiiciebas.*

73 Sic idem lib. I, pag. 56, lin. 33 *ΔΙ' ΑΙ'ΤΙ'ΑΣ "ΟΝΤΑ παρὰ τῷ πλήθει τὸν Ἀσκάνιον*, *Obiecto hoc crimine a populo Ascanio.*

74 Pag. 446, lin. 12.

75 Idem lib. III, pag. 187, lin. 37 *"Αρχειν τε αὐτῶν ἔταξε τὴν ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν ΔΙΑ' ΒΙ'ΟΥ Ταρκύνιον "Αρροντα*, *Praefecitque iis dictatorem perpetuum (per totam vitam) Tarquinium Aruntem.* [Vid. Cel. Fischer. ad Plat. Phaed. cap. 20. Z.]

76 Est et ubi redditur, *ad finem usque.* Sic apud Plat. Sophist. pag. 237 *Ἀρχόμενός τε καὶ ΔΙΑ' ΤΕ'ΛΟΥΣ τοῦτο ἐπεμαρτύρατο*, *Ab initio usque ad finem constanter hoc testatus est.* Vbi obiter nota participii *ἀρχόμενος* usum, de quo supra Sect. 3, de Particip.

77 Dion. Hal. lib. III, pag. 254, lin. 35 *Οὐ ΔΙΑ' ΜΑΚΡΟΥ' τὴν Ῥώμην ὑποχείριον ἕξειν ἐλπίσαντες*, *Sperantes, Romam non longo post tempore in sua potestate futuram.*

διὰ βραχέων εἰπεῖν, paucis dicere, διὰ πλειόνων εἰπεῖν, pluribus dicere, πύργοι ὄντες δι' ὀλίγου, turres modico intervallo disiunctae. Hinc illud Thucydidis lib. VII, pag. 514 *Τὴν γὰρ ἀνάκρουσιν οὐκ ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐξωθουμένοις ἄλλοσε, ἢ ἐς τὴν γῆν, καὶ ταύτην δι' ὀλίγου, καὶ ἐς ὀλίγον·* id est, *Nec Atheniensibus iam repulsis alio retrocedendi facultatem fore, quam in terram, eamque ut modico intervallo dissitam,* (supp. *a mari*) *sic exiguo valde spatio definitiam.* [78]

Κῶμαι διὰ πολλοῦ, pagi longo intervallo dissiti. Hinc *θαυμάζειν τὰ διὰ πλείστου,*[79] *mirari res a nobis longissime dissitas.* Sic *διὰ χρόνου*, vel *πολλοῦ χρόνου ἑωρακέναι τινὰ*, est, *longo intervallo aliquem vidisse.* [80] Alias tamen *διὰ χρόνου*, est tantum, *post aliquod tempus. Διὰ τοσούτου*, supp. *διαστήματος*, *tanto*, vel *tantulo intervallo;* nam utroque modo sumi potest. [81]

VII. *Διὰ* cum accusandi casu, non tantum est, *propter*, sed etiam *per*, ita ut significetur, *rem alicuius vel beneficio, vel culpa fieri, aut non fieri.* [82] Demosthen. pro Coron.

78 Clarius apud eundem lib. III, cap. 21 *Ὥστε ἓν φαίνεσθαι τεῖχος παχὺ, ἐπάλξεις ἔχον ἀμφοτέρωθεν· διὰ δέκα δὲ ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγάλοι, Ita ut unus solidusque murus videretur, pinnas habens utrinque: ad decimam autem quamque pinnam turres erant magnae.*

79 Vid. eund. lib. III, cap. 115. Vbi *οἱ διὰ πλείστου, Remotissimi.*

80 Exemplum habet Plato de Rep. non procul ab initio: *Ἦν δὲ ἔνδον καὶ ὁ πατὴρ ὁ τοῦ Πολεμάρχου Κέφαλος· καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· ΔΙΑ΄ ΧΡΟ΄ΝΟΥ γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτὸν, Erat autem etiam intus pater Polemarchi: is mihi videbatur admodum esse senex; longo enim temporis intervallo eum videram.* Pro eodem § 377. b. dicitur *ἐπὶ χρόνον.* Thucyd. lib. IV, cap. 1 *Τὸ γὰρ Ῥήγιον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζε, Rhegium iampridem seditionibus agitabatur.* [Interdum *διὰ* hoc sensu praetermittitur. V. c. Xenoph. Agesil. II, 23 *Πολλῶν νομιζόντων, οὐδ' ἂν ἐξελθεῖν Λακεδαιμονίους ΠΟΛΛΟΥ͂ ΧΡΟ΄ΝΟΥ ἐκ τῆς αὐτῶν*, h. e. *διὰ πολλοῦ χρόνου, longo post tempore.* Z.]

81 Denique cum genitivo aliquando adverbialiter redditur: ut *Διὰ ταχέων, Cito*, Thucyd. lib. I, cap. 8. *Διὰ βραχέων, Breviter*, Plat. Tim. in initio. *Διὰ βραχυτάτων, Brevissime*, ibid. pag. 89, in fine. *Διὰ τάχους, Celeriter*, Thucyd. lib. II, cap. 18. *Δι' ἀπεχθείας, Odiose*, Plat. Theag. pag. 130, lin. 12. H.

Διὰ servit interdum periphrasi genitivi, qui instrumentum significat. Vt Plat. Phaed. cap. 9 *αἱ ἡδοναὶ αἱ ΔΙΑ` τοῦ σώματος, Voluptates corporis, sive, quae corpore percipiuntur.* Demosth. adv. Leptin. pag. 489 *οἱ διὰ τῶν ὀλίγων πολιτεῖαι.* Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 600 *ἡ διὰ τῶν ὅρκων πίστις.* Z.

82 Vide omnino Scholiasten

Φωκικοῦ συστάντος τοῦ πολέμου, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην πω τότε· *Conflato Phocensi bello, non culpa ulla mea, qui nondum ad rempublicam accesseram.* Dionysius Halicarnass. lib. VIII *Ὅτι τῆς καθόδου δι' ἐκεῖνον τυχὼν, οὐ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ θεραπεύομαι·* id est, *Quod reditum eius opera consecutus, eius tamen cupiditatibus obsequi et obsecundare nolim.*

Quod saepe Latinum *per* significare solet: ut, *Δι' αὐτόν γε μόνον οὔπω τῆς ἐνδίκου τιμωρίας ἔτυχεν*, *Per eum quidem unum adhuc stetit, quo minus iusto supplicio afficeretur.* [83] Imo etiam aliquando cum accusativo rei, non personae, coniungitur: tuncque necessario reddi debet *per:* ut, *θεωροῦντί μοι τὸν τρόπον, δι' ὃν μέγας οὕτως ηὐξήθη ὁ πολέμιος·* id est, *cogitanti mihi modum illum, quo tantus hostis evasit.* [84]

Aristophanis in Plut. ad haec verba vers. 93.

Καὶ μὴν διὰ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται μόνους.

Atqui per iustos honoratur solos.

Vbi Schol. *Ἰστέον, ὅτι ἡ ΔΙΑ' πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ, ὡς ἐνταῦθα.* etc. i. e. *Sciendum est, praepositionem διὰ non solum cum genitivo construi, cum effectionem significat, sed etiam cum accusativo, uti hic.* Epict. Enchir. cap. 31 *Οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα*, *Neque enim calceos habet per fabrum aerarium, neque arma per sutorem.* Demosthenis locus est pag. 315, lin. 17. Dionysii Hal. pag. 505, lin. 21. Ita Curt. lib. VII, cap. 8, §. 7 *Nec rex dicere per valetudinem potuit: Οὐδ' ὁ βασιλεὺς διά γε τὴν ἀῤῥωστίαν λέγειν οὐκ ἐδύνατο.* [De *beneficio* accipi debet in illo Iliad. θ', 510 *διὰ νύκτα φεύγειν·* quod Clarkius recte interpretatur *noctis beneficio fugere.* Z.]

83 Huc faciunt verba Platonis, a me citata ad Cap. VIII, Sect. 6, Reg. 9 *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ εἰ μὴ ΔΙΑ' ΤΟ'Ν ΠΡΥ'ΤΑΝΙΝ, ἐνέπεσεν ἄν*, *Miltiadem illum in campo Marathonio nobilem victorem, in barathrum coniiciendum decreverunt; et, nisi per Prytanin* [i. e. *nisi Prytanis obstitisset*], *praecipitatus fuisset.* *Πλατωνίζει* Philo Iud. Leg. ad Cai. pag. 774, lin. 32 *Τρὶς, οὐχ ἅπαξ ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ ΔΙ' 'ΕΜΕ'. Nisi ego impedivissem, ter, non semel interemtus fuisset, prono in ipsius necem Tiberio.* Sic Latini quoque *propter* pro *per* utuntur. Cic. pro Mil. cap. 22 *Quod enim praemium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, PROPTER QVOS vivit? etsi id quidem non tantum est, quam quod PROPTER EOSDEM non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit.*

84 Eadem Praepositio non minus eleganter, quam frequenter cum Infinitivo constructa, prae-

VIII. De praepositione εἰς, vel ἐς, quae cum solo accusativo coniungitur, vel expresso, vel in genitivo satis

cedente Articulo τὸ, Latine exponitur per *Quia*, *Quoniam*, *Quandoquidem*, *Propterea quod*. Sic Plato Gorg. pag. 487, lin. 5 Διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι, *Quia non sunt sapientes*. Vbi etiam observa, Nominativum σοφοὶ non mutari, etiamsi verbum in Infinitivum transierit. H. § 378.

Διὰ saepe ante τοῦτο, ταῦτα et τί intelligi debet. Vt Aeschin. Dial. III, 9 Καὶ ΤΟΥΤΟ καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. Vid. Cel. Fischer. ad h. l. et Plat. Apol. cap. 17. Sed inprimis Raphel. ad 2 Petr. I, 5, ubi res exemplis aliquot Xenophontis est comprobata.

In compositis vero significat 1) *Transitum rei:* ut διορύττειν, *perfodere*, διάγειν, *traducere*, διελαύνειν, *peragrare*, διαφαίνειν, *pellucere*, διαπίπτειν, *perlabi*, διαπνεῖν, *perflare*, διασώζειν πρὸς, *salvum ducere ad* etc. 2) *Perfectionem et absolutionem*, *superatis difficultatibus et impedimentis*. Vt διαπερᾶν τὸν βίον, *vitam traducere*, Xenoph. Oecon. XI, 7. διαπράττειν, *perficere*, *ad finem perducere:* διεργάζεσθαι, *opus absolvere*, Polyb. IV, 22. διαπίπτειν πρός τινα, *elabi ad aliquem*, *seu superatis impedimentis clam ad aliquem pervenire*, Polyb. IV, 86. VIII, 21. διακρίνειν, *lites dirimere*, *seu iudicium ad finem perducere*, Demosth. pag. 163, 15. διαλογίζεσθαι, *computum finire*, Demosth. p. 1236, 17. 3) *Continuationem temporis et tractum*. V. c. διατελεῖν et διαμένειν, *perdurare*, *permanere*, h. e. *semper durare*, *resistendo difficultatibus et superando impedimenta*. Sic Xenophont. Apol. 3 οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, *semper recte vixi*. 4) *Distributionem*, h. e. *a pluribus personis*, vel *pluribus locis*, *modis*, *partibus*. Vt διαγγέλλειν, *nuncios in omnes partes mittere*, Demosthen. pag. 163, 8. διανέμειν et διαδιδόναι, *distribuere*, h. e. *pluribus hominibus rem divisam dare*. Διΐστασθαι, *distare*, h. e. *diversis stare locis*. Διασιωπῆσαι, *ad unum omnes tacere*, vid. Dorvill. ad Charit. pag. 381. Διασπάσασθαι, *dilacerare*, *dum quisque ad se trahit partem corporis*, ib. pag. 312. Διατάττειν, *disponere*, *diversis locis collocare*. Διαπωλῆσαι et διαπιπράσκειν, *divendere*, ibid. pag. 92. Διαγιγνώσκειν, *rem pluribus modis contemplari*. Διαδοκιμάζειν, *rem omnibus partibus considerare et explorare*, Xenoph. Oecon. XIX, 16 5) *Seiunctionem*. Vt διακαθίζειν, *seorsim locare*. Xenophont. Oecon. VI, 6 εἰ πολεμίων εἰς τὴν χώραν ἰόντων, διακαθίσας τις τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς τεχνίτας, χωρὶς ἑκατέρους ἐπερωτῴη etc. Διαχωρίζειν, *seorsim collocare*, *disponere*, ibid. VIII, 11. Διαζευγνύναι, *disiungere*, *separare*, Demosthen. pag. 1399, 11. Διατειχίζειν τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας, *urbem ab arce seiungere muro*, Polyb. VIII, 27. 6) *Clanculum*. Vt διαδῦναι, *elabi*, *clam sese subducere*, Demosthen. p. 1045, 25, ubi copulatur cum ἀποκρυπτεσθαι. Διακλαπῆναι, *surripi*, Polyb. II, 62. 7) *Auget*. V. c. διαγωνιᾶν, *valde timere ne*, Polyb. IV, 10. Διαμαρτύρεσθαι, *graviter monere*, ibid. I, 37. Διόμνυσθαι, *deierare*, h. e. *omnibus adhibitis*, *quae ad vim iurisiurandi pertinent*, sc. *cum obte-*

intellecto, ut *εἰς ᾅδου*, supp. *δόμον*, *ad inferos*[85], observare iuverit, quae sequuntur.

Primo, interdum subauditur, [minime. *Herm.*] maximeque apud Thucydidem, ut lib. II, p. 111 *Ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο·* ubi *τὰ* pro *εἰς τά·* id est, *Illo* (fonte), *quod propinquus esset*, *ad res maximi momenti utebantur*. At sequente membro illam expressit: *Καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, πρό τε γαμικῶν, καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι*, id est, *Hodieque iam usque ab antiquissimis temporibus mos obtinet, ut aqua illa, et ante nuptias, et in aliis rebus sacris utantur.* Hic *νομίζεται* est *mos receptus est*, *invaluit*, ut in hoc verbo supra observatum est.[86]

IX. Secundo, sumitur interdum pro *διά*, *propter*[87]: maximeque cum de laude, vel reprehensione, aut contu-

statione Deorum, *cum exsecratione sui suorumque*, Demosth. pag. 320, 7. *Διαπυνθάνεσθαι*, *diligenter et ad unum omnes rogare*, h. e. *perrogare*, vid. Dorvill. ad Charit. pag. 670. *Διϊσχυρίζεσθαι*, *valde contendere*. *Διακυκᾶν*, *plane miscere*. *Διαθερμαίνεσθαι*, *ex toto calefieri*. *Διεξιέναι*, *accurate exponere*. *Διακωλύειν*, *obnixe prohibere*. V. § 379.

85 *Εἰς ἐμαυτοῦ* cum *οἴκαδε* coniungit Plato in Hipp. mai. prope fin. *Ἐπειδὰν οὖν εἰσέλθω οἴκαδε εἰς ἐμαυτοῦ*, *Postquam itaque domum meam ingressus sum.* Cum generandi Casu constructum etiam subaudiri vult *ludum* vel *gymnasium*. Sic apud Plat. Amat. init. *Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματικοῦ εἰσῆλθον*, *Ingressus eram ludum Dionysii Grammatici.* Nonnumquam *antrum*; ut, *εἰς Ἀμφιαράου*. Consule L. Bos in v. *Ἄντρον*.

86 Non raro haec praepositio apud auctores omittitur, ubi motum ad locum significat: quem morem secutus est non semel Virgilius. Ita lib. I Aeneid. vs. 6

Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Litora. —

Et lib. IV Aeneid. vs. 164 et 165

Speluncam Dido, dux et Troianus eandem
Devenient. —

Pleniorem huius praepositionis ellipsin pete ex L. Bos. H.

Cel. Fischer. ad Plat. Parmen. cap. 14 observavit, praepositionem *εἰς* fere praetermitti post verba divisionem declarantia. Vt l. l. *λέγοντες, ὡς πλεῖστα μέρη ἡ οὐσία νενεμημένη εἴη.* It. Herodot. VII, 121 *τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατόν.* Plat. Politic. cap. 24 *Διέλωμεν τοίνυν αὐτὴν δύο μέρη.* Z.

87 Vide, an non potius pro *κατὰ* adhiberi dicendum, significante, *quantum attinet:* et consule, quae ab auctore et a me dicentur reg. 11. Videntur mire congruere. H. Recte. Sic est in illo Platonis Sympos. cap. 35 *Ἐντετυχηκότα ἀνθρώπῳ τοιούτῳ, οἵῳ ἐγὼ οὐκ ἂν ᾤμην ποτὲ ἐντυχεῖν εἰς φρόνησιν καὶ εἰς καρτερίαν*, *Cum incidissem in eiusmodi*

melia sermo est: ut, *ἐς τὰ πρότερον κατωρθωμένα ἐπαινεῖσθαι*, *ob res antea praeclare gestas laudari*; *ψέγεσθαι εἰς τὴν πρός τινα ὁμιλίαν*, *ob initam cum aliquo consuetudinem vituperari*. Thucyd. lib. VIII, pag. 614[88] *Βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις ἐς τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν ὡς μάλιστα διαβάλλειν*, id est, *Cum maximam ei vellet apud Peloponnenses invidiam conflare, ob illius tam cum ipso*, (Alcibiade) *quam cum Atheniensibus amicitiam*.

X. Tertio, sumitur etiam pro *κατὰ*, seu *κατὰ* genitivum exigat, seu accusativum. Priore modo Thucyd. usurpavit lib. I *Ἐπειδὴ τῶν ξυμμάχων ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους*, *Cum Lacedaemonii sociorum adversus Athenienses crimina audiissent*, pro *κατὰ τῶν Ἀθηναίων*.

Hoc modo eleganter dicunt, *αἰνίττεσθαι εἴς τινα*, pro *κατά τινος*, in malam partem; *περί τινος*, vel *πρός τινα*, in bonam et malam, id est, *tacite aliquem indicare*. Id enim frequentius est, quam *αἰνίττεσθαί τινα*, sine praeposit. Gallice in malam partem, *taxer quelqu'un*.

Eodem modo Plutarchus in Pericle dixit: *Ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα, δι' Ἀναξαγόρου, τὴν ὑπόνοιαν*· pro *κατὰ Περικλέους*· verbatim, *Firmans in Periclem, per Anaxagoram, suspicionem*, id est, *Periclem per Anaxagoram* (cui operam ille dederat) *hac suspicione perstringens*.

Posteriore modo Thucydid. lib. VIII, pag. 564 *Τὸ πιστὸν* (id est, *τεκμήριον, σημεῖον τῆς πίστεως*) *ναῦς σφισι ξυμπέμπειν ἐκέλευον ἐς τὸ ξυμμαχικὸν*, id est, *Fidei faciundae caussa, naves secum mittere iubebant, pro initae societatis iure*. Vbi *ἐς τὸ ξυμμαχικὸν*, pro *κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν*, id est, *κατὰ τὸ τῆς ξυμμαχίας δίκαιον*.[89]

hominem, quem ego nunquam putassem reperire, quantum attinet ad eius prudentiam et tolerantiam. Z.

88 Cap. 88.

89 At ambigua est huius loci expositio, et *τὸ πιστὸν ναῦς*, quas iubentur Chii mittere *ἐς τὸ ξυμμαχικὸν*, explicantur, *naves quae tanquam pignori essent, Chios in societatis fide mansuros*. Consule omnino Clariss. Dukerum ad hunc locum. Clariora exempla pete ex Platone in Phaedro pag. 257. ubi *Εἰς ἡμετέραν δύναμιν*, *Pro viribus nostris*: et ex Lucian. Dial. Mort. *Οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν ἐς τὸ βαρβαρικὸν*, *Facie non inhonesta pro ritu barbaro*. Quomodo et Latini praepositione *ad* pro *pro* utuntur. Ita Hor. lib. I, sat. 6, vs. 95

XI. Quarto, sumitur quoque pro ἐν· ut, ἐς τὸ φανερὸν, pro ἐν τῷ φανερῷ, id est, φανερῶς, et ἄντικρυς, *palam.* Dionys. Halicarnass. lib. IV[90] ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ τυράννου εἰς στρατόπεδον, *Has literas cum accepissent, qui a tyranno in castris relicti fuerant.*

Quinto, pro *usque ad;* ut, εἰς ἡμᾶς, *ad nos*, id est, *ad nostram usque aetatem.*[91] Sic, ἐς τοῦτο ἡμῖν περίεστι τὰ γράμματα, *eo redactae*, vel *adductae sunt res nostrae.* Sic, ἐς ὃ δὴ, *donec.*[92]

Sexto, idem est, quod *quantum attinet;* ut, εἰς τὰ πολεμικὰ καταφρονεῖσθαι, *contemni quantum ad rem militarem attinet.*[93] [Τό γ' εἰς ἑαυτόν, *quod ad se attinet.* Sophocl. Oed. R. 706. *Herm.*]

— *Si natura iuberet*
A certis annis aevum remeare peractum,
Atque alior legere AD FASTVM quoscunque parentes.
Sic εἰς τὸ ἑταιρικὸν, *meretricium in morem*, apud eundem in Bis Accus.

90 Pag. 276, lin. 41.

91 Ita Pausanias in Achaicis, pag. m. 399, in fine: Ἔνθα δείκνυται καὶ ΈΣ ΈΜΈ ἔτι τὸ μνῆμα, *Hic etiamnum ad meam usque aetatem ostenditur sepulcrum.* Diversa ratione dicitur εἰς τοσοῦτον, q. d. *usque ad tantum*, sive, *in tantum.* Ita Aelian. in primo V. H. cap. 6 Εἰσὶ δὲ εἰς τοσοῦτον λογιστικαὶ, *Sunt vero in tantum rationum peritae.* Vel, sequente generandi casu, exponi potest *Hactenus.* Herod. Erat. Ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσιν· ad verbum: *Et quidem in tantum sermonis omnes Graeci loquuntur:* h. e. *Hunc in modum omnes Graeci loquuntur:* vel, ut Interpres: *Hactenus Graeci in hac re commemoranda consentiunt.* Est ubi reddendum sit *usque adeo*: ut apud Isocrat. Panegyr. Νῦν δ' εἰς τοσοῦτον μεταβεβλήκασιν, *Nunc vero usque adeo mutati sunt.* Vbi obiter observa, verbum μεταβάλλειν sub terminatione activa passivam obtinere significationem: de quo Noster Cap. V. Sect. 1, R. 7. Huc refer illud Pausaniae in Achaicis: Κακωθέντες ἐς τὸ ἔσχατον, *Vsque ad ultimum*, i. e. *summis malis affecti.*

92 Vel sine particula δὴ (siquidem haec nihil facit ad idiotismum) apud Herodot. Erat. Ἐς ὃ γήρᾳ μέγα ὄλβιος ἐτελεύτησε ἐν Πέρσῃσι, *Donec natu grandior praedives decessit apud Persas.* Pro eodem dicitur ἔς τε apud Atticos; de quo mox. Quin et ἐς τί dixit Homerus pro μέχρι τίνος, lib. Il. Ε, vs. 465

Ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι ἐάσετε λαὸν Ἀχαιοῖς;
Quousque tandem patiemini populum ab Achivis interfici? Vbi ita Eustathius pag. 571 Χρονικῶς δὲ κεῖται τὸ ἐς τι, ἀντὶ τοῦ μέχρι τίνος· οὕτω δὲ καὶ τὸ εἰσόκεν (nam et hoc sequitur) ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ.

93 Ita eleganter Plutarchus in Quaest. Plat. Τοῖς δὲ ἄλλοις μυρίοις οὖσιν ἄρθρον μὴ προσόντος, οὐδὲν ΕΙ'Σ ΣΑΦΗ'ΝΕΙΑΝ οὐδὲ κάλλος ἡ φράσις βλάπτεται,

XII. Septimo, παριέναι, et παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, εἰς τὴν βουλὴν, εἰς τοὺς δικαστὰς, usurpat saepe Demosth. et alii pro *agere cum populo, cum senatu:* et *in iudicium venire.*

Octavo, idem valet quod ἀμφὶ, id est, *circiter.* Zosimus Histor. II Τριηκόντοροι μὲν εἰς διακοσίας κατεσκευάσθησαν, *Naves triginta remorum ad ducentas instructae sunt.*[94]

Nono, pro περί. Idem lib. IV Ὁ βασιλεὺς ἅμα τοῖς εἰς τὸν Ἴστρον φυλάττουσι στρατιώταις περαιωθεὶς, *Imperator postquam una cum iis, qui circa,* vel, *ad Istrum in praesidio erant, militibus traiecisset.*

[Eadem praepositio quoque adhibetur de personis, loco particulae πρὸς, *ad.* Vt Iliad. ά, 100 ἄγειν ἱερὴν ἑκατόμβην ΕΙ'Σ ΧΡΥ'ΣΗΝ. Vers. 431. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἐς Χρύσην ἵκανεν. Vers. 389 ἐς Χρύσην πέμπουσιν. Ibid. ό, 402

In aliis vero infinitis, ubi articulus non adest, quantum attinet ad perspicuitatem et elegantiam, locutio nihil inde amittit. Ita limitative sumitur pro κατὰ apud Lucam cap. XII, 21. Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ ΕΙΣ ΘΕΟ'Ν πλουτῶν, *Ita est, qui sibi thesauros parat, et non dives est in Deo,* i. e. *quantum ad Deum attinet. Divinis ac veris opibus.* Hoc modo vertitur etiam per solum auferendi casum. Photius in Herodiani excerptis: Εἰς ὠμότητα καὶ αἰσχρότητα ὑπερβαλέσθαι πάντας φιλονεικήσας, *Crudelitate et turpitudine superare omnes studens.* Si praecedit Adiectivum, illud cum Substantivo, dissimulata itidem Praepositione εἰς in versione, in eo Casu conveniet, quem verborum postulabit syntaxis. V. g. Τελειότατος εἰς τὴν ῥητορικὴν, *Perfectissimus orator.* Non absimili modo τὰ εἰς συγγραφὴν dicuntur illa, *quae pertinent ad historiam,* sive *digna, quae scriptis mandentur.* Exemplum habet Pausanias lib. cit. Ἡ δὲ Ἰωνία, πάρεξ τῶν τε ἱερῶν, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως, παρέχεται καὶ ἄλλα ἐς συγγραφὴν, *Ionia autem, praeter templa et aëris temperamentum, habet etiam alia, quae literis mandentur, digna.* Vbi videtur desiderari Participium φέροντα, *pertinentia,* ut et in hac locutione: λέγειν εἰς τὸ βέλτιστον, *in optimam partem dicere.* Vernacule: *Een woord ten besten spreeken.* Ita intelligo Homer. Iliad. *I,* vs. 102

— Ὅταν τινὰ θυμὸς ἀνώγῃ
Εἰπεῖν εἰς ἀγαθόν. —

Quum aliquem animus impellit in bonum dicere. Huc pertinet, εἰς τὸ πρᾶγμα εἶναι, i. e. *ad rem facere.* Ita Demosthenes pro Phormione: Ἡγοῦμαι τοίνυν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντων μάλιστ' εἰς τὸ πρᾶγμα εἶναι, τούτων μάρτυρας παρέχεσθαι· *Itaque existimo, viri Athenienses, hoc omnium maxime ad rem facere, ut harum rerum testes producantur.*

94 Praestat hunc usum etiam Latinorum *ad.* Suet. Caes. 25. *Patetque circuitu ad bis tricies centum millia passuum.*

σπεύδομαι εἰς Ἀχιλῆα. Ibid. ρ', 709 ἐλθεῖν εἰς Ἀχιλῆα. Odyss. χ', 479 εἰς Ὀδυσῆα δόμονδε κίον. Ioseph. Archaeol. XII, 2, 5 μεταγραφέντα τὸν νόμον εἰς ἡμᾶς ἀποπέμψαι. Isaeus de Apollod. Heredit. pag. 169 ἐλθὼν εἰς τὴν ἐμὴν μητέρα, ubi Reiskius pro εἰς sine causa idonea correxit ὡς. Lys. de Eratosthen. Caede pag. 27 καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι εἰς τὸν καὶ τόν.

Caeterum ad hanc classem non referri debent loca, ubi persona, seu res animata ponitur pro loco, ubi commoratur et versatur. Male igitur huc referunt v. c. Aelian. V. H. II, 1 εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν. Nam est *in concionem prodire.* Pindar. Olymp. VII, 56 μαντεύσατο δ' ἐς θεὸν ἐλθών, h. e. *in templum Apollinis.* Charit. IV, 4 εἰς Ἀφροδίτην βαδίζειν, h. e. εἰς τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν. Xenoph. Mem. I, 1, 4 ἐξιέναι εἰς ἀνθρώπους, h. e. *eum in locum, ubi est frequentia hominum.* Item Lys. pag. 500 ἀπιέναι ἐκέλευσεν ἐς κόρακας ἐκ τῶν πολιτῶν. Forte huc quoque pertinet illud Aeliani V. H. XII, 1 καὶ εἰς βασιλέα τὸν μέγαν ἧκεν ἡ δόξα. Z.]

XIII. Decimo, interdum cum suo casu postponitur ei genitivo, cui praemitti debuisset. Id quod accidit maxime, cum accusativus locum minorem designat, quique maioris per Genitivum expressi partem constituat. Thucydid. saepe, ut lib. II, pag. 114 Ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα· id est, ἐς Ἐλευσῖνα τῆς Ἀττικῆς, *Cum in Eleusinem Atticae irruptionem fecisset.* Et pag. 116 Ἄιραντες παρέπλεον, καὶ σχόντες τῆς Ἠλείας ἐς Φειάν, ἐδῄουν τὴν γῆν, id est, *Inde solventes ulterius navigarunt, ad Pheam Eleae* (vel, ut al., *Elidis*) *urbem appulsi, agrum illum populabantur.* Vbi σχεῖν pro κατασχεῖν, aut καταίρειν dixit, id est, *appellere*[95]; et Ἠλείας ἐς Φειάν, pro ἐς Φειὰν Ἠλείας.

XIV. Vndecimo, tempus aliquod designat: idque vel cum adverbiis, vel cum nominibus quibusdam tempus significantibus. Cum adverb. ut εἰς ἅπαξ, *semel, pour une fois.* § 330. Demosthen. Olynth. II Τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, *Genus hoc rerum semel, atque ad breve tempus consistit.* Sic εἰς ἔπειτα, vel εἰσέπειτα, vel ἐς τὰ ἔπειτα, *deinceps:* [Non: sed *in posterum, posthac. Herm.*] εἰς αὔριον, *cras, pour demain, à de-*

95 De quo idiomate vide supra ad Cap. V, Sect. 7, Reg. 12.

main.[96] Cum nominibus: εἰς τὴν ὑστεραίαν, *postridie:* εἰς τρίτην ἡμέραν, *perendie*, vel *tertio abhinc die*[97]: εἰς τριακοστὸν ἔτος, *tricesimo abhinc anno*, vel *intra annum tricesimum.* At εἰς δύο, εἰς τρεῖς, etc id est, *deux à deux, trois à trois*: ut supra in ἀνὰ dicebamus, et in ἐπὶ dicemus.[98] [Non *abhinc*, quod de praeterito tempore dicitur. *Herm.*]

96 Sic εἰς τρὶς, *tot driemaalen toe.* Aelian. V. H. lib. XIII, cap. 34 Εἰς ἀεὶ, vel unica voce ἐςαεὶ, *Perpetuo, in perpetuum.* Herod. Euterp. Τῷ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται, *Qua (lege) illi perpetuo utuntur.* Thucyd. lib. I. Κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐς ἀεὶ ἀνάγραπτος, *Beneficium hoc tuum in domo nostra scriptis mandatum in perpetuum manebit.*

97 Exemplum quaere apud Platonem in Hippia mai. p. 268. Μέλλω ἐπιδεικνύναι (supple ex praecedentibus, τοῦτον τὸν λόγον) εἰς τρίτην ἡμέραν, *Hanc orationem perendie recitaturus sum.* Potestque iuxta hanc syntaxin haec Praepositio Latine reddi *ad*, vernacule *tegen.* V. c. *Ad meridiem, Tegen den middag*, Εἰς τὴν μεσημβρίαν. Sic εἰς ὁπότε; *Tegen wanneer?* Hoc modo non semel occurrit in oratione Aeschinis contra Ctesiph. Πραχθήσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν, ἀλλ' εἰς τὴν ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Εἰρῆσθαι γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ παρηγγέλθαι, πάντας ἥκειν συνεδρεύσοντας Ἀθήναζε εἰς τὴν σελήνην, *Confectum iri (aiebat) non longo post tempore, sed ad diem decimum sextum Novembris; in urbibus enim dictum esse ab eo, et nunciatum, ut omnes Athenas venirent in concilium ad novilunium.* Vbi obiter nota verbum ἥκειν cum Participio Futuri temporis, de quo supra Cap. V, Sect. 8, Reg. 1. Vsurpatur etiam ἡ εἰς, quum recens quodpiam tempus vel factum significatur. Sic in Euang. Luc. cap. XI, 31 Μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, *Resipuerunt ad praedicationem Ionae*, i. e. *statim ut*, vel *simulac praedicantem Ionam audiverunt.* Quod etiam effertur ἐπὶ τῷ κηρύγματι. Vid. quae dicam infra Sect. 4, Reg. 13.

98 Vide et nos ad Sect. 5, in fine, de praepositione σύν. [Sic Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 6 Πρῶτον μὲν ἤγοντο τῷ Διῒ ταῦροι πάγκαλοι ΕΙ'Σ ΤΕ'ΣΣΑΡΑΣ, *Primum Iovi tauri pulcherrimi* quaterni *ducebantur.* Z.] Praeterea cum verbo significat, *donec, dum, quamdiu:* sed tunc pro εἰς semper ἐς ponitur, sequente particula τε, ut fiat ἔςτε. Ita Arrianus lib. I Ἔ ΣΤΕ μὲν διὰ τοῦ λη̃ίου προῄει ἡ φάλαγξ, *Quamdiu per segetem procedebat phalanx.* Et lib. XI, cap. 11 Ἔ ΣΤΕ μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐτύγχανεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο, *Quamdiu plana loca in fuga nactus est, curru salutem invenit.* Et paucis interiectis, Ἀλέξανδρος γὰρ, Ἔ ΣΤΕ μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν, *Alexander enim citato gradu eum persequebatur, dum lux esset.* Quomodo autem ἔςτ' et ἔςτ' ἂν differant, de eo consulatur Devarius. At sequente Praepositione ἐπὶ, notat *usque ad.* Idem lib. I Ὥςτε ἐκθέοντες ἐκ τῆς πόλεως, οἵ τε ἱππεῖς καὶ τῶν ψιλῶν οὐκ ὀλίγοι Ἔ ΣΤΕ ἘΠΙ' τὸ στρατόπεδον ἠκροβολίζοντο ἐς τὰς προφυλακὰς, *Ita ut proruen-*

XV. Duodecimo, *ἐς τὸ*, vel *τὰ μάλιστα*, id est, *maxime.*[99] Postremo, cum nominibus quibusdam adverbialiter sumitur. Dicunt enim, *εἰς* et *πρὸς ὑπερβολὴν*, *excellenter*: *εἰς καλὸν*[1], *εἰς καιρὸν*[2], *εἰς δέον*, *opportune*, *commode*: *εἰς μακρὰν*, *longe*, *diu*, *in longum tempus*[3]: *εἰς τέλος*, *omnino*:† *εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν*, id est, *ἀκριβέστατα*, *accuratissime*: *εἰς τὰ πολλὰ*, id est, *ὡς τὸ πολὺ*, *ut plurimum*: *εἰς ὅσον*, *quantum*, vel *quamdiu*. Herodianus lib. IV *Ἀντισχόντες εἰς ὅσον ἐνεδέχετο ἀνδρείως, τελευταῖον πάντες διεφθάρησαν*, *Cum fortiter*, *quantum*, vel, *quamdiu licuit*, *restitissent*, *tandem caesi sunt universi.*[4]

tes ex urbe equitesque et velites non pauci in ipsum usque exercitum tela mitterent in procubias. Et lib. III *Νέαρχον δὲ σατραπεύειν Λυκίας, καὶ τῆς ἐχομένης Λυκίας χώρας ΈΣΤΕ ἘΠΙ` τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος*, *Nearchum vero praeesse (voluit) Lyciae*, *et regioni Lyciae conterminae*, *ad Taurum usque montem.* Nec loco tantum, verum etiam tempori inservit. Ibidem cap. 4 *Ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ΈΣΤΕ μέσας τὰς νύκτας*, *A vespera usque ad mediam noctem.* § 381.

99 Sic *ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὢν* apud Thucyd. lib. VIII, cap. 6 redditur, *Arctissimo hospitalis amicitiae vinculo iunctus.* Elegans hoc est Graecorum idioma, qui per hanc praepositionem, sequente articulo neutrius generis, et adverbio vel adiectivo adverbialiter in superlativo posito, efferunt, quod Latini vix periphrasi significare possunt. Pausan. in Achaicis: *Τείχη εἰς τὸ ἀσφαλέστατον ὀχυρωθέντα.* Verbatim: *Muri usque ad firmissimum structi*, hoc est, *quam firmissime*, vel *ita structi*, *ut nihil ad eorum firmitatem addi possit.* Sic apud Lucianum in Hercule Gallico init. *Γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον*, *Senex apud illos est admodum decrepitus.*

1 Ita Plato in Hipp. mai. *Εἰς καλὸν ἥκεις*, *Opportune advenis.* At *εἰς καλὸν εἶπας*, *recte dixisti.*

2 Apud Sophoclem in Ai. Flag. *εἰς* ante *καιρὸν* desideratur. Vid. eum in Ai. Flag. 34 *Καιρὸν δ' ἐφήκεις*, *Tu vero opportune venis*: ut vs. 1334

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς,

Rex Vlysse, *in tempore ades.* Vbi schol. vet. *καιρὸν*, *ἀντὶ τοῦ*, *εἰς καιρὸν*, *ἤγουν*, *ἐγκαίρως*. Additur *πρὸς* ibid. vs. 38 *Πρὸς καιρὸν πονῶ*, *Tempestive laboro.*

3 Contra, *οὐκ εἰς μακρὰν paulo post*, apud Demosth. de corona, pag. 318. H.

† Formulam *εἰς τέλος* praeter *plane*, *omnino*, quoque significare *perfectionem*, *ad finem*, *semper*, *in perpetuum*, *usque ad mortem*, exemplis nonnullis probavit Dorvillius ad Charit. pag. 460. Z.

4 Pro *Quamdiu* apud eundem lib. II. *Εἰς ὅσον μὲν γὰρ ὑπὸ δημοκρατίας τὰ Ῥωμαίων διῳκεῖτο*, *Quamdiu Democratia Romae obtinuit.* Caeterum *εἰς ἅπαν*, *omnino*, apud Epict. *Ἐς ὀλίγον*, *Leviter.* Arrian. de Exp. Al. lib. II. *Ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς*, *Leviter (urbem) op-*

S E C T I O III.

De Praepositionibus ἐκ, vel ἐξ, et ἐν.

R E G V L A I.

Ἐκ ante consonantem, ἐξ ante vocalem, cum solo gignendi casu, primo adverbialiter sumitur. Nam ἐκ τοῦ φανεροῦ, vel προφανοῦς, vel ἐμφανοῦς est *palam et aperte*: ἐκ τοῦ ῥᾷστου, *facillime*: ἐκ τοῦ δικαίου, *iuste*: ἐκ τοῦ ἀδίκου, *iniuste*: ἐκ πολλῆς ἐπιμελείας, vel ἀκριβείας, est μάλα ἐπιμελῶς καὶ ἀκριβῶς, *diligenter admodum et accurate*: ἐξ ἴσου, *aequaliter*: ἐκ τοῦ ὁμοίου, *similiter*: ἐκ προςαγωγῆς, *sensim, magis atque magis*, nova scilicet accessione

pugnare tentavit. At cum verbo ἐλθεῖν, aut huic affini, sequente infinitivo, significat *parum abest, quin*, ut παρ' ὀλίγον, de quo infra. Sic cum dicimus: *Parum abfuit, quin interficeretur*, Gr. Ἐς ὀλίγον vel παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀναιρεθῆναι. Ita Thucyd. lib. IV, cap. 129 Ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι, *Parum abfuit, quin totus Atheniensium exercitus vinceretur.* Simili modo εἰς πλέον redditur, *magis, plenius, gravius, fusius.* Pausan. in Achaicis: Ταῦτα μὲν δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξεισιν αὖθις μοι τὰ ἐς Ἀρκάδας, *Atque haec quidem a me plenius in Arcadicis rebus exponuntur.* Et ibidem paulo post, nempe pag. 413 Ἐλύπησαν δὲ καὶ εἰς πλέον τοὺς Ἀχαιοὺς, *Gravius insuper afflixerunt Achivos.* Cum articulo τόδε significat *huc*; ut, ἀφικόμεθα εἰς τόδε, *Venimus huc.* Denique notanda phrasi is, cui pecuniaria mulcta irrogatur, dicitur εἰς ἀργύριον καταψηφίζεσθαι, apud Aeschin. in Timarchum: Ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, *Si quis autem pecunia multatus fuerit, is intra diem undecimum solvat post iudicium.* H. § 382.

* Εἰς in compositione significat § 383. 1) *Motum in locum, in, intro.* Vt εἰςιέναι, *ingredi.* Εἰςάγειν, *intro ducere.* Εἰςπέμπειν, *immittere.* Εἰςφορὰ, *collatio pecuniae in aerarium publicum.* 2) *Motum ad locum, ad.* Vt εἰςιδεῖν, *adspicere.* Theocr. Epigr. XIX, 1 Ἀρχίλοχον εἴςιδε τὸν πάλαι ποιητάν. Εἰςαφικάνειν, *pervenire, venire ad.* Theocr. Idyll. XXII, 29 Βέβρυκας εἰςαφίκανε, *ad Bebrycas pervenit.* Est verbum Homericum, vid. Iliad. ξ', 230. ὑ, 336. χ', 17 etc. quo usus est quoque Demosthenes pag. 907, 5. 3) *In medium, in conspectum, in notitiam, palam.* E. g. εἰςφέρειν καινὰ δαιμόνια, *novos deos inducere, in medium proferre*, Xen. Memor. ab initio, et Apol. §. 12. Εἰςάγειν τινὰ, *producere aliquem ad populum*, Polyb. Exc. Leg. 93. Εἰςφέρειν γνώμην, *sententiam in consilio dicere*, Polyb. II, 6. Εἰςέρχεσθαι, *in concionem prodire*, ibid. III, 44. Εἰςηγεῖσθαί τι, *commemorare aliquid, in medium proferre*, ibid. VI, 1. 4) *Acquisitionem.* Vt εἰςποιεῖν, *acquirere, comparare.* Z.

facta: ἐξ ἑτοίμου, id est, *promte*, *expedite*: ἐξ ἐφόδου, id est, *irruptione facta*: ἐκ παραλλήλου, id est, παραλλήλως, *quasi comparative*: ἐκ προαιρέσεως, id est, *ultro*, *consulte*: ἐκ λαθραίας ἐπιθέσεως, *occulte irrumpendo*, vel *occulta impressione*: ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, *plerumque*: ἐξ ἐπιβουλῆς, vel ἐνέδρας, *insidiose*: ἐκ τοῦ εὐθέος, id est, εἰκῇ, et προπετῶς, *temere*: ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐξ ὑπογυίου, ἐκ τοῦ αὐτοσχεδίου, *subito*, *ex tempore* et ἀσκέπτως, *inconsiderate*: quibus contrarium est: ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς, *tuto*: ἐκ παρασκευῆς, *composito*: ἐκ τοῦ ἀνελπίστου, et ἀπροςδοκήτου, *insperato*, *inopinato*: ἐκ τοῦ βιαίου, *fortuito*: ἐκ προνοίας, *violenter*, *per vim*: ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, *necessario*: ἐκ ταὐτομάτου, *cogitato*: ἐκ τοῦ τεθαῤῥηκότος, *fidenter*: ἐκ τοῦ σπουδαίου, *serio*: ἐκ τοῦ παραβόλου, id est, παραβόλως, *temerarie*: ἐκ πολλῆς ὑπεροψίας, *contemtim admodum et superbe*: ἐξ ὑπονοίας, *suspiciose*, vel *ob suspicionem*.[5] Et similia, quae docebit usus.

II. Secundo, significat *post*: [V. Valcken. ad Herodot. pag. 240. *Herm.*] ut ἐκ τῆς ὑπατείας, idem quod ἀπὸ, id est, *post consulatum*[6]: ἐκ τούτου, *deinceps*, supp. χρόνου, ut Virgil.

Ex illo, qui me casus, quae bella sequantur.

'Ἐκ περιόδου, vel ἐκ περιόδων, vel ἐκ περιτροπῆς, *per vices*, id est, *alii post alios suo quisque ordine*: *chacun à son tour*.

Tertio, *cum*: ut ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, id est, *cum ingenti excessu*, vel *longo intervallo*: Gallice, *avec beaucoup*

5 'Ἐκ πολλοῦ, *Olim*, *iam dudum*, suppresso χρόνου. Isocr. Panegyr. p. m. 91 Τὴν φήμην ἐκ πολλοῦ παρειλήφαμεν, *Famam hanc iam olim accepimus*. Pro eodem dicitur ἐκ παλαιοῦ, apud Paus. in Achaicis pag. 411, in fine. At 'Ἐξ ἑαυτοῦ, *Sponte*. Nostratibus: *Uit zig zelf*. Hippocr. de Nat. Mul. pag. 568, lin. 32. 'Ἐκ μέρους, pro quo Apostolus utitur ἀπὸ μέρους, *Aliquatenus*, *Aliqua ex parte*, Epist. II. ad Corinth. cap. II, 5.

6 Hic praepositionis usus orationem saepe cum brevem tum concinnam reddit. Sic dicitur Cyrus Xenophonti in ipsius Educatione lib. I, cap. 26 γελάσαι ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, i. e. *risisse*, *cum paulo ante lacrymaverat*. Subitam rei conversionem notat, ut in illo Ciceronis pro leg. Manil. cap. 15 *Tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est*. [Recte. Nam saepenumero significat *statim post*, *ita ut nullum intervallum temporis*, *aut interventus alius rei intercedat*, *aut intercedere fingatur*. Vt Xenoph. Memor. I, 2, 39 Εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὡρμηκότε προεστάναι τῆς πόλεως. Hippocr. Aph. VI, 41 ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου, ἄνευ φανερῆς αἰτίης γινόμενος, σημαίνει etc. Z.]

d'avantage, aut brevius, *de beaucoup*: nam ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τοὺς πολεμίους νικῆσαι, est, *hostes longo intervallo*, aut *insigni victoria superasse*. Ita Eutropii Metaphrast. lib. II Καὶ κρατήσας αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος. Ibidem lib. III 'Εκ τοῦ κρείττονος, *ex meliori*, id est, *superiorem esse*: Gallic. *avoir du meilleur*: καί ποτε, inquit, ἀπροσδόκητος εἰς χεῖρας ἐλθὼν (de Fabio Maximo, et Annibale loquitur,) ἐκ τοῦ κρείττονος ἀνεχώρησε· id est, *Ac semel ex improviso cum hoste congressus, ex pugna superior rediit. Il retourna ayant eu du meilleur.* [Herodian. VI, 6, 11. *Reizius.*]

Vix dubito, quin contra dici possit, ἐκ τοῦ χείρονος, *du pire*: cuius tamen exemplum mihi non suppetit. At Thucyd. lib. II,[7] eidem opponit, Ἔλασσον ἔχειν, *avoir du pire*, verb. *minus habere*. 'Εν ᾗ (μάχῃ) οὐκ ἔλασσον ἔσχον οἱ 'Αθηναῖοι, *In qua inferiores Athenienses non fuerant.* Proprium tamen contrarium est, πλέον ἔχειν, *avoir l'avantage*. Ibidem[8] lib. VII Τὰς ἐκστρατείας ἐκ μεγίστων ἐποιήσατο συμφορῶν, pro μετὰ μεγίστων· *Expeditiones ex maximis fecit calamitatibus*, id est, *suis in expeditionibus infestissimam fortunam passus est.*

III. Affine est, ἐκ περιουσίας. Nam quod idem Metaphrast. lib. X[9] Καὶ συμμίξας, μετὰ τοσαύτης ἐκράτησε περιουσίας, id est, *Et congressus, tanto superior fuit*, dicere haud dubie potuisset, ἐκ τοσαύτης περιουσίας. Simile est illud Gregorii Nazianz. quod Budaeus[10] affert: Ὁ δὲ κατὰ μετώπον ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύειν οὐκ ᾤετο δεῖν, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν, id est, *Ille autem a fronte petendum hostem, periculumque subeundum esse non putabat, cum facile admodum ac sine ullo periculo vincere liceret.*

Saepe autem, ἐκ περιουσίας τι ποιεῖν, est *aliquid facere abundantia quadam otii*: vulgo, *de gayeté de coeur*. Demosthen. pro Coron. Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μὲν κατηγορεῖ, *Iste autem me accusat, abundantia quadam otii*, vel, *securitatis*: quippe qui videret, quod ipsemet Demosthenes insinuat, longe gravius fore Demostheni caussa cadere, quam sibi non vincere.

7 Cap. 22. Sed nulla ibidem oppositio τῶν ἐκ τοῦ κρείττονος, καὶ ἔλασσον ἔχειν.

8 Nempe, non apud Thucydidem, qui praecedit proxime, sed Metaphrastem Eutropii, ubi haec verba sunt in fine libri VII.

9 Cap. 4.

10 Pag. 27.

Nec admodum secus reddi possit illud eiusdem a Budaeo citatum, *Οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν*, id est, *At qui prae*, vel, *in rerum omnium abundantia, nec ulla necessitate compulsi, improbe se gerunt, nulla se tueri excusatione possunt.*

IV. Quarto, *ἐκ* significat *propter*: qui usus frequens etiam admodum est. Nam *ἐκ τούτων*, non tantum est, *deinceps*; sed etiam, *propterea*, *ob eas caussas.* Eutropii Metaphrast. lib. VII *Ἐκ τούτων ἐπάρατος μὲν ἦν ἐν πάσῃ τῇ βασιλευομένῃ γῇ*, *Propterea toto passim imperio detestandus habebatur.*[11] [*Ἐκ τοῦ, ἐκ τίνος*; *Cur?* Euripid. Hel. 92. 1286. *Herm.*]

Quinto, redditur *pro.* Nam *ἐκ τῶν ἐνόντων*, est, *pro facultatibus*, sive *opibus.*[12] *ἐκ τῶν δυνατῶν*[13], *ἐκ τῶν ἐνδεχομένων*, *pro viribus.*

Sexto, vel per solum ablativum explicatur, vel pro *διὰ* usurpatur: ut, *ἐκ τοσαύτης ἐπιμελείας*, *tanta sollicitudine*: *ἐκ τούτου τοῦ λόγου*, *hac ratione*: *ἐκ θαλάσσης*, *per mare*: *ἐκ παντὸς*, vel *παντὸς τρόπου*, *omni modo*[14]: *ἐκ τοιούτου τοῦ τρόπου*, *hoc modo*, et similia. [*Ἐκ βίας* Soph. Philoct. 563. *Herm.*]

11 Quemadmodum *ἐκ τούτων* non tantum *deinceps*, sed etiam *propterea* significat, ita *ἐκ τοῦ*, sequente infinitivo, non solum *postquam*, verum etiam *quia* denotat. Demosth. Phil. IV, pag. 60, lin. 48 *Ἐκ δὲ τοῦ τούτων ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν*, *Postquam autem haec contemtui habuistis*; sive Latinismo propius, *Ex eo, quo*, vel, *quod haec contemtui habuistis.* Et Thucyd. lib. II, cap. 53 *Ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους*, *Quia omnes pari fato mori videbant.* Adde omnino locum ex Arrian. lib. II, de Exp. Al. cap. 7, ubi praepositio *ἐκ* cum *ὅτι*, eadem acceptione coniungitur. Verba haec sunt: *Παρεκάλει θαῤῥεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσιν καλῶν κεκινδυνευμένων, καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται*, *Hortatus est, ut animos sumerent memores rerum ex pristinis periculis praeclare gestarum, sive, quod antea res praeclare gesserant, et quod nunc ipsis victoribus cum victis certamen esset futurum.*

12 Sive, *ut res expostulat, ut rerum fert conditio*: ut: *ἐκ τῶν ἐνόντων χρήσομαι τῷ λόγῳ*, apud Demosth. Confer. Epict. Enchir. cap. 44 *Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων*, *Iusiurandum, si fieri potest, recusa: si non, prout poteris.*

13 Vid. Arist. Tom. III, p. 270. Pro quo etiam dixerunt, *Ἐκ τῶν ὄντων*, apud Zosim. lib. I, cap. 2, *Quantum poterat.*

14 Cui opponitur *ἐκ μέρους* vel *ἐκ μερῶν*. Quod Latine etiam explicant per praepositionem *Ex.* Vtrumque habet Lucian. Dem. Encom. pag. 899 *Εἰ δ' οὐκ ἘΚ ΤΟΥ͂ ΠΑΝΤΟ͂Σ, ἀλλ' ἘΚ ΜΕ͂ΡΟΥΣ ἐπαινεσόμεθα. Νόμος μὲν γὰρ Ὁμηρικὸς, ἡρώων*

V. Ἐκποδὼν et ἐκ ποδῶν, non tantum est, *ab oculis, a conspectu*[15], ut exposuimus in v. γίνεσθαι, Cap. V, Sect. 5, Reg. 8, sed etiam *de medio*, id est, *e vita*. Nam ἐκποδὼν εἶναι, vel γίνεσθαι, vel ἵστασθαι, vel ποιεῖσθαι, est, *de medio tolli*, et ἀναρπάζεσθαι· at ποιεῖν ἐκ ποδῶν, *de medio tollere*. Philo inter alios id amavit, ut lib. de Legat. ad Caium aliquoties[16], Εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγένητο Γάϊος, *Si vel exiguo tempore superstes fuisset Tiberius, Caius de medio sublatus esset.* Quod clarius postea: Τρὶς, οὐχ ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, *Ter, non semel tantum de medio sublatus esset, Tiberio in eius caedem propendente.* Ibidem de Macrone, Οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις ἐκποδὼν ὁ κακοδαίμων γίνεται, id est, *Paucis post diebus infelix e medio tollitur.* Sequitur enim, ἠναγκάσθη αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι ἑαυτὸν, *seipsum interficere coactus est.* Ibidem, Τὸ μειράκιον ἐκ ποδῶν γεγένηται, id est, *Adolescens e medio sublatus est,* quem ante sua quoque manu periisse dixerat.

[Eleganter ἐκ pro ἐν ponitur, si quid in loco ita geritur, ut simul alius loci habeatur ratio. V. c. Iliad. τ', 375 Ὡς δ' ὅταν ἘΚ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείη καιομένοιο πυρὸς, τὸ δὲ καίεται ὑψόθ' ὄρεσφι, σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ. § 384. Nam ναῦται ἐκ πόντοιο sunt *nautae in mari, qui e mari prospiciunt incendium, quod est in monte.* Polyb. II, 19 ἐκ παρατάξεως κρατεῖν, *in acie vincere.* Thucyd. VI, 32 ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ γῆς opponitur τῷ ναυτικῷ ὁμίλῳ. Vid. Dorvill. ad Charit. pag. 106. Sic Anacr. Od. XXVII, 10 γρά-

ἐπαίνους ἘΚ ΜΕΡΩ͂Ν διατίθεσθαι, *Si non omni modo, saltem ex parte laudabimus. Homeri enim mos est, heroum laudes ex partibus concinnare.* Est et ubi haec praepositio cum suo Casu per solum Adiectivum redditur: ut, τὰ ἐξ ἀνάγκης παθήματα, *Necessariae passiones*, apud Plat. Tim. pag. 89, lin. 20.

15 Proprie, *E pedibus*, cuius contrarium est ἐν ποσὶν, *Ante pedes.* Dein, praecedente articulo, τὰ ἐν ποσὶν, sunt, *quaelibet proxima atque obvia et quaecunque prima occurrunt.* Ita Messenii apud Thucyd. lib. III, cap. 97. Demostheni suadent, *ut quamprimum vicos invadat*, ΤΗ͂Ν δ' ἘΝ ΠΟΣΙ͂Ν αἰεὶ πειρᾶσθαι αἱρεῖν, *et proximos quosque continuo expugnare conetur.* Confer Phil. Iud. de congress. quaer. erud. pag. 338. Huc refer, *usus quotidianos*, τὰς ἐν ποσὶ χρείας, vocari Maximo Tyrio Dissertt. VII. De ἐκποδὼν vide, quae notavi supra, ad Cap. V, Sect. 5, Reg. 8.

16 Pag. 771, lin. 5.

φε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς, ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις, ἐλεφάντινον μέτωπον. Nam ἐξ ὅλης παρειῆς est, *in ea parte oris, ubi gena tota est expicta*. Eandem rationem imitantur Latini: ut Cic. Epist. III, 9 *Quas ex itinere ad me litteras misisti, legi perinvitus*. Caes. B. G. I, 43 *Ariovistus, ex equis colloquerentur, postulavit*. Conf. Tursellin. de Partt. Lat. Serm. Z.] * § 385.

* Ἐκ in compositis significat 1) *Discessum, remotionem a loco*. Vt ἐκβάλλειν, *eiicere*, ἐκπίπτειν, *excidere*, ἐκρέειν, *effluere*, ἐκκομίζειν, *efferre*, ἐξέρχεσθαι, *egredi*, ἐκτοπίζειν ἑαυτὸν, *excedere loco*, Polyb. I, 74. [Valck. diatrib. p. 197. *Herm.*] 2) *Abalienationem, remotionem ab usu rei, et traditionem in alterius arbitrium et potestatem*. V. c. ἐκδιδόναι, veluti ἀνδριάντα, *statuam faciendam certa pacta mercede elocare*, Demosth. pag. 268, *coronam auream*, ibid. pag. 521, *urbem*, ibid. pag. 423, *filiam*, ibid. pag. 763. etc. ἐκμισθοῦν, *elocare pro mercede*, Aeschin. Orat. pag. 2, 41. 3) *Remotionem a conspectu et notitia, clanculum*. E. g. ἐκκλέπτειν, *surripere, clam subducere*, Polyb. I, 23. Xenoph. Apol. 23. Ἐκπηδᾷν, *clam exire*, Polyb. I, 43. Ἐκπίπτειν, *elabi, clam aufugere*, ibid. IV, 86. 4) *Remotionem a caeteris rei partibus*, seu, *delectum*. Veluti Ἐξέτασιν ποιεῖσθαι, *delectum habere*, Xenoph. Oecon. IV, 6. Ἐκλέγειν ἐκ τοῦ νόμου ῥήματα, *excerpere*, Demosth. pag. 760. Ἐξαιρεῖν, *excipere, excerpere*, ibid. pag. 658. 5) *Remotionem a re, quae per simplex verbum significatur*, seu, *privationem, contrarium*. [Valck. ad Herodot. p. 173. *Herm.*] E. g. ἐκκαλύπτειν, *aperire, demere tegumentum, quo res operiebatur*, v. c. ἐκκαλύπτειν τὴν γραφὴν, Aelian. V. H. II, 44, τὸ ἦθος, ibid. III, 7. Ἔκσπονδος, *expers foederis*, Polyb. IV, 33. Ἐκνομίως, *sine modo*, Aristoph. Plut. 982. Ἐξόμνυσθαι, *infitiari quod iureiurando est confirmatum*, Demosth. pag. 396. 1119 etc. Ἐξορκοῦν, *iurisiurandi religione absolvere*, ibid. pag. 535. 6) *Absolutionem rei et perfectionem, finem*. Vt Ἐξαιτεῖσθαι ἑταίρους, *liberare sodales precando*, Aeschin. Orat. pag. 24. 35. Ἐκφυσᾷν, *exspirare*, Polyb. I, 48. Ἐξαδυνατεῖν, *viribus deficere*, ibid. I, 58. Ἐκπολιορκεῖν, *ad deditionem redigere*, ibid. I, 39. Ἐξήκειν, *ad finem perduci*, Demosthen. in Indice. Ἐκθερίζειν, *demetere*, ibid. pag. 1253. Ἐκπονεῖν, *laborando et corpore exercendo cibos digerere*, Xenoph. Memor. I, 2, 4. Oecon. XI, 12. Ἐξεργασία, *elaboratio rei et perfectio*, Polyb. X, 42. 7) *Remotionem ab ignoratione, in medium, in vulgus, in conspectum*. V. c. Ἐκφέρειν τὴν δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς Ἕλληνας, Aelian. X, 13. Πρὸς πολλοὺς τὰ τοιαῦτα ἐκφέρειν, ibid. II, 4. Ἐκτιθέναι ἆθλα, *proponere praemia*, Polyb. XV, 9. Ἐκκεῖσθαι, *in tabula publice propositum esse*, Demosth. pag. 548. Ἐκλαλεῖν, ibid. 354. Ἐξαγγέλλειν, ibid. 45. 8) Habet *vim augendi*. [Valck. diatr. p. 167. Musgrav. ad Eurip. Iphig. T. 259. *Herm.*] V. c. Ἐκφαυλίζειν, *omnino contemnere*, Aelian. V. H. III, 33, IX, 41, ubi copulatur cum παρ' οὐδὲν τίθεσθαι. Ἐκκαγχάζειν, *effuse ridere*, Xenophont. Symp. I, 16. Ἐκλογισμός, *accurata rei cogitatio*, Polyb. X, 6. Ἐξακρι-

VI. Praepositio ἐν, (quae semper cum dativo iungitur, vel expresso, vel tacito: ut cum Demosthen. orat. de Pace ait, *Εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε*, *Si enim festis Bacchi diebus*, (ἑορτασίμοις ἡμέραις,) *tragoedos spectassetis*) aliquot etiam usus habet, observatione dignos. Primo, sumitur pro ἐπὶ, cum genit. *coram*, vel *apud*; ut ἐν τοσούτοις μάρτυσι, vel ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, *coram tot testibus*: ἐν τοῖς δικασταῖς, vel ἐπὶ τῶν δικαστῶν, *apud iudices*: ἐν τοῖς διαιτηταῖς, *coram arbitris*. Plato Leg. II, *Διαδικάζεσθαι ἔν τισι τῶν ἰατρῶν, οὓς κοινῇ προβαλλόμενοι ἕλωνται*, *Tractare coram aliquot medicis, quos ipsimet eam in rem sponte delegerint*.

Secundo, cum nomine Magistratum, aut quasi Magistratum significante, sumitur etiam pro ἐπὶ, Magistratus eiusdem tempus indicante. Demosthen. Olynth. III, *'Εν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θέσθε νόμον μηδένα*, *His porro Thesmothetis*, id est, *quamdiu magistratu fungentur*, vel *per eos Thesmothetas legem nullam constituatis*. Sic ἐπὶ τούτων, vel ἐν τούτοις ὑπάτοις, *his consulibus*.

VII. Tertio, saepe cum suo casu adverbialiter etiam sumitur. Nam ἐν τούτῳ est, *interea*[17]: ἐν τάχει, *celeriter*[18]: ἐν σπουδῇ, *studiose* ac *serio*: ἐν δίκῃ, *iuste*[19]: ἐν

βοῦν, *excutere et diiudicare accurate*, ibid. II, 56. 'Εξευκρινεῖν, *diligenter explicare*, ibid. Exc. Leg. 141. 'Εκθεραπεύειν, *sedulitate importuna gratiam alterius aucupari*, Aeschin. Orat. pag. 24, 15. 9) *Continuationem* significat. Vt ἐκτρέφειν, *enutrire, inde a puero ad aetatem adultam usque*. 'Εκτείνειν τὰς χεῖρας, *extendere manus*. Z. [10) Abundat: ut ἐξαμαρτάνειν. v. Musgrav. ad Eurip. Iph. in Aul. 333. Fischer. praefat. ad Well. p. 13. *Herm.*]

17 Sic ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ sibi invicem in oratione respondent, et redduntur, *Interea dum*. Vide paulo inferius, Reg. 11. [In N. T. vero, ob Eraismum, ἐν τούτῳ est *propterea*. V. c. Actor. XXIV, 16 'Εν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Apud Xenoph. de Re Eq. VII, 17 et X, 13, ἐν τούτῳ, h. e. *tum vero*, ponitur praecedente ἐπειδὰν et ὅταν. Z.]

18 Adi Act. Apost. cap. XII, 7 'Ανάστα 'ΕΝ ΤΑ'ΧΕΙ, *Surge cito*. Epistol. ad Rom. cap. ult. com. 20 'Ο δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν 'ΕΝ ΤΑ'ΧΕΙ, *Deus vero pacis conteret Satanam sub pedibus vestris cito*. Adde Apoc. Ioann. initio.

19 Vid. Aristoph. in Nub. vs. 1335 ΦΕΙ. *Κἀποφανῶ γε νὴ Δία, ὡς 'ΕΝ ΔΙ'ΚΗι σ' ἔτυπτον. ΣΤΡ. 'Ω μιαρώτατε, καὶ πῶς γένοιτ' ἂν πατέρα τύπτειν 'ΕΝ ΔΙ'ΚΗι;* *PHI. Quin ostendam, per Iovem, me iure te verberavisse. STR. O impurissime, quomodo quis iure patrem verberaverit?* Conf. Plat. in Phaedro pag. 278, lin. 40 'ΕΝ ΔΙ'ΚΗι ποιητὴν, ἢ λόγων συγ-

δέοντι, ἐν καιρῷ, ἐν καλῷ, *opportune*. Demosthen. Phil. I[20], Τούτων μὲν οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς δὲ ἀπολείπεσθε, *Eorum (quae ad bellum usui esse possint) nullo suo tempore vel utimini, vel abstinetis.* Male enim, ut videtur, Interpres postrema illa reddit: *et neminem non sequimini.* Xenoph. Ἑλληνικ. II, ἐν καλῷ ὁρμεῖν, dixit, id est, *commodo portu et statione uti.*[21] Sic ἐν ἴσῳ, id est, ἴσως, vel ὁμοίως, sequente καί. Thucyd. lib. II, pag. 137[22] Ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅςτις μαλακίᾳ ἐλλείπει, καὶ τῆς μὴ προςηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον. Quae oratio admodum traiecta sic ordinari debet, Δικαιοῦσιν αἰτιᾶσθαι ὅςτις μαλακίᾳ τῆς ὑπαρχούσης δόξης ἐλλείπει, καὶ μισεῖν τὸν τῆς μὴ προςηκούσης θρασ. ὀρεγ. id est, *Perinde vituperandum illum existimant, qui prae ignavia partae gloriae aliquid amittat, ut odio dignum alterum, qui non debitam temeritate quadam affectet.*[23]

γραφέα, ἢ νομογράφον προςερεῖς; *Merito poetam, vel orationum scriptorem, vel legislatorem vocabis?* Quin praepositio vim hanc retinet in compositione; ut ἔνδικος et ἐνδίκως. Ita Aristoph. ibid. vs. 1382 ΣΤΡ. Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. ΦΕΙ. Νὴ τὸν Δί', ΕΝΔΙΚΩΣ γάρ. *STR. Rursus vapulabo. PHI. Per Iovem, merito profecto.*

20 Pag. 19, lin. 29.

21 Similiter Thucydides lib. V, cap. 60 Ἐν καλῷ παρατυχὸν σφισι ξυμβαλεῖν, *Cum ipsis opportuna confligendi occasio se daret.* Et Aelianus V. H. lib. X, cap. 11 Σοὶ μὲν οὖν οὐκ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα ἀποθανεῖν ἘΝ ΚΑΛΩ͂ι ἐστι, *Tibi igitur, neque dicenda, neque agenda scienti, mori opportunum est.*

22 Cap. 62, unde haec lectio restituta, cum antea legeretur Ἐν ἴσῳ μὲν οἱ ἄνθρωποι τῆς τε etc., sine δικαιοῦσι.

23 Pro ἐν ἴσῳ aliquando etiam invenies ἐν ὁμοίῳ. Ita Thucyd. lib. II, cap. 53, Κρίνοντες ἘΝ ὉΜΟΙ͂Ωι καὶ σέβειν, καὶ μή, *Iudicantes, Deos colere perinde esse ac non colere.* Caeterum praecedentibus adde: Ἐν τῷ παρόντι, *Nunc*, Aeschin. Socr. Dial. de Virtute initio. In quo subaudi χρόνῳ. Sic, Ἐν βραχεῖ, *Propediem* (Belg. *In 't kort*) Plat. Symp. pag. 217, initio. Alias pro ἁπλῶς καὶ ἐν κεφαλαίῳ, Harpocrat. Ἐν βραχυτέροις, *Brevius*, idem Plat. in Gorg. pag. 449. Aliquando unica voce, ἔμβραχυ. Idem in Hippia minore, pag. 365, lin. 34 Ἐρώτα ἔμβραχυ, ὅ τι βούλει, *Interroga, quidquid velis, breviter.* Ἐν ὀλίγῳ, *paene*, cui opponitur ἐν πολλῷ in Act. Apost. XXVI, 28 et 29. Vbi cum Agrippa dixisset: Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι, *Propemodum mihi persuades, ut fiam Christianus*, respondet Paulus: Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἘΝ ὈΛΙ΄ΓΩι, καὶ ἘΝ ΠΟΛΛΩ͂ι, οὐ μόνον σέ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέ-

VIII. Aliquando dativum illum genitivus sequitur eius rei, ad quam opportunum aliquid dicatur. Xenoph. Ἑλληνικ. VI eleganter: *Τὴν δὲ Κέρκυραν κεῖσθαι ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, καὶ τῶν πόλεων, αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου*, *Corcyrae porro situm eum esse, qui ad Corinthiacum sinum, et urbes ipsi contributas* (vel, *ad ipsum pertinentes*) *adeundas opportunus sit, et ad Laconicam vexandam commodus, et ad traiectum in continentem longe commodissimus.*[24] Additur et post ἐν τούτῳ. ut, ἐν τούτῳ τῆς παρασκευῆς ἦσαν, Thucyd. lib. II, *In eo tum apparatus sui versabantur.*

IX. Quarto, sumitur pro παρὰ, id est, *ad*, maxime cum urbium, locorumve nominibus: ut ἐν τῇ πόλει, id est, *ad urbem*, vel *circa urbem.*[25] Xenoph. Ἑλληνικ. VII, pag. 645, *Ἡττημένος μὲν ἐν Λακεδαίμονι σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ' ὀλίγων, ἡττημένος δὲ ἐν Μαντινείᾳ ἱππομαχίᾳ*, *Qui ad Lacedaemonem cum multo gravis armaturae peditatu a paucis victus esset, iterumque ad Mantineam equestri pugna superatus:* ubi nota μὲν, et δὲ, cum repetitione eiusdem participii ἡττημένος. [Dorvill. ad Charit. pag. 206. 418. ed. Lips. *Herm.*]

σθαι τοιούτους. etc. *Optarim a Deo, ut et propemodum, et admodum non tu modo, sed et omnes, qui hodie me audiunt, tales fiant.*

24 Est et ubi Genitivus ille excipitur ab alio Dativo eius, cui quid commodum vel opportunum esse dicitur. Ita Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 267 *Πρὸ τοῦ θεάτρου, καὶ οὗ ΠΑ͂ΣΙΝ 'ΕΝ ΚΑΛΩ͂Ι ΤΗ͂Σ ΘΕ'ΑΣ ἔσται*, *Ante theatrum, et eo loco, ubi facile ab omnibus conspici poterit.* Agnoscit in hac locutione Atticismum Kusterus ad Aristophan. Ἐκκλησ. vs. 321, ellipsin I. Bos.

25 Tale illud Aeliani V. H. lib. XII, c. 3 *Ἐπαμεινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ*, *Epaminondas cum in praelio ad Mantineam vulneratus esset.* In his et Xenophontis verbis ἐν pro παρὰ usurpari, vel ipsa historia indicat. Non ubique ideo et pro lubitu hoc imitandum, tirones moneo, sed ubi res ipsa omnem inde nasrituram ambiguitatem tollit. [Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 25, et Bach. ad Xenoph. Ages. II, 23. Z.] Huic simile est, et tutius, cum Latine vertitur *a* vel *ad*, eo sensu, quo locus dicitur esse *ad dextram* vel *a sinistra*. Gr. *in dextra.* Ita Arrian. lib. III, Exp. Alex. cap. 7 *Ἤιει διὰ τῆς Ἀσσυρίας χώρας, 'ΕΝ 'ΑΡΙΣΤΕΡΑ͂Ι μὲν ἔχων τὰ Σογδιανῶν ὄρη, 'ΕΝ ΔΕΞΙΑ͂Ι δὲ αὐτὸν τὸν Τίγρητα*, *Proficiscebatur per Assyriam, a sinistra habens Sogdianorum montes, et a dextra ipsum Tigrim.* Huc refero ἐν ποσὶ, *ad pedes.* Aelian. V. H. lib. I, cap. 16 *Ἐρριμμένος ἐν ποσί*, *Prostratus ad pedes.*

Quinto, pro εἰς, etiam cum nomine loci. Thucyd. lib. VII, pag. 449[26] Ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, id est, *Missuri*, vel, *ad mittendos in Siciliam gravis armaturae milites.*

X. Sexto, ἐν πολλῷ, vel ὀλίγῳ χρόνῳ, id est, ἐκ πολλοῦ, vel ἐξ ὀλίγου χρόνου, *a longo*, vel *pauco tempore*, vel διὰ πολλοῦ, δι᾽ ὀλίγου, *en beaucoup*, *en peu de temps*. Plato in Apol. Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν οὑτωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ. Vbi prius ἐν est ἀπὸ, at posterius διὰ, id est, *Conandum est vobis, quam a longo tempore calumniam retinetis, hanc adeo brevi excutere.*[27]

XI. Septimo, cum dativo ᾧ reddi aliquando potest, ὅταν, subaudiendo χρόνῳ. Thucydid. lib. VII, pag. 509 Τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατόν ἐστιν, *Thracum enim natio, barbaris illis, quibus id maxime proprium ac solenne est, hoc in genere persimilis, si quando fiducia gliscit, caedis avidissima est.* Vbi ὅμοια pro ὁμοίως· at in τοῖς μάλιστα subauditur φονικοῖς οὖσιν, et in βαρβαρικοῦ subauditur γένους.[28]

26 Cap. 17. Hac loquendi formula saepius Thucydidem uti, asserit Hudson. Vide et Cl. Dukerum ad hunc locum. Simili loquendi formula utitur Ovidius, cum adverbium *intus* adhibet pro *intro*, lib. Met. X, vs. 457

Iamque fores aperit; iam ducitur intus. —

Item Ter. And. V, 6, 14 *Sequere hac me intus ad Glycerium nunc.* At *eo intus*, et *intro sum* soloecismos iudicat Quintilianus lib. I, cap. 5. Vid. Vorstium de Lat. mer. susp. cap. 18.

27 Hoc modo in versione redditur quoque *intra*. Ita Aeschin. contra Ctesiph. pag. 286, lin. 35 Ἐν πέντε ἡμέραις ἐβοηθήσατε αὐτοῖς, *Intra quinque dies opem illis tulistis.* Et Aelian. V. H. lib. I, cap. 6 Ὥστε ἐφ᾽ ἑαυτῶν λογίζεσθαι (al. ἐκλογίζεσθαι) τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἘΝ ΑἿΣ τὰ ἔγγονα αὐταῖς ζῶα γίγνονται, *Vt computare possint dies quadraginta, intra quos foetus ipsarum in viva animalia evadant.* Vel temporis progressum notat, ut apud Pindarum, Pyth. Od. III Ἐν δ᾽ αὖτε χρόνῳ, *Interiecto deinde tempore.*

28 Ἐν ᾧ et in sequenti membro ἐν τούτῳ mutuam inter se relationem habent; et prius explicatur per *Dum*, posterius per *Interea*. Ita Herod. Erat. cap. 89 ἘΝ ὯΙ ὧν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσθαί σφι νέας, ἘΝ ΤΟΥΤΩΙ διεφθάρη τὰ πρήγματα, *In quo*, h. e. *Dum a Corinthiis commodari sibi naves rogant*, *in hoc*, i. e. *interea res corrupta est.* Adde Xenophontem, Κύρου παιδ. lib. II, cap. 6 ἘΝ ὯΙ δὲ οἱ πολέμιοι ἐλέγοντο μὲν προσιέναι, παρῆσαν

Aliquando, ἐν ᾧ, significat διὸ, vel ἐφ' ᾧ, vel ᾗ, id est, *propter quod, quo facto.* Idem lib. VIII, pag. 612 [29] Ὡρμημένων γὰρ τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς, (ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλήςποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι) *Nam cum Athenienses, qui Sami tum erant, contra se ipsos navigare iam statuissent, in quo* (id est, *quod si factum esset,*) *hostes continuo sane et Ioniam et Hellespontum occupassent.* Idem pag. 615 [30] Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προςέκειντο, ἐν ᾧ περ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται, *Ipsorum plerique eam in rem incumbebant, in qua* (id est, *ob quam*) *maxime paucorum imperium ex populari natum exstingui solet.*

XII. Octavo, ἐν, cum suo casu, et verbo εἶναι duobus modis [31] construitur: primum absolute ac sine alio nomine; tuncque verbatim Latine reddi potest; ut ἐν φόβῳ εἶναι, *in metu esse* [32]: ἐν στόματι εἶναι, *in ore esse:* quod etiam elegantius, ἐν λόγοις, ἐν φήμῃ. [Οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι, *poetae.* Herodot. II, 82. *Herm.*] Vnde Synesius

δὲ οὐδέπω, ἘΝ ΤΟΥΤΩι ἐπειρᾶτο, et quae sequuntur. *Dum vero hostes dicebantur advenire, nondum tamen aderant, interea conabatur milites exercere.* Pro iisdem dicas etiam ἐν ὅσῳ. Aristoph. Ἐκκλησ. vs. 1144 Ἐν ὅσῳ δὲ καταβαίνεις, ἐγὼ Ἐπᾴσομαι μέλος, *Dum autem tu descendas, ego interea cantilenam canam.* Thucydidis verba sunt cap. 29, in quibus tamen observa, non χρόνῳ tantum, sed et τόπῳ et πράγματι subaudiri posse: adeoque generalius videtur hoc, quam quod pro sola temporis significatione afferatur. In genere nota ἐν tempus significare: ut ἐν δείπνῳ, *inter coenandum.* ἐν σπονδαῖς, *tempore pacis.* ἐν μηνὶ τρίτῳ, *mense tertio.*

29 Cap. 86.

30 Cap. 88.

31 Potest et addi tertius modus, quo quis dicitur ἔν τινι εἶναι, cui frequentem operam navat. Ita Aelian. V. H. lib. IX, cap. 4 Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μούσαις ἦν, *Polycrates Samius in Musis erat:* i. e. *in iis plurimum studium collocabat.* Esto et hic quartus modus, quo quis dicitur ἔν τινι (sc. ἀνθρώπῳ) εἶναι, in quo significatur omnem spem esse positam. Ita apud Sophocl. Oed. Tyr. vs. 322

Ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν, —

In te enim sumus, i. e. *In te omnis nostra spes est posita.*

32 Ita enim Cicero Orat. I, in Catil. cap. 7 *Me totum esse in metu propter te unum — non est ferendum.* Et Horat. Epod. I, vs. 17

Comes minore sum futurus in metu.

Hinc compositum ἔμφοβος et ἐμφοβοῦμαι. Luc. XXIV, 5 Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, *Cum autem metu essent perculsae.* Est nempe ἔμφοβος proprie, *qui versatur in metu;* et ἐμφοβεῖσθαι, *in metu versari.* Cognatum huic ἔντρομος invenies Act. Apost. VII, 32.

Epist. III *Γενεαλογοῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ Λαΐδος* id est, *Genus eius a famosa Laide repetentes.*

Deinde cum dativo alterius personae, vel expresso, vel, tacito: tuncque passivum aliquid significat. Et expresso quidem; ut, *Ἐν ὀργῇ εἶναί τινι*, *in ira esse alicui*, id est, *sibi aliquem iratum habere: ἐν ἡδονῇ εἶναί τινι*, *alicui placere.* At eodem tacito; ut, *ἐν αἰτίαις εἶναι*, *accusari*, nempe *ab aliquo*[33]*: ἐν ἐγκλήματι εἶναι*, id est, *ἐγκαλεῖσθαι*, *crimen aliquod sustinere.* At *ἐν αἰτίαις ἔχειν τινὰ*, idem est, quod *δι' αἰτίας*, *culpare aliquem: ἐν ὀργῇ ἔχειν τινὰ*, *alicui succensere*[34]*: ἐν αἰσχύνῃ τίθεσθαι*, *εἰ* ut plurimum sequente, id est, *turpe ducere.*

XIII. Nono, *ἐν*, ut aliquando omittitur, sic et redundat aliquando. Omittitur, ut apud Zosimum Histor. II *Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς εἰρήνῃ, καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἐλυμήνατο πράγμασι. Id autem rebus, tum pace, quam bello, nocuisse.* Vbi *εἰρήνῃ*, pro *ἐν εἰρήνῃ*. Et lib. III [35] *Ὥςτε τῇ φυγῇ*, pro *ἐν τῇ φυγῇ*, *ἐλέφαντας κατασφαγῆναι*, *Ita ut in fuga elephanti iugularentur.* Thucydid. lib. II *Ἀταλάντῃ*, pro *ἐν Ἀταλάντῃ*[36], *in Atalante insula.* § 386. Eadem redundat, ut apud Xiphilinum in Traiano: *Καὶ γὰρ οἱ Πάρθοι ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι*, *Nam et Parthi quoque suis ipsi moribus regi coepere;* ubi *ἐν* aut vacat, aut pro *κατὰ* cum accusativo sumitur.[37] § 387

XIV. Denique, peculiariter coniungitur cum dativo *χρῷ*, id est, *cute*, ac fere cum verbis *κείρειν*, *ξυρεῖν*, *ξυρᾷν*,

33 Hinc *οἱ ἐν ταῖς αἰτίαις*, sc. *ὄντες*, *rei.* Vid. Demosth. epist. 2, pag. 111, lin. 34.

34 Similiter apud Latinos, *Habere in spe*, *in amore*, etc. pro, *sperare*, *amare* etc. Ita apud Sallust. B. C. cap. 31. Catilina iuxta hanc Graecae locutionis consuetudinem ait, *se ita ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona IN SPE HABERET.* et Cic. ad Famil. lib. X, epist. 28 *Quem tu cum cive acerrimo, patre tuo, in ore et amore semper habuisti.*

35 Pag. 328.

36 Deterior in reliquis lectio erat: *Ἀτάλαντι, pro ἐν Ἀτάλαντι.*

37 Saepe fit, ut abundare haec praepositio videatur, cum tamen, re plenius ponderata, falsa inveniatur haec pleonasmi suspicio: quae non raro nascitur ex versione Latina, in qua praepositio abesse potest. E. g. haec verba Herodoti Erat. cap. 48 *Ὄρος μέγα ἀνεστραμμένον ἐν τῇ ζητήσει*, si vertis: *Magnus mons eversus indagando*, videtur *ἐν παρέλκειν*, cum tamen *ἐν ζητήσει*, pro *ἐν τῷ ζητεῖν*, sit *inter indagandum*, *metalla* sc., i. e. *dum indagantur.*

ψιλοῦν, *tondere:* non modo proprie: sed etiam metaphorice. Et quidem proprie; nam κείρεσθαι ἐν χρῷ [38], est, *ad cutim usque tonderi;* quod etiam dicitur, ἐν χρῷ τὴν κόμην εἶναι. Hinc ἡ ἐν χρῷ κουρὰ, *capilli attonsio ad cutim usque facta;* quae etiam ψιλὴ κουρὰ dicitur, et poetice κουρὰ ξυρήκης. Hinc ὁ ἐν χρῷ κουρίας, *ad cutim usque tonsus:* qui etiam ξυρίας unica voce. Metaphorice autem: nam ξυρεῖ ἐν χρῷ, verbatim, *ad cutim usque radit*, id est, *summum periculum est;* quod tamen Poetarum potius quam Oratorum est.

XV. Oratores autem, hoc fere modo, ad simile quid exprimendum uti solent: ἐν χρῷ γενέσθαι τοῦ κινδύνου· verbat. *in cute periculi esse.* Synes. epist. IV Οὐ πρὶν ἢ ἐν χρῷ τοῦ κινδύνου ἀπέστη τοῦ διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας, *Non ante navi cum petris luctari destitit, quam extremum in periculum venisset.* Quo eodem sensu dicitur res ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι, verbat. *in acie* (hoc est, *sub aciem*) *novaculae constituta.* [39] Huc pertinet, ἐν χρῷ μάχεσθαι, aut μάχην συνάψαι, *in cute pugnam committere*, id est, *cominus:* quomodo loquitur Plutarchus in Theseo.

XVI. Hinc, quae contigua sunt et proxima, ἐν χρῷ γενέσθαι dicuntur: unde illud Thucydid. lib. II, pag. 155 [40] Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι, περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ, καὶ ξυνῆγον ἐς ὀλίγον, ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες καὶ δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν, id est, *Athenienses autem, navibus singulas singulis excipientibus,* (*une à une*) *eos in orbem circumvehebantur, atque ita in angustum cogebant, in cute semper adnavigantes,* (id est, *hostium classem radentes, et in ea quasi haerentes,*) *adeoque impressionis iam iam faciendae opinionem praebentes.* Virgil. V, Aeneid. *stringere*, et *radere*, hoc fere sensu:

38 Exemplum habet Theophr. Charact. περὶ Μικρολογ. et Aelian. V. H. lib. IX, cap. 10.

39 Haec locutio, ut est venusta, ita etiam Poetis placuit. Ita Homer. Iliad. *K*, vs. 173

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Nunc enim iam (res) omnibus in novaculae sitae sunt acie. Adde Theogn. vs. 557

— Κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Vel cum verbo ἔχεσθαι, quemadmodum Herod. Erat. cap. 11 Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πραγματα, **In summo periculo res nostrae versantur.**

40 Cap. 84.

Laevas stringat sine palmula cautes. Et,
Radit iter laevum interior.

Lucianus in Zeuxide: Ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προςιστάμενοι, *Matri proxime inhaerentes.* Eidem[41], Ἡ ἐν χρῷ πρὸς τὰ βιβλία συνουσία, dicitur, *intima cum libris coniunctio.* Suidae, οἱ ἐν χρῷ φίλοι, *intimi amici.* Quo sensu accipiendum illud Xiphilini in Severo: Ἐν τῇ ἀγορᾷ βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκεύασται, *In foro suggestum ligneum in cute* (id est, *in summa superficie*) *lapidei excitatum est.*

['Ἐν interdum eleganter adhibetur pro σύν. Veluti Xenoph. Memor. III, 9, 2 Φανερὸν δ', ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾳξὶν 'ΕΝ πέλταις καὶ ἀκοντίοις, οὔτε Σκύθαις 'ΕΝ τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι. It. Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 532 Ἐν τοῖς ὅπλοις διεσκευασμένοι. Id. de Fals. Leg. pag. 254 δεδεμένος ἐν πέδαις.

Nonnunquam significat idem quod ὑπὸ, *penes, in potestate.* Vt Lys. de Eratosth. Caed. pag. 40 Ἐν ὑμῖν ἐστὶ, *In vestra situm est potestate.* Andocid. de Myster. pag. 20 ὅπως ἐν ἐκείνῳ εἴη, ὅντινα βούλοιτο Ἀθηναίων φάναι τῶν ἀνδρῶν τούτων εἶναι. § 388.

Pro διὰ, *per*, usurpatur, v. c. Andocid. pag. 79 ὥςτ' ἐν αὐτῷ, ᾧ ἐγὼ κακῶς ἔπραττον, ἐν τούτῳ ὑμᾶς σώζεσθαι, *Igitur per quam rem ego calamitate sum affectus, per eandem ipsam vos salutem estis consecuti.*

Pro *propter* adhibetur Andocid. pag. 142 οἱ φεύγοντες ἐν τοῖς μυστηρίοις, *qui ob facinora in sacris Eleusiniis patrata sunt accusati.* Demosthen. de Coron. pag. 308 οὐ τοίνυν οὐδὲ τὴν ἧτταν αὐτὴν ἐν οὐδενὶ τῶν παρ' ἐμοῦ γεγοννῖαν εὑρήσετε τῇ πόλει, *Nec igitur reperietis, cladem ipsam civitati accidisse culpa mea.*

Interdum quoque accipitur pro ἀντὶ, *loco, pro.* V. c. Polyb. Exc. Leg. 82 λαβεῖν ἐν φέρνῃ Κοίλην Συρίαν, *Coelen Syriam dotis loco accipere.* Id. in Exc. Peiresc. pag. 181 δέχεσθαι ἐν παρακαταθήκῃ υ' τάλαντα, *quadringenta talenta depositi loco accipere.*

Inprimis exquisite dicitur pro ἐκ. Vt Xenoph. Cyri Exped. lib. VI, pag. 370 ἔπινον ἐν κερατίνοις ποτηρίοις. Lucian de Merced. Cond. θεραπεύων ἀεὶ, ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ

41 Advers. Indoct. Tom. I, pag. 102, lin. 57, Edit. Amst.

πίνειν, ὡς μὴ ἐλεγχθείης ἀπὸ τοῦ χρώματος, οὕτως ἄτιμος ὢν ξυμπότης. Plura huiusmodi exempla, etiam ex Latinis, reperies apud Cuper. Observatt. lib. II, cap. 8, et Burmann. ad Phaedr. Fab. 25, ubi canes currentes dicuntur *bibere in Nilo flumine*. Adde Demosthen. adv. Leochar. pag. 1098 τοῦθ' ὑμᾶς διὰ βραχέων βούλομαι διδάξαι, οὐχ ὡς οὐ μεμαθηκότας καὶ ἘΝ τοῖς ἐν ἀρχῇ εἰρημένοις, ἀλλ' ἵνα etc. Z.]* § 389.

* Restat, ut breviter more nostro praecipiamus de vi ac potestate, quae huic particulae in compositis verbis fere est subiecta. § 390. Significat igitur 1) *Quietem, sive commorationem in loco aut re*. V. c. Ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς, *in induciis manere*, Xenoph. Ages. I, 11. ταῖς δίκαις, Plat. Crit. cap. 12. τοῖς ὅρκοις, Lys. pag. 870. τοῖς τόποις, Demosth. pag. 165. Ἐνοικεῖν ἐν χώρᾳ, Xenoph. Oecon. IV, 13. ἔγγειος, *terrestris, qui est in terra*. 2) *Motum ad locum, aut rem*, pro εἰς. Vt Ἐμβαίνειν εἰς τὴν θάλασσαν, Lys. pag. 116. Ἐντρίβειν, *infricare*, Xenoph. Oec. X, 2. Ἐγχέειν, *infundere*. Ἐμβάλλειν, *iniicere*. Ἐμπίπτειν, *incidere*. Ἐντεταμένος εἰς τὸ ἔργον, *intentus ad opus*, Xenoph. Oec. XXI, 9. Ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τινὰ, *aliquem traducere ad iustitiam*, ib. XIV, 4. 3) *Convenientiam*. V. c. Ἔνδικος, *iuri conveniens*. Ἔννομος, *legitimus*. Ἔμμετρος, *iustam magnitudinem habens*. Ἐμμήνια, *purgationes muliebres, quae mensibus respondent*. 4) *Obligationem*. Veluti ἔνορκος, *iureiurando obstrictus*, ut Polyb. VI, 47 ἐνόρκους σφᾶς ἐποίησαν, *iureiurando sese obstrinxerunt*. 5) *Participationem*. V. c. ἔμφρων, *mentis compos*, ἔμμισθος, ἔντεχνος, ἔνοικος, ἔμπειρος. § 391. 6) *Idem valet, quod significat extra compositionem cum casu suo*. Vt Ἔντιμος, h. e. ὁ ἐν τιμῇ. Ἐνύπνιον, h. e. ὅραμα τὸ ἐν ὕπνῳ. Ἐννοεῖν, h. e. ἐν νῷ στρέφειν. Ἔνδοξος, i. e. ὁ ὢν ἐν δόξῃ. Ἐναγώνιος, ἐν ἀγῶνι. Ἐνδημεῖν, ἐν δήμῳ εἶναι. Ἐνόδιος, ἐν τῇ ὁδῷ κείμενος. 7) Habet *vim minuendi*. V. c. Ἐνδιδόναι, *remittere*, dicitur apud Hippocratem de remissione morbi, et opponitur τῷ ἐπιδιδόναι, h. e. *increscere, augeri*. Vid. Foës. Oecon. Hipp. Ἔνωμον, *cui cruditatis aliquid superest*. Conf. Casaubon. ad Athen. Deipnos. p. 60, ubi docetur, ἐνερευθὴς esse μετρίως ὑπέρυθρος, [Immo ὑπέρυθρος, μετρίως ἐρυθρός. *Herm.*] it. ἔγκιρῥος, *subfulvus*, ἐμπόρφυρος, *ad purpureum colorem tendens*, ἔγχλωρος, *subviridis*, ἔμπικρος, *subamarus*. Z. § 392.

SECTIO IV.

De Praepositione ἐπὶ.

REGVLA I.

Praepositio ἐπὶ cum genitivo, dativo et accusativo coniungi potest. Et cum genitivo quidem, ut leviora, iamque passim aspersa, mittam, primo, *curam aliquam, aut singulare ac proprium munus* significat, quod Latini fere Praepositione *A*, vel *Ab* exprimere solent. Hinc illa, ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, *A secretis.* ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, *Ab epistolis.* ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν σφραγίδων, *A regiis sigillis*, Gallice, *Monsieur le Garde-Seaux.* ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν χρημάτων, *Surintendant des finances du Roi.* οἱ ἐπὶ τῶν ἱκετηρίων, vel ἱκετικῶν, *Libellorum supplicum Magistri*, vel *A supplicibus libellis, Les Maitres de Requêtes.* οἱ ἐπὶ τῶν εὐθυνῶν, vel δημοσίων λόγων, *A publicis rationibus, les Maitres des contes.* [V. Lennep. ad Phalar. pag. 306. *Herm.*]

II. Alias tamen, sine *A*, vel *Ab*, Latine redditur: ut, οἱ ἐπ' ἐξουσίας, vel οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, iidem sunt qui οἱ ἐν τῷ τέλει, *Magistratus*, vel *qui sunt in dignitate constituti.* ὁ ἐπὶ τοῦ ταμιείου, *Quaestor.* οἱ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν, *rerum civilium cognitores:* οἱ ἐπὶ τῶν φονικῶν, cui adhibetur aliquando καθεστῶτες, *rerum capitalium iudices:* ὁ ἐπὶ τοῦ σίτου, vel τῆς σιτωνίας, cui addi potest καθεστὼς, vel τεταγμένος [42], *Praefectus annonae.* οἱ ἐπὶ τῶν εἰςαγωγίμων καὶ ἐξαγωγίμων, *mercium earum, quae vel importantur, vel exportantur, curatores.* οἱ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν οἰκοδομημάτων, *Regiorum aedificiorum curatores, Intendans des batimens royaux*, et similia, quae facile cogitantibus succurrent.

III. Secundo, crebro simul et eleganter de rebus aut hominibus certum in numerum ordinatis ac distributis usurpatur, eodem modo, quo ante diximus de ἀνὰ, et constat de κατὰ, cum accusandi casu. Nam ἐπὶ τριῶν, exempli causa, vel τεσσάρων τάττεσθαι dicitur, *distributos esse ter-*

42 Vel participium ὤν. Cum verbo εἰμὶ construitur in Act. Apost. VIII, 37 Ὅς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, *Qui praeerat universae gazae eius.* Ipsum participium ὤν, vel τεταγμένος ab aliis additur nonnunquam: exempla habet Cl. Bos, Ellips. Gr. in voce τεταγμένος.

nos aut quaternos, trois à trois, quatre à quatre. ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, *rengez un à un.* νῆες ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι, *nefs rengées une à une.*[43]

IV. Affinem superiori usum alterum, in re militari et τακτικῇ, habet, unde ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν, προςβάλλειν, etc., id est, φαλαγγηδόν, vel, ἐπὶ κέρως, vel κατὰ κέρας, *utroque cornu protenso movere, impetum facere. Phalanx* enim Graecis, *acies utrinque longior, quam altior.* Thucydid. lib. II[44] eodem modo, πλεῖν ἐπὶ κέρως, dixit: Ἰδόντες κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας, *Videntes eos, navibus protenso cornu, alteram altera sigillatim sequentibus, adnavigare.* At βάθος, *altitudo*, id est, medium quasi phalangis corpus, dicebatur, modo ἐπὶ τεττάρων, modo ἐπὶ ὀκτὼ, modo ἐπὶ πλειόνων παρατάττεσθαι, vel ποιεῖσθαι, *quaternis, octonis, aut pluribus in quolibet ordine coniunctis instrui.* Hinc verbum ὑπερφαλαγγᾷν, id est, *utrinque producto cornu hostilem aciem involvere:* et ὑπερκερᾷν, *alterum duntaxat hostilis exercitus cornu ita circumvenire.* At ἐπὶ μετώπου, vel κατὰ μέτωπον, vel πρόςωπον, est *exporrecta exercitus fronte.* Vide Budaeum pag. 373 et 631.

V. Tertio, cum genitivo Pronominis reciproci, idem est, quod διά· nam ἐφ' ἑαυτοῦ, est, *per se*, aut *sponte.* Dionysius Halicarnass. lib. V[45] Τήν τε αἵρεσιν τοῦ μέλλοντος ἄρχειν τοῖς ἐκ τοῦ συνεδρίου συνεχώρησαν, αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτῶν βουλευομένοις, ποιήσασθαι, id est, *Simulque Senatoribus permiserant, uti re per se ipsos deliberata* (vel, *suopte arbitrio*) *Magistratum illum legerent.* Idem in Excerpt. Οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν, id est, *Nihil me per me ipsum dicere necesse est.* Xiphilinus in Severo, Ὥςτε αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν αὐτομάτως προςπλεούσας ὁρᾶσθαι, *ut ipsae per sese, ac sponte adnavigare cernerentur.*

Alias tamen ἐφ' ἑαυτοῦ, est potius, *chez soi, à part soi, apud sese*[46] *ac suis in finibus.* § 393. Zosimus lib. I Εἰ

43 Exemplum habet Thucydides lib. II, cap. 90. Pro eodem etiam dicitur κατὰ μίαν, in eodem libro, cap. 84, in init. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ. *Athenienses vero, navibus ita dispositis, ut singulae singulas sequerentur, circumvehebantur circulo circum illos.*

44 Cap. 90.

45 Pag. 324, lin. 33.

46 Ita homines, antequam in rempublicam cogerentur, dicuntur ἐφ' ἑαυτῶν ᾠκηκέναι Pausaniae in Corinth. p. 112. Φορωνεὺς δὲ, ὁ

μὲν οὖν ἐφ' αὐτῶν διετέλεσαν ὄντες, (Athenienses et Lacedaemonii,) *Quod si apud sese, ac suis in finibus haesissent perpetuo*, (non autem, ut Interpres, *coniuncti mansissent.*) Idem lib. IV clarius: *Ἐπεὶ οὖν, νυκτὸς γενομένης, ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα*, id est, *Cum ergo noctis interventu ambo exercitus in sua se castra recepissent.* Itaque *γενέσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ, domum se recipere*, vel *sibi vacare, se retirer à part, chez soi.*

VI. Quarto, cum suo casu adverbialiter sumitur. Hinc *ἐπ' ὀνόματος*, id est, *nominatim.* [47] *ἐπὶ κεφαλαίων*, id est, *κεφαλαιωδῶς. ἐπὶ* et *κατ' ἐπιτομὴν, summatim.* Dionysius Halicarnass. lib. II [48] *Τὰ κυριώτατα ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ*, id est, *Praecipua quaeque summatim complectar.* Sic *ἐφ' ἑκάστης*, supp. *ἡμέρας*, idem quod *καθ' ἑκάστην, quotidie: ἐπὶ σχολῆς* [49], *otiose, à loisir: ἐπ' ἀδείας, tuto, impune: ἐπ' ἀληθείας, vere, sincere.* [50]

Ἰνάχου, τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινὸν, σποράδας τέως καὶ ἘΦ' ἙΑΥΤΩ͂Ν ἑκάστοτε οἰκοῦντας, Phoroneus vero, Inachi filius, homines hactenus dispersos et sibi seorsim semper habitantes, in unam remp. coëgit. Hinc opposita *ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνειν, Apud se esse, et cum hominibus versari*, apud Epict. cap. 40. Non absimili modo dicitur quis *ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ τὰ μαθήματα διατρίβειν, qui ita se literis abdit, ut nihil ex his in adspectum lucemque proferat.* Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag. 495 *Καὶ Σωκράτης μὲν καὶ Πυθαγόρας, οὐδ' αὐτοὺς τοὺς λόγους, ἐν οἷς ἔζων, συνέγραψαν, ἀλλ' ἘΦ' ΑΥ͂ΤΩ͂Ν ἐφιλοσόφουν, Nec Socrates, nec Pythagoras eos sermones, quos vivi habuerunt, scriptis mandarunt, sed apud se philosophabantur.* Nec abludit id, quod nostrates dicunt: *iets op zig zelven hebben*; quo significamus, peculiare quid nobis esse. Graeci verbatim: *Ἔχειν τὶ ἐφ' ἑαυτοῦ.* Herodot. Calliop. cap. 37 *ΕΙ͂ΧΟΝ γὰρ καὶ οὗτοι ἘΦ' ἙΑΥΤΩ͂Ν μάντιν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα, Habebant enim et hi peculiarem sibi haruspicem Hippomachum, virum Leucadium.*

47 V. Iulian. Misopog. non longe ab initio.

48 Pag. 124, lin. 6.

49 Vid. Aeschinem contra Ctesiph. pag. 301 *Πολλάκις πρὸς ἐμὲ διεξῄει ἘΠῚ ΣΧΟΛΗ͂Σ, Saepe mihi narravit per otium.*

50 Ita Dem. pro Coron. p. 315 *Πάντα τοίνυν τὰ κατηγορημένα — οὔτε δικαίως οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα, Omnes itaque criminationes neque merito neque in veritate dictae.* Adde Act. Apost. cap. IV, 27. Euang. Lucae cap. IV, 25. et XXII, 59. Euang. Marc. XII, 32 *Καλῶς, διδάσκαλε, ἘΠ' ἈΛΗΘΕΙ͂ΑΣ εἶπας, Recte, magister, et vere dixisti.* Pro eodem *in veritate dicere* habet Cicero, seu mavis, Cornificius ad Herenn. lib. IV, cap. 22.

Quinto, idem est, quod *inter*, vel *prae.*[51] Ita sumit Aristides Panathen. Δι' ἃ δὴ καὶ μόνῃ τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι, ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν (supp. πόλεων, vel χωρῶν·) *Propter quae soli huic urbi, prae caeteris Graeciae urbibus, id proprie contigisse dixeris.*

VII. Sexto, tanquam argumento, vel teste ac sequestre adhibito, id quo fidem facimus, in gignendi etiam casu, cum ἐπὶ coniungitur. Dicunt enim ἐπ' ἀναμφισβητήτου ἀποδείξεως τὴν διαβολὴν ἀποφυγεῖν, *Certissimo argumento calumniam depulisse.* Dicunt etiam, ἐπί τινος πίστεις διδόναι, *alicuius quasi vadis*, aut *testis nomine, vel auctoritate adhibita, polliceri.* Dionysius Halicarnass. lib. V[52] Πίστεις δοὺς ἐπὶ Θεῶν, *Diis fidei suae testibus adhibitis*, aut *iureiurando per Deos concepto.* Idem lib. X[53], Εἰ μὲν οὖν ὑπισχνοῦνται ὑμῖν οἱ Πατρίκιοι, καὶ πίστεις βούλονται δοῦναι τὰς ἐπὶ Θεῶν, ὅτι etc., *Si quidem Patricii vobis pollicentur, ac iureiurando adhibito confirmare volunt.*

VIII. At cum dicunt, ἐπὶ τῶν ἱερῶν ὀμόσαι, est, *sacris aut victimis praesentibus iurare;* Gallice, *sur.*[54] ἐπὶ τῶν ἐμπύρων, *super focis.*[55] ἐπὶ τῶν τομίων, *caesis victimis.* Vt enim ὅρκια τέμνειν, verbat. *ad iusiurandum pertinentia secare*, est, *victimas, ad rei, puta foederis, iureiurando firmati, securitatem immolare*, sic, ἐπὶ τῶν τομίων ὀμόσαι, est, *caesis praesentibusque victimis*, aut saltem *extis iurare.* At fere participium στὰς praepositioni huic praemittitur. Dionysius Halicarnass. lib. V, initio, utrumque coniungit, Ὅρκια τεμόντες, αὐτοί τε πρῶτοι στάντες ἐπὶ τῶν τομίων, ὤμοσαν etc., *Caesis victimis, ipsique primi super extis stantes iurarunt.* [V. Stanl. ad Aesch. Eum. 486. *Herm.*]

51 Suspecta ob novitatem haec praepositionis ἐπὶ cum casu secundo constructae significatio clarius postulat exemplum, quo firmetur, quod non occurrit mihi. Aristidis verba, quae sunt Tom. I, pag. 168, subobscura sunt. Sed, cur non in significatione temporis ἡ ἐπὶ accipi possit, de qua mox ad Reg. 9, non video, ita ut ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν reddatur, *dum res Graecorum vigerent.*

52 Pag. 299, lin. 30.

53 Pag. 641, lin. 20.

54 Adi eundem lib. XI, p. 728, lin. 35 Τὰ ἘΠΙ' ΤΩ͂Ν ἹΕΡΩ͂Ν συνομολογηθέντα τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς, *Ea, quae intercedentibus sacris inter patricios et plebeios iureiurando firmata erant.*

55 Idem lib. III, p. 154, lin. 27 Ἱερὰ θύσαντες ὤμοσαν ἘΠΙ' ΤΩ͂Ν ἘΜΠΥ'ΡΩΝ, *Mactatis victimis iuraverunt super focis.*

IX. Septimo, frequenter admodum Genitivus ille adhibetur, etiamsi motus significetur. Hinc apud Herodotum saepissime: Ἐπὶ τῆς χώρης βαδίζειν· *Per, aut, versus regionem ire.* Dionysius Halicarnass. lib. I Ἀνδρὶ παρεικότι τὸ σῶμα ὑπὸ λύπης, καὶ οὔτε ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου καταβάντι· id est, *Homini, qui prae tristitia corpore fatisceret, neque in castra descenderet.* Zosimus lib. IV Διαῤῥήξας τε τὸ γραμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς, *Discepto libello, atque in terram proiecto.* Ibid. Κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει, *Indeque per Thraciam profectus est.* [56] At Poetae saepius utuntur dativo, quam genitivo, ubi motum illum exprimunt: ut ἐπὶ νανσὶν ἐλαύνειν, id est, *ad naves equum admittere.* [57]

X. Iam cum dandi casu, primo, ius ac potestatem aliquam tribuit, quam dativus indicat, quem fere Latinum *penes* exprimere solet. Nam, ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, *in nobis situm est.* ἐφ' ἡμῖν γενόμενον, *cum in nobis situm esset.* ἐπὶ

56 Confer Ioann. VI, 21 Εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἘΠΙ ΤΗ͂Σ ΓΗ͂Σ, εἰς ἣν ὑπῆγον, *Statim navigium pervenit ad litus, quo tendebant.* Dionysii locus est pag. 45, in fine.

57 Denique cum Genitivo Nominis, sive, ut plurimum, proprii, sive appellativi tempus significat. § 394. Cum nomine proprio apud Arrian. de Exp. Al. lib. II, cap. 11, in fine: Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ἐκείνῃ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Νικοστράτου, *Hic exitus pugnae fuit, archonte Athenis Nicostrato.* Adde Herod. Erat. cap. 98 Ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, καὶ Ξέρξεω, τοῦ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεέων, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι, *Nam sub Dario Hystaspis, et Xerxe Darii, et Artaxerxe Xerxis filio, tribus illis deinceps aetatibus, plus malorum passa est Graecia.* Si quis hic substantivum aliquod, unde Genitivus ille regatur, puta χρόνον, γενεὰν, vel simile, subaudiri velit, est et, quo hoc probare possit; sequitur enim ibidem: ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, in Accusativo, *Quam viginti aliis ante Darium aetatibus.*

Cum appellativo apud Hom. Boeot. vs. 304 [Il. II. v. 797.]

Ὥς ποτ' ἐπ' εἰρήνης. —

Si olim sub pace, h. e. *tempore pacis.* Addit genitivum substantivi βίου Plato in Phaedro p. 242, lin. 10 Τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων, *Orationum, quae tua aetate habitae sunt.* Huc refer οἱ ἐπ' ἐμοῦ, *Aequales mei.* Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 402 Ὁ Νέστωρ ἱππικώτατος ἦν, ὡς λέγεται, τῶν ἐφ' αὐτοῦ, *Nestor, ut aiunt, suorum aequalium equitandi fuit peritissimus.* Τεθνᾶσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, dixit Lucianus in dialogo Cratetis et Diogenis, *Vno die mortui sunt.*

τοῖς δημόταις ἐστὶν, *penes plebem est* [58], quod aliquando, sed rarius multo, ἐπὶ δήμου, cum genitivo.

Quo sensu verbum ποιεῖν eleganter adhibetur. Nam ποιεῖν ἐπὶ τινι, est, *potestatis alicuius facere, arbitrio permittere.* Dionysius Halicarnass. lib. IV [59] Ἐὰν δ' ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιήσωσι τὴν προαίρεσιν· id est, *Quod si populo hanc electionem permitterent.* Et lib. VIII [60] Πάντα τὰ κοινὰ ἐπ' ἐμοὶ πεποιήκασι μόνῳ, id est, *Totam Rempublicam penes me unum esse voluerunt.* Hinc ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖν τι, *sibi ius ac potestatem in rem aliquam vindicare.* [61] At γενέσθαι ἐπὶ τινι, *alicuius in potestate esse.* Xiphilin. in Claudio: Ἀλλ' ἐπὶ τε τῷ δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι, *Sed in Populi, Senatus ac legum potestate esse.* Zosimus lib. V ait: Ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενέσθαι τὴν πόλιν, id est, *Vrbem in barbarorum potestatem venisse.* Xenophon Κύρου παιδ. I [62] Καὶ μὴ ἐπὶ μάντεσιν εἴης, id est, *Nec a vatibus pendeas et in eorum quasi potestate sis.* [63]

XI. Secundo conditiones pactorum, similiumque rerum, per hanc praepositionem cum dandi casu exprimuntur. Nam ἐπὶ ῥητοῖς, *in dictis*, id est, *certis conditionibus*; ut

58 Hinc Epictetus statim in initio: Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἘΦ' ἩΜΙ͂Ν, τὰ δ' οὐκ ἘΦ' ἩΜΙ͂Ν, *Ex omnibus rebus aliae sunt in nostra potestate, aliae non sunt.* Et in sequentibus ibidem aliquoties. At, ὅσον γ' ἐπὶ ἐκείνῳ redditur, *Quantum ad illum attinet.* Ita Aeschin. epist. V Καὶ ὍΣΟΝ Γ' ἘΠΙ` Κλεοκράτει, οὐδεμιᾶς πόλεως ἄλλης, οὐδὲ ἀνθρώπων ἐπιθυμῶ, *Et quantum ad Cleocratem attinet, nullam aliam civitatem, neque homines desidero.* Significat Aeschines, se Cleocratis familiaritate adeo delectari, ut patriae, qua exsul carebat, et amicorum, quos ibi reliquerat, desiderio caperetur exiguo. Huc refero, quod, praefixo Articulo Praepositivo, praefecturam notat. Ita Dinarch. adversus Demosth. p. 100, lin. 19 Πατήρ τε καὶ υἱὸς παραδοθέντες ΤΩ͂Ι ἘΠΙ` ΤΩ͂Ι ὈΡΎΓΜΑΤΙ, *Paterque et filius traditi praefecto fossae.* H. Τὸ ἐπὶ τούτοις εἶναι, *quantum in his est.* vid. Markland. ad Lys. pag. 482, edit. R. Z.

59 Pag. 216, lin. 22.

60 Pag. 506, lin. 22.

61 Apud eundem lib. II, pag. 119. in fin. Οὐ μὴν ὅγε δῆμος ἐφ' ἑαυτῷ τὴν αἵρεσιν ἐποίησεν, *Non tamen plebs optionem sibi vindicavit.*

62 Pag. 25, lin. 32.

63 Huc refer quod Latini dicunt, *Expositum esse alicuius libidini*, id Graecos efferre per Verbum εἰμὶ cum Praepositione ἐπὶ, sequente Dandi Casu. Sic Plat. Gorg. pag. 508, lin. 29 Εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ, *Cuiuslibet libidini sum expositus.* Latinis enim auribus illud inauditum: *sum in volente.*

cum dicitur, *ἐπὶ ῥητοῖς τισι καὶ διωρισμένοις ἐπὶ τὸ κινδύνευμα χωρεῖν*, id est, *Certis quibusdam ac designatis conditionibus periculum aggredi.* [64] Vide nomen ἴσος Cap. III, Sect. 5, Reg. 3. [*Σπονδὰς ἤγομεν ἐπὶ ῥητοῖς* Andoc. 26, 16. *Reizius.*]

Hoc sensu dicunt, *ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ*, sequente infinitivo, vel optativo, vel subiunctivo, id est, *ea conditione, ut.* Quod si multae sint conditiones, dicetur, *ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧ τε* etc. tum sequentibus membris adhibebitur *καί.* Idem Dionys. ibid. [65] *'Επὶ τούτοις ἔφη χαριεῖσθαι τὰς ἀναπαύλας τῶν πολέμων, ἐφ' ᾧ τε μηδὲν ἔτι παρακινεῖν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τῷ* etc., *His se legibus requiem a bellis indulturum esse respondit, uti ne quid in posterum moverent, atque ut* etc. § 395.

Potest etiam *ἐφ' ᾧ*, solum, ac per sese, hoc modo sumi. [66] Idem lib. III [67] *'Εφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις, quibus*

64 Verba sunt Dionysii Hal. lib. X, pag. 641, lin. 18. Conditionem perspicue notat apud Theocr. Idyll. XXII, vs. 74
— *Οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ,*
Non alia conditione certabimus nisi deposito hoc praemio. [De vi *conditionis*, atque *oppignerationis* vid. Ind. Domosth. Reisk. et Henr. Valesii Emendatt. lib. IV, cap. 3. Z.]

65 Nempe lib. X, pag. 645, lin. 15.

66 Sequente itidem Infinitivo, aliquando Indicativo. Ita Xen. de Exped. Cyri lib. IV *Οἱ δὲ ἔφασαν ἀποδώσειν, 'ΕΦ' 'Ωι μὴ ΚΑΙΈΙΝ τὰς κώμας, Illi se reddituros dicebant, ea conditione, ne vicos exureret.* Et lib. III. Histor. Gr. *'Ηρώτα, ἐπὶ τίσιν ἂν ξύμμαχος γένοιτο; 'Ο δὲ ἀπεκρίνατο, 'ΕΦ' 'Ωι ΤΕ τοὺς πολίτας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους 'ΕΑΪΝ, Rogabat, quibus conditionibus societas esset ineunda? Respondit ille, ea conditione, ut cives liberos suis legibus uti sineret.* Infinitivo additur nominativus personae agentis. Tale est Aristophanis in Plut. vs. 1142. ubi Mercurio dicenti: *Vbi vasculum aliquod hero surripuisti, ego semper tibi adfui, quo minus deprehendereris:* respondet Cario: *'Εφ' ᾧτε μετέχειν αὐτὸς, Hoc ea conditione fecisti, ut ipse partem acciperes.* Similiter Photius Excerpt. Ctesiae: *Καταπροδόντος τάς γε γεφύρας καὶ τἆλλα τῶν Αἰγυπτίων πράγματα, 'ΕΦ' 'Ωι ΓΕΝΈΣΘΑΙ 'ΤΠΑΡΧΟΣ Αἰγύπτου, Quum prodiderat pontes et caeteras res Aegyptiorum ea conditione, ut Aegypto praeficeretur.* Ex hac locutione, quae mere Graeca est, lucem mutuari potest Apostoli Pauli locus ad Corinthios scribentis Ep. posteriori cap. V, 4, ubi sanctos Christianorum gemitus tanquam conditionem propositam innuit, si non exui, sed indui cupiant, pallio nimirum iustitiae. *Καὶ γὰρ*, inquit, *οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι, 'ΕΦ' 'Ωι οὐ ΘΈΛΟΜΕΝ* (indicandi modo) *ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, Etenim nos, qui in hoc tabernaculo sumus, suspiramus gravati, qua conditione non exui,*

conditionibus: τὴν εἰρήνην στέρξουσιν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις αὐτῆς τύχωσι, id est, *futurum, ut in data quibuscunque tandem conditionibus pace acquiescant.* Et paulo post Tarquinius, Ἀκούσατε νῦν, ἔφησεν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις καταλύσωμαι τὸν πόλεμον, *Audite nunc,* inquit, *quibus tandem conditionibus huic bello finem imponam.* Ita Herod. lib. I[68] dixit, Πάντοθεν τοὺς ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, id est, *Viros eruditione clarissimos non contemnendis,* id est, ἀφθονωτάταις, *amplissimis, conditionibus undique arcessens:* συντάξεις hic, *gages, pensions.* Dicunt etiam ἐπὶ μεγάλοις μισθοῖς[69], ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς, et simil. eodem sensu.

sed superindui volumus. Cuiusmodi locutio quia a Latinorum consuetudine abhorret, nonnihil obscuritatis parere solet, quae tamen omnis tollitur, si verborum ordo mutetur, et pro ἐφ' ᾧ ponatur ἐπί τῷ, sequente infinitivo, hoc modo: *Οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλὰ (θέλομεν) ἐπενδύσασθαι ἘΠΙ' ΤΩ͂Ι ΣΤΕΝΑ'ΖΕΙΝ ΒΑΡΟΥ'ΜΕΝΟΙ, Volumus, non exui, sed superindui ea conditione, ut suspiremus gravati.* Nostrates, quum maxime familiariter loquuntur, proxime ad hoc idioma accedunt, dicentes: *op die koop, op die conditie.* Clarissime patet hic praepositionis usus, si praemittitur substantivo: ut v. c. in Epist. ad Ephes. cap. II, 10 Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἘΠΙ' ἜΡΓΟΙΣ ἈΓΑΘΟΙ͂Σ, *Ipsius enim opus sumus, conditi in Christo Iesu ad opera bona.* i. e. *ut faciamus opera bona.* Vbi diserte conditio significatur. Caeterum pro ἐφ' ᾧ posse adhiberi ἐπὶ τῷ cum infinitivo, tum infinitis, tum ex Plutarchi loco docemur Apophth. de Dario: Πολλάκις ὁ Δαρεῖος εἶπεν, οὐκ ἂν ἐθελῆσαι λαβεῖν ἑκατὸν Βαβυλῶνας ἘΠΙ' ΤΩ͂Ι μὴ Ζώπυρον ἜΧΕΙΝ ὁλόκληρον, *Saepe Darius dicere solebat, nolle se centum Babylonas capere, ea conditione, ut uno Zopyro careret integro.* Estque hic idiotismus, si quis alius, linguae Graecae studiosis imitandus. ¶ 396.

67 Pag. 195, lin. 16.

68 Cap. 2.

69 Ita idem Herodianus ibidem cap. 3 de Dionysio Siciliae tyranno, Ὃς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας καινὰς ἡδονὰς ἘΠΙ' ΜΕΓΙ'ΣΤΟΙΣ ΜΙΣΘΟΙ͂Σ ἐθηρᾶτο, *Cuius tanta fuit intemperantia, ut nova luxuriae instrumenta, maximis praemiis positis, venaretur.* Diserte Pausan. in Corinth. pag. 100 Διογένην πείθει, τὸν ἐν τοῖς φρουροῖς ἄρχοντα, ἀφιέναι τὰ χωρία ἘΠΙ' ΤΑΛΆΝΤΟΙΣ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, *Diogeni, qui praesidiis praeerat, persuadet, ut ea loca dedat, acceptis centum et quinquaginta talentis.* Huius idiomatis elegantiam Latini assequi non possunt, sed periphrasi aliqua explicare coguntur. Vt in illo Arriani de Exp. Al lib. II, cap. 1 Τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἘΠΙ' ΤΟΙ͂Σ ἩΜΙ'ΣΕΣΙ τῶν τότε ὄντων, ὅτε ἔφυγον. Quae verba ab interpretibus mu-

XII. Tertio, quae Latini exprimunt per *in*, et accusandi casum, vel per solum auferendi casum, ubi aliquid, vel *commodi*, vel *incommodi*, *laeti*, *adversive*, significant; ea Graeci fere per ἐπὶ cum dandi casu: ut ἐπ' ἀγαθῇ, vel αἰσίᾳ τύχῃ [70], *laeta sorte*, *à la bonne heure*; ἐπ' ἀγαθοῖς [71], vel αἰσίοις οἰωνοῖς, *bonis et secundis avibus*; ἐπὶ μεγίστῳ τῆς πόλεως ἀγαθῷ, *summo reip. bono*; ἐπὶ τῶν φιλοπατρίδων ὀλέθρῳ, *in perniciem amantium patriae*. Dionysius Halicarnass. lib. VII, [72] Ἐπὶ τῷ σφετέρῳ συμφέροντι τὰ δίκαια πράξουσι, *Suis quoque rebus consulendo iuste se gerent*, id est, *hoc in facto aequitatem cum propria utilitate coniungent*. Et lib. VIII [73] Τὰ ἐμφανῆ τοῦ ἀνδρὸς ἔργα ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ γενόμενα διεξῄεσαν, *Perspicua notaque hominis gesta percensebant, quae nihil omnino boni sequerentur*.

XIII. Quarto, idem est, quod *post*, [V. I. Gronov. ad Lucian. T. I. pag. 538 seq. *Herm.*] aut *praeter*, vel *ad*, cum *praeter* significat. [74] Nam ἐπὶ τούτοις, est, *postea*, id

tilata ita restituit Gronovius: *Vt exules ipsorum redirent, restituto eis semisse (dimidia parte) bonorum, quae tunc erant (quae tunc possidebant), cum fugerent*, i. e. *ea conditione, ut reciperent dimidiam partem* etc.

70 Aliquando praepositio abest: ut apud Xenoph. Κύρου παιδ. lib. IV, pag. 110 ἈΓΑΘῌ ΤΥΧῌ ἡμεῖς τε ἱππεῖς γενοίμεθα, *Quod felix faustumque sit, et nos fiamus equites*. Et Plat. in Symp. Ἀλλὰ ΤΥΧῌ ἈΓΑΘῌ καταρχέτω Φαῖδρος, καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα, *Sed bonis avibus auspicetur Phaedrus Amoris praeconium*. Confer eundem in Timaeo, pag. 26, in fine.

71 At ἐπ' ἀγαθοῖς, non adiecto substantivo, non omnino abhorret a Latinismo, *In bonam partem*. Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 443 ἘΠῚ ΤΟΙ͂Σ ΒΕΛΤΊΣΤΟΙΣ αὐτῶν ἐμνημόνευσεν ἐξεπίτηδες, *Data opera eorum mentionem fecit cum summa laude*, sive, ut interpres habet: *mentionem eorum fecit honorificentissimam*.

72 Pag. 435, in fine.

73 Pag. 544, lin. 34.

74 Eleganter hoc modo construitur cum adiectivo et substantivo, non tantum cum participio, quemadmodum Latini quoque, v. c. *Post exactos reges*, *Post urbem conditam*; sed cum simplici adiectivo. Exemplum habet Lucianus in Tox. Ὁ μέν τοι Ἀμιζώκης οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς ἘΠῚ ΤΥΦΛῼ Τῼ ΔΑΝΔΑΜΙΔΙ, *Amizoces tamen non diutius tulit, ut videret ipse, postquam Dandamis luminibus erat captus*. Nec minus significanter simplici substantivo praefigitur, quum recens aliquod factum notat. Egregium huius βραχυλογίας exemplum occurrit in Eu. Marci VI, 52 Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. q. d. Οὐδὲν γὰρ συνῆκαν κἀπὶ τῷ θαύματι τοῖς ἄρτοις γενομένῳ. Sensus est: *Nihil enim intelligebant, ne tunc quidem, quum recens adhuc de*

est, *deinceps*[75], et aliquando *ad haec*, id est, *praeterea, accedit.*[76] Quod tamen saepius dicitur, πρὸς τούτοις, vel χωρὶς, vel ἄνευ τούτων. Sic, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις παρείποντο, id est, *alii post alios sequebantur.* Synesius epist. IV Καὶ ἥκει τις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρὶ, καὶ ἀνὴρ ἐπὶ παιδὶ, φέρων ἀεί τί μοι ξένιον, id est, *Alius alium, puer virum, vir puerum sequebatur, qui mihi munus identidem aliquod afferebat.*

Ὁ ἐπὶ πᾶσι ταχθεὶς, *post omnes*, id est, *postremus omnium collocatus, numeratus.* Idem Dionysius Halicarnass. lib. IV[77] Τὴν δ' ἐπὶ πάσαις τεταγμένην, (sub. συμμορίαν) εἷς λόχος, ὁ τῶν ἀπόρων, (sub. ἐπεῖχεν,) id est, *Postremam omnium classem unica egenorum implebat centuria.* Plutarchus in Romulo[78], ubi de iis, qui opima spolia re-

panibus miraculum viderant. Ex tanto scilicet, et tam recenti miraculo discere debuissent, Christum laborantibus suis nunquam deesse, sed praesenti auxilio opitulari. Huc refero, ἐπί τινι λέγειν, *defunctum laudare*, h. e. dicere in laudem eius, qui recenter defunctus est. Sic loquitur Lysias Orat. funebr. mox a principio: Ὁ δ' ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρότερον ἘΠ' ΑΥΤΟΙΣ ΕΙΡΗΚΟΤΑΣ, *Contentio mihi erit, non cum horum rebus gestis, sed cum illis, qui ante me oratione eos laudaverunt.* Item verba Apostoli Hebraeis scribentis cap. IX, 17 Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, *Nam testamentum firmum est post mortuos*, h. e. *post mortem testatoris, simul ac mortuus est.*

75 Huc pertinet illud Herodoti, Erat. 12 Τῇ ἐπὶ ταύτῃσι, *Post eum diem. Sequenti die. Postridie.* Hanc significationem retinet etiam in compositis. V. g. Τοῦ ἐπιγιγνομένου ἔτους, *Anno sequenti.* Thucyd. lib. IV, init. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Sequenti aestate.* Sic τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ, est, *die sequenti, postridie*, apud eundem lib. III, cap. 75, init.

76 *Praeter* vel *insuper* notat in illo Thucydidis lib. II, cap. 101 Ὑποσχόμενος ἀδελφὴν ἑαυτοῦ δώσειν, καὶ χρήματα ἘΠ' ΑΥΤΗΙ, *Pollicitus, se sororem suam in matrimonium daturum, et praeter eam pecunias insuper.* In simili casu composito ἐπιδιδόναι utitur Hom. Iliad. *I*, vs. 148, ubi Agamemnon ait, daturum se

— Ὅσσ' οὔπω τίς ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

Quanta nemo adhuc dedit filiae. Consentit Plato in Phaedro p. 247, in fin. Παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε, καὶ ἘΠ' ΑΥΤΗΙ νέκταρ ἐπότισε, *Praebuit ambrosiam, et praeter ipsam nectar insuper potandum.* Hinc καὶ πρὸς et ἐπὶ τούτοις iungit Aristoph. Plut. vs. 1002.

Καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων,

Ad haec, quum remittebat, insuper addidit.

77 Pag. 223, lin. 6.

78 Pag. 27, lin. 33.

tulerant, cum duos tantum appellasset, Romulum et Cossum, concludit: *Ἐπὶ πᾶσι δὲ Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ*, *Postremoque Claudio Marcello*, quod ipse tertius, idemque postremus ea retulisset.[79]

XIV. Quinto significat *propter*, sed usu passim obvio, ut *ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις χαλεπῶς φέρειν*, id est, *quae contigerunt, moleste ferre.*[80]

79 Nec ineleganter *οἱ ἐπὶ πᾶσιν* in re militari dicuntur, qui in in extrema acie sunt. Ita Xenoph. Hist. Gr. lib. I, pag. 432 *Καί τινες αὐτῶν ὀλίγοι ΤΩ͂Ν ἘΠΙ` ΠΑ͂ΣΙΝ ὑπὸ τῶν ψιλῶν ἀπέθανον*, *Et quidem in extrema acie pauci a levis armaturae militibus occidebantur.*

80 Huiusmodi loquendi morem aliquando coguntur Latini per coniunctionem *ut* exponere. Ita Dinarch. contra Demosthenem: *Ὅς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην* etc. *Qui totum terrarum orbem peragravit, ut tales calamitates et mala conflaret.* Aut per gerundium, ut *ἐπὶ κακῷ ἐλθεῖν*, *Nocendi gratia venire.* Ita Thucydid. lib. VIII, cap. 58 non semel: *Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς συμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν βασιλέως ἘΠΙ` ΚΑΚΩ͂Ι μηδενὶ*, *Laceduemonii et socii in ditionem regis nocendi gratia ne eunto.* Nonnunquam eadem praepositio, sequente Dativo *τῷ* et infinitivo, explicatur per coniunctionem *quod.* Demosthen. de Corona: *Πρότερον ὑμῶν κατεγίνωσκον ἐπὶ τῷ μέλλειν πείθεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι*, *Ante hac in re vos reprehendebam, quod illorum spem amplexuri essetis.* Vel, sequente itidem infinitivo, per *ut τελικῶς*· ut apud Plutarch. de Profect. Virt. *Οὐ φεύγει τὸ κακῶς ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν ἐπὶ τῷ βελτίων γενέσθαι*, *Non fugit ignominiam et calumniam*, *ut*, vel, *dummodo ipse emendetur.* Quae si conditionaliter efferuntur, cohaerent cum eo, quod modo notavi ad Reg. 11. Hinc *ἐπὶ τῷδε* adverbialiter redditur *propterea*, apud Arrian. de Exp. Al. lib. I, cap. 12. et lib. II, cap. 8. At, *ἐπὶ τῷ;* pro *ἐπὶ τίνι;* verb. *Propter quid*, est, *Quare?* Aristoph. in Avibus vs. 804 *Ἐπὶ τῷ γελᾷς*, *Quid rides?* Potest etiam significare *causam*, vel speciatim *crimen.* Ita Dinarch. contra Demosthen. *Ἐξέβαλες σὺ Ἀρχῖνον ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ προδοσίᾳ*, *Eiecisti tu Archinum ex urbe ob proditionem*, sive *proditionis insimulatum. Op vermoede of beschuldiging van verraad.* Rarius *ἐπὶ* cum accusativo notat *propter.* Videtur tamen ita debere exponi in illo Platonis in Theage pag. 122 *Νῦν οὖν ἥκω ἐπ' αὐτὰ ταῦτα*, *Nunc igitur hac de caussa venio.* Nec obstat verbum *ἥκω* motum significans, cum et Aristoph. absque motu, quod in Avibus dicit *ἐπὶ τῷ;* id in Nub. vs. 255 *ἐπὶ τί; Quare? Quorsum?* Nonnunquam hac in significatione deficit: nam apud Aelian. V. H. lib. I, cap. 30 *Ὑπερησθεὶς αὐτοῦ τῇ χρηστότητι*, perinde est ac si dicas *ἐπὶ τῇ χρηστότητι*, *Vltra quam credi possit, eum amans ob bonitatem.*

Sexto, peculiariter quis dicitur ἐπὶ παισὶ τελευτῆσαι, ἀναπαύσασθαι, et simil., *relictis liberis obiisse.* Herodian. lib. III, extremo, de Severo Imperatore: Ἐπὶ παισὶ νεανίαις διαδόχοις ἀνεπαύσατο, id est, *Filiis adolescentibus imperii successoribus relictis obiit.* Et lib. IV, initio, Ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίοις, ἐκθειάζειν βασιλέων τοὺς ἐπὶ διαδόχοις παισὶ τελευτήσαντας· id est, *Mos enim Romanis est eos imperatores in Deos referre, qui relictis successoribus liberis mortui sint.*[81] § 397.

XV. Septimo, peculiariter etiam de urbibus aliisque locis, alicuius nomen ferentibus; is enim, cuius nomen loco inditum est, in dandi casu exprimitur. Idem Herodian. ibid. Ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπεστέλλετο, πρόφασιν ποιούμενος, ποθεῖν τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ κτισθεῖσαν πόλιν, *Alexandriam profectus est hoc colore, quod eius urbis, quae cum Alexandri nomine condita esset, desiderio teneretur.* Alii, *ab Alexandro*, alii, *regnante Alexandro.*[82]

81 Hinc compositum ἐπίγονοι, quales vocantur filii in munia paterna succedentes. Et verbum ἐπιγίγνεσθαι, *Succedere:* unde οἱ ἐπιγινόμενοι τούτῳ σοφισταί, apud Herodot. Euterp. cap. 49 sunt, *qui post hunc exstiterunt sophistae*, et quasi *huic successerunt.* Et simpliciter οἱ ἐπιγιγνόμενοι dicuntur posteri apud Platonem in Phaedro pag. 245, lin. 5. Non multum diversa ab hac phrasi dicitur quis τέκνα ἐπὶ χρήμασι λείπειν, qui filios bonorum haeredes relinquit. V. Hom. Il. E, vs. 154
Υἱὸν δ' οὐ τέκετ' ἄλλον ἘΠΙ ΚΤΕΑΤΕΣΣΙ ΛΙΠΕΣΘΑΙ,
Alium vero filium non suscepit, quem bonorum haeredem relinqueret. Successionem quoque tum in aliis multis, tum in voce ἐπάλληλοι notat ἐπὶ, dicunturque τὰ ἐπάλληλα ea, quae mutua quasi successione et non interrupto ordine alia alia sequuntur. Ioseph. de Hierosolymis Bell. Iud. lib. IV, cap. 4 Αὐτὴ μὲν ὑπὲρ δύο λόφων ἀντιπρόςωπος ἔκτιστο, μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἘΠΑΛΛΗΛΟΙ κατέληγον αἱ οἰκίαι, *Ipsa urbs super duos colles adversis frontibus erat condita, media valle discretos, in quam desinebant domus perpetua serie contiguae.* At praeter hoc, τὸ ἐπάλληλοι, γραφικωτέραν interpretationem desiderare videtur. Versatur enim Iosephus in urbis Hierosolymarum accurata descriptione, domosque collocat in collibus acclivibus, in quibus domus structae procul adspicientibus aliae aliis quasi successive inniti superstructae videbantur.

82 Minus recte. Zonaras de Leone: Καὶ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Λαζάρου ναὸν ἐδείματο ἕτερον, *Condidit et aliud templum nomine Divi Lazari.* Herodiani locus est lib. IV, cap. 8. Et hinc in N. T. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, *in nomine meo.* V. Marc. IX, 39. Luc. IX, 48. 49. et XXIV, 47. Act. Apost. V, 40. Sed ad rem magis apposite Luc. I, 39 Καὶ

Octavo, certum illud tempus et quasi momentum, quo res aliqua dum fieret, aut diceretur, aliquid aliud intervenit, ἐπὶ τούτῳ dicitur: Gallice, *sur cela*, *sur*, vel *en ces entrefaites*.[83] [Etiam significat μετὰ τοῦτο. Plato in Socr. Ap. 11. ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ ἀπόκριναι. *Reizius*.]

ἐκάλουν αὐτὸν ἘΠΙ' ΤΩῙ Ο'ΝΟ'ΜΑΤΙ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ζαχαρίαν, *Et ex nomine patris ipsius eum Zachariam vocabant.* Adde, sis, locum Esdrae cap. IV, 63, ubi Iudaei captivi laudant Deum, quod concesserat urbem et templum instaurare, οὗ ὠνομάσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ 'ΕΠ' ΑΥ'ΤΩῙ, *Quod ex nomine eius vocabatur.* Et lib. Eccles. cap. XLVII, 13 Σαλομὼν ἐβασίλευσεν ἐν ἡμέραις εἰρήνης, ᾧ Θεὸς κατέπαυσε κυκλόθεν, ἵνα στήσῃ οἶκον 'ΕΠ' 'ΟΝΟ'ΜΑΤΙ αὐτοῦ, *Salomo regnavit in pace, cui Deus omnes hostes pacaverat, ut in ipsius nomine aedem statueret.* Conf. 1 Machab. XIV, 43 Ὅπως γράφωνται 'ΕΠΙ' ΤΩῙ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαι συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, *Ut inscriberentur eius nomine omnes syngraphae.*

83 Tale est, quum dicitur quis ἐπί τινι ἔρχεσθαι, qui, dum aliquid accidit, intervenit, in Euang. Io. cap. IV, 27 Καὶ 'ΕΠΙ' ΤΟΥ'ΤΩι ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, *Et in hoc*, i. e. *dum haec loquebatur Christus, interveniebant eius discipuli.* Ita Demosth. de Cor. pag. 333, lin. 19 *Si quid habet, ostendat nunc ad meam aquam*, i. e. *dum meae partes sunt dicendi*, Νῦν δειξάτω ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὕδατι. Nam in iudiciis dicenti tempus praescribi solebat clepsydra. Similis huius Praepositionis usus est, cum omissis illis, quae praecesserunt, et ad rem parum faciunt, brevitatis caussa, ad certam orationis vel narrationis partem transimus, ob quam sermonem nostrum inprimis instituerimus. E. g. apud Platonem in Phaedro, pag. 274, lin. 44. Socrates narrans ea, quae apud Aegyptios inter Theuth et Thamum verba erant habita, inquit: Πολλὰ μὲν δὴ περὶ ἑκάστης τῆς τέχνης ἐπ' ἀμφότερα Θαμοῦν τῷ Θεῦθ λέγεται ἀποφήνασθαι, ἃ λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἦν, et quae sequuntur. *Multa de singulis artibus in utramque partem Thamus Theuthi fertur exposuisse, quae omnia narrare longioris esset sermonis. Postquam vero* (ita ad verbum) *in literis erat*, i. e. *ubi eo perventum est, ut de literis mentio fieret*, vel, *ubi in literarum mentionem incidisset.* Ast, ubi verbum motum ad locum significans additur, tunc ἐπὶ cum quarto Casu constructum invenies in eadem acceptione, eodem plane modo, quo apud Latinos; nec Graeci quidquam hic sibi proprium vindicant. Huc refero, quod hoc idiomate non tam temporis momentum, quam casus aliquis significetur: adeoque est ubi ἐπὶ τούτῳ commode vertas, *in hoc rerum articulo, in hoc casu.* Ita intelligo Herodoti verba de Psammenito, lib. III, cap. 14, qui, quum filiam a Cambyse victore servilem in modum tractatam vidisset, aliis lamentantibus, tantum vultum humi demisit: paulo post videns filium suum ad mortem duci, τωὐτὸ ἐποίησε τὸ καὶ 'ΕΠΙ' ΤΗῙ ΘΥΓΑΤΡΙ', *idem fecit, quod in filia.* Latinius: *Eodem hunc filii sui casum, quo paulo ante filiae, animo tulit.*

XVI. Nono, quae vulgo dicimus, *à l' incertain, au plus sur, à l' avanture, à tous hazards*, et simil., Graeci ἐπ' ἀδήλῳ, ἐπ' ἀσφαλεστέρῳ, ἐπὶ τύχῃ, ἐπ' ἀμφοτέροις, ἐφ' ᾧ τινιοῦν. Demosthen. Philipp. I[84] cum ἀδήλῳ iungit participium verbi εἰμὶ, dum ait, *Νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε ταῦτα, πεπεῖσθαι, λέγειν αἱροῦμαι·* id est, *Nunc vero, cum incerta sint, quae inde mihi eventura sunt, tamen quod ea vobis, si feceritis, usui fore mihi persuadeo, dicere statui.* Gallice, *sur l' incertitude de ce qui m' en doit advenir.*

XVII. Decimo, temporis continuitatem ac perpetuitatem quandam significat, ut διὰ cum genitivo. Nam ἐφ' ἡμέρᾳ, est, *toto die.* ἐπὶ μηνὶ, *toto mense.* ἐπ' ἐνιαυτῷ, *toto anno.*

Vndecimo, apud Thucydid. maxime, sumitur pro παρὰ, id est, *iuxta, secus.* Sic lib. III, pag. 240[85] *Περιπόλιον αἱροῦσιν, ὃ ἦν ἐπὶ τῷ Ἄληκι ποταμῷ*, id est, *Peripolium ceperunt, quod ad*, vel, *secus Halecem fluvium situm erat.* Et lib. II[86] *Ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος, Insula Locris Opuntiis finitima.*

Imo, in compositione hoc idem servat, dum ait, ἐπιθαλάσσιος, pro παραθαλάσσιος, id est, *Maritimus.* Idem lib. III[87] *Παραπλέουσαι αἱ νῆες Λακωνικῆς τὰ ἐπιθαλάσσια χωρία ἐπόρθησαν, Naves, oram istam legentes, maritima Laconicae oppida vastaverunt.*

XVIII. Duodecimo, significat etiam *adversus:* qua in acceptione duo praesertim verba notanda sunt, φονᾶν, id est, *caedis avidum esse*, et κηρύττειν, *praeconis voce pronunciare.* Nam φονᾶν ἐπί τινι, est, *in alicuius caedem avide ferri*, aut, *eum ad necem deposcere.* Philo de Leg. ad Caium[88] *Ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος*, id est, *Sublatus utique fuisset, cum eum Tiberius ad necem deposceret.* At θανατᾶν, et θανατιᾶν, *moriendi cupidum esse.*

Iam ἀργύριον κηρύττειν ἐπί τινι, vel τινὶ ἐπικηρύττειν, est, *pretio caput alicuius voce praeconis addicere*, aut *pe-*

84 In fine.
85 Cap. 99.
86 Cap. 32.
87 Cap. 7. Vbi Schol. Ἡ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρά.
88 Pag. 774, lin. 32.

cuniam in caput alicuius pronunciare. Plutarch. in Pompei. pag. 636 Ἐκείνου δὲ ἀπαγορεύοντος, καὶ τάλαντα ἑκατὸν ἐπικηρύξαντος αὐτῷ, *Quod cum vetaret ille, atque in eius caput centum talenta pronunciasset*, id est, *eius interfectori praeconis voce promisisset:* quod Thucydid. ait, ἀνειπεῖν ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι.

XIX. Denique ἐπὶ, cum accusativo casu, hos habet notandos usus. Primo, ubicunque motus aliquis exprimitur, aut *usque*, aut *contra* [89] significatur. Plena exemplis omnia.

Secundo, rarius multo, cum verbo quietem significante. Hinc illud Thucydid. lib. I Καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν, quod est, non tam *sedere ad focum*, ut nonnulli putant, quam *haerere illi arulae, vel larario, quod ad focum excitari solitum erat:* ubi ius esset ἀσυλίας, id est, *unde avelli nefas esset.* Eodem modo ἐπὶ βωμοῖς καθίζεσθαι diceretur; nam et καθίζεσθαι Hesychius explicat, προσάπτεσθαι, *arripere, tenere*, ut solebant, qui ad aras confugiebant.

XX. Tertio, cum verbo ποιεῖσθαι, et pronomine reciproco, est, *sibi vindicare, usurpare, in potestatem redigere:* ut τὴν πόλιν ἐφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι, idem est, quod παραστήσασθαι, aut προσάγεσθαι, *urbem in potestatem suam redigere.* Nec dissimilis usus est cum accusativo ἐξουσίαν. Nam ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν ποιήσασθαι, idem est quod εἰς ἐξουσίαν δι' ἑαυτοῦ καθίστασθαι, *summam potestatem usurpare*, tam iuste, quam iniuste. Herodian. lib. I [90] de Perennio: Ποιησάμενός τε αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, *Potestate iam usurpata*, vel, *summamque potestatem assecutus.*

XXI. Quarto, κλίνειν, στρέφειν, ἐπιστρέφειν, περισπᾷν, ἐπὶ δόρυ, et ἐφ' ἡνίαν, aut ἐπ' ἀσπίδα, verbatim *inclinare*, aut *flectere, in hastam, in habenam, in clypeum*, de equitibus dicuntur, *in dextram*, aut *sinistram*, equos flectentibus; nam ἐπὶ δόρυ, est, *in dextram*, quia hastam dextra tenent, ἐφ' ἡνίαν, et ἐπ' ἀσπίδα, *in sinistram*, quod sinistra habenae clypeique teneantur. Dionysius Halic. lib. III [91]

89 Atticum hoc loquendi genus putat H. Stephanus. Exemplum habet Thucyd. lib. II, cap. 65 Ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν, *Conabatur Atheniensium iram contra se susceptam mollire.*

90 Cap. 9, sub init.

91 Pag. 190, lin. 13.

de Tarquinio Prisco adversus Latinos dimicante: Ἔπειτα ἐπιστρέψας ἐπὶ δόρυ, καὶ τὰ κέντρα προςβαλὼν τοῖς ἵπποις, εἰς πλαγίους ἐμβάλλει, *Inde cum in dextram flexisset, equis calcaribus incitatis, in obliquos irruit.* Polybius, ut citatur a Budaeo: Ἦσαν δὲ κινήσεις, ἃς ὑπελάμβανε πρὸς πάντα καιρὸν ἁρμόζειν, αὗται· καθ' ἵππον μὲν, κλίσεις ἐφ' ἡνίαν καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ, *Erant porro certi quidam motus, quos omni tempore opportunos esse statuebat, huiusmodi: in equis, flexus modo sinistram, modo dextram in partem.*

XXII. Quinto, ἐπὶ πόδα ἀναχάζεσθαι, et ἀναχωρεῖν, est, *pedem referre.* Xenoph. Κύρου παιδ. VII, pag. 178 Ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο, παίοντες, καὶ παιόμενοι, ἕως ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς ἐγένοντο· id est, *Pedem referebant, ita tamen, ut ferirent ipsi, vicissimque ferirentur, donec sub machinas se recepissent.* Idem Expedit. V, pag. 349 Καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες, id est, *Quin ipsa quoque auxilia, iaculis petita, pedem referebant.* Et Ἑλληνικ. II, pag. 477 Οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεὶ αὐτῶν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, μάλα πιεζόμενοι, ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα, id est, *Lacedaemonii, plerisque suorum vulneratis, cum admodum urgerentur, pedem referebant.* [92] § 398.

92 Significat et temporis durationem. Thucyd. lib. II, c. 35 Ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας, *Vastarunt agrum per biduum.* Adde Hippocrat. de Nat. Mul. pag. 568 Βόειον γάλα πινέτω ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, *Lac bubulum bibat per quadraginta dies.* Confer Lucam in Actis XIII, 31. XVII, 2. XVIII, 20. XIX, 10 et 34. et in Euang. cap. IV, 25. Pro eodem dicitur πρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας. Plut. Sympos. lib. II, pag. 642. Simile huic ἐφ' ἡμέραν, *in diem,* apud Thucyd. lib. IV, cap. 69 Ἐφ' ἡμέραν γὰρ ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἐχρῶντο, supple σίτῳ, *Commeatu enim ex urbe, in edito loco sita, delato in diem utebantur*, i. e. *Tantum quotidie accipiebant, quantum uni diei sufficiebat.* Hinc compositum ἐφημέριος, *qui unius tantum est diei.* Et ἐφήμερα dicuntur hoc nomine animalcula, quae unum tantum diem vivunt. Hinc porro ἐπὶ χρόνον. *Aliquamdiu*, vel, *diu*, ibidem. Et apud Homer. Iliad. Β, vs. 299

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ'
ἘΠΙ' ΧΡΟ'ΝΟΝ.

Durate, viri, et manete aliquamdiu. Conf. Euang. Luc. c. XVIII, 4, de iudice tergiversante: Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἘΠΙ' ΧΡΟ'ΝΟΝ, *Et noluit diu, per multum tempus,* vel, *aliquamdiu.* Et ἐφ' ὅσον, vel coniunctim ἐφόσον, *quoad, quamdiu.* Thucyd. lib. I, cap. 4. Supple accusativum χρόνον, quem addit Paulus scribens ad Galat. cap. IV, init. Λέγω δὲ ἘΦ' ὍΣΟΝ ΧΡΟ'ΝΟΝ ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, *Dico autem, quamdiu haeres infans est, nihil differt a servo.* Adde Epistol. ad Rom. Cap. VII, 1, et priorem ad Corinth. ep. cap. VII, 39. Vbi iterum ante ὅσον χρόνον reticetur

τοσοῦτον, quam ellipsin supplet Theognis vs. 94

Εἴτις ἐπαινέσσει τε ΤΟ͂ΣΟΝ ΧΡΟ͂ΝΟΝ ὍΣΣΟΝ ὁρῴη.

Porro, ἐπὶ πολὺ, *diu*; cuius contrarium est ἐπ' ὀλίγον, *paululum*, apud Herodianum lib. III, cap. 7 Ἐπ' ὀλίγον ἀντισχόντες, *Cum paululum restitissent*. Ita haec Praepositio cum suo Casu etiam adverbialiter usurpatur. Ἐπὶ πολὺ etiam notat *Plurimum* apud Epict. Item *acriter*, *vehementer*, *in genere*, *generaliter*, *summatim*. Isocr. Panegyr. pag. 421 Ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ, *Vt autem paucis absolvam, neque singula consecter, sed summatim dicam.*

Huic simile est ἐπὶ μέγα, *Vehementer*. Ita Arrian. de Exp. Alex. lib. II, cap. 33, prop. fin. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα, *Et hac parte primum murus vehementer est quassatus.* Et paulo post, cap. seq. Καὶ πρῶτα μὲν κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα, *Et primo quidem impetu muri partem vehementer concussit.* Ita enim potius verto, quam Interpres, *magnam muri partem*. Interim observent tirones τοῦ τείχους, non τὸ τεῖχος, quia non totus murus, sed pars eius intelligitur. Cum Comparativo πλέον redditur, *Vlterius*. Plat. in Phaedr. pag. 261 Ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα, *Vlterius non audivi.* Ἐπὶ τοσοῦτο, *Tantum, hactenus*. Aristot. de Rep. lib. II, cap. 9, in fine. Περὶ μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας ἘΠΙ` ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΝ εἰρήσθω, *Atque haec quidem de Lacedaemoniorum rep. hactenus dicta sunto.* H. [Ἐπὶ πλέον, *ob ampliorem fructum*, Aristot. Pol. VIII, 5, 20. ἐπὶ μικρόν, ib. 31. *Reizius.*]

* In compositis ἐπὶ significat [v. Cattier. Gazoph. p. 77. *Herm.*] 1) *Impetum hostilem*, *contra*. Vt Ἐπιτρέχειν χώραν, *incursare agros praedandi causa*, Polyb. III, 69. Ἐπιφέρειν τινὶ πόλεμον, ib. XIII, 18. Ἐπιτειχίζειν, *arces contra aliquem exstruere*, Demosth. vid. Ind. Reisk. Sic dicitur quoque ἐποικοδομεῖν, Polyb. II, 46. Ἐπίῤῥητος, *infamis*, q. d. *contra quem dicitur.* 2) *Successionem*, *post*. V. c. Ἐπίγονοι, Polyb. V, 65. et ἐπιγιγνόμενοι, *posteri*, Demosth. pag. 689. Ἐπιπλέειν, *pone navigare*, s. *subsequi navigando*, Polyb. I, 50. Φάλαγξ ἐπάλληλος, *quando phalanx alia alii presse succedit*, ibid. II, 69. Confer ἐπιγεννηματικὸν, quod Ernest. ὁ πάνυ explanat in Clave Ciceron. 3) *Accessionem*, *ad*. Vt Ἐπιστρέφεσθαι εἰς χώρας, *regiones adire*, Xen. Oecon. IV, 13. Ἐπέρχεσθαι ἐπὶ τὴν βουλὴν, *senatum adire*, Polyb. Exc. Leg. 65. Ἐπιφοιτᾶν τινὶ, *itare ad aliquem*, Aelian. V. H. III, 18. 4) *Additionem*, *adiectionem*, *ad*, *insuper*. E. g. Ἐπιμετρεῖν, *cumulum addere*, Polyb. III, 119. Ἐπισχύειν, *robur addere*, Xen. Oecon. XI, 13. Ἐπίκτητοι φίλοι, *amici, qui de novo comparati sunt*, id. Ages. I, 36. Ἐπεξαμαρτάνειν, *pristinis peccatis nova addere*, Dem. pag. 1215, 25. Sic ἐπωνυμία, *cognomen*, est quasi *adiectio* seu *accessio novi nominis*. Ἐπικριτὴς, *iudex adscitus*, Polyb. IV, 3. 5) *Motum in locum*, *ad*. V. g. Ἐπιστέλλειν πρός τινα, Aelian. XIV, 1. Ἐπισκηνοῦν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, *commigrare in aedes*, Polyb. IV, 18. Ἐπάγειν, *adducere*, Ἐπιπέμπειν, *immittere*, Ἐπιδημεῖν, *redire ad populum.* 6) *Elevationem*, seu, *ascensum*, *super*. V. c. Ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὸν ἵππον, *conscendere equum*, Aeschin. Dial. I, 4. De varia constructione huius verbi vid. Dorvill. ad Charit. p. 172 et 443. Ἐπιπολάζειν, *esse in superficie*, *innatare*, Xenoph. Oecon. XVI, 14. 7) *Commorationem in loco.* Vti

SECTIO V.

De Praepositionibus κατὰ, μετὰ et σύν.

REGVLA I.

Κατὰ, praepositio usitatissima est, quae cum genitivo passim, et accusativo coniungitur: cum dativo § 399. rarissime, idque apud Poetas, apud quos tum redditur, *In, de, ab.* Iam praeter ea, quae superius ex occasione dicta sunt, cum gignendi casu, verti potest, *de, in, sub, super, adversus:* quae postrema significatio omnium frequentissima est.

Observandi tamen qui sequuntur usus. Primo, κατὰ σκοποῦ τοξεύειν, *In scopum sagittas dirigere.* Herodianus lib. VI [93] Τῶν τοξευτῶν, ἐς σώματα ἐπιμήκη, καὶ πόῤῥωθεν, ὡς κατὰ σκοποῦ τοξευόντων, *Sagittariis procera corpora eminus, quasi scopum aliquem, petentibus.*

Secundo, κατὰ νώτου, vel νώτων γίνεσθαι τοῦ πολεμίου, vel πολεμίων, *hostium tergo imminere.* Dionysius Halicarnass. lib. III [94] Ἵνα κατὰ νώτου γενόμενοι τῶν πολεμίων, ἐπίωσιν αὐτοῖς, *Vt hostium tergo imminentes, eos invadant.*

ἐπίγειος, *terrester, qui est in terra,* ἐπιχώριος, *indigena, qui habitat in regione.* 8) *Causam efficientem.* Vt Ἐπιθάνατος, *qui mortem affert, letalis.* Ἐπιζήμιος, *qui damnum facit,* Xen. Memor. I, 2, 57. Ἐπίχαρι, *iucundum, quod facit ad gratiam,* id. Hier. IX, 4. 9) *Obnoxium, subiectum.* Veluti Ἐπίφθονος, *invidiae obnoxius,* Xenoph. Symp. III, 9. Ἐπαίτιος, ἐπίδικος, *controversiae obnoxius,* Demosthen. pag. 1074, 1. Ἐπικίνδυνος, *periculo subiectus,* Polyb. X, 13. 10) *Convenientiam.* Vt Ἐπίγαμος, *nubilis, quae apta est nuptiis,* Demosth. pag. 1009, 4. Ἐπίκαιρος, *opportunus, qui est aptus tempori,* ibid. pag. 234, 14. 11) *Coërcitionem.* Vt ἐπέχειν, *inhibere, retinere.* 12) *Temporis continuationem.* V. c. Ἐπέτειος, *in annum durans,* Polyb. VI, 43. Demosth. p. 649, 16. 13) *Coniunctionem loci, iuxta.* Vt ἔφεδρος, *assessor,* ἐπιθαλάσσιος, *maritimus, iuxta mare,* vid. supra Viger. ad R. 17. 14) *Distributionem.* V. c. Ἐπιδέκατος, *denus,* Demosth p. 1074, 24. Ἐπόγδοος, *octonus,* ibid. p. 1212, 2. § 63. 15) *Praefecturam, curam, administrationem.* Vt ἐπίσκοπος, *cui inspectio demandata est.* 16) *Auget.* V. c. Ἐπιδιδόναι, *incrementum capere.* Ἐπιορκεῖν, *saepius iurare.* Ἐπακούειν, *attente audire, auscultare.* Ἐπιποθεῖν, *vehementer desiderare,* Rom. I, 11. Z.

93 Cap. 7, §. 19.

94 Pag. 165, lin. 14. H.

Tertio, pars omnis corporis, quae tangitur, verberatur, cruciatur, in genitivo exprimi potest; ut, κατὰ κόῤῥης παίειν, *maxillam caedere*, *donner sur la joue*, κατὰ νώτου ξαίνειν τινὰ, *alicui tergum lacerare*.

Quarto, nomen alicui rei impositum dicitur κεῖσθαι κατά τινος. Clemens Alexandr. Paedag. lib. II, cap. 6 Καθ' ὧν κεῖται τὰ ὀνόματα, τὰ περὶ τὴν συνήθειαν οὐ τετριμμένα· id est, *Quibus ea nomina tribuuntur, quae usu contrita non sunt*. †

II. De accusandi casu sequentia observabis. Primo, saepissime κατὰ subauditur, maximeque apud Atticos; ut τό γ' ἐλάχιστον, quod etiam Latini, *minimum*, *tout à moins*. Thucydid. lib. III Ὑμεῖς δὲ σκέψασθε, ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πειθόμενοι· ubi τοῦτο, pro κατὰ τοῦτο, id est, *Vos porro attendite, quantum hac etiam in re peccaturi sitis, si Cleonem audieritis.* 95

† Praeter ea, quae Vigerus dixit de vi praepositionis κατὰ, genitivo iunctae, tenenda sunt haec. 1) Significat *contra*, *adversus*, in sensu laedendi. Vt κατὰ τινὸς εἰπεῖν τἀληθὲς, *verum dicere contra aliquem*, Dinarch. Orat. pag. 6. Δόγμα εἰςφέρειν κατὰ τῆς ὑμετέρας πόλεως, Aeschin. adv. Ctesiphont. pag. 507. Τὴν ὁμοίαν ἐποιήσατο πιστὴν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ, Demosthen. adv. Aristocrat. pag. 646. Ἡ κατὰ τῶν προδιδόντων τιμωρία, Lycurg. adv. Leocrat. pag. 233. Vbi perperam vult deleri κατὰ Taylorus; nam sic Dinarch. pag. 71 ἡ τιμωρία κατὰ τῶν ἐνόχων. 2) *Erga*, *de*. Vt Aesch. adv. Ctesiph. pag. 515 πολὺς ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως. Recte κατὰ interpretatur Wolfius περί. It. Demosth. Philipp. II, pag. 68 ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον, *quae est summa laus, quae de vobis possit praedicari*. 3) *De*, de loco. V. c. Iliad. β', 167 βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα. 4) *Per*, de loco. E. g. Lys. de Eratosth. Caed. pag. 13 κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνειν, *descendere per scalas*. It. Act. Apost. IX, 31 καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας. 5) *Per*, de temporis tractu et duratione. Veluti Lycurg. adv. Leocr. pag. 140 ἐπ' ὀλίγον χρόνον et κατὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος sibi opponuntur. 6) *Per*, in *formulis iurandi*. V. c. Ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν, Isaeus de Apollodor. Hered. pag. 169 et 170. It. κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων ὀμόσαι, Andocid. p. 48. It ἄνθρωποι κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, Ebr. VI, 6. Plura exempla Demosthenis vid. in Ind. Reiskiano ad Demosth. § 400. 7) *Sub*, de loco. V. c. Δῦναι κατὰ τῆς γῆς, *subire terram*, de fluminibus dicitur Plat. Phaed. cap. 60 et 61. Z.

95 Huc revoca ea, quae superius diximus ad calcem Cap. I. Eadem est ratio in accusativo τρόπον; qui cum Generandi Casu coniunctus Latinis per Adverbium redditur, vel per Ablativum *more*. Sic σιτίου τρόπον, *Cibi*

Audacius illud eiusdem lib. si rectum est[96]: *Ἀσφάλεια δὲ, τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος·* ubi τὸ ἐπιβ. pro κατὰ τὸ ἐπιβ. id est, *Cautio vero illa, quae in suscipienda nova deliberatione adhibetur, speciosa caussa est defugiendi negotii.*

instar, apud Plat. Phaedr. pag. 241, lin. 30. Huc refer, quae supra dixi in accusativo πάντα ad Cap. III, Sect. 10, Reg. 4. Huc facit et illud Luciani Dial. Mort. Tom. IV, pag. 44, in fine: *Εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ, ΤΑ' γε ΤΟΙΑΥ'ΤΑ, Beatus, o Socrates, homo es, quantum ad haec quidem attinet.* Locus Thucydidis exstat initio cap. 47, ad quem Schol. *Λείπει ἡ κατά.* At ἁμαρτάνειν, tanquam Verbum Activum, posse cum Accusativo construi, probari potest ex Theogn. vers. 106

Ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον· ἢν δ' ἝΝ ἉΜΑΡΤΗῖΣ,
Τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται φιλότης.

Inexpletum enim habent mali animum, et si vel in uno peccaveris, omnium praecedentium effusa perit gratia. Neque hoc Latinorum auribus dissonum visum. Vid. Ovid. lib. III. de Pont. el. 7, vs. 10

TALIA PECCANDI iam mihi finis erit.

Vnde et passive adhibetur a Thucydide lib. II, cap. 65 *Ἐξ ὧν ἄλλα τε πολλὰ ἡμαρτήθη, καὶ ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς, Vnde tum multa alia, tum expeditio Sicula perperam est suscepta.* Confer Aristid. pro Quatuorviris, pag. 208. Et Isocr. ad Nicocl. pag. 38 *Πρᾶος* (supple ex praecedentibus φαίνου) *τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων, Appareat clementia tua mitigandis peccatorum suppliciis.* Eodem modo scriptura dicitur ἁμαρτάνεσθαι, in qua peccatur. At κατὰ desideratur, cum tempus notat; ut in illo Theophrasti, *Τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, Medio die.* Simile hoc Terentianum in Heautont. I, 1, 58

Ego ISTVC AETATIS non amori operam dabam.

96 Nam nonnullos codices habere τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι, testatur Cl. Dukerus ad hunc locum, qui est cap. 82. Et sane nova haec praepositionis ellipsis non singulari loco, eoque subobscuro, probanda venire debet. [Fortassis huc pertinet locus Xenoph. Mem. III, 9, 9 *Ἀπὸ μέν τοι τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χείρω ἰέναι, οὐδένα σχολάζειν,* scil. ἔφη. Nam vix fieri posse mihi videtur, ut statuamus, ἰέναι regi a σχολάζειν ita, ut intelligatur πρὸς, quoniam, praeterquam quod eiusmodi ellipsis paulo durior esse videtur, existit quoque sensus a loco alienus, ni fallor. Etenim σχολάζειν πρὸς τὶ, est *vacare rei, studium suum ponere in re aliqua,* uti est III, 6, 6. ibidem. Sed sensus loci debet esse hic: *Certe neminem, studio rerum meliorum relicto, in rebus deterioribus persequendis reperiri segnem pigrumque aiebat.* Igitur optimum factu esse arbitror, si illud ἰέναι pendere dicamus ab omisso κατὰ, aut περὶ, *quod attinet.* Certe hoc melius videtur, quam si cum Reiskio corrigas ἰόντα, aut, quod multo est deterius, σχολάζοντα. Z.] [Nemo, nisi Zeunius, κατὰ ad infinitivum sine articulo, intelligi posse putabit. *Herm.*]

III. Secundo, apud Philosophos maxime, τὰ κατ' ἔμφασιν, dicuntur quae specie tenus eiusmodi sunt, ut Iris, *qui ne sont qu'en apparence:* at vero, τὰ καθ' ὑπόστασιν, *quae re ipsa sunt.*

Tertio, saepe idem est, quod *propter.* Thucyd. lib. IV Νομίζοντες τὴν Ὠρωπίαν Ἀθηναίων, κατὰ τὸ ὑπήκοον, εἶναι, id est, *Rati Oropium agrum Atheniensium quidem esse, quod eorum imperio subiectus esset.* [97] Sic κατὰ θέαν, id est, θέας ἕνεκα, *spectandi gratia*, cum alii dixere, tum saepe Dionysius Halicarnass. ut lib. VIII [98] Ἀφίξονται δὲ κατὰ θέαν ἐπὶ τούτους πολλοὶ τῶν ξένων, *Ad quos* (ludos) *spectandi gratia*, vel *spectandos externi quam plurimi convenient.* Simile est, καθ' ἱστορίαν, *Visendi studio.* Aristid. Panathen. Τῶν ἐμπόρων καθ' ἱστορίαν, ἢ χρείαν εἰσαφικνουμένων, id est, *Mercatorum huc aut visendi, aut lucri studio venientium.* § 401.

Quarto, κατὰ κράτος, ut ἀνὰ κράτος, *vi et impetu quodam, par force:* aliis, *violenta quadam potentia, et imperio.* Thucydid. lib. III Καὶ ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακουσίων, id est, *Et quotquot ex Siculis violento Syracusanorum imperio premebantur.* [99] Alii dixerunt, κατὰ τὸ κρατερὸν, id est, *pro viribus.*

IV. Quinto, est ἐνώπιον, vel πρὸς, id est, *e regione, versus, coram.* Sic, κεῖσθαι κατ' ἀνατολὰς, id est, *Eo in loco situm esse, qui obversus orienti sit.*

Sexto, cum nominibus locorum maximeque plural. numer. idem valet, quod *per*, redditurque fere adverbium

97 Locus Thucydidis est cap. 99. Hinc κατὰ τοῦτο, *Propterea.* Κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον, *In hoc*, vel *propter hoc*, vel *hactenus non laudo Polum*, apud Platonem in Gorg. pag. 482. Et κατὰ τί; *Qua gratia? Quare?* Aristophan. Nub. vs. 238 Ἦλθες δὲ κατὰ τί; *Cuius rei gratia venisti?* [Plura eiusmodi loca laudavit Kypkius Observatt. sac. ad illud Matth. XIX, 3 Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; Z.]

98 Pag. 482, lin. 27. Tale est illud Thucydidis lib. VI, cap. 31 Οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ ἄλλος ὄχλος ΚΑΤΑ' ΘΕ'ΑΝ ἧκεν, *Peregrini et caetera multitudo spectatum venerunt.*

99 Eo modo dicitur urbs αἱρεῖσθαι κατὰ κράτος, *quae vi expugnatur*, apud Plut. Apophth. pag. 176. Hinc lucem mutuatur locus Act. XIX, 19, ubi dicitur verbum Domini κατὰ κράτος ἰσχύειν, *Per vim invalescere*, quasi oppugnans et vi expugnans corda hominum.

Latin. in *tim*, ut κατὰ πόλεις, καὶ κατὰ κώμας, id est, *oppidatim*, *et vicatim*. Aliquando tamen cum aliis nominibus etiam singularibus; ut, κατ' ἄνδρα, *viritim*, quod etiam dicunt, κατὰ κεφαλὴν, *par tête*.[1] [Aesch. c. Ctes. pag. 405 seq. ἑκάστους κατὰ σῶμα. *Reizius*.]

Septimo, καθ' ἑαυτὸν, ut ἐφ' ἑαυτὸν, et πρὸς ἑαυτὸν, id est, *seorsum*, *per se solum*, *à part soi*: ut, καθ' ἑαυτὸν ζῆν, *privatam agere vitam*, *sibi vacare*. Aristoteles Ethic. IX Οὐδεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὐτὸν πάντ' ἔχειν, id est, *Nemo enim omnia sibi tantum uni habere velit*. Hinc τὸ καθ' αὑτὸ, Philosophis id etiam dicitur, quod μόνῳ ὑπάρχει, καὶ ᾗ μόνῳ, ut explicat Aristoteles, id est, *quod inest uni cuidam*, *ac certae rei*, *et quatenus soli*.[2]

V. Octavo, κατὰ μικρὸν ἐπιπλεῖον, idem quod, ἐπιπλεῖον ἐφεξῆς, vel ἐπιπλεῖον ἐκ προσαγωγῆς, id est, *magis atque magis*: ut, κατὰ μικρὸν ἧττον, idem quod, ἧττον, vel ἔλαττον ἐκ προσαγωγῆς, vel ἐπ' ἔλαττον ἐφεξῆς, id est, *minus atque minus*.[3]

1 Est et ubi neque per Praepositionem *per*, neque per Adverbium Latin. in *tim* reddi potest, notatque non locum tantum, sed et tempus, redditurque vel per *singuli*, *quisque*, vel *quocunque*, *ubicunque*, *quotiescunque*. Ita Matth. cap. XXVII, 15 *Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν* etc. *Singulis festis solebat praefectus* etc. Confer Marc. XV, 6. Eodem modo eleganter κατὰ πόλεμον dicitur, *quotiescunque*, vel, *ubicunque bellum est*. Athenaeus lib. XIII, pag. 557, ita de Philippo: *Ἀεὶ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΜΟΝ ἐγάμει*, *Quocunque inferret arma*, *illic semper uxorem ducebat*. Quasi Latine dicas, si liceret, *bellatim*. § 402.

2 Praemisso Pronomine *αὐτὸς*, unico vocabulo redditur, *solus*. Plut. in Vit. Cic. pag. 880, lin. 47 *Αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐξέπλευσε*, *Solus navigavit*. Eiusdem significatus est, κατ' ἰδίαν, apud Matth. cap. XIV, 20 *Ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν*, *Adscendit in montem solus*. Aliquando redditur, *Per se*, *suapte natura*. Quae ratio loquendi Platoni est familiarissima. Sic in Sympos. pag. 181, initio: *Οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδὲν*, *Horum nihil per se pulcrum est*. Pro Pronomine etiam invenitur Articulus τὸ absolute positus. Isocrat. Nicocl. pag. 63 *Οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς ΤΟ ΚΑΘ' ΑΥΤΑΣ ὠφελοῦσιν*, scilicet ἥ τε σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη, *Non enim solum per se ipsas nobis prosunt*. Significat etiam *per* eo sensu, quo quis dicitur aliquid agere *per otium*; quod Graeci dicunt, *καθ' ἡσυχίαν*. Thucydid. lib. I, cap. 85.

3 At κατὰ μικρὸν solum redditur *paululum*, *paulatim*, *pedetentim*. Plat. in Sophist. pag. 241 *Κατὰ σμικρὸν οἷοί τε ἐπιλαβέσθαι πῃ τἀνδρὸς ἐσμὲν*, *Paulatim comprehendere quodammodo hominem possumus*. Pro eodem etiam dicitur κατὰ βραχύ· sic enim paulo post: *Ἀγαπήσεις*, *ἐάν πῃ καὶ ΚΑΤΑ ΒΡΑΧΥ παρασπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου*, *Con-*

Nono, *κατὰ στοῖχον*, id est, *secundum versum: κατ' εὐθεῖαν*, vel *ἐπ' εὐθείας*, id est, *recta serie*: ut arbores, *κατὰ στοῖχον πεφυτευμέναι*, *in versum*, et *recta serie digestae arbores;* Gallice, *en droite ligne.* Cui opponuntur, *ἐναλλὰξ*, cum *ἐφεξῆς ἕτερον ἑτέρῳ ἀλλοῖον κεῖται*, id est, *nusquam eodem situ duo sese consequenter excipiunt*, *παραλλὰξ*, id est, *alternante situ*, cum in ordinibus aliqua est, non tamen perpetua varietas.

VI. Decimo, *κατὰ πόδα*, vel *κατὰ πόδας*, vel uno verbo, *καταπόδας*, idem quod, *ἐκ ποδὸς*, (quod tamen interdum etiam est, *collato pede*, *pied à pied*,) id est, *e vestigio*, aut, *per vestigia proxime insequenda.* Nam *κατὰ πόδας ἕπεσθαί τινι*, id est, *aliquem vestigiis consequi.* Sic hostis fugientem hostem *κατὰ πόδας αἱρεῖν* dicitur, *persequendo capere.*

Aliquando genitivus adiungitur, ut apud Thucydid. *Κατὰ πόδας αὐτῶν ἰέναι· Les suivre à la piste.* Hinc transfertur ad metaphoricam sequendi rationem: ut cum Herodot. ait lib. III *Τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρῃ*, *Die proxime consequente.* Et Polyb. lib. II, pag. 91 *Δέον τῇ καταπόδας ἡμέρᾳ γενέσθαι τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς*, *Cum postridie eius diei praetorem et creari et magistratum inire oporteret.* Et quae paulo post aliquid fiunt dicuntur *κατὰ πόδας αὐτοῦ* fieri: ut, *Κατὰ πόδας τῆς μάχης προελθεῖν*, *Statim a certamine ulterius progredi.*

VII. Vndecimo, *καθ' ἕνα*, et *καθ' ἓν*, § 403. non tantum est, *sigillatim*, *un à un* [4], ut Cap. I, Reg. 5, iam ob-

tentus erit, si quodammodo et paulatim tam firmum sermonem revulserimus. Est autem, ubi *κατὰ βραχὺ* reddendum est, *aliquantum, paululum.* Sic idem in Timaeo, pag. 27, lin. 22 *Πάντες ὅσοι καὶ ΚΑΤᾺ ΒΡΑΧῪ σωφροσύνης μετέχουσιν*, *Omnes, qui vel tantillum mentis habent.* Cum aliis Accusativis adverbialiter redditur; ut *κατὰ τάχος*, *Celeriter.* Thucyd. lib. III, cap. 18. *Κατὰ μέρος*, *Vicissim.* Vid. supra Cap. III, Sect. 7, Reg. 2. *Κατὰ τρόπον*, *Ritu, uti decet.* Plat.

4 Haec, quae a Latinis vocantur Distributiva, a Graecis per Numerum Cardinalem, praecedente Praepositione *κατὰ*, in Accusandi Casu, efferuntur. E. g. *Singuli, Bini, Terni*, etc. Graece *Καθ' ἕνα, κατὰ δύο, κατὰ τρεῖς* etc. Demosthen. contra Leptin. pag. 371 *Πρὸς δὲ τούτοις, ἄλλας τριήρεις πλέον ἢ εἴκοσιν εἷλε, ΚΑΤᾺ ΜΙ´ΑΝ, καὶ ΚΑΤᾺ ΔΥ´Ο λαμβάνων*, *Ad haec alias triremes plures viginti cepit, modo singulis, modo binis potitus.* Thucyd. lib. II, cap. 84 *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ΚΑΤᾺ ΜΙ´ΑΝ ναῦν*

servavimus: sed etiam, quod plane contrarium videtur, *in unum*, idque fere cum verbo *γίνεσθαι*. Dionysius Halicarnass. lib. I [5] *Καθ᾽ ὁδὸν εὑρόντες τοὺς σφετέρους, καὶ καθ᾽ ἕνα ἅπαντες γενόμενοι*, *Cum, suis in via repertis, unum in locum universi convenissent.* Idem lib. VIII [6] *Ἵνα μὴ καθ᾽ ἕνα πάντες γενόμενοι, κοινὸν ἐξενέγκητε κατ᾽ αὐτῶν πόλεμον*, id est, *Ne convenientes in unum omnes*, (id est, *coniunctis viribus*,) *commune iis bellum inferatis.* Eodem modo usurpat *καθ᾽ ἓν*, lib. I [7] dum ait: *Ὀλίγους τῶν ἐκ τῆς κώμης φθασάντων καθ᾽ ἓν γενέσθαι παραλαβὼν* *Assumtis paucis illis, qui iam ex vico in unum confluxerant.* Et lib. II [8] *Ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν οἰκείαν δύναμιν, εἰ καθ᾽ ἓν αἱ τρεῖς (πόλεις) γένοιντο, μίαν αἱρῆσαι πόλιν οὐ μεγάλην*, *Ratae satis se virium habituras, si tres (civitates) in unum convenirent, ad urbem unam, eamque non magnam capiendam.*

VIII. Duodecimo, *κατὰ πλῆθος*, id exprimit, quod *ἀθρόοι* uno verbo dicebatur: Latine, *frequentes.* Dionysius lib. VII *Συνελθόντων καὶ τῶν ἐν τέλει κατὰ πλῆθος εἰς τὸ βουλευτήριον*, *Cum autem optimates in curiam frequentes convenissent.* Quibus etiam verbis illud, opinor, recte significari posse dixerimus, quod a Gallis vulgo, *en troups, en corps.*

Contrarium est, *κατ᾽ ὀλίγους*, *exiguo numero*, vel *pauci simul.* Herodian. lib. V [9] *Ἔτι τε τῶν αὐτομόλων τὸ πλῆθος ἑκάστοτε, εἰ καὶ κατ᾽ ὀλίγους, προσιὸν τὴν δύναμιν ηὔξησεν*, id est, *Praeterea transfugarum multitudo, subinde, licet paucorum simul, conveniens, copias auxit.* [*In kleinen Haufen*, bini, terni. *Reizius.*]

τεταγμένοι περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ, *Athenienses, navibus ita longa serie ordinatis, ut singulae singulas sequerentur, circumvehebantur circum eos.* Pro eodem dicitur *ἐπὶ τριῶν*, *ἐπὶ τεσσάρων* etc. ut supra dictum in praepositione *ἐπί*. At *ὁ καθ᾽ εἷς* pro *εἷς ἕκαστος* invenies apud Apostolum Paulum, qui scribens ad Romanos Cap. XII, 5 ait: *Ὁ δὲ καθ᾽ εἷς ἀλλήλων μέλη*, *Singuli vero, alii aliorum membra sumus*, et in Euang. Ioann. cap. VIII, 9 *Ἐξήρχοντο εἷς καθ᾽ εἷς*, *Singuli exierunt, alius alium sequentes.* Quia nulla regiminis praepositionis *κατὰ* habetur ratio, hinc nonnunquam scribitur unica voce *καθεῖς*. Haec tamen, et cognatum *ἀνὰ εἷς*, Apocal. XXI, 21. Graecia antiqua ignorasse videtur. *Καθ᾽ εἷς* pro *καθ᾽ ἕνα* soloecismis annumerat Lucian. in Soloec. Tom. I, pag. 577. Edit. Amst. ubi consule Graevium. § 404

5 Pag. 37, lin. 21.
6 Pag. 486, lin. 21.
7 Pag. 66, in fine.
8 Pag. 101, lin. 26.
9 Cap. 4, §. 8.

Zosimus lib. III *Κατ' ὀλίγους γὰρ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῄστευον*, id est, *Ipsi enim pauci tantum simul, ac per multa loca dispersi latrocinia exercebant.* At Herodian. lib. VI, *κατ' ὀλίγους* usurpavit pro *κατ' ὀλίγον, paulatim* [10], dum ait: *Οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο, κατ' ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν, At milites, principio quidem pollicebantur, inde tamen paulatim secedebant.*

Non absimili usu dicitur *κατὰ ποσὸν*, id est, *utcunque, quoquo modo.* Polybius lib. II, pag. 92 *Καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, κατὰ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον*, id est, *Suis ipsi viribus fidentes, aliquanto audaciores erant.* Id etiam dicunt, *ἐπὶ ποσόν.* [11]

10 Non assentior; nam in exemplo subsequente *κατ' ὀλίγους* idem plane notat, quod in exemplis superioribus. Et quamvis versio haec *paulatim secedebant*, ferri possit, tamen sensus est, *pauci simul secedebant.* Locus est cap. 9, §. 5.

11 De hac Praepositione cum quarto Casu praeter iam observata, nota, eam significare proportionem aliquam. Lucian. de Amicitia: *Δῶρα οὐ ΚΑΤΑ ΜΗΛΑ καὶ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ἀντεδίδοτο αὐτῇ. Non pro malorum aut corollarum pretio paria illi dona comparabantur.* [Thucyd. II, 62. *οὐ κατὰ τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείαν — αὕτη ἡ δύναμις φαίνεται. Reizius.*] Dein cum Nomine ut plurimum proprio vel etiam Pronomine constructum quadruplicem usum obtinet. Et

Primo possessionem notat, sed praecedente articulo. Hermog. de form. or. lib. II, cap. 12 *Ὁ Ξενοφῶν ἀφελείᾳ ΤΗι ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ὑπερβέβληκε τὴν Πλάτωνος ἀφέλειαν, Xenophon simplicitate sua* (h. e. *ipsi familiari*) *prae simplicitate Platonis excelluit.* Simili ratione Strabo ait lib. XVI, pag. 754 *Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι ΚΑΘ' ΑΥΤΟΥΣ ἐβασιλεύοντο, Antiquitus Aradii peculiares sibi reges habebant.* Sic, *οἱ κατ' οἶκον, qui sunt familiae*, pro *familia* ipsa, apud Sophocl. Electr. vs. 1150

Οὔθ' ΟΙ ΚΑΤ' ΟΙΚΟΝ ἦσαν, ἀλλ' ἐγὼ τροφός.

Neque familia, sed ego te alebam. Et *οἱ κατὰ γένος, Consanguinei.* Aelian. V. H. lib. I, cap. 34 *Τοῖς κατὰ γένος συνέσομαι τὰ αὐτὰ ἐμοὶ εὖ πάσχουσιν, Vna cum meis eadem prosperitate fruar.* Elegantissimum autem est, quod idem Articulus in Plurali Neutro Genere praefixus significat res, casus vel fata, quae cuipiam acciderunt. Thucyd. lib. I, cap. 138 *ΤΑ μὲν ΚΑΤΑ ΠΑΥΣΑΝΙΑΝ τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΑ τὸν Ἀθηναῖον, λαμπροτάτους γενομένους τῶν καθ' ἑαυτοὺς, οὕτως ἐτελεύτησεν, Res Pausaniae Lacedaemonii, et Themistoclis Atheniensis, illustrissimorum suae aetatis, hunc exitum habuerunt.* Pro *τὰ κατὰ Παυσανίαν*, etiam dici potest, *τὰ περὶ Παυσανίαν.* Vide, quae supra notavi ad Cap. I, Reg. 5.

Secundus eius usus est, cum verba alicuius citantur, et ad usum praesentem transferuntur. V. g. *Κατὰ Πλάτωνα*, i. e. *Vt*

IX. *Μετὰ* cum dativo casu poetice frequenter usur-

ait Plato, sive, *Vt Platonis verbis utar.* Ita Plato in Phaedro non longe ab initio: *Οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι; Non tu putas me, ut Pindari verbis utar, omni negotio anteponendum existimare?* Vbi *καὶ ἀσχολίας* etc. verba sunt Pindari. Alias quoque Graeci idem efferunt ita: *τὸ τοῦ Πινδάρου*, ut supra dictum est Cap. I, Reg. 17.

Tertio etiam mores vel consuetudinem alicuius denotat: ut, *κατὰ Σωκράτην, ut solebat Socrates.* Ibidem paucis interiectis: *Ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥςτε, ἂν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μεγάραδε, καὶ, ΚΑΤΑ' ἩΡΟ'ΔΙΚΟΝ προςβὰς τῷ τείχει, πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ, Ego igitur adeo audire aveo, ut, si vel Megaras usque deambulando progrediaris, et ut solebat Herodicus, ubi ad murum accesseris, inde redeas, non te profecto relinquam.*

Aut quarto notat tempus vel aetatem. § 405. Ita, *κατ' ἐμὲ*, vertitur: *Mea aetate*, apud Pausan. in Achaicis. Sic Athenaeus undecimo Deipnosoph. *Ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον οὐ μόνον ΚΑΤΑ' ΣΩΚΡΑ'ΤΗΝ εἶναι, Phaedrus non solum Socratis aetate in vivis esse non potuit.* Similiter Bacchus apud Arrianum dicitur fuisse *τρίτος ἀπὸ Κάδμου ΚΑΤΑ' ΛΑ'ΒΔΑΚΟΝ, Tertius a Cadmo, Labdaci aequalis.* Adde Aelian. V. H. lib. II, cap. 11 *Κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα, Sub imperio triginta tyrannorum.* At *κατὰ χρόνον* fieri aliquid dici videtur, quod iustum tempus non excedit. Plut. *παραλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ. Ἡ δὲ ΚΑΤΑ' ΧΡΟ'ΝΟΝ ἔτεκε κόρην εὔμορφον, Haec peperit pulcerrimam filiam iusto post tempore.*

Denique, quemadmodum *παρὰ* et *πρὸς*, in comparationibus adhibetur: quo sensu eleganter construitur cum Verbo *τίθημι.* Ita Aristid. pro Quatuorviris pag. 383 *Μὴ τοίνυν ΚΑΤΑ' ΤΟ'Ν ΚΥΒΕΡΝΗ'ΤΗΝ ΘΗ'ΙΣ αὐτὸν, Ne igitur illum cum gubernatore aequipares.* H.

His adde nonnullos usus alios. Etenim significat quoque *similitudinem:* veluti Plat. Apol. cap. 1 *Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ ΚΑΤΑ' τούτους εἶναι ῥήτωρ, Si enim hoc dicunt, fateor, me non his esse similem.* Servit eadem praepositio *circumscriptioni genitivorum.* Vt Plat. Phaed. cap. 32 *αἱ ΚΑΤΑ' τὸ σῶμα ἐπιθυμίαι*, pro *αἱ τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι.* Servit quoque *comparationibus.* V. c. Platon. Apolog. cap. 5 *μείζω τινὰ ἢ ΚΑΤ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοί εἰσιν, Maiori praediti sunt sapientia, quam quae in hominem cadit.* Id. in Phaed. cap. 58 *χαλεπώτερόν μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν Γλαύκου τέχνην, Difficilius mihi videtur pro arte Glauci.* Antiphont. Orat. pag. 676 *ἁμαρτὼν εἰς ἑαυτὸν, μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἑαυτὸν τετιμώρηται, Qui adversus semet ipse peccavit, graviorem poenam, quam modus peccati poscit, sustinet.* Demosth. de Vectig. pag. 171 *εἰ δέ τῳ δοκῶ μείζους, ἢ κατ' ἐμαυτὸν, λέγειν λόγους, Si cui videor gravius dicere pro mea persona, seu, quam mea fert persona, seu, quam mos meus est.*

* In Compositis autem haec fere significat: 1) *Contra.* Vt *καταγελᾶν τινός*, h. e. *γελᾶν κατά τινος, deridere. Καταγινώσκειν τινὸς θάνατον*, Aelian. V. H. III, 47, h. e. *γινώσκειν κατά τινος θάνατον, capitis damnare*

patur, pro *cum*, § 407. *in*, *per*, *inter:* quod postremum

aliquem. Sic *Καταψευδομαρτυρεῖν τινος*, *καταφρονεῖν τινος*, *κατανίστασθαί τινος*, *κατατολμᾷν τῶν πολεμίων*, *audere adversus hostes*, Polyb. III, 103. 2) *Descensum*, et *suppressionem.* Vt *καταβαίνειν*, *descendere: κατασπᾷν*, *detrahere*, *deorsum ducere: καταβάλλειν τινὰ εἰς ἀπιστίαν*, *deiicere in dubitationem*, h. e. *animum alicuius dubium et incertum reddere*, Plat. Phaedr. cap. 38: *καταπατεῖν*, *deiectum pedibus conculcare*, Xenophont. Oec. VIII, 5. Ages. I, 15: *καθελκύειν ναῦς*, *deducere naves*, Polyb. I, 21: *κατασείειν τὰ τείχη*, *demoliri murum*, Aelian. V. H. III, 16: *κατιέναι εἰς ᾅδου*, *ad inferos descendere*, Aeschin. Dial. III, 20. 3) *Repetitionem loci*, aut *rei restitutionem*, adeoque idem valet, quod Lat. *re* in ratione compositorum. V. c. *Κατιέναι*, *domum redire*, Lys. adv. Andoc. Impiet. pag. 212: *κάθοδος ἐπιμηνίων*, *reditus menstruorum*, apud Hippocratem, vid. Foes. Oecon. *Κατέρχεσθαι οἴκαδε*, *redire domum*, Lys. pag. 497. *Καταπλεῖν*, *in portum redire*, Demosth. pag. 886, ubi *ἐκπλεῖν* et *καταπλεῖν* opponuntur. *Καταπορεύεσθαι*, *redire ab exilio*, Polyb. IV, 17. *Κατάγειν εἰς τὴν οἰκείαν*, *exulem restituere*, ibidem. *Καταγωγὴ ἐπὶ τὴν βασιλείαν*, *restitutio in regnum*, id. Exc. Leg. 128. *Καταδέχεσθαι*, *rursus recipere*, Aeschin. Orat. pag. 15. 4) *Copiam*, *repletionem.* Veluti, *Κατείδωλος πόλις*, Actor. Apost. XVII, 16, quod non est, uti quidam opinantur, *simulacris dedita urbs*, sed *simulacris referta*. *Κατάφοβος*, *plenus timoris*, Polyb. I, 39. III, 108. *Κάθυδρος*, *aquosus*, ibid. V, 24. *Κατάμονος*, *assiduus*, ibid. XVII, 12. *Κατάφυτος*, *consitus arboribus*, ibid. XVII, 16. *Καταλιθοῦν*, *saxis obruere*, Demosthen. pag. 296. 5) *Consumtionem*, *amissionem*, *perditionem.* § 406. Vt *Κατακυβεύειν*, *perdere alea*, *verspielen*, Aeschin. Orat. pag. 13. Lys. pag. 541. *Καταμισθοφορεῖν τὰ ὑπάρχοντα*. *facultatem exhaurire mercenariis militibus conducendis*, Aeschin. Orat. pag. 45. *Καταδωροδοκεῖν*, *largitionibus salutem civitatis vendere*, Lys. pag. 808. *Καταλειτουργεῖν*, *muneribus edendis rem familiarem minuere*, Isaeus pag. 240. *Καθιπποτροφεῖν*, *rem perdere equis alendis*, ibid. pag. 116. 6) *Augendi vim* habet. V. g. *Κατελπίζειν*, *omnino sperare*, Polyb. VIII, 5. *Κατελπισμὸς*, *spes minime dubia*, ibid. III, 83. *Καταλογίζεσθαι*, *enumerare*, *accurate recensere*, Aeschin. Orat. pag. 61. *Κάτοξυ νόσημα*, *peracutus morbus*, vid. Foes. Oecon. Hipp. De vi verbi *κατασκευάζειν* egregie praecipit b. Reiskius in Ind. Demosthen. *Καταπιστεύειν ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι*, *confidere*, Polyb. II, 3. 7) *Vim minuendi* habet, sed perraro. V. c. apud Nicandrum *καθαλμής*, h. e. *subsalsus*, id. qd. *ὑφάλμυρος*. 8) *Locum inferiorem*, *sub.* Vt Iliad. *ι*, 457 *Ζεὺς καταχθόνιος*, *Iupiter subterraneus*. 9) *Partem posteriorem*, *a tergo*, *post.* V. c. *κατόπιν*, *post*, *retro.* *Ἄνεμος καταῤῥέων*, *ventus a tergo spirans*, Polyb. I, 60. 10) *Distributionem.* Vt *κατανέμειν*, *distribuere*, *dividere inter plures.* *Καθημερινὸς*, *quotidianus.* 11) *In loco*, *in re.* Vt *καταθύμιος*, *qui obversatur in animo.* V. c. Iliad. *ρ*, 201 *οὐδέ τί τοι θάνατος καταθύμιός ἐστιν*, *ὅς δή τοι σχεδόν*

usitatissimum est. Idemque poetice cum accusat. redditur, *in*, *inter*, *ad*[12], *propter*. At oratorie μετά cum accusat. tantum est *post*.[13] Cum genit. Poetis et Oratoribus *cum*. Sed hic contrita fere sunt omnia.*

ἐστι, *Tu plane es immemor mortis, quae tibi admodum est in propinquo.* Z.

12 Ita Homerus Iliad. *Δ*, vs. 70. *Αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς. Cito admodum in exercitum vade ad Troas ac Achivos.*

13 Oratoribus tamen haec Praepositio in significatione temporis cum Accusativo usurpatur eo loco, quo διά cum Genitivo. Ita has duas coniungit Plato in Critia pag. 117, in fine: *Καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διὰ νυκτός, Noctes atque dies. Νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν, Noctes atque dies*, etiam coniungit Aelian. V. H. lib. XIII, cap. 16. Quin et cum accusativo ἡμέραν temporis speciem notat apud Plutarch. in Caesare, de Clodii adulterio, pag. 712. *Τὸ δὲ πρᾶγμα καὶ ΝΥΚΤΟΣ εὐθὺς αἱ γυναῖκες ἀπιοῦσαι τοῖς αὐτῶν ἔφραζον ἀνδράσι· καὶ ΜΕΘ' ἩΜΕΡΑΝ ἐχώρει διὰ τῆς πόλεως ὁ λόγος, Hoc facinus noctu illico abeuntes mulieres viris suis nunciaverunt; et die (sequenti) urbem rumor pervagatus est.* Tale est illud Platonis in Phaedr. pag. 251, lin. 42 *Οὔτε ΝΥΚΤΟΣ δύναται καθεύδειν, οὔτε ΜΕΘ' ἩΜΕΡΑΝ, οὗ ἂν ᾖ, μένειν, Neque noctu dormire potest, neque interdiu, ubicunque est, consistere.* H.

* In compositione μετά significat [Cattier. Gazoph. pag. 81. *Herm.*] 1) *Translationem, mutationemque loci vel rei, trans.* E. g. *Μεταβιβάζειν τὸν πόλεμον εἰς τὴν Λιβύην, transferre bellum in Africam*, Polyb. I, 41. *Μεταβολὴ κακοῦ τινὸς εἰς ἀγαθόν*, Aeschin. Dial. III, 5. *Μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἄνω καὶ κάτω*, Plat. Phaed. cap. 45. *Μεθιστάναι πολιτείαν εἰς ὀλιγαρχίαν*, Demosthen. pag. 196. *Μεταστρατοπεδεύεσθαι, castra mutare*, Xen. Ages. I, 21. *Μετακαθοπλίζειν, aliter armare*, Polyb. III, 88. *Μετάνοια, mutatio consilii, s. sensus, s. partium*, ibid. IV, 66. *Μεταδοκεῖν, mentem mutare, alia inire consilia*, Demosthen. pag. 467. *Μεταπείθειν, aliquem a proposito avertere*, Lys. pag. 324. *Μεταῤῥυθμίζειν, corrigere*, Xen. Oecon. XI, 2. *Μετατίθεσθαι τὰ εἰρημένα, retractare*, id. Mem. IV, 2, 18. 2) *Evocationem*, vel *accessum.* Vt *μετακαλεῖσθαι, arcessere*, Xen. Ages. II, 29. *Μεταπέμπεσθαι, arcessere*, id. Memor. III, 9, 11. *Σοφίαν μετιέναι, ad sapientiam accedere, sapientiae dare operam*, ibid. IV, 2, 9. *Μεταφωνεῖν, alloqui*, Odyss. *Κ*, 67. *Μετοίχεσθαι, adire*, Iliad. *Κ*, 121. 3) *Post, retro, a tergo.* Vt *Μεταμύνειν, pone aliquem currere opem ferendi causa adversus vim alterius*, Lys. pag. 145. *Μεταγινώσκειν, resipiscere, poenitere, de re deliberare, postea quam iam facta est*, Lys. ibidem. *Οὐδέν γε φροντίζων, οὐδὲ μεταστρεφόμενος, respiciens*, Demosthen. adv. Mid. pag. 585. *Μετακλαίεσθαι, post dolere*, Iliad. *Λ*, 763. *Μεταυτίκα, statim*, Theocr. Idyll. XXV, 222. 4) *Communicationem, participationem, societatem.* Vti *Μετέχειν, esse participem, μεταδιδόναι τοῦ βάρους, communicare cum aliis malum*, Xenoph. Memor. II, 7, 1. *Μεταλαμβάνειν τῶν κινδύνων, pericula*

X. Praepositio σὺν, cum solo dativo casu, iisdem fere locis adhibetur, quibus μετὰ, cum genitivo. Paucula haec notare iuverit. Primo, μετά τινος, et σύν τινι εἶναι, vel στῆναι, id est, *alicui favere*, *stare ab aliquo*. Hinc Thucydidi, στάντες μετ' ἀλλήλων, id est, ἀλλήλοις συμμαχήσαντες, *qui belli et pugnae socii fuerant*. Ita Xenoph. Ἑλληνικ. III. Σὺν τοῖς Ἕλλησι μᾶλλον, ἢ σὺν τῷ βαρβάρῳ εἶναι, *Graecis potius favere, quam barbaro*.

XI. Secundo, μετὰ τῶν νόμων, et σὺν τοῖς νόμοις, *cum legibus*, id est, κατὰ τοὺς νόμους. Prioris exemplum est illud Thucyd. lib. II [14], pag. 124 satis obscurum, Καί τοι εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον, ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, *Quod si faciliore quodam otio potius*, (id enim est ῥᾳθυμίᾳ hoc loco: alioqui praevaricaretur Pericles in Atheniensium caussa,) *quam laboriosa exercitatione*, (ut Lacedaemonii) *nec legibus magis*, id est, *legum praescripto, et necessitate constricti*, (ut iidem Lacedaemonii) *quam generosa indole, pericula subire statuamus*. Sequitur autem, Περιγίγνεται ἡμῖν, τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι, id est, *Hoc inde consequimur, ut neque futuris aerumnis ante tempus debilitemur, neque, cum in eas incidimus, quicquam iis tamen, qui assiduo in labore versantur, fiducia et alacritate cedamus*. Eodem aut simili modo σὺν νόμοις usurpatur; ut, Σὺν τοῖς νόμοις τὴν ψῆφον τίθεσθαι, *Sententiam, aut iudicium ex legum praescripto ferre*. [15]

adire, periculorum fieri participem, Aelian. V. H. IX, 5. Μεταποιεῖσθαι τέχνης, *artem sibi comparare*, Plat. Politic. cap. 29. Μεταμέλπεσθαί τινι, *una cum aliquo saltare et canere*, Homer. Hym. in Apoll. 197. Μεταδαίνυσθαί τινι, *cum aliquo convivari*, Iliad. χ', 498. 5) *Inter*, de *tempore et spatio interiecto*. Vt μεταπύργιον, *spatium inter turres*, Lys. Fragm. pag. 16. Μεταμάζιον, *pars pectoris mammis interiecta*, Iliad. ε', 19. Μεταδρομάδην, *inter currendum*, ibid. vers. 80. Μεταδόρπιος, *inter coenandum*, Odyss. δ', 194. 6) *In*. Vt μεταχειρίζεσθαι, *manibus tractare, manibus versare, in potestate habere*, Xenoph. Oecon. XIV, 2. Μέτοικος, *inquilinus*, Demosth. pag. 50. Μεταδήμιος, *qui est domi*, Odyss. θ', 293. 7) *Privationem, amissionem*. V. c. ὀψὲ μεταμανθάνειν τὴν ἐλευθερίαν, *sero libertatem dediscere, sive oblivisci*, Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 544. Z.

14 Cap. 39.

15 Hic locus desumtus videtur

XII. Tertio, σὺν Θεῷ, *cum Deo*, potius quam μετὰ Θεοῦ [16], variis modis usurpatur. Ac primum quidem, sine adiuncto ullo, idem est, quod *divina ope, divinoque beneficio:* ut cum Xenophon [17] dicebat: Ὑγιαίνοντά σε ὡς ἐπιτοπολὺ σὺν Θεοῖς ὁρῶμεν, id est, *Te divino beneficio ut plurimum valentem videmus.*

Deinde, redditur potius, *secundo Numine*, aut similiter. Thucyd. lib. I Ξὺν Θεοῖς ἐπίωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, *Diis faventibus, eos, a quibus laesi sumus, invadamus.*

XIII. Aliquando verbum adiungitur, maximeque εἰπεῖν, εἰρῆσθαι, εἰρήσθω, εἰρήσεται, quae una cum σὺν Θεῷ per parenthesin dici solent: tuncque, si de praeterito, aut praesenti bono agatur, significant, *Deo acceptum ferri:* ut cum Plato Dioni scribens, Τὰ μὲν οὖν, inquit, εἰς τὸ παρὸν, σὺν Θεῷ. εἰπεῖν, ἔχει καλῶς, *Hactenus quidem, quae Deo sit gratia, bene mecum agitur:* vulgo, *graces à Dieu.*

Sin de futuro loquimur, idem est, quod *iuvante Deo, Dieu aidant.*

Aristoph. Pluto [18]:

Οἶμαι γάρ, οἶμαι, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσεται,
Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.

ex Xenophontis lib. I, Κύρου παιδ. cap. 15. Vbi haec verba: Σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευε δεῖν τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι, *Iussit itaque iudicem sententiam ferre ex legis praescripto*, hoc est, *legitime.* Solet enim haec Praepositio etiam cum aliis Nominibus adverbialiter reddi. Sic σὺν κόσμῳ idem est, quod κατὰ κόσμον, *ordine, decenter, rite.* Pausanias in Achaicis pag. 420, in fine: Πολλὰ μὲν εἶπε, τὰ δὲ ἤκουσεν οὐ σὺν κόσμῳ, *Multa quidem dixit, multaque audivit indecenter.* Eodem modo Σὺν τάχει, *statim.* Sophocl. Electr. vs. 1498.

Χωροῖς ἂν σὺν τάχει,

I statim intro. Simili modo Praepositio μετὰ cum Genitivo adverbialiter sumitur. Ita in fine epist. Philippi apud Dem. Ὑμᾶς ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου, i. e. δικαίως, *Vlciscar vos merito.* At, Μετ' ἀδείας εἰμί, *Sum cum securitate*, i. e. *Res meae sunt in vado.* Vbi pro ἐν sumi videtur. Vid. Demosthen. pro Megalop. pag. 83, lin. 26. Huc refer μετὰ καιροῦ, *Opportune; Pro temporis opportunitate.* Ita Thucydides lib. VI, cap. 85 Δεῖ ἢ ἐχθρὸν ἢ φίλον ΜΕΤΑ ΚΑΙΡΟΥ γίγνεσθαι, *Pro data opportunitate, sive, opportune vel hostem vel amicum esse oportet.* § 408.

16 Dixit μετὰ θεῶν Plat. ep. VIII, pag. 355, fin.

17 De Admin. Domest. p. 851, lin. 15.

18 Vers. 114.

Spero enim, spero, quod Deo iuvante fiat,
Hoc te oculorum morbo per me liberatum iri.

Idem fere valet, *σὺν Ἀδραστείᾳ εἰπεῖν.*

Alias citra parenthesin, *σὺν Θεῷ*, est, *divino quodam instinctu.* Herodot. lib. I[19], ubi Croeso iam pyrae imposito in mentem subiisse dicit, *Ὡς οἱ εἴη σὺν Θεῷ εἰρημένον, τὸ μηδένα τῶν ζώντων ὄλβιον εἶναι, Quam sibi divino instinctu dictum esset, viventium neminem beatum esse.*[20]

19 Cap. 86.

20 Non raro apud Thucydidem ellipsin patitur haec Praepositio. Ita lib. I, cap. 26 *Πλεύσαντες εὐθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ, Statim cum viginti quinque navibus profecti.* Perspicua vero est huius Praepositionis ellipsis in illo Aristophanis in Avibus, vs. 386 *Ὥςτε τήν τε χύτραν ΤΩῙ τε ΤΡΥΒΛΙ'Ωι καθίει.* Pro, *σὺν τῷ τρυβλίῳ. Quapropter ollam cum catino depone.* Defectus hic post *ἅμα* perpetuus est. Exempla passim. Imitatur Horatius lib. I, sat. 10, in fine:

— Te dicere possum,
Pollio; te, Messalla, tuo cum fratre; simulque
Vos, Bibule et Servi: SIMVL HIS te, candide Furni.

Et Tacitus lib. III, Annal. cap. 64. *Ludique magni ab senatu decernuntur, quos Pontifices et Augures, et quindecimviri SEPTEMVIRIS SIMVL et SODALIBVS AVGVSTALIBVS ederent.* § 409.

Eadem Praepositio in compositione cum alia voce unicum vocabulum efficiens, elegantem usum habet. Ita *Σύνδυο, σύντρεις, σύμπαντες, Bini, Trini, Vniversi* (non adeo, *Omnes*). Nostrates quoque, sed disiunctim: *Met hun tween, Met hun drien, Met hun alle.* Plat. Hipp. mai. pag. 282, in fine: *Καὶ σχεδόν τι οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους ΣΥ'ΝΔΥΟ οὕςτινας βούλει τῶν σοφιστῶν, Et fere puto, me maiorem pecuniam collegisse, quam alios quosvis Sophistas duos.* Addatur Hom. Odyss. Ξ, vs. 98

— Οὔτε ΞΥΝΕΕΙ'ΚΟΣΙ φωτῶν
Ἔστ' ἄφενος τοσσοῦτον —

Belg. *Zy hebben met hun twintigen zo veel goederen niet.* H.

* Restare videtur, ut paucis de vi praepositionis in compositis videamus. Significat autem 1) *Communionem, coniunctionem, societatem, comitatum, una, simul, pariter.* Vt *συμπόσιον, compotatio: συγγενὴς, cognatus, qui genere est coniunctus: συμφοιτᾷν τινὶ εἰς, in easdem scholas cum aliquo accedere*, Xen. Symp. IV, 23. Demosthen. pag. 1001. *Συμμεταδιδόναι τῆς ἐπιβουλῆς, participem facere consilii*, Polyb. V, 36. *Συμμισεῖν τοῖς φίλοις τοὺς ἐχθροὺς, eosdem hostes odio persequi, quos amici*, ibid. I, 14. *Σύναμφω, ambo simul*, ibid. I, 63. *Σύνδυο, una duo*, Demosthen. pag. 564. *Συνθύειν, communiter sacra facere*, Polyb. IV, 49. 2) *Coitionem, collectionem, contractionem, sed leniorem.* Vt *συῤῥέειν, confluere. Συμπιέζειν, comprimere. Συγκλείειν*, concludere. *Συγκαλεῖν, convocare. Συγγράφειν, conscribere. Σύστομος, qui est ore contractiori. Συννεφεῖν, nubes cogere. Συνελεῖν, in com-*

SECTIO VI.

De Praepositione παρά.

REGVLA I.

De Praepositione παρὰ, quae cum genitivo, dativo et accusativo casu construitur, haec notasse profuerit. Genitivum quod attinet, primo, eleganter dicitur, Ἔρχεσθαι παρά τινος, et παραγίνεσθαι παρά τινος, *venire ab aliquo*, πορεύεσθαι παρά τινος, *proficisci ab aliquo:* ut Gallice, *je viens de chez un tel, je parts de chez lui*, et simil.

Secundo, verba quaedam, maximeque *nunciandi, salutandi, appellandi, solvendi, expendendi*, hanc cum genit. praepositionem amant: ut παρὰ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀγγέλλειν, *Apporter nouvelles, signifier de la part du Senat.* τὸν φίλον πολὺ παρ' ἐμοῦ πρόςειπε. *Multis amicum saluta meo nomine.* Παρ' ἐμοῦ ἔτισα, Tullius, *a me solvi, de mon argent.* Παρ' ἐμοῦ ἀναλώσας, *meis sumtibus.* [Παρ' ἑαυτῶν, *sponte*, Phalaris pag. 214. *Herm.*]

Tertio, Genitivus ἐλλειπτικῶς etiam ponitur, praecedente artic. praepositivo et participio verborum εἰμὶ, γίνομαι, ὑπάρχω, ἔρχομαι, πορεύομαι, πέμπομαι, et simil. Nam οἱ παρὰ σοῦ, id est, *nuncii tui*, vel *abs te missi.* Sic τὰ παρ' ἐμοῦ, supp. γενόμενα, ὑπάρξαντα, *quae abs me profecta sunt*, in bonam malamve partem.

II. Παρὰ cum dativo fere significat *apud.* Aliquando tamen sumitur pro ἐν· ut, παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, apud Plutarch. *in bellis civilibus mori.* [Παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, *Dario iudice*, Herodot. III. extr. *Herm.*]

pendium redigere, Xenoph. Mem. III, 8, 9. Συγκεφαλαιοῦσθαι, idem signif. Polyb. I, 66. Σύνοφρυς, *qui habet supercilia coniunctiora*, seu, *contractiora*, Theocrit. Idyll. VIII, 72. Anacr. Od. XXVIII, 16. 3) Quod pertinet *ad omnes*, certe *plures.* V. c. συσσώζειν, *una omnia observare in pronunciando, ne quid vitii committatur*, Polyb. X, 44. Συσσκευάζεσθαι τὰ ἑαυτοῦ, *sua omnia convasare*, Lys. adv. Philon. pag. 873. 4) *Instrumentum, quo res fit.* Vt συμψοφεῖν τοὺς θυρεοὺς ταῖς μαχαίραις, *pulsare scuta gladiis*, Polyb. XI, 28. 5) *Convenientiam.* Vt σύμμετρος, *conveniens mensurae*, Polyb. IV, 21. XI, 10. Σύμμορφος, *conformis, formae consentaneus*, Epist. ad Rom. VIII, 29. 6) Habet *vim augendi, coniunctis viribus.* V. c. συντεταμένως, *enixe, studiose*, Xen. Oecon. XX, 22. Σύντονος προςβολή, *acerrimus impetus*, Polyb. Exc. Leg. 134. Z. [7) Abundat. Brunck. ad Eurip. Hipp. 695. *Herm.*]

Aliquando dativus ille cum motu coniunctus pro accusativo usurpatur. Xenoph. Expedit. II. Ἔφη χρῆναι ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει, οὓς ἐκέλευσε, *Aiebat ad Tissaphernem iis eundum esse, quos ipse iussisset.*

III. Cum accusativo significat, *iuxta, per, praeter, contra, inter,* vel *intra, propter, prae, prout, trans.* [21] Sed usus insigniores habet, qui sequuntur. § 410.

Primo, *quae in tempus aliquod, vel negotium incidunt,* hoc modo exprimuntur: ut, παρ' ὅλον τὸν βίον, *per totam vitam.* Demosthen. Παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, *Toto causae huius tempore.* Παρ' αὐτὸ τὸ ἀδίκημα, *in flagranti delicto.* παρὰ τὸν πλοῦν, *inter navigandum,* παρὰ τὸ δεῖπνον, *inter coenandum,* παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, *in itinere, par le chemin.* παρὰ τοὺς κινδύνους et παρὰ τὰ δεινά, id est, *in mediis periculis.* [22] Dionysius Halicarnass. lib. X Ἦν τοῦτο τὸ μέρος ἐμπειρίᾳ τε ἀγώνων, καὶ τῇ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμίᾳ μακρῷ τοῦ ἄλλου ἄμεινον, id est, *Pars illa, cum pugnandi usu, tum mediis in periculis fiducia, longe alteram superabat.* Sic παρὰ στάδια διακόσια, *intra ducenta stadia.* § 411.

IV. Secundo, cum significat *praeter,* tribus fere modis usurpatur. Aliquando enim idem prope est, quod *contra:* ut, παρὰ φύσιν, *praeter naturam.* παρὰ τὸ πρέπον, *indecore.* παρὰ μέλος, verbatim, *praeter concentum,* id est, *inepte,* de iis, quae alieno vel loco, vel tempore dicuntur aut fiunt. παρ' ὥραν, *intempestive.* Aliquando exceptum aliquid ex maiore numero significat: ut, παρ' ὀλίγους πάντες ἀνῃρέθησαν, *praeter paucos interfecti sunt omnes.* †

21 Trita etiam satis significatio est *ad*, ubi motum significat; ut, παρὰ τὸν βασιλέα ἧκεν, *Ad regem venit.* Quo refer verba Demosthenis mox Reg. 6, ab Auctore citanda: Παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, *Eo res Graecorum devenerunt.*

22 Tale illud Dionysii Hal. lib. VII, pag. 433, init. Ἡ γενησομένη ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΚΙΝΔΥΝΟΥΣ κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἰσομοιρία, *Futura inter pericula aequa bonorum malorumque communio.* Sequentia inveniuntur lib. X, pag. 668, lin. 40. [Ex his exemplis iam, quae a Vigero et Hoogeveno sunt laudata de vi particulae παρὰ tractum durationemque temporis significante, intelligitur, interpretes quosdam ad Xen. Mem. II, 1, 2, ubi est παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, nodum in scirpo quaerere, si dubitant, an usus loquendi permittat, παρὰ de tempore accipi. Sic Reiskius locum Demosthen. pag. 514, 8 παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν, recte est interpretatus, *durante toto tempore choregatus.* Alia exempla extant in Indice Demosthenico. Z.]

† Errorem Thomae Magistri, opinantis, παρὰ cum accusativo de inanimatis tantum rebus, non item de animatis dici, auctorita-

Aliquando istud *praeter* idem est, quod *ultra:* ut, Εἴ τις ἄλλη παρὰ ταύτας ἐστὶ μαθήματος ἰδέα, *Si quae alia praeter istas disciplinae ratio est.* † [Aristoph. Nub. 698. οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα. *Reizius.*]

V. Tertio, duas significationes contrarias patitur, *supra* et *infra.* Nam παρὰ δύναμιν, idem esse potest, quod *supra*, ideinque quod *infra vires.*

Quarto, usum habet elegantem in significatione *propter:* ut, Παρ' ἐκεῖνον πάντα τῇ πόλει γίνεται τἀγαθὰ, *Propter illum*, id est, *eius caussa*, vel *beneficio*, *bona omnia Reip. proveniunt.* Contra, Παρὰ τοῦτον ἀθυμοῦσι πάντες, *In caussa est, quamobrem animum omnes despondeant.* [23] Tuncque sumitur pro διά, cum accusandi casu: Παρὰ τί ποτε; *Quorsum tandem?* [24] § 412.

VI. Quinto, significat, aliquid *in eo situm esse*, quod accusativus exprimit: ut, cum Demosthen. pro Coron. ait, Παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, id est, *In eo positae sunt res*, aut, *fortunae Graecorum.* [25]

Qua in acceptione dicitur, τὸ παρ' ἡμᾶς, *quod in nobis situm est*; vel, *ius et facultas liberae voluntatis*, quatenus fato ac necessitati opponitur. Ita passim inter alios Diogenianus, apud Eusebium lib. VI. Praeparation. ut cum

tibus virorum doctissimorum satis refutavit Cel. Hindenburgius ad Xenoph. Mem. I, 4, 14. Z.

† Potius equidem dicerem, παρὰ post ἄλλος et omnino Comparativum eleganter poni pro ἤ, *quam.* Vt Plat. Phaed. cap. 42 οὐδὲ μὴν ποιεῖν τι, οὐδέ τι πάσχειν ἌΛΛΟ, ΠΑΡ' ἃ ἂν ἐκεῖνα ἢ ποιῇ ἢ πάσχῃ, *Sane nil quicquam vel facere vel perpeti aliud*, quam *quae ista vel faciant vel perpetiantur.* Z.

23 Causam quoque efficientem notat, ubi παρὰ τοῦτο et παρ' ὃ sibi invicem respondent; ut in illo Herodiani lib. VI, c. 6, §. 12 ΠΑΡᾺ ΤΟΥ͂ΤΟ δὲ ἀπολόμενοι, ΠΑΡ' ὍΣΟΝ πλήθει ἐλάττους εὑρέθησαν, *Ob id solum, quod numero inferiores inventi sunt, pereuntes.*

24 Vel *Quamobrem? quare?* ut Dinarchus contra Demosthenem: Παρὰ τί οἴεσθε, τὰς πόλεις τότε μὲν εὖ, τότε δὲ φαύλως πράττειν; *Qua de caussa putatis, urbibus modo prospera evenire, modo adversa?* Citra interrogationem dicitur παρ' ὅ, *Quare*, i. e. *Quapropter.* Ita Philo Iudaeus de Circumcisione pag. 625, caussas referens circumcisionis, inter alias nominat τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος καθαρότητα πρὸς τὸ ἁρμόττειν τάξει ἱερωμένῃ· ΠΑΡ' Ὃ καὶ ξυρῶνται τὰ σώματα, *puritatem toto corpore sacro ordini congruam, quapropter etiam radunt corpora.*

25 At παρὰ ibi motum significare satis vulgato usu, supra ad Reg. 3 dixi.

ait: Οὑτωσὶ δὲ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς τῷ καθ' εἱμαρμένην (supp. ἐναντιώτατόν ἐστιν,) id est, *Sic etiam libertatis nostrae vis fato (maxime contraria est).*

Ibid. Παρ' ἡμᾶς δὲ, ὅσα ἐκ τοῦ σπουδάζειν ἡμᾶς, καὶ ἐνεργεῖν, ἐπὶ τέλος ἔρχεται, id est, *Potestatis autem ea nostrae sunt, quae studio laboreque nostro perducuntur ad finem.*

VII. Sexto, παρὰ πολὺ, triplicem potissimum acceptionem habet. Aliquando enim sine alio casu, per se significat *longe, multo, admodum;* quae maxime propria significatio est: ut, Παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἀμείνους γεγόναμεν, *Hostibus longe superiores fuimus.* Hic enim, ut patet, τῶν πολεμίων, non a παρὰ πολὺ regitur, sed a comparat. ἀμείνους. Ita Dionysius Halicarnass. lib. III [26] Περιεγένοντο παρὰ πολὺ τῶν Σαβίνων, id est, *Subinos multis partibus superarunt.*

Aliquando etiam sine casu, παρὰ πολύ ἐστιν, idem est, quod *multum abest.* Gallice, *il s' en faut bien, il y a bien à dire.* Plato in Apologia: Οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι (nempe ἑκατέρων τῶν ψήφων ἀριθμὸν), ἀλλὰ παρὰ πολὺ, id est, *Nec enim sane putaveram tantulum, sed longe plurimum discriminis futurum*, nempe, in sententiarum numero, cum se a longe pluribus damnandum Socrates putaret.

VIII. Aliquando vero, cum gignendi casu, quem regat, idem est, quod *longe minus*, vel *infra:* ut, παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας, *longe infra dignitatem*, παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, *longe infra spem;* quod etiam πόῤῥω τῆς ἀξίας, et τῆς ἐλπίδος, dici solet. Imo duo illa, πόῤῥω, καὶ παρὰ πολὺ, saepe coniunguntur. Quo sensu fere adiungitur verbum ἔρχεσθαι, vel ἥκειν, sed ἔρχεσθαι saepius: ut, Παρὰ πολὺ τῶν πέρυσι κατωρθωμένων ἦλθεν, id est, *Longe abfuit a rerum superiore anno gestarum gloria.* Saepe etiam solus infinitivus sequitur, etiam absque articulo genitivi; ut, Παρὰ πολὺ ἑλέσθαι ἦλθεν, *A capienda* (urbe v. c.) *plurimum abfuit.* [27]

IX. Septimo, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, et παρὰ βραχὺ, opponuntur τῷ παρὰ πολὺ, in illa triplici acceptione: ac

26 Pag. 182, lin. 12.
27 Infinitivorum exempla ex Thucyd. citat Cl. Dukerus ad eundem lib. VIII, cap. 76.

praesertim in tertia, cum verbo ἔρχεσθαι.[28] Eutropii Metaphrast. lib. VI Πολλῇ στρατιᾷ συμμίξαντες, παρὰ μικρὸν ἦλθον νίκης, id est, *Ingentibus copiis cum hoste congressi a victoria parum absuere.* Zosimus lib. I Μηχανὰς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες, καὶ παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες, id est, *Machinis ad muros admotis, cum ab illis urbibus capiendis parum absuissent.* Dicunt et παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν, *proxime abesse*, vel *absuisse*. Dicunt etiam παρὰ σχεδὸν ἔρχεσθαι. Dionysius Halicarnass. lib. I[29] Τὰ μὲν ἤδη πεπονθότες, τὰ δὲ παρὰ σχεδὸν ἐλθόντες παθεῖν, id est, *Alia iam passi, alia prope subeuntes*, vel *postmodum subituri.*

X. Παρ' ὀλίγον, sine verbo ἔρχεσθαι, duobus item modis accipitur. Interdum enim idem significat, ac si adhibeatur ἔρχεσθαι· ut, παρ' ὀλίγον εἷλε τὴν δίκην, *parum absuit, quin caussam vinceret.* Ita Demosthen. Παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώθη, *Pauca desuere suffragia, quo minus ignominia notaretur.* Interdum, contrario plane usu, sed eodem tamen significatu, idem potius est, quod *fere non*: ut, cum Euripides ait, [Iphig. Taur. 871. *Herm.*] Παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον, id est, *Interitum fere non effugisti*, aut *vix effugisti*: quod idem est, ac si dixisset, παρ' ὀλίγον ἀπόλωλας, vel ἦλθες ὀλέσθαι, *ab interitu parum absuisti.*

At Thucydides, brevitatis amantissimus, lib. VII. 71. unicum παρ' ὀλίγον cum utroque verbo in utraque significatione coniunxit, dum ait: Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφυγον, ἢ ἀπώλλυντο, *Semper enim aut parum admodum aberat, quo minus perirent, aut re ipsa peribant*: nisi dicamus, ἢ loco suo motum esse: tunc enim παρ' ὀλίγον ad solum διέφυγον pertinebit.

28 Vel cum cognatae significationis verbo ἥκω. Arrian. de Exp. Al. lib. I, cap. 23, non procul a fine: Καὶ παρ' ὀλίγον ἧκεν ἡ πόλις ἁλῶναι, *Et parum abfuit, quin urbs caperetur.* Eodem modo Παρ' οὐδὲν ἔρχεσθαι apud Plut. in Vit. Cic. pag. 880, lin. 33 Παρ' οὐδὲν ἦλθε παραιρεθῆναι, i. e. *Nihil* vel *minimum abfuit, quin occideretur.* Vel, *Vix ac ne vix quidem mortem effugit.* Confer eundem in Caes. pag. 727.

29 Imo lib. VII, pag. 451, lin. 30. Pro παρὰ dici etiam posse εἰς, ubi motus significatur, supra ad finem Sectionis 2 ex Thucydide notavi.

XI. Praeterea, quatuor illa, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, παρὰ βραχὺ et παρὰ φαῦλον, cum verbis ἄγειν, ἡγεῖσθαι, τίθεσθαι, ποιεῖσθαι, sunt, *parvi facere:* ut παρὰ πολὺ cum iisdem est, *plurimi facere*: tametsi hoc postremum rarius, quam illa, reperiatur. Xiphilin. Domitiano: *Παρὰ βραχὺ τὴν ἑαυτοῦ ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ μηδένα ἐξ αὐτῶν* (supp. γραμμάτων) *συκοφαντηθῆναι, θέμενος*, id est, *Parum de sua securitate solicitus, modo ne quisquam illarum* (*litterarum*) *occasione calumniam pateretur.* [Παρ' ἄκρας ἀπέθρισεν τρίχας, Eurip. Or. 128. quod non sollicitandum. *Herm.*]

Synesius ad Theophilum, Ἦν οὐ παρὰ φαῦλον, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἐποιεῖτο πεισθῆναι, *Cui rem persuaderi, non leviter, sed magnopere cupiebat.* Sic παρ' οὐδὲν ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι, τίθεσθαι, *nihil facere.* Xiphilin. in M. Antonino Philosopho: *Εἰ μόνος ἐγὼ ἐκινδύνευον, παρ' οὐδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην*, id est, *Si mihi soli periculum immineret, nihili rem istam facerem.*

XII. Octavo, παρὰ τοσοῦτον, tribus etiam praecipue modis usurpari solet.

Primo enim, sine ullo casu, quem regat, simpliciter, idem est, quod *tanto, usque adeo:* ut, *Παρὰ τοσοῦτον ἡττηθεὶς ἀνεχώρησε, Tanto inferior rediit.*

Deinde, sine ullo etiam casu, significat potius, *tantulum modo abfuisse;* Gallice, *à cela près.* Herodian. lib. V [30], de Macrino, qui Romam repetens iamque Byzantio proximus, Chalcedonem Bithyniae urbem reiectus erat, ibique a persequentibus interfectus, *Παρὰ τοσοῦτον*, inquit, *Μακρῖνος οὐκ ἐξέφυγε τοὺς διώκοντας*, id est, *Tantulum abfuit, quo minus persequentium manus evaderet.*

Quin etiam, absente negatione, sensus idem manere potest; ut patet ex illo Herodiani lib. VI [31] *Τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα, καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆν, παρὰ τοσοῦτον ὁμόρους καὶ γείτονας ποιεῖ Γερμανοὺς Ἰταλιώταις*, id est, *At vero Illyricae gentes, quae quidem et peranguslae sunt, et parum admodum soli Romanis subditi possident, tantulo discrimine* (vel, *solae*) *Germanos ab Italis separant.*

XIII. Tertio, cum genitivo casu, ac fere verbo ἔρχεσθαι, utroque modo explicari potest. Nam quod ait Gre-

30 Cap. 4, §. 23. Verte brevius: *Vsque adeo non effugit.*

31 Cap. 7, §. 9.

gorius, *Μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας*, id est, *Ne tantum absimus ab aequalitate divina.* Quod autem Thucydid. lib. III [32] *Παρὰ τοσοῦτον ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου*, id est, *Tantulum*, vel *tam prope Mitylene abfuit a periculo.*

XIV. Quarto, affinis est usus ille, quo *παρὰ τοσοῦτον* cum sequente *παρ' ὅσον* construitur: ut, *Παρὰ τοσοῦτον οὐ κατελήφθη, παρ' ὅσον οἱ διώκοντες τῆς εὐθείας ἐξετράπησαν*, id est, *Hoc uno factum est, ne caperetur, quod persequentes a recto itinere deflexerint.* [33] Imo, quod mirabilius est, absque negativa particula, addito etiam *καὶ*, sensum tamen eundem habet: ut in illo S. Gregorii loco ex oratione *περὶ φιλοπτωχίας· Παρὰ τοσοῦτον καὶ συμπατούμενοι*, (pauperes) *παρ' ὅσον ψαύειν αὐτῶν βδελυσσόμεθα*, id est, *Qui quo minus etiam conculcentur, hoc unum impedit, quod eos vel attingere horreamus.* Dicere potuit, *μὴ συμπ.*

XV. Iam, nono, *παρὰ* in comparationibus adhibetur, idque quadrifariam maxime. Primo, ad significandum *prae*: ut, *Παρ' ἑαυτὸν μηδένα ἐπιτήδειον ἡγεῖτο*, *Prae se aptum neminem putabat:* Gallice, *à comparaison de soi.* Plato in Apologia cap. 16 *Τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε, παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομένειν*, id est, *Vsque adeo periculum omne contemnebat, prae ulla turpitudine quam subiret.* Gallice, *en comparaison de souffrir quoique ce soit de honteux.*

Deinde, ubi de sola duorum, aut plurium comparatione agitur; ut, *Τὸν στρατηγὸν παρὰ πάντας τοὺς ἐν τῷ πάλαι εὐδοκιμήσαντας ἐξετάζειν*, id est, *Imperatorem cum illis omnibus, qui prisco aevo floruerunt, committere* [34]

32 Cap. 49, in fine. Confer lib. VII, cap. 2, in fine: *Παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου*, *Et in tantum quidem periculum Syracusae adductae sunt.*

33 Vel, quod propius ad Graecorum idioma accedit: *Tantum abfuit, ut non caperetur, quantum, qui persequebantur, a recta via deflexerunt.*

34 Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 272 *Σκεψώμεθα γὰρ δὴ παρὰ τὸν Λυκοῦργον τὸν Μιλτιάδην ἐξετάζοντες*, *Consideremus enim Miltiadem, cum cum Lycurgo comparantes.* Conf. Rom. I, 25. Est et ubi non nisi per periphrasin reddi potest, ut in illo Platonis in Phaedro pag. 276, lin. 41 *Παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν*, *Praeclarum ludum narras, cui si caeteri comparentur, viliores sunt.* Similem significatum obtinere praepositionem *πρὸς* cum quarto casu constructam, ostendetur infra, Sect. 8, Reg. 12 et 13. Ita tamen inter se harum duarum praepositio-

Tertio, cum quis secum ipse comparatur: ut, *Αὐτὸς δὴ παρ' ἑαυτὸν δεινότερος καθ' ἡμέραν γίνεται*, *Is profecto, secum ipse comparatus, solertior*, aut, *vehementior evadit in dies.* § 413.

Denique, cum instituitur comparatio rerum, aut personarum, cum locis, temporibus, ac caeteris eiusmodi, παρὰ respondet praepositioni Lat. *pro;* ut, *Παρὰ τοὺς καιροὺς πολλαχῶς ἕκαστα θεωρεῖν χρὴ καὶ ἐξετάζειν τῶν συμβάντων*, *Pro temporum diversitate, diverso quoque modo de singulis, quae contigerunt, statuendum est.*

XVI. Decimo, παρὰ, intermissioni cuidam, vel alternae cessationi significandae adhibetur, idque modis pluribus. Primo, cum nomine numerali simul et nomine tempus significante; ut, παρὰ τρεῖς ἡμέρας, vel τρίτην ἡμέραν, id est, *tertio quoque die:* vel cum solo numerali; ut, παρὰ μίαν, *alternis diebus;* παρὰ τρίτην, *tertio quoque die:* vel unico nomine temporis, sine numerali; ut, παρ' ἡμέραν, *altero quoque die* [35]*;* παρὰ μῆνα, *altero quoque mense;* παρ' ἐνιαυτὸν, *altero quoque anno:* vel denique nomine temporis repetito, sine numerali; ut, ἡμέραν παρ' ἡμέραν, μῆνα παρὰ μῆνα, ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν, eodem plane sensu.

Deinde, cum numerali ad res aut personas, non ad tempus pertinente: ut, *Γέροντες καὶ νεανίαι παρ' ἕνα συμπορευόμενοι*, id est, *Senes ac iuvenes, una quidem, sed alterni tamen, incedentes;* ita nimirum, ut duos inter senes iuvenis unus, duos inter iuvenes senex unus inseratur. Alias, παρ' ἕνα, est *uno excepto*, vel *unius causa.* § 414.

Tertio, cum vox aliqua, interposita praepositione, repetitur, et duobus diversis accommodatur: ut, *Ἑκατέρῳ πληγὴν παρὰ πληγὴν ἐντεινόμενος*, id est, *Alterna utrique vulnera infligens.* *

num usum differre, autumo, ut πρὸς tantum comparationem, παρὰ autem rei comparatae insuper etiam excellentiam prae altera maiorem notet. Hanc distinctionem confirmant verba eiusdem Aristidis in eadem Orat. pag. 321 *Ἡγοῦμαι δὲ καὶ ΠΡΟΣ ἀμφοτέρους, καὶ ΠΑΡ' ἀμφοτέρους ἂν εἶναι Θεμιστοκλέα, τόν τε Μιλτιάδην καὶ τὸν Κίμωνα, Existimo etiam, Themistoclem utrique, et Miltiadi et Cimoni cum conferri, tum praeferri posse.*

35 Hinc ὁ παρ' ἡμέραν πυρετὸς, *Febris tertiana*, quae uno die intermisso redit: quam Graeci etiam vocant διὰ τρίτης. *Παρ' ἡμέρην πυρεταίνειν*, apud Aretaeum, de morb. diut. lib. I, c. 2. est, *tertiana febri laborare.* H.

* In compositione [Cattier. Gazoph. p. 83. *Herm.*] παρὰ signi-

ficat 1) *Acceptionem*, *receptionem*, *ad*. Vt *παραλαμβάνειν*, *assumere*: *παρακομίζειν*, *advehere*: *παρακαλεῖν*, *advocare*: *παρέρχεσθαι ἐπὶ τὰ κοινά*, *accedere ad remp.* Aelian. V. H. II, 1. *Παράγειν εἰς τὸ δικαστήριον*, *producere reum*, Demosth. pag. 805. 2) *Transgressionem*, *violationem*, *trans*, *ultra*, *contra*. V. c. *πάροδος*, *transitus*, Lys. pag. 94. *Παραβαίνειν*, *transgredi*: *παρασπονδεῖν*, *foedus violare*: *παραπηδᾶν τοὺς νόμους*, *praevaricari*, Aeschin. adv. Ctesiph. p. 582. *Παραπρεσβεύειν*, *legationem obire perfide et improbe*, Demosthen. pag. 401. 3) *Oscitantiam*, *negligentiam*, *obiter*, *male*, *secus*. Vt *παροράν*, *male videre*: *παραθεωρεῖν*, *obiter observare*, Demosth. pag. 1414. *Παραπόλωλεν*, *per oscitantiam et socordiam iudicum periit*, Demosth. pag. 543. *Παρακούειν*, *negligenter audire*, Polyb. II, 8. [Tyrwhitt. ad Aristot. poet. pag. 129. *Herm.*] 4) *Propinquitatem*, *iuxta*. V. g. *Παραπέμπειν*, *παρακολουθεῖν*, *comitari*, *ad latus ire*: *παρακαθῆσθαι*, *assidere ad latus*: *παραπλεῖν*, *iuxta navigare*: *παραστάτης*, *miles qui propter stat*, Polyb. XVII, 25. 5) *Praesentiam*, *ad*, *inter*. E. g. *παρατυγχάνειν*, *adesse*, Xenoph. Apol. 11. *Παρακατατίθεσθαι*, *deponere apud aliquem*, id. Symp. VIII, 36. *Παρεῖναι*, *adesse*, *interesse*. 6) *Circuitionem*, *circum*. Vt *παράγειν*, de quo Cel. Ernest. in Gloss. Polyb. sic: *Dicitur in nautis*, *cum non recta cursum faciunt*, *sed per anfractus*, *cedentes ventis*, *fluctibus*. Polybius enim IV, 44 ait: *Ἐκ Χαλκηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον*, *οὐ δύνανται πλεῖν ΚΑΤ' ΕΥ-ΘΕΙΑΝ διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν*, *ἀλλὰ ΠΑΡΑΓΟΥΣΙ ἐπί τε τὴν Βοῦν*, *καὶ τὴν καλουμένην Χρυσόπολιν*. Sed dubito, an locus sit sanus. Haud dubie pro *παράγειν* h. l. legendum est *περιάγειν*, quod et vi originis et usu loquendi comprobatur. Sic Act. Apostol. XXVIII, 13. est *ὅθεν* (nempe *Syracusis*) *ΠΕΡΙΕΛΘΟΝΤΕΣ κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον*. Accedit, quod, uti Dorvillius monet ad Charit. pag. 699, saepenumero in libris facta est confusio praepositionum *παρά* et *περί*. 7) *Additionem*, *praeter*. Vt *παρεισφέρειν νόμον*, *antiquatae legis loco novam ferre*, Demosthen. pag. 484. 8) *Discessionem*, *praeteritionem*, *de*, *praeter* etc. Vt *παραχωρεῖν ὁδῶν*, *via decedere*, Xenoph. Hier. VII, 2. *Παρεληλυθὼς χρόνος*, *tempus praeteritum*, id. Apol. 26. *Παριέναι*, *praeterire*, Aeschin. Dial. II, 2. *Παράγειν*, *abducere a via*, Demosth. pag. 487. 497. 9) *Tractum continuationemque temporis*, *per*. V. c. *παραχειμάζειν*, *hiemare*, *per hiemem aliquo loco commorari*. 10) *Augendi vim* affert. V. c. *παραδιδόναι*, *tradere*, h. e. *omnino dare*, *rem alterius arbitrio et potestati committere ac relinquere*. *Παραθερμαίνεσθαι*, *ultra modum incalescere*, Aeschin. de Fals. Leg. pag. 322. 11) *Minuit*, et *decrementum* significat. § 415. V. c. *παρακρούειν*, *παραληρεῖν*, est *leviter delirare*, vid. Foës. Oecon. Hipp. *Παραφᾶσαι*, *leniter contrectare*. *Παραπληξίη*, apud veteres Medicos est *lenior membrorum resolutio*. *Παραπλησίως*, *eodem fere modo*, Xenoph. Oec. III, 5. *Παρόμοιος*, *fere similis*, Demosthen. pag. 12. *Παρακινεῖν*, *afficere*, h. e. *leniter movere*, ibid. pag. 193. *Παρακμάζειν*, *deflorescere*, Xenoph. Symp. IV, 17. 12) *Clanculum*. Vt *παραδηλοῦν*, *oblique*, *tecte significare*, Demosthen. de Fals. Leg. p. 348, ubi coniungitur cum *ὑπαινίττεσθαι*. *Παραδῦναι*, *irrepere*, *clam subire*, ibid. pro Cor. pag.

SECTIO VII.

De Praepositionibus περὶ et πρό.

REGVLA I.

Praepositio περὶ, cum triplici etiam casu, tam apud Poetas, quam apud Oratores coniungitur, Genitivo, Dativo et Accusativo.

I. Cum Genitivo proprie significat *de*, non raro *pro*, vel *propter* [36]: ut, περὶ πατρίδος μάχεσθαι, pro ὑπὲρ, *pro patria dimicare.*

II. Cum verbo ποιεῖν, aut ποιεῖσθαι, triplici maxime usu coniungitur. Aliquando enim significat *in*: ut, Τοὺς ἐμπείρους ἠρώτησεν, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ τῆς ἐγχειρήσεως, id est, *Ex peritis quaesivit, quid in suscepto negotio fieri oporteret.*

Aliquando, per solum auferendi casum Latine redditur: ut, Μηδὲν ἔχω ποιεῖν περὶ τἀνδρός, *Quid hoc nomine*

252. Παρατηρεῖν, *clanculum observare*, ibid. pag. 281. 13) Sunt, qui putent, quoque significare *comparationem*, ut παραβάλλειν, *conferre.* Sed eiusmodi composita commode referri posse arbitror ad classem quartam, quam constituimus. Z.

36 Significatio τοῦ *propter* rarior est. Invenitur apud Euripid. in Phoenissis:

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν. —

Quos versus vertit ita Caesar, vel, ut Torrentius vult ad Sueton. in Caes. cap. 30. Cicero:

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est. —

[Sic est Lys. Areopag. pag. 264 οὐδὲν προσήκει ΠΕΡΙ' τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν, *non aequum est, ob aliena delicta nos tanquam sontes periclitari.* Id. adv. Alcibiad. pag. 519 Πειράσομαι ΠΕΡΙ' πάντων τῶν πεπραγμένων μεθ' ὑμῶν αὐτὸν τιμωρήσασθαι. Z.] Ita Iudaei respondebant Christo in Euang. Ioann. cap. X, 33 Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν, *Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, et quia, homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Vbi particula ὅτι αἰτιολογική, per particulam καὶ praecedentibus connexa, ostendit veram τοῦ περὶ significationem causativam. H.

Saepe περὶ cum genitivo significat *de*, h. e. *quod attinet.* V. c. Περὶ μὲν γὰρ τῆς μαρτυρίας, ὅτι ψευδῆ μεμαρτυρήκασιν, αὐτοί μοι δοκοῦσιν ἔργῳ ἐξελέγχειν αὐτήν. It. Act. Apost. XXVIII, 22 Περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστόν ἐστιν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται. Z.

faciam nescio. Galli Graecis propius, *je ne sçai que faire de cet homme-là.*

III. Aliquando ad aestimationem pertinet. Nam περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, vel τίθεσθαι, vel ἡγεῖσθαι, *magni facere.* περὶ πλείονος, *pluris.* περὶ πλείστου, *plurimi.* περὶ παντὸς, *maximi.* περὶ μικροῦ, *parvi.* περὶ ἐλάττονος, *minoris.* περὶ ἐλαχίστου, *minimi.* περὶ οὐδενὸς, *nihili.*

Dicunt etiam, περὶ πολλοῦ ἐστιν αἱρεῖσθαι τὸ χωρίον, *magni interest, oppidum capi.* [37] Vel cum dandi casu. Dionysius Halicarnass. lib. VIII [38] Οὐολούσκοις περὶ πολλοῦ ἐστι καταλύσασθαι τὰ πρὸς Ῥωμαίους ἐγκλήματα, id est, *Volsci magnopere cupiunt offensiones cum Romanis omnes componere.*

IV. Significat etiam *circa*, vel *contra*. Herodian. in Commodo [39]: Δεδιὼς, μήτι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν, id est, περὶ αὐτόν· *Metuens, ne quid circa se*, vel *contra se, novi moliretur.*

Alias idem est, quod ἀντὶ, id est, *loco, vice:* quod tamen rarum. Dionysius Halicarnass. X [40] Τὰ ἐλεύθερα σώματα μόνον ἐξελθεῖν αἰτησάμενοι (Αἰκανοὶ), περὶ ὧν διήλλαξαν τοὺς Τυσκυλανῶν αἰχμαλώτους, id est, *Cum id unum postularent* (Aequi), *ut ingenuis abire liceret, quibus Tusculanos captivos permutarunt.* [Potius *quorum caussa. Herm.*]

V. Aliquando est, *prae, supra,* tam in soluta oratione, quam stricta. Idem Dionysius Halicarnass. lib. VI [41] de rebellibus militibus: Λοχαγούς τε ἑτέρους, καὶ περὶ ἁπάντων ἄρχοντα τὸν Σικίννιον ὑποδείξαντες, *Creatis aliis Centurionibus, summaeque rerum praefecto Sicinnio.*

Hinc περὶ παντὸς θέλειν, *summo opere*, vel, *prae aliis omnibus cupere.* Idem ibid. [42] Οἱ δὲ Ἀριστοκρατικοὶ περὶ παντὸς θέλοντες, μὴ κινεῖσθαι ἐκ τοῦ πατρίου κόσμου τὴν πολιτείαν, *At optimates, qui summopere cuperent, nihil in Republ. patriis ex institutis mutari.*

37 Hoc sensu additur et Substantivum magnitudinem vel dignitatem rei significans. Ita Theogn. in sentent. vs. 118.
— Οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος,
— *Neque cautionis est maioris.*

38 Pag. 488, initio.

39 Lib. I, cap. 13, §. 13.

40 Pag. 651, in fine.

41 Pag. 375, lin. 36.

42 Pag. 384, in lin. 35.

VI. Interdum, sed raro, ni fallor, sumitur pro παρά· ut apud Aristidem Panathen. Οἱ μετὰ τοιαύτην τιμὴν, περὶ τῶν Θεῶν αὐτοῖς ὑπάρξασαν, ἄλλα καλλίω τοῖς ἐξ αὐτῶν εἰς φιλοτιμίαν κατέλιπον, id est, *Qui post tantum honorem, quem a Diis consecuti erant, illustriora posteris suis, ad acuendam gloriae cupiditatem, alia reliquerunt.* nisi perperam editum est, περὶ, pro παρά. † [Scr. παρά. *Herm.*]

VII. Cum dandi casu, tam Poetis, quam Oratoribus, est etiam *circum*, vel *in*. Homerus passim. Plato Reipub. II [43] Περὶ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, *Aureum annulum in manu gestare.*

Hinc apud Herodian. lib. V [44] Περὶ βωμοῖς χορεύειν, *Circum altaria choream celebrare.* Et lib. VIII [45] Ἃς εἶχον περὶ σώμασιν ἐσθῆτας, *Vestes, quibus induti tum erant.*

Hinc et illud Xiphilini in Macrino: Ὡς οὔτε τι τῆς βασιλικῆς θεραπείας καὶ τῆς τῶν δορυφόρων περὶ αὐτῇ φρουρᾶς ἠλλοιώθη, id est, *Cum nihil aut ex regio famulatu, aut ex praesidiariis stipatoribus suis mutatum esset.* Dionysius Halicarnass. saepissime.

Alias idem est quod ὑπὲρ, *pro;* ac fere cum verbo metum significante. Hinc apud Thucydid. saepe, περὶ τῇ πόλει δεδιέναι, φοβεῖσθαι, *urbi metuere.* †† § 416.

VIII. Cum accusativo frequentissime coniungitur, ac fere *circa* significat. Vsum quod attinet, vide quae de ἀμφὶ diximus. Gemina sunt omnia. [46] Etiam in signifi-

† Interdum praepositio περὶ intelligi debet: ut Xenoph. Mem. I, 3, 8 ἈΦΡΟΔΙΣΙΏΝ δὲ, παρῄνει τῶν καλῶν ἰσχυρῶς ἀπέχεσθαι. Id. Oecon. XI, 11 τῆς δὲ χρηματίσεως καὶ μετὰ ταῦτα ἀρκέσει ἀκούειν. Vid. Cel. Fischer. ad Plat. Phaed. cap. 25. Adde loca Thucydidis I, 26 τούτων ἐγκλήματα ἔχοντες. IV, 126 ἀδίκημα τὸ τῶν νεῶν. Ibid. πρόφασις τοῦ σώζεσθαι. Quae loca laudavit Cel. Bauer. in Lect. Thucyd. Z. [Nulla in his ellipsis. *Herm.*]

43 Pag. 382, lin. 40.

44 Cap. 3, §. 16.

45 Cap. ult. §. 13.

†† Hoc sensu saepe etiam apud Poetas occurrit: v. c. Odyss. β', 245 ἀργαλέον δὲ ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι ΠΕΡΙ' ΔΑΙ-ΤΙ', *Vix fieri potest, ut vel plures viri certent pro convivio.* Ibid. ρ', 471 Ὁππότ' ἀνὴρ περὶ οἷσι μαχειόμενος κτεάτεσσι βλήεται, ἢ περὶ βουσὶν, ἢ ἀργεννῇς ὀΐεσσιν. Ibid. σ', 302 Νῦν δὲ περὶ πτωχῷ ἐριδαίνομεν. Similiter in carmine Tyrtaei apud Lycurg. pag. 212, ed. Reisk. reperitur περὶ ῇ πατρίδι μάρνασθαι. Conf. Plat. in Phaed. cap. 63 Ἀλλὰ τούτων δὴ ἕνεκα θαῤῥεῖν χρὴ περὶ τῇ αὐτοῦ ψυχῇ ἄνδρα. Z.

46 Hinc aliquando apud Poetas πλεοναστικῶς [immo sic, ut ἀμφί pro adverbio sit. *Herm.*]

catione, *circiter*. In qua saepe particula που subiungitur: ut, *Χίλιοι περί που τὸν ἀριθμὸν*, id est, *Circiter mille numero*. Herodian. lib. VII[47] *Εἰς ἔτος ἤδη περί που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακὼς*, id est, *Cum iam ad annum circiter octogesimum pervenisset.*[48]

IX. Habet etiam id proprium, ut reddatur *sub*, Gallice, *vers*, *sur*, ubi de tempore agitur. Ita saepe Dionysius Halicarnass. usurpat: ut lib. VII[49] *Οὗτοι περὶ λύχνων ἁφὰς παρειςπεσόντες ἔλαθον*, id est, *Hi sub tempus, quo lychni accenduntur, clam sese insinuarunt.* Idem lib. VIII[50] *Καὶ γὰρ ἦν περὶ δύσιν ἡλίου*, *Sol enim tum occidebat: c' étoit vers soleil couchant.* Et lib. VI[51] *Περὶ δείλην ὀψίαν τίθεσθαι τὸν χάρακα*, *Sub vesperam castra metari: sur le soir, sur le tard.* Et lib. IX[52] *Περὶ μέσας νύκτας ἐξαναστάντες*, *Sub mediam noctem consurgentes.* Rursusque lib. VIII[53] *Ὅτε δὴ ἤδη περὶ τὸν ὄρ-*

utrumque invenitur. Ita Hom. Iliad. *B*, vs. 305

Ἡμεῖς δ' ἈΜΦΙ' ΠΕΡΙ' κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς
Ἔρδομεν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας,

Nos autem circumcirca fontem sacris in altaribus faciebamus immortalibus perfectis hecatombis. Et lib. *Υ*, paulo post initium:

Ὄχθαι δ' ἈΜΦΙ' ΠΕΡΙ' μεγάλ' ἴαχον,

Ripae vero circumquaque graviter sonuerunt. Vel una voce *ἀμφιπερὶ* in compositione, ut apud Oppian. Halieut. lib. I *Ἀμφιπερὶ σκαίροντες*, *Circumcirca salientes.*

47 Cap. 5, §. 3.

48 Vel sine particula που, apud Thucyd. lib. I, cap. 54 *Ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα, ἔστησαν τρόπαιον*, *Navibusque circiter septuaginta submersis, tropaeum statuerunt.*

49 Pag. 426, lin. 7.

50 Pag. 533, lin. 23.

51 Pag. 364, lin. 13.

52 Pag. 561, lin. 30.

53 Pag. 515, lin. 25. Eleganter Accusativo Substantivi Participium additur. Clarus Xenophontis locus *Κύρου ἀναβ.* lib. II, pag. 273 *Καὶ ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν*, *Et iam illud erat tempus, quo forum maxime hominibus frequentabatur.* [Eadem res enunciatur, *πληθούσης ἀγορᾶς*, Xenophont. Memor. I, 1, 10. Vid. Perizonius ad Aelian. XII, 30. et Graevius Lect. Hes. cap. 10: quos laudat Cel. Ernest. in Indice Xenophont. Z.] Item Aeliani V. H. lib. XII, cap. 30 *Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν μὲν ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν*, *Tarentinis mos erat a primo mane bibere, et ebrios esse circa illud tempus, quo forum frequentabatur.* Cum Accusativo Pronominis reciproci Praepositionis διὰ vice fungi videtur, et redditur, *per se* vel *sponte*. Demosthen. Olynth. II, pag. 7, lin. 24. [pag. 21, 4. Reisk.] *Περὶ αὑτὰ καταῤῥεῖ*, *Sponte collabuntur.* Pro eodem etiam *περὶ αὑτοῖς* dicere licet: ita enim Plutarchus in Caesare pag. 727. [pag. 1334. Steph.] *Ἐδόκει περὶ αὑτῷ καταλυθήσεσθαι*, *Videbatur sua sponte collapsurus.*

θρον ἦν, Cum iam mane illucesceret: sub primam lucem. *

Qui artem, vel scientiam aliquam tractant, dicuntur, v. c. *Οἱ περὶ ῥητορικὴν, Rhetores. Οἱ περὶ τὴν γραμματικὴν, Grammatici.* Sic *Οἱ περὶ τὴν σοφίαν* sunt, *qui sapientiam profitentur.* Plat. Hipp. mai. pag. 281, in fine. *Οἱ περὶ τοὺς λόγους, Oratores.* Isocr. Euag. pag. 377. In quibus omnibus supprimitur participium *διατρίβοντες.* Ellipsin supplet Isocr. ad Nicocl. pag. 48 *Περὶ τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες. De exercitiis animae dissident sapientiae magistri.* Significatur et hoc modo quodcunque vitae institutum. Vt *Οἱ περὶ τὴν αὐλὴν, Aulici,* apud Iulianum Apostatam ad Athenienses scribentem, pag. 271. Alias, *εἶναι περί τι,* est *versari, occupatum esse,* vel *intentum alicui rei.* Item in deteriorem partem, *εἶναι περὶ νόσον, Morbo laborare.* Vide Platonem Laodamanti scribentem: *Νῦν δὲ Σωκράτης μέν ἐστι περὶ ἀσθένειαν τὴν τῆς στραγγουρίας, Nunc autem Socrates stranguria laborat.* H.

* Eadem praepositio servit periphrasi genitivi. V. c. Platon. Phaed. cap. 63 *αἱ ἡδοναὶ αἱ περὶ τὸ σῶμα,* pro *αἱ ἡδοναὶ τοῦ σώματος, voluptates corporeae.* Ibid. cap. 9 *αἱ περὶ τὸ σῶμα θεραπεῖαι.* Demosth. pag. 365 *ὁ περὶ τοὺς Φωκέας ὄλεθρος,* h. e. *ὁ τῶν Φωκέων ὄλεθρος.* Id. pag. 1414 *ἡ περὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐπιστήμη.*

Age videamus paucis de vi huius particulae in compositis. [Cattier. Gazoph. pag. 86. *Herm.*] Significat autem 1) *Circuitum, circum, in orbem.* Vt *περιβλέπειν, circumspicere: περιελαύνειν, circumagere, περιδινεῖσθαι, in orbem circumvolvi,* Xenoph. Symp. VII, 3. *Περιστρατοπεδεύειν πόλιν, urbem cingere corona,* Polyb. I, 28. 2) Cum priori significatione arcte copulata est ea, qua notat *undique, ex omnibus circumcirca partibus.* V. c. *Περίγλισχρα* dicuntur Hippocrati *omni ex parte glutinosa,* vid. Foës. Oecon. Hipp. *Περικόπτειν, undique, seu omnino amputare; περιελεῖν, undique auferre.* 3) Cum in prima significatione comprehendatur rei ambitus et magnitudo quaedam: facile intelligitur, cur saepe *vim* habeat *augendi et intendendi,* a) *in bonam partem;* ut *περίβλεπτος, illustris, in quem oculi hominum sunt conversi: περιτενής, valde tentus: περιχαρής, admodum laetus: περιουσία, omnium rerum abundantia,* Xen. Oecon. I, 4. *Περιφανής, perillustris,* Lys. pag. 719. *Περιπαθής, vehementer commotus animo,* Polyb. I, 55. b) *in partem malam;* ut *περιβόητος, infamis, famosus:* Demosthen. pro Coron. pag. 324 *αὕτη ἡ οὕτως αἰσχρὰ καὶ περιβόητος σύστασις καὶ κακία, μᾶλλον δὲ προδοσία.* It. *περίεργος, ineptus, male sedulus.* Sic Demosth. Phil. IV, pag. 143 *περίεργον* et *μάταιον* coniunguntur. 4) In verbis videndi et animadvertendi fere significatum habet *negligentiae* aut *contemtus.* Nam si quis oculos huc illuc circumiectat, rem minus recte considerat, adeoque negligit atque contemnit. Sic *περιϊδεῖν,* Xenoph. Symp. IV, 23 est *contemnere,* et Demosthen. pro Coron. pag. 246 *negligere.* Idem significat *περιορᾶν,* Demosth. ibidem. Atque *περιφρονεῖν* interdum est *contemnere:* ut Aristoph. Nub. 225 *ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.* Et *περιόπτεσθαι* est *negligere,* ibid. 124. 5) Cum res, quae cir-

X. Praepositio πρὸ cum solo genitivo construitur. Ac primo, praecipueque significat, *ante:* seu locum respiciat, ut πρὸ θυρῶν, *pro foribus;* quo illud pertinet Dionys. Halicarnass. lib. IX [54] Αὐτῷ μὲν ὁ δῆμος πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ὄντι ἐστεφανωμένος ὑπήντα, id est, *Ipsi quidem procul adhuc ab urbe remoto populus coronatus occurrit:* seu personam, ut πρὸ τοῦ βασιλέως, *coram Rege*, πρὸ πάσης τῆς παρατάξεως; *ante omnem aciem:* seu tempus [55], ut πρὸ πολλῶν ἐτῶν, *ante multos annos:* πρὸ ὥρας ἀναρπάζεσθαι, *immaturo fato rapi.*

Huc referendum est Latinum *pridie*, quod per hanc praepositionem duobus modis exprimitur; vel sine ἡμέρᾳ, ut, πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίου, *pridie Kalendas Martii;* vel cum ἡμέρᾳ, ut, τῇ πρὸ μιᾶς Καλανδῶν ἡμέρᾳ. Cum autem dicunt, τῇ πρὸ δέκα Καλανδῶν ἡμέρᾳ, idem est, quod Latinis, *ante diem decimum Kalendas*, et similia. Thucydid. [56] et alii dicunt, πρότριτα, id est, *tribus ante diebus, trois jours devant.*

XI. Eadem praepositione significatur, quod Latini, *malle, anteponere;* idque duobus modis. Primo, id exprimendo, quod Latini dicunt, *velle antequam aliquid accidat;* ut, Πάντας τοὺς κινδύνους ὑφίστασθαι θέλουσι, πρὸ τοῦ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλαττωθῆναι δόξαν, *Pericula omnia subire volunt, priusquam parta iam gloria minuatur.* [Μηδὲν ὑπολογίζεσθαι μήτε θάνατον μήτε ἄλλό τι μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ. Plato in Socr. Ap. 11. *Reizius.*]

Secundo, cum verbis aestimationem significantibus, ut τιμᾶσθαι, ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι, ἐπαινεῖν, et si quae

cumacta est, fere aliam, quam ante, spectet plagam: factum est, ut nonnunquam etiam *loci mutationem* significaret. V. c. περισπᾷν πόλεμον ἐκεῖ, *illuc bellum transferre*, Polyb. I, 26. Περιτρέπειν εἴς τινὰ τὴν αἰτίαν, Lys. pag. 210. 6) Qui rem circumdat et cingit, is eam fere superat, sub suam redigit potestatem. Igitur περιγίγνεσθαί τινος, aut περιεῖναι, est *vincere, esse superiorem.* Z.

54 Pag. 593, lin. 20.

55 Qui sensus non tantum in compositione retinetur, sed etiam Genitivus additur eius, qui antevertitur. Ita Plut. de Garrul. pag. 508 Καὶ λαβοῦσα τὸ ξίφος ἑαυτὴν προανεῖλε τοῦ ἀνδρὸς, *Et, arrepto gladio, se ante maritum interfecit*, sive *antequam maritus se interfecit.*

56 Lib. II, cap. 34 Πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες, *Facto triduo ante tabernaculo.* Vbi Schol. Πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς ἐκκομιδῆς. Et licet addat, ἢ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, tamen ἄμεινον τὸ πρῶτον ait. H.

al. ut apud Xiphilin. in Augusto: Ἀλλ' ὅτε καὶ πρὸ τοῦ Διὸς αὐτοῦ ἦγαγεν αὐτὸν, *Sed etiam quod Iovi eum ipsi anteposuerit.* Sic, Πρὸ πάντων ἂν ποιησαίμην, ἐνστάντα τὸν κίνδυνον ἀπώσασθαι, *Omnibus equidem potius habuerim, praesens periculum depellere.* [Plat. in Criton. cap. 16 μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο μηδὲν, ΠΡΟ' τοῦ δικαίου. Hinc quoque praecedente comparativo adhibetur pro particula ἤ. Vt Plat. Phaed. cap. 47. εἰ μὴ δικαιότερον ᾤμην καὶ κάλλιον εἶναι, ΠΡΟ' τοῦ φεύγειν τε καὶ ἀποδιδράσκειν.

Interdum valet eadem praepositio ὑπὲρ, *pro, loco, pro salute.* Vt Plat. in Sympos. cap. 6 ΠΡΟ' τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο, *mallet saepenumero pro illo mori.* It. Iliad. θ', 57 μέμασαν δὲ καὶ ὧς ὑσμῖνι μάχεσθαι, χρειοῖ ἀναγκαίῃ, πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν. Z.] *

* In compositione πρὸ [Cattier. Gazoph. p. 88. *Herm.*] significat 1) *Locum in quo, ante, pro.* Vt προτείχισμα, *munimentum pro moenibus*, Polyb. IV, 61. Προπύλαιον, *vestibulum, locus pro foribus*, Demosth. p. 174. Προάγειν, *praeire*, Matth. II, 9. Πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν προφαίνεται, *ante oculos obversatur*, Aeschin. de Fals. Leg. p. 313. 2) *Locum in quem, ulterius, longius, in anteriorem partem.* V. c. προβαίνειν, *progredi, ulterius ire.* Προάγειν, *producere*, veluti Demosth. adv. Callicl. pag. 1279 τὴν αἱμασιὰν προαγαγόντες στενωτέραν τὴν ὁδὸν πεποιήκασιν, *maceria producta, viam reddiderunt angustiorem.* Οὕτω πόῤῥω προεληλύθασι φυλακῆς, *eo progressi sunt in custodia*, Xenoph. Hier. IV, 4. Προτείνειν τὰς χεῖρας, *protendere manus*, Demosth. de Fals. Leg. pag. 421. Προνεύειν, *procumbere*, de remigibus, cum incumbunt remis, Polyb. I, 21. 3) *Auxilium*, ὑπὲρ, *pro salute, tuendi gratia.* Vt πρόμαχος, *propugnator*, Xenoph. Hier. XI, 12. Προβάλλεσθαι, *pro se obtendere scutum*, vid. Ind. Demosth. Reisk. Προτάττειν ἑαυτὸν, *se ante aliquem tegendi causa obiicere periculo.* Andocid. pag. 54 προτάξαντες σφᾶς αὐτοὺς πρὸ τῶν Ἑλλήνων. 4) *Publice, palam, in publico loco, in publicum, in vulgus.* E. g. προειπεῖν τινὶ πόλεμον, *indicere bellum.* Προϊέναι, *in publicum prodire.* Προγράφειν, *proscribere.* Προκηρύττειν, *publice denunciare.* 5) *Praefecturam.* Vt προΐστασθαι τῶν Ἑλλήνων, *praeesse Graecis*, Demosth. p. 143. 6) *Tempus, ante.* Vt προαγορεύειν τὸ μέλλον, *futurum praedicere*, Xenoph. Symp IV, 5. Προαπόλλυμαι, *ante tempus pereo*, id. Apol. 27. Προπίνειν, *propinare, ante bibere*, Aelian. V. H. III, 15. Προαποθνήσκειν, *ante mori*, Polyb. III, 12. 7) *Prae.* Vt προαιρεῖσθαι, *prae aliquo alterum capere, h. e. praeferre, eligere.* Προτιμᾶν τί τινος, *aliquid prae altero honorare.* Z. § 417.

SECTIO VIII.

De Praepositione πρός.

REGVLA I.

Πρὸς genitivum, dativum et accusativum regit. De genitivo praecipua haec observa. Primo, saepissime idem est, quod ὑπὸ, vel παρὰ, *A*, *Ab;* sive rem, sive personam genitivus significet. Hinc πρὸς τοῦ πάθους ὀξύτερον κινεῖσθαι, *perturbatione acrius incitari.* πρὸς ἑνὸς ἄρχεσθαι κάλλιστον, *ab uno regi optimum est.* πρὸς ἁπάντων θεραπεύεσθαι, *coli ab omnibus.* πρὸς τοῦ τυχόντος κωλύεσθαι, *a vili capite impediri.* καὶ πρὸς ἀντιδίκου ὡμολόγηται, *confessus etiam est adversarius.* Et similia. § 418.

II. Secundo, ἐναντιόσημος est, id est, contraria duo significat: *e re alicuius*, et *contra.* Prioris exemplum est illud Dionysii Halicarnass. lib. X [57] Διδάσκων, ὅτι πρὸς τῆς βουλῆς ἐστι, τὸ πολλοὺς εἶναι τοῦ δήμου προστάτας, id est, *Ostendens, e re Senatus esse, ut plures Tribuni plebis essent.* Item hoc Xiphilini in August. Ὃς ἔφθη πολλὰ πρὸς ἑαυτοῦ τε καὶ κατ' ἐκείνων διαπραξάμενος, id est, *Qui cum in rem suam, tum in eorum quoque perniciem multa perfecit.* Eodem sensu Zosimus lib. II [58] de Maxentio: Πρὸς ἑαυτοῦ τὸ λόγιον ἐλάμβανεν, id est, *Suam in rem oraculum interpretatus est.* [59] § 419.

Significat etiam *contra.* Dionysius Halicarnass. lib. VII [60] Πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, id est, *Adversus inimicum hominem suffragium ferens.* De re item dicitur, λαμβάνειν πρὸς, id est, *ducere loco.* Philo in Legat. ad Caium: Ὁ δὲ πρὸς ὕβρεως τὰς νουθεσίας λαμβάνων, id est, *Ille autem admonitiones iniuriae loco ducens.*

57 Pag. 657, lin. 4.

58 Cap. 16.

59 Ab hac acceptione non admodum abludit, cum exta, aves, tonitrua, et si qua alia captandis ominibus idonea, dicuntur εἶναι πρός τινος, i. e. *alicui esse fausta.* Exemplum habet Arrianus lib. I, cap. 19 Εἶναι μὲν γὰρ πρὸς αὐτοῦ τὸν ἀετὸν, *Aquilam enim sibi quidem faustam esse.* De persona itidem dixere Graeci, εἶναι πρός τινος, *stare a partibus alicuius, facere cum aliquo.* Plat. in Protag. Καλλίας δοκεῖ μοι μάλα πρὸς Πρωταγόρου εἶναι, *Callias videtur mihi admodum Protagorae favere.*

60 Pag. 457, in fine. [v. ibi Sylb. *Herm.*]

III. Tertio, secundae acceptioni affinis illa est, qua significat *esse*, *stare*, *facere ab aliquo;* unde quod Tullius ait: *Sed vide, ne hoc totum sit a me*, Graece reddas: Ἀλλ' ὅπως οὐκ ἂν πρὸς ἐμοῦ συνόλως εἴη τοῦτό γε. Idem Tull. *A reo dicere*, Πρὸς τοῦ φεύγοντος εἰπεῖν, id est, τοῦ φεύγοντος ὑπεραπολογεῖσθαι.

Quarto, nec illa dissimilis, qua cum genitivis, ἀγαθοῦ et κακοῦ, construitur, sequente ut plurimum dativo rei, vel personae. Nam ἔστι μοι τοῦτο πρὸς ἀγαθοῦ, idem, quod ἐπ' ἀγαθῷ, *hoc e re mea est;* contra vero, κἀκεῖνο δὴ τοῖς πολεμίοις πρὸς κακοῦ γένοιτ' ἄν, id est, *Atque id sane in perniciem hostium cedet.* Abesse tamen dativus potest. Nam quod Latine, *cui bono?* Graece absolute, πρὸς τίνος ἂν ἀγαθοῦ γένοιτο;

IV. Quinto, coniuncta etiam illa est, qua significat *pertinere*, *partium et officii esse*, vel etiam, *convenire.* Dicunt enim, πρὸς τἀνδρός ἐστι τὸ ἐγχείρημα, *homini sane conveniat hoc facinus.* Gallice, *il est bien homme pour faire un tel coup.* Sic οὐκ ἔστι πρὸς τῆς πόλεως, τοῦ πάλαι φρονήματος οὐδὲ παρὰ τοσοῦτον καθυφίεσθαι, id est, *Non est huius urbis, de pristina animi magnitudine vel tantulum remittere.* Huc pertinent, πρὸς λόγου, vel λόγον εἶναι, *ad rem pertinere.* πρὸς τρόπου, *e moribus*, vel *convenienter*, *eleganter*, *decore*, *apte:* cui contrarium est, ἄπο τρόπου· ut, οὐκ ἂν τάδε πρὸς τρόπου λέγοις, id est, *nunquam haec convenienter dixeris.* Sic, τὴν περὶ τοῦ βίου αἵρεσιν ἕκαστος ἂν πρὸς τρόπου ποιήσειεν, *Vitae institutum quilibet suis ex moribus delegerit.* § 420.

Nec abludit πρὸς θυμοῦ, id est, κατὰ θυμόν, vel καταθύμιος, *gratus*, *iucundus:* ut ἀπὸ θυμοῦ, *ingratus*, ἀποθύμιος.

V. Sexto, generis et sanguinis communionem significat: idque tribus praecipue modis. Primo, cum genitivo αἵματος. Nam οἱ πρὸς αἵματος, id est, οἰκεῖοι, συγγενεῖς, τῷ γένει προσήκοντες, vel ἀγχιστεύοντες, vel, ut Herodian. [III, 10, 11. *Herm.*] πρὸς γένος τινὶ ὑπάρχοντες, *propinqui alicuius et consanguinei* dicuntur, et saepius quam ἀφ' αἵματος. Deinde, cum genitivis πατρός, et μητρός. Nam οἱ πρὸς πατρὸς, *paterni generis propinqui*, οἱ πρὸς μητρὸς, *ma-*

terni; Gallice, *parens du coté du pere, et de la mere.*[61] Tertio, cum genitiv. ἀνδρῶν, et γυναικῶν. Nam οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι, sunt οἱ πρὸς πατρὸς, et οἱ πρὸς γυναικῶν, sunt οἱ πρὸς μητρός. Alias dicunt, κατὰ πατρῷον, καὶ μητρῷον γένος. Cum autem dicitur, τὸ πρὸς πατρὸς, μητρὸς, etc., subauditur γένος, id est, *genus paternum, maternum,* etc.[62] Dicunt etiam συγγενεῖς, ex. c. τὰ πρὸς πατρὸς, et subaud. κατὰ, eodem sensu, quo si τὰ deesset.[63] § 421.

Septimo, affini admodum usu, idem significat, quod ἕνεκα, *ex parte, de la part, quod attinet.* Xenoph. Expedit. I Οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοὶ ἕξειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης, *Spero enim gratiam mihi, nec a vobis, nec ab universa Graecia defuturam.*

VI. Octavo, in obsecrationibus, iuramentis, obtestationibus idem est, quod *per:* πρὸς Θεοῦ, *per Deum:* qui usus maxime vulgaris est.

Nono, sed rarius, verti potest, *apud* vel *coram:* maximeque cum dicunt πρὸς Θεοῦ, καὶ πρὸς ἀνθρώπων, quod non semper est affirmantis, vel obtestantis; sed potius, *apud Deum et homines; coram Deo et hominibus;* quod etiam Gallice, *devant Dieu, et devant les hommes.* Sic, Ἀναίτιον εἶναι πρὸς Θεοῦ τε καὶ πρὸς ἀνθρώπων, id est, *Apud Deum et homines culpa vacare.* § 422.

VII. Πρὸς cum dativo casu. Primo est, *prope, ad, iuxta:* πρὸς τῇ πόλει, *prope urbem.*

Secundo, *apud,* vel *cum,* ac fere cum pronomine reciproco: nam εἶναι πρὸς ἑαυτῷ, id est, λόγον ἑαυτῷ διδόναι, καθ᾽ αὑτὸν λογίζεσθαι, *secum esse,* aut *secum attente cogitare.* πρὸς ἑαυτῷ, vel ἑαυτὸν[64] σκοπεῖ, *secum ipse reputat.*

61 Exempla quaere apud Aeschin. contra Ctesiph. pag. 298, lin. 38, ubi ait, virum popularem oportere esse ἐλεύθερον πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς, *ingenuum a patre et matre.* Et eadem pag. prope finem per Adiectivum verti potest: Πάππος ὁ πρὸς μητρὸς, *Avus maternus.*

62 Ita supplet Herodian. lib. I, cap. 7 Τὸ μὲν γὰρ πρὸς πατρὸς αὐτῷ γένος ἐκ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπισήμων ἦν, *Nam paternum ei genus ex nobilibus senatorii ordinis erat.*

63 Ita Pausan. in Achaicis pag. 398, lin. 35 Ἀθηναῖοι ὄντες τὰ πρὸς μητρὸς, *Athenienses materno genere.* Caeterum pro πρὸς licet etiam dicere ἀπό. Vid. supr. Cap. IX, Sect. 1, Reg. 13.

64 Recte in Accusativo, qui Casus non minus est usitatus, praesertim quando cum alio verbo

Tertio, idem est, quod *in:* cum significamus aliquem in certo negotio diligenter et attente versari: ut, ἦμεν πρὸς τῷδε τῷ λόγῳ, *hoc in sermone,* vel *hac in disputatione versabamur.* πρὸς τούτῳ ὅλος εἰμὶ, *totus in hoc sum.* [65] Horatius: *Totus in illis*, supp. *nugis.* Quo sensu etiam cum accusativo iungi potest.

Quarto, frequentissime valet *praeter:* nam cum dicunt, πρὸς δὲ, sine adiuncto, vel πρὸς δὲ καὶ, vel πρὸς δὲ τούτοις, vel ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, significatur, *ad haec accedit, praeterea,* ut ἐπὶ τούτοις, et χωρὶς, et ἄνευ τούτων. Itemque cum dicunt, καὶ τὸ πρὸς, vel τὸ προςὸν, id est, *et le surplus*, dativus subintelligitur. [66] [Et καὶ πρός, ut ap. Herodot. VIII, 29. *Herm.*]

construitur: ut, ἀναλαμβάνειν πρὸς ἑαυτὸν, *Reputare secum*, Plat. in Hipp. mai. pag. 288. Atque elegans hoc idioma est, si inter duo Pronomina haec Praepositio collocetur. Ita Sophocles in Electra, vers. 281

Ἐγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύςμορος κατὰ στέγας
Κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
Τὴν δυςτάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην,
ΑΥ'ΤΗ' ΠΡΟ'Σ ΑΥ'ΤΗ'Ν.

i. e. *Ego autem misera videns talia domi, fleo, tabesco ac deploro patris convivium illud, quod infelix dicitur, sola mecum.* [Immo, *infelix convivium, patris quod dicitur. Herm.*]

65 Philostrat. de Vit. Apollon. lib. V, cap. 31 Οἱ δὲ ἐγρηγορέναι τε αὐτὸν πάλαι ἔφασαν, καὶ πρὸς ἐπιστολαῖς εἶναι, *illi autem et dudum eum surrexisse, et epistolis scribendis vacare dixerunt.*

66 Hoc sensu Latini vertunt aliquando per, *praeterquam quod*, cum verbo substantivo: vel, *non solum, sed etiam:* vel denique, *cum, tum.* Ita Plut. in Vit. Demosth. pag. 855, in fine: Πρὸς γὰρ τῷ νεμεσητῷ καὶ ἀγεννές. Ad verbum: *Nam praeter indignum, non est generosum:* h. e. *Praeterquam quod indignum est*: vel, *Non solum est indignum, sed etiam* etc. Vel ita: *Est enim tum indignum, tum non generosum.* Confer Platonem in Sympos. pag. 165 Νέος ἐστί· πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλὸς, *Iuvenis est, et praeterea* (i. e *praeterquam quod iuvenis est*) *mollis.* Et in Phaedro pag. 240, lin. 18 et 45, et pag. 270, init. Item Isocrat. Nicocl. pag. 70, ubi, *Qui temperantiam fortuito,* inquit, *nec consulto colunt, fieri potest, ut sententiam mutent;* εἰ δὲ ΠΡΟ'Σ ΤΩ͂ι πεφυκέναι καὶ διεγνωκότες, ὅτι μέγιστόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἀρετὴ, δῆλον ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ τάξει διαμενοῦσι, *Qui vero, praeterquam quod naturali hac virtute praediti sunt, insuper perspiciunt, summum bonum esse virtutem, manifestum est, eos in hac vitae statione constanter permansuros esse.* Notandum praeterea, ubi Adiectivum sequitur, non necesse tamen esse, ut Adiectivum praecedat, sed nonnunquam pro eo substitui cognatum substantivum; ut in illo Athenaei lib. Deipnos. XI, pag. 507, lin. 31 Ἦν δὲ ὁ Πλάτων ΠΡΟ'Σ ΤΗ͂ι ΚΑΚΟΗΘΕΙ'Αι ΚΑΙ' ΦΙΛΟ'-

VIII. Quinto, quod lexicographi vulgo non observant, etiam cum dandi casu, officium munusque significat, ut ἐπὶ cum genitivo. Exemplum mihi nunc occurrit apud Herodian. lib. III, cap. 5 Εἴ πώς τινας πεῖσαι δυνηθεῖεν, ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς ταῖς κύλιξι, id est, *Si quibus persuadere forte possent, qui aut condiendorum ciborum curam haberent, aut a poculis ipsi essent.*

IX. Πρὸς saepe cum accusativo construitur: ac primo, tam multiplici fere usu, quam *ad* apud Latinos. Pauca haec observare iuverit: πρὸς χάριν, *ad gratiam eblandiendam:* § 423. πρὸς ἐπίδειξιν, *ad ostentationem*[67]: πρὸς ἔπος, § 424. *ad verbum*, id est, *ad rem*, de qua vel agitur, vel disputatur; idem quod πρὸς λόγον· ut, τοῦτο τί πρὸς ἔπος; *quid hoc ad rem?* πρὸς τόδετι ἅπαντα καθίστασθαι τὸν λόγον, dixit Aristides, id est, *ad hoc unum orationem omnem referri.*[68]

ΔΟΞΟΣ, *Erat autem Plato non malignis tantum moribus, sed etiam gloriae cupidus.* Pro πρὸς τῷ κακοήθει. In verbis Isocratis, *super hanc virtutem*, una voce Latine dixeris, ut amat Suetonius, quem vide sis in Ner. cap. 31. *Ad hunc impendiorum furorem SVPER fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum impulsus est.*

67 Ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὰ ἐρωτώμενα, *Respondere ad interrogata.* Hoc sensu Graeci aliquando Praepositionem subaudiendam relinquunt, ut in illo Platonis in Gorg. pag. 474 Ἀποκρινόμενος τὰ ἐρωτώμενα, *Respondens ad rogata.*

68 Huc refer illud Platonis in Gorg. pag. 502, lin. 42 λέγειν πρὸς τὸ βέλτιστον, *Ad id, quod optimum est, referre orationem.* Et illud Herodiani lib. II, cap. 9. in fine: Ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες. Proprie: *Mentitus ad utilitatem*, i. e. *ubi vidit in rem suam esse.* Videtur dissimulari Participium φέροντα, *Pertinentia.* Alia acceptione πρὸς *ad* vertitur, quando pro εἰς ponitur in numeralibus. Xenoph. Hist. Gr. lib. I, pag. 435 Ὥστε ἀπολέσθαι αὐτῶν πρὸς ἑπτακοσίους, *Adeo ut ex illis ceciderint ad septingentos.* Iul. Caes. B. G. lib. I. *Ex his, qui arma ferre possent, ad millia XCII.* Adde Ter. Heaut. I, 1, 93

— *Mercedem quasi talenta ad quindecim*
Coegi. —

At πρὸς λόγον convenientiam sive proportionem notat, sequente Genitivo rei comparatae. Sic de Oxo fluvio Arrian. de Exp. Al. lib. III. cap. 29 Τὸ μὲν γὰρ εὖρος ἦν ἐς ἓξ μάλιστα σταδίους· βάθος δὲ, οὐδὲ ΠΡΟΣ ΛΟΓΟΝ τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος etc. *Eius latitudo ad sex ferme stadia sese extendit. Altitudo autem ne cum latitudine quidem comparanda est, sive, convenit minime, sed multo profundior est.* Servat eandem proportionis significationem etiam cum aliis accu-

Hinc etiam illud, πρός τι, Philosophorum, id est, *relativum*, ut logici nunc loquuntur, quod totum per se ad aliud referatur. At πρὸς τί; interrogativum, id est, *quorsum? πρὸς τί ταῦτα λέγεις; quorsum ista dicis?* [69]

X. Secundo, in quibusdam verti potest, *per*, vel cum adverbio, vel solo auferendi casu: ut πρὸς ὀργὴν, *iracunde: πρὸς φθόνον, invidia: πρὸς βίαν, vi: πρὸς ἀκρίβειαν, accurate: πρὸς ὑπερβολὴν, excellenter: πρὸς ὑπόνοιαν, suspiciose: πρὸς ὕβριν, iniuriose*, vel *iniuriae loco*: πρὸς ἐπήρειαν, *contumeliose:* vel *contumeliae loco:* nam πρὸς ὕβριν, aut ἐπήρειάν τι λαβεῖν, est, *aliquid iniuriae*, vel *contumeliae loco ducere* [70]; πρὸς φιλίαν, *amice:* πρὸς ἔχθραν, *inimice, inimico animo:* πρὸς καιρὸν, vel ὥραν, *commodum, tempestive:* πρὸς ἀφθονίαν, *abunde*: πρὸς ἀφοσίωσιν, id est, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, et ἀφοσιουμένως, *perfunctorie*. [Πρὸς βίαν, *per vim*, et πρὸς βίαν τινός, *invito aliquo. Herm.*]

XI. Tertio, est *adversus*, tam in *bonam*, quam in *malam partem*. Et in *bonam* quidem, id est, *erga:* ut τὰ πρὸς Θεὸν ὅσια [71], id est, *quae adversus Deum sancte servanda sunt*. In *malam* vero, usu valde trito: ut, Τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους εὐπρεπῆ ποιήσασθαι, id est, *necessaria adversus hostes comparasse*. Notandum tamen, verbum ποιεῖν eleganter hac in acceptione adhiberi ad significandum quicquid *utile*, vel *efficax* sit *adversus aliud:* quomodo remedium quodvis, πρὸς τὴν νόσον ποιεῖν, dicitur, id est, *adversus morbum utile:* ut, τόδε τὸ ἀμυντήριον πρὸς θανάσιμα φάρμακα ποιεῖ, *hoc amuletum adversus letalia venena utile est.*

XII. Quarto, est *propter*. § 425. Dionys. Halicarn. lib. IV [72] Τὸ ἀνέστιον, καὶ ἄπορον, καὶ πρὸς καταδίκας, ἢ χρέα, τὴν ἐπιτιμίαν ἀπολωλεκὸς φῦλον, verbatim, id est,

sativis. Ita Euripides in Hippolyto ait:

Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

Prout fortuna nobis, ita et animus est.

69 V. Euang. Ioann. cap. XIII, 28 Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων, ΠΡΟ'Σ ΤΙ' εἶπεν αὐτῷ, *Hoc autem nemo accumbentium sciebat, quorsum dixisset.*

70 Tale illud Dionysii Hal. lib. IX, pag. 576, lin. 19 Ἵνα δὲ μὴ ΠΡΟ'Σ 'ΟΡΓΗ'Ν ἢ ΠΡΟ'Σ 'ΥΒΡΙΝ λάβῃ τὸ πρᾶγμα, *Ne rem iniuriae aut contumeliae loco duceret.*

71 Vid. Dionys. Hal. lib. IV, pag. 218, lin. 24. Vel simpliciter τὰ πρὸς θεοὺς exp. *religio*. Demosth. Olynth. III.

72 Pag. 235, lin. 35.

Turba sine lare, inops, quaeque vel propter condemnationem (id est, *damnata iudicio*,) *vel ob debita, dignitatem suam perdiderat.*

Quinto, *inter*, vel *cum*: ut, τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλλαγὰς ποιήσασθαι, *inter sese reconciliari*: et πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλάττεσθαι, *cum inimico reconciliari*: πρὸς τοὺς φίλους κοινολογεῖσθαι, *sermones miscere cum amicis*: ἀργύριον πρὸς τὸν σῖτον καταλλάττεσθαι, *pecuniam cum frumento permutare.* Aliquando comparationi locus est: ut, τινὰ πρὸς ἕτερον σκοπεῖν, ἐξετάζειν, *aliquem cum alio componere.*[73]

Sexto, *quod spectat*, *ce qui concerne*, *ce qui touche*: τὰ πρὸς ἡμᾶς, *res nostrae*[74], *les choses, qui nous touchent*: τὰ πρὸς σωτηρίαν φέροντα, *quae ad salutem pertinent*[75]: ὅσα γε πρὸς τὴν πόλιν, *Reipubl. caussa*: id est, *saltem quod ad Rempubl. attinet*, non autem, *propter Rempubl.*

Septimo, *apud*: πρὸς τὸν βασιλέα, *apud Regem.*

XIII. Octavo, *secundum*, vel *pro*, quatenus *pro* convenientiam aliquam proportionemve significat: ut, πρὸς ἀξίαν ἑκάστοις διανεῖμαι, *in singulos pro cuiusque dignitate dividere*: πρὸς ἄλλον ζῆν, *alterius ad nutum et arbitrium vivere*: πρὸς τὸ καθῆκον πάντα οἰκονομεῖν, id est, *omnia pro muneris sui ratione moderari, dispensare*: πρὸς τὸ πνεῦμα πέτεσθαι, *secundum ventum*, id est, *secundo vento volare*: ἀφεστηκέναι πρὸς καθαρότητα, *puritate ac nitore*, vel *secundum nitorem distare, differre*: διαφέρονται πρὸς τὴν πολιτείαν, *secundum Reipubl. administrationem dissident*, id est, *in modo gerendae Reipubl.* Ita πρὸς τὴν τῶν λόγων ἰδέαν διαφέρεσθαι, id est, *in constituenda eloquentiae forma dissentire*: πρός γε τὸ παρὸν, vel ὥς γε, vel ὅσον γε, vel ὅσα γε πρὸς τὸ παρὸν, μηδὲν ἂν χρησιμώτερον γένοιτο, id est, *pro praesenti rerum statu nihil utilius fieri possit.*[76]

73 Vide plura in hunc sensum ad calcem huius sectionis.

74 At, Πρὸς ἡμᾶς ἐστιν, *In nostra potestate est.* Plut. Apophth. pag. 177. c. Πρὸς ἡμᾶς αὐτούς ἐστι καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν, *In nostra potestate est et bene et male audire.*

75 Explicatur hoc modo etiam per *in*, eo sensu, quo quis dicitur excellens, ingeniosus etc. in aliqua re. Plat. in Phaedro pag. 263 Φεῦ, ὅσῳ λέγεις τεχνικωτέρας Νύμφας τὰς Ἀχελῴου, καὶ Πᾶνα τὸν Ἑρμοῦ, Λυσίου τοῦ Κεφάλου, πρὸς λόγους εἶναι, *Phy, quanto solertiores Nymphas Acheloi, et Pana Mercurii filium, Lysia, Cephali filio, esse ais in orationibus componendis.*

76 Eodem modo Xenoph. Κύρου παιδ. lib. I, cap. 44 Δεῖ οὖν πρὸς

Nono est, *prae*, *en comparaison:* πρὸς τὰ νυνὶ δεινὰ, πᾶν ὅ τι πρότερον ὑπεμείναμεν, λόγος, καὶ μηδὲν, id est, *prae calamitatibus praesentibus*, *quicquid ante pertulimus*, *nugae*, *merumque nihil.*[77]

Tuncque adhiberi etiam potest, ὡς, ὥς γε, ὅσον, ὅσα, ὅσον γε, ὅσα γε, ὅσον δὴ, ὅσα δὴ, ante πρός.* § 426.

τὰ συμβαίνοντα, οἶμαι, τούτοις χρῆσθαι, *His*, *puto*, *utendum est secundum accidentia*, i. e. *prout sese offert occasio.* Huc referri potest illud Isocratis in Panegyrico pag. 109. Οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον, *Neque secundum pecuniam felicitatem iudicabant.* i. e. *Neque pecunia felicitatem metiebantur.* Nec absimile est illud in Euangel. Matth. cap. XIX, 8. Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν, *Moses pro duritia*, vel *rationem habens duritiae cordium vestrorum permisit vobis.* Confer Marc. X, 5.

77 Exemplum habet Plato in Hipp. mai. pag. 281, in fine: Εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν φαύλους πρὸς ὑμᾶς, *Esse antiquos sapientiae studiosos*, *rudes prae vobis.* Aliquando utuntur Latini circumlocutione: ibid. pag. 289. Ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται, *Hominum sapientissimus*, *si cum Deo conferatur*, *simius videbitur.* Simili modo apud Lucian. in Dialog. Alex. et Philipp. [T. I. pag. 396. *Herm.*] ubi eum Philippus accusat, quod Clitum interfecisset, ὅτι με (inquit) πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε, *Quod meas res gestas cum tuis comparando laudare ausus est.* H.

* In compositione πρὸς significat [v. Cattier. Gazoph. pag. 89. *Herm.*] 1) *Accessionem*, *advocationem*, *ad.* Vt προςκαλεῖσθαι, *advocare.* Προςέρχεσθαι τῷ βασιλεῖ, *venire ad regem*, Aelian. V. H. IX, 3. Χωρίον προςβατὸν, *locus*, *ad quem patet aditus*, Xenoph. Apol. 23. Πρόςοδοι, *reditus*, h. e. *vectigalia et alia*, *quae accedunt ad aerarium.* Προςγράφειν, *scripto aliquid addere*, Demosth. pag. 629. 2) Non multum differt a priori, ubi significat *additionem*, *insuper*, *porro.* Vt προςέτι, *praeterea*, *insuper.* Προςερωτᾶν, *insuper interrogare*, Xenoph. Mem. III, 9, 4. Προςαπολέσαι, *insuper perdere*, Polyb. I, 74. Προςδιασαφεῖν, *insuper iudicare*, ibid. III, 24. Προςεπιμετρεῖν τινὶ, *addere alicui aliquid*, ibid. IV, 51. 3) *Iuxta*, *apud*, *ad*, *in.* Vt προςκαθίζεσθαι, *assidere*, Aeschin. Dial. II, 16. Προςκαρτερεῖν τῇ πολιορκίᾳ, *in obsidione perseverare*, Polyb. I, 55. Προςκνᾶσθαι τοῖς λίθοις, *ad saxa sese terere*, *fricare*, Xenoph. Mem. I, 2, 30. 4) *Erga.* Vt προςφέρεσθαί τινι, *erga aliquem hoc vel illo modo esse affectum*, Xenoph. Memor. III, 11, 11. 5) *Vim* addit simplici. Vt προςαιτεῖν, *emendicare*, veluti Xenophont. Apol. 9. αἱρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προςαιτῶν. Item προςαναβαίνειν dicitur de fluvio, qui auctus est imbribus, Polyb. III, 72. Προςεπισιτίζεσθαι, *commeatum copiosius comparare*, ibid. I, 29. Z.

SECTIO IX.

De Praepositionibus ὑπὲρ, ὑπὸ, χωρίς.

REGVLA I.

Praepositio ὑπὲρ, cum genitivo tantum, et accusativo coniungitur. Et cum genitivo quidem redditur *super*, *de*, *per*, *pro*, *propter*. In quibus contrita prope omnia. Tamen in significatione *pro*, notandum est, interdum idem esse, quod ἀντὶ, *loco*, *vice*. [78] Ita sumit Dionysius Halicarnass. ut lib. VIII Οὗτοι τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ἐν τῷ πρὸς Ἀντιάτας πολέμῳ στρατιωτῶν, ἠξίουν ἑτέρους καταγράφειν, *Hi, magistratu inito, ut eorum militum vice, qui bello adversus Antiates gesto ceciderant, alios conscribere liceret, postulabant.* [79] § 427.

II. In significatione *propter*, [v. Markl. ad Eur. Suppl. 1125. *Herm.*] duo nota. Alterum est, eleganter cum infinitivo coniungi, tam affirmando, quam negando; ac fere resolvi per *ut*, vel *ne:* ut, ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, *latendi causa*, vel *animo*, vel *ut latere possim*, *possis*, etc. ὑπὲρ τοῦ μὴ παραπλήσιόν τι παθεῖν, *ne simile quid pateretur*, vel *patiar*, vel alia quavis persona.

Rarius, quod sequitur ex Herodian. lib. III [80] Ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη; διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν, id est, *Vt autem barbarae quoque nationes quiescant*, *curae nostrae erit.*

Alterum est, idem valere, quod ὑπὸ, id est, *prae.* [Markl. ad Eur. Suppl. 1125. *Herm.*] Dionysius Halicarnass. lib. IX Οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς, οὐδ' οἰκείας πλεονεξίας ἕνεκα εἰς αὐτὰ κατέστησαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας, *Non ex insidiis*, (id est, *dolo malo*) *nec privatae utilitatis caussa*, (*pour leur interêt*,) *eo devenerunt*, *sed prae singulari Reipubl. studio.* Nam φιλοτιμία, non tantum *ambitio*, sed etiam *alterius honoris studium.* § 428.

III. Cum accusativo est, *supra*, vel *ultra:* ὑπὲρ λόγον, *supra vim dicendi omnem:* τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *quae vires*

78 Vel in significatione, qua convenientiam notat. Quomodo vertitur locus in Paul. epist. ad Philipp. II, 13. Ὁ γὰρ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, *Deus enim is est, qui efficit in vobis et ipsum velle, et ipsum agere, pro gratuita sua benevolentia.*

79 Locus est pag. 553, lin. 41.

80 Cap. 7, 5. 15.

nostras superant.[81] Dionysius Halicarnass. lib. V[82] Ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα, δεινόν τι, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι Ῥωμαίοις, *Supra haec omnia, caeteraque, indignum id esse, nec Romanis ferendum.* § 429.

Aliquando tamen, sed multo rarius, eodem modo sumitur, quo παρὰ, cum intermissionem significat: nam ὑπὲρ μίαν, est παρὰ μίαν, *alternis diebus:* subintelligendo ἡμέραν.*

81 Hoc modo eleganter admodum construitur cum verbo ἔχω. Sic oratio dicitur ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχειν, *quae vulgi captum excedit*, apud Isocr. Panegyr. non longe ab init. Nec minus scite eadem Praepositio cum Accusativo constructa adhibetur pro Comparativis πλεῖον, vel μᾶλλον ἤ. Lucian. Dem. Encom. pag. 903, init. Σὺ μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα μηχανᾷ τὴν ἐμὴν ἀκρόασιν ἀποδιδράσκειν, *Tu quidem*, (ita verbatim) *inquit, ultra Proteum conaris meam recitationem effugere.* Vbi ὑπὲρ Πρωτέα pro μᾶλλον ἢ Πρωτεὺς, ut sensus sit: *Tu magis quam Proteus, varias formas modosque excogitas, quo effugias.*

82 Pag. 332, lin. 26. H.

* In compositione ὑπὲρ significat [Cattier. Gazoph. pag. 91. *Herm.*] 1) *Trans, ultra, de loco.* Vt τὰ ὑπερόρια, *loca transmontana, extra Atticam sita*, Xenoph. Symp. IV, 31. Ὑπερορίζεσθαι, *extra fines patriae deportari*, Aeschin. adv. Ctesiph. pag. 522. Ὑπερθορεῖν ὑψηλὸν ὑπὲρ ἕρκος, *altum munimentum saltu superare*, Demosthen. pag. 422. Ὑπερισθμεῖν, et ὑπερνεολκεῖν, *naves machinis traducere per continentem a mari ad mare*, Polyb. IV, 19. VIII, 29. 2) *Trans, ultra, de tempore.* V. g. ὑπέργηρος, *ultra senectutem progressus, decrepitus senex*, Aelian. V. H. IV, 1. Παρθένος ὑπέρακμος, *virgo, quae pubertatis annos superavit*, 1 Cor. VII, 36. Ὑπερήμερος, *qui ad diem constitutam aes mutuum non solvit*, Demosth. pag. 518. 3) *Vltra modum.* E. g. ὑπεραγαπᾶν, *vehementer amare*, Demosthen. pag. 172. Ὑπερφοβεῖσθαι, *in summo esse metu*, Xenoph. Oecon. VIII, 17. Ὑπερεσθίειν, *nimio repleri cibo*, ibid. Memor. I, 2, 3. Ὑπερχαίρειν, *maximopere laetari*, Aelian. V. H. IV, 25. Ὑπερεράσθαι τὴν εὐγένειαν τινὸς, *alicuius moribus liberalibus egregie delectari*, ibid. XII, 1. Ὑπερκάθαρσις, *nimia et immodica purgatio*, Hippocr. Aphor. IV, 5. 4) *Contemtum, praeteritionem, negligentiam, violationem.* Vt ὑπερβαίνειν πολλὰ, *multa praeterire*, Aeschin. Dial. III, 12. Ὑπερορᾶν, *contemnere*, Xenoph. Mem. I, 2, 9. Ὑπεροπτικὸς, *insolens, superbus*, Polyb. V, 46. Νόμον ὑπερβαίνειν, *legem violare*, Diod. Sic. XVII, 34. Ὑπερφίαλος, *foederis contemtor et violator*, Iliad. ό, 94. etc. 5) *Supra, defensionem.* Vti ὑπερασπίζειν, pr. *clypeo tegere*, deinde simpliciter *defendere, tegere*, Polyb. VI, 37. Ὑπερέχειν τὰς χεῖράς τινι, *defendere*, ibid. XV, 29. 6) *Excellentiam.* Vt ὑπερβάλλειν, *excellere.* Xenoph. Memor. IV, 3, 7. Ὑπερφέρειν πολλῷ τινὸς, *multum alicui antecellere*, ibid. Apol. 15. Z.

IV. Praepositio ὑπὸ, genitivum, dativum, et accusativum regit.

Cum genitivo est, *A*, *Ab*, *Abs*. Qua in significatione notandum est, eam cum verbis etiam neutris coniungi. Nam ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν πολεμίων, *mori ab hostibus*, id est, *interfici*. Quo modo Tullius Academic. I, *Nihil enim esse valentius, a quo intereat*, Εἶναι γὰρ κρεῖττον οὐδὲν, ὑφ' οὗ γε ἀποθανεῖν, vel ἂν ἀποθάνοι. Sic, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐκπεσεῖν, id est, φυγαδευθῆναι, *a iudicibus exilio mulctari*. Eodem fere sensu verbum substantivum adhibetur: ut, εἶναι ἐν δόξῃ ὑπό τινος, id est, δοξάζεσθαι, *honorari ab aliquo*.[83] § 430.

V. Aliquando est, *propter*: ὑπὸ τῆς ἀπεχθείας, *propter odium*. [V. Markl. ad Suppl. Eurip. 1125. *Herm.*]

Aliquando, *prae*: ὑπ' ἐνδείας οὐκ ἔχω, ὅ τι ἂν μοι[84] χρήσωμαι, *prae penuria quid agam nescio*.[85]

Aliquando ὑπὸ, *a*: ut, ὑπὸ τραυμάτων θεραπεύεσθαι, *a vulneribus curari*; sed exemplo rariore. Plutarch. Alexandr. pag. 699 Ὁ Βουκέφαλος ἐτελεύτησε, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, *Bucephalus mortuus est, dum a vulneribus curaretur*. § 431. Herodian. lib. VII[86] Τῆς συγκλήτου ἀνὴρ, ὑπὸ ὑπατείας μὲν νεωστὶ, *Vir senatorius, ac novissime consularis*, id est, *consulatu functus*.

Aliquando, διά· ut, ὑπὸ σκότου, *per tenebras*.[87]

83 In passivorum constructione aliquando subaudiendum relinquitur. Aristoph. Nub. vs. 1083. Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ, *Si (in) hoc victus (a) me fueris*. Ubi Scholiastes: Λείπει ἡ Εἰς· ἵνα ᾖ, εἰς τοῦτο· δύο προθέσεων ἐλλείψεις· ἀντὶ τοῦ, Εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ. Nam Praepositionem εἰς etiam ἔλλειψιν pati, supra notatum est, Sect. 2, §. 8. Et observa, verbum λείπω passive vel neutraliter usurpari, ut dictum est ad Cap. V, Sect. 1, §. 6. Et praepositivum ἡ in feminino genere pro τὸ, de quo supra Cap. I, §. 18.

84 Minus recte, pro ἐμαυτῷ, quia a persona ad personam non fit transitus.

85 Significat et *prae*, quando comparatio innuitur. Ita Plato in Phaedr. pag. 245, lin. 9, de poeta sobrio, nec sacro furore percito ait: Ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὙΠΟ͂ ΤΗ͂Σ τῶν μαινομένων, ἡ τοῦ σωφρονοῦντος, ἠφανίσθη, *Imperfectus et ipse est, ipsiusque, hominis sobrii, poësis prae aliorum furentium evanescit.*

86 Cap. 11, §. 6. Exemplun singulare, nisi forte scribendum ἀπό. [Ita iam editum e codd. *Herm.*]

87 Est et ubi vel per solum ablativum, vel adverbialiter red-

VI. Cum dativo, ut plurimum redditur, *sub*. Exempla passim. Sed dativi locum genitivus interdum subit. Xiphilin. in Severo, Ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν ὁ Σεβῆρος, *Sub haesitatione Severus erat*, id est, *haesitabat*. § 432

Aliquando, *cum*. Plutarch. Public.[88] Ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι, *Cum fascibus ac securibus omnibus*.

Aliquando, *ab*, *propter*, *prae*, cum dativo, loco genitivi. *Ab*[89], Eutrop. Metaphrast. lib. II initio: Πρώτῳ (ἔτει) μετὰ τὴν ὑπὸ Γάλλοις γενομένην ἅλωσιν, id est, *Anno primo post captam a Gallis urbem*.

ditur. Sic Thucyd. lib. III, cap. 83. Ὁ δὲ ὑπὸ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν, *Ille vero magna festinatione persequebatur*. Sic ὑφ' ἑαυτοῦ, *Sponte*. Idem. lib. IV, cap. 64. Ταὐτό μοι ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν, *Hoc idem, quod ego, sponte vestra facere*. At diversa acceptione dicitur quis ὑφ' ἑαυτοῦ τι ποιεῖν, qui *propriis auspiciis*, vel *auctoritate* aliquid agit. Paus. in Ach. pag. 417, in fine: Καὶ αὐτοῖς ἐπετράπη μὲν ὑπὸ τοῦ Γάλλου πρεσβείαν ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἰδίᾳ παρὰ Ῥωμαίους ἀποστεῖλαι, *Atque illis quidem a Gallo permissum est propriis auspiciis ad Romanos legationem mittere*.

88 Pag. 102, lin. 14. praeter hoc aliud ex eodem in Galba exemplum citat Henr. Stephanus. Absit tamen, ut, ubicunque Latini *cum* adhibent, pro eo ὑπὸ reddant tirones. Fortasse non male verteretur, *praeviis fascibus*, ut et alterum illud in Galb. ὑπὸ φωτὶ, *praevio lumine*.

89 Non ideo, quia sequens exemplum hanc versionem satis commode recipiat, ut praepositioni *a*, tanquam in passiva constructione, locus detur, statim putandum est, ὑπὸ in Graecis verbis idem plane esse, quod *ab* in Latinis: significat itaque et hic et plerisque aliis locis subiectionem, et ὑπὸ Γάλλοις γενέσθαι simile est ac ὑπὸ διδασκάλῳ εἶναι, ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι. [Alia v. ap. Lennep. ad Phal. pag. 242. *Herm.*] Quod ut et in exemplo citato appareat, en non rectiorem quidem, sed κυριολογωτέραν versionem: *Anno primo, postquam Vrbs sub Gallis esse coepit*, i. e. *in Gallorum potestatem venit*, sive, *Gallis subiecta est*, vel, *cessit urbis expugnatio*. Sed ut maxime concedam, ὑπὸ cum Dativo hic adhiberi more constructionis passivae pro Genitivo, non unicum hoc fulciendae regulae exemplum suffecerit, praesertim cum hic Metaphrastes casus huic praepositioni adiiciendos confundat temere, etiam in eodem orationis membro, cuius exemplum vide sis lib. VI, cap. 24. Οὐ γὰρ ἔφερε μετὰ τοσαύτας νίκας ὙΠΟ ΝΈΟΙΣ ΓΕΝΈΣΘΑΙ καὶ ΤΗ͂Σ ἐκείνων ΧΕΙΡΟ͂Σ ἕκτον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος γεγενημένος, *Non enim tulit post tot victorias, ut in adolescentium potestatem et eorum manus veniret, natus ipse annos sex et quinquaginta*. Vbi ὑπὸ eadem in acceptione, eodem in membro et Dativo et Genitivo iungitur. Videri possit dicere voluisse πόλιν pro ἅλωσιν. Quicquid id est, non placet locutio, donec praestantiorem auctoritatem invenero.

Propter, aut *per*, Iulianus August. in Caesarib. Ὑπὸ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι, καὶ οὐχ ὑπὸ τοῖς σοῖς ἐσφάλη στρατηγήμασι, *Suis ille peccatis, non tuis consiliis victus est, cecidit.* [90]

Prae. Zosimus lib. II [91] Ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι, *Ipsis autem prae aestu emortuis.* [92] [V. Abresch. ad Aesch. lib. III. pag. 54. *Herm.*]

VII. Aliquando etiam redditur *propter*, sed ita, ut sumi videatur pro ἐπί. Xiphilin. in Nerone: Ὁ δὴ [93] Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο, *Lucanus autem versus condere prohibitus est, quod vehementer ob poësin laudaretur.* [Scribe ἐπί. *Herm.*]

Herodian. lib. II [94] Ὡς ὑπ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς σκώπτειν, *Vt eum etiam ob turpes, et ambiguas voluptates morderet, illuderet.* [95] [Scribe ἐπ'. *Herm.*]

VIII. Cum accusativo, fere *sub:* sive locus indicetur, ut ὑπὸ τὴν πόλιν, *sub urbem* [96]*:* sive tempus, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς

90 Redditur et alio sensu *Propter*, quatenus significat *iuxta.* Pausanias l. c. Πόλιν κτίσαντες ὑπὸ τῇ Ἴδῃ, *Vrbe condita propter Idam*, i. e. *sub Idae montis radicibus.* Simile illud Thucydid. lib. II, cap. 79 Ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει, *Ad urbem ipsam.* Quomodo et Latinis *sub* pro *prope* ponitur. Virg. Aen. V *Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.*

91 Cap. 2.

92 His adde: quod Latini dicerent, *Huius impulsu*, vel *consilio*, vel, *ab hoc subornatus fecit*, id Graeci: Ὑπὸ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ ἐποίησεν. Pausanias ibid. pag. 416 Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγεν ὑπὸ διδασκαλίᾳ τῇ Καλλικράτους, *Atque haec quidem dixit, subornatus a Callicrate.*

93 Ὁ δὲ, ex ed. Paris.

94 Cap. 7, §. 4.

95 Denotat et *Ex* eo sensu, quo dicitur mulier peperisse ex viro. Sed hoc Poetarum proprium. Ita Hom. Boeot. vs. 327

Αἰνείας (τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη.)

Aeneas (quem sub, i. e. ex Anchise, peperit diva Venus.) Et apud eund. lib. Iliad. E, vs. 313

— Ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι.

Quae eum ex Anchise peperit boves pascente. Ponitur etiam haec Praepositio cum dandi casu, pro genitivo a praecedenti substantivo recto. Sic apud Platonem in Hippia mai. pag. 295, lin. 34 Τὰ ὄργανα τὰ ὑπὸ τῇ μουσικῇ, καὶ τὰ ὑπὸ ταῖς ἄλλαις τέχναις, sunt, *instrumenta musica*, vel *quae ad musicam et caeteras artes pertinent.*

96 Significat nempe locum quemdam vicinum illi urbi vel loco, qui exprimitur, sive quietem sive motum indicat. Cum quies indicatur, cum dativo invenitur, ut modo ostensum est: at in motus significatione regulariter accusativum poscit, quomodo et Latini Praepositionem *ad*

χρόνους, *sub idem tempus:* sive, quod frequentissimum est, *potestatem*, seu *ditionem:* ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, *sub*, vel *in potestatem suam redigere.* [V. Lennep. ad Phalar. pag. 242. *Herm.*] Sic etiam dicuntur, οἱ ὑπὸ χεῖρας, *potestati subditi.* Dionysius Halicarnass. lib. VII [97] Ὡς ἐχθροῦ προπηλακίζοντος ἀδεῶς τοὺς ὑπὸ χεῖρας, *Tanquam hostis, potestati suae subditos contumeliose, absque ullo metu tractantis.*

Dicunt etiam, ὑπὸ πόδα χωρεῖν, id est, *pedem referre*, ἀναχάζεσθαι ἐπὶ πόδα, ut in praepositione ἐπὶ ex Xenophonte audivimus. Idem Dionysius Halicarnass. lib. V [98] Διὰ τὰς συνεχεῖς πληγὰς ἐχώρουν ὑπὸ πόδα, id est, *Ob assiduos ictus pedem referebant.* [99] [Scribe ἐπί. *Herm.*]

addunt, etiam ante propria urbium nomina: ut, *proficisci ad Athenas, ad Troiam* vel *Ilium*, i. e. non tam ad urbem ipsam, quam loca suburbana. Sic Homerus, ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον. In temporis significatione apud Thucydidem passim invenire est.

97 Pag. 443, lin. 42.

98 Pag. 295, lin. 34.

99 Ὑπό τι exponitur per adverbium, *propemodum:* pro quo restituere malo, *quodammodo.* Plat. in Phaedro pag. 242, lin. 35, ubi Socrates ait, se a Phaedro coactum esse dicere sermonem εὐήθη, καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ, *Vesanum, et quodammodo impium*, p. d. *subimpium.*

* In compositione ὑπὸ significat [Cattier. Gazoph. pag. 91. *Herm.*] 1) *sub, de loco, infra.* Vt ὑπόγειος, ὑποχθόνιος, *subterraneus:* ὑπαίθριος, *qui sub dio est:* ὑπογάστριον, *venter imus:* ὑπορίνιον, *mystax, partes oris sub naribus:* ὑποδεῖν, *subligare:* ὑποτέμνειν, *succidere:* ὑποζωννύειν ναῦς, *succingere naves*, Polyb. Exc. Leg. 64. Act. Apost. XXVII, 17. 2) *Intus.* Nam res, quae sub aliquo latet, fere est clausa, adeoque interior. Sic ὑπόξυλος, *subligneus*, occurrit Xen. Oecon. X, 3, ubi ὅρμοι ὑπόξυλοι sunt *monilia, quae intus habent lignum pro auro.* 3) *Clam, furtim.* Etenim, qui locus est clausus, is latet. Sic ὑπεξαιρεῖσθαι Xenoph. Hier. V, 2. est *clam e medio tollere.* Ὑπανοίγειν γράμματα, *litteras alienas furtim aperire*, Demosth. pag. 889. Ὑποκαθίζειν, *in insidiis sedere*, Polyb. XII, 2. Λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, *clam obrepit senectus*, Aeschin. Dial. III, 9. 4) *Paulatim.* Nam ut lateas, opus est, ut rem facias sine strepitu, nec repente, ne in oculos hominum incurrat. Sic κατὰ μικρὰ ὑποῤῥέειν τρίχες dicuntur Aelian. V. H. XI, 4. [Valck. ad Theocr. X. id. pag. 119. *Herm.*] 5) Cum illa vi coniuncta est significatio *diminutionis.* V. c. ὑπολογίζεσθαι ἐκ τῶν ὀψωνίων, *deductionem facere a stipendiis*, Polyb. VI, 37. Sic dicitur ὑπέρυθρος, *subruber:* ὑπόσαπρος, *subputris:* ὑπόχλωρος, *subpallidus:* ὑπόλευκος, *subalbidus* etc. 6) Quoniam qui latet, is fere tutus est: hinc accepit vim *praesidii et tutelae.* Vt ὑπόσπονδος, *sub praesidio induciarum*, Xenophont. Ages. II, 16. 7) Qui sub aliquo est, is inferior est, et adeo alterius *potestati subiectus.* Hinc

IX. Praepositio [1] χωρὶς solum genitivum admittit. Cum quo, ut plurimum, idem est, quod ἄνευ, *absque*, *sine*.

Aliquando est, *praeter*. Nam χωρὶς δὲ τούτων, idem valet, quod πρὸς δὲ τούτοις· et χωρὶς δὲ, et χωρὶς τοίνυν, idem quod πρὸς δὲ, *praeterea*. Thucydid. lib. II Χωρὶς δὲ, ἄλλος ὅμιλος ψιλῶν, οὐκ ὀλίγος, *Praeterea, velitum turba reliqua, non exigua.* [2]

X. Aliquando significat *nisi*, *praeterquam:* tuncque, vel coniungitur cum ἢ ὅτι, sine particula negativa. Xiphilin. in Commodo: Χωρὶς ἢ ὅτι Πομπηϊανὸς ὁ γέρων οὐκ ἔστιν ὅτε ἀπήντησεν, *Nisi quod Pompeianus senex nunquam occurrit*, id est, *interfuit*. Nam illud οὐκ non refertur ad χωρὶς, sed cum ἔστιν ὅτε significat, οὔ ποτε. Et casus sequi potest, ei similis, qui praecesserit: ut κακοὺς στρατιώτας οὐκ ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ὀλίγους τινὰς, *Ignavos milites nullos habet, praeter omnino paucos.* Vel coniungitur cum ἢ, et adiect. ὅσος, absque negatione similiter. Dionysius Halicarnass.

γυνὴ ὕπανδρος, *maritata*, Polyb. E. P. 36. Ὑποβάλλειν τινὰ τοῖς ὄχλοις, *populi potestati obiicere*, ibid. 52. Ὑπαίτιος, *obnoxius reprehensionibus*, Xenoph. Memor. II, 8, 4. Ὑπακούειν, *parere*, ibid. II, 7, 10. Ὑπόκηρος, *morti obnoxius*, vid. Foës. Oecon. Hipp. 8) Significat *accessionem*, *successionem*. Vt ὑποδύνειν τὸ ζεῦγος, *ad iugum accedere*, Aeschin. Dial. III, 10. Ὑποδύεσθαι τὴν πρᾶξιν, *subire negotium*, Polyb. II, 21. Ὑπειπεῖν, *orationi alterius aliquid subiicere*, Demosthen. p. 797. § 433. 9) Ex additione fit rei incrementum. Hinc *vis augendi* eidem particulae est tributa. Vt ὑποσπείρειν γέλωτα, *subinde risum interponere*, Aelian. V. H. II, 13. Ὑποπίνειν, *subbibere*, h. e. *largius bibere*, Xenophont. Symp. IX, 2. 10) Significat *in promtu*. Vt ὑπάρχειν, *adesse*, *in promtu esse*, ὑπεῖναι, *praesto esse*, vid. Ind. Demosth. Reisk. 11) *Secessionem*, *reversionem*. Vt ὑποχωρήσεις πεδιναὶ, *fuga in locis planis*, Polyb. I, 34. Z.

1 Quo iure *praepositionem* dicat Auctor χωρὶς, ut et superius ἄνευ, non meum sit probare. [Quia casum regit. *Herm.*]

2 Hinc, sequente τοῦ et infinitivo, redditur, *praeterquam quod*. Aristid. pro Quatuorviris, p. 472 Χωρὶς τοῦ μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα ἐκείνοις, *praeterquam quod haec illis non respondent*. Vel sine articulo: ita Crito apud Platonem: Χωρὶς μὲν σοῦ ἐστερῆσθαι, τοιούτου ἐπιτηδείου, *Praeterquam quod te, amico tam necessario, privatus ero.* Notat etiam *praeter*, ubi exceptio indicatur, quo sensu etiam casui suo postponitur. Sic de diluvio Apollodorus lib. I, pag. 19 Ὥστε διαφθαρῆναι πάντας ἀνθρώπους, *ΟΛΙΓΩΝ ΧΩΡΙΣ*, *Ita ut omnes homines perierint*, *exceptis paucis*.

lib. X [3] Χωρὶς ἢ ὅσοι ὑπὸ νόσων, ἢ γήρως, φυγεῖν ἀδύνατοι ἦσαν, id est, *Praeter eos, qui vel prae morbis, vel prae senio fugere non poterant.*

Vel construitur cum ἂν, aut εἰ, sequente part. negat. Plutarch. Camill. [4] *Χωρὶς ἂν μὴ Γαλατικὸς ᾖ πόλεμος*, id est, *Nisi si Gallicum bellum fuerit.*

XI. Aliquando denique adverbii potius rationem induit, quam praepositionis: tuncque significat *seorsum*, *separatim*, ut νόσφι poetice.

Quo sensu duobus modis usurpatur. Primo, per se, ac sine ullo casu: ut, *Χωρὶς γὰρ ἐκεῖνος, καὶ καθ' αὑτὸν δὴ μόνον ἐξετάζεται*, id est, *Ille enim seorsum, ac per sese tantummodo spectatur*, aut, *secum ipse comparatur. Χωρὶς περὶ ἑκάστων εἰπεῖν, Seorsum de singulis dicere.*

Secundo, cum genitivo casu: ut, *Ὅσον διὰ σταδίου χωρὶς ἀλλήλων διεστηκέναι*, id est, *Vno circiter stadio ab invicem disiungi.* [Sed genitivus ἀλλήλων regitur a verbo διεστηκέναι, non a particula χωρίς. *Reizius.*]

3 Pag. 646, lin. 19. 4 Pag. 151, lin. 26.

DE
ACCENTIBVS.

CAPVT I.

Accentus est mensura syllabae, quae servatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio, lex, aut consuetudo postulat.

Accentus sunt tres: Acutus, Gravis, Circumflexus.

Explicatio nominum, quibus in significandis accentibus pro varia specie et sede Grammatici Graeci utuntur.

Acutus in	ultima	vocantur	Oxytonus: ut, *τιμή*.
	penult.		Paroxytonus: ut, *λόγος*.
	antepen.		Proparox. ut, *ἄνθρωπος*.
Circumflexus in	ultima	vocantur	Perispomenus: ut, *ποιῶ*.
	penult.		Properispom. ut, *σῶμα*.

Gravis ultimam syllabam duntaxat occupat, nunquam tamen pingitur, nisi in orationis contextu, ubi acutus vertitur in gravem: ut, *ἀγαθὸς ἀνήρ· ἐστι κοινὸν ἀγαθόν.* Vbi nota, *ἀγαθὸς*, *κοινὸν*, si seorsim sumantur, tono acuto, sed in orationis contextu gravi pinguntur, ut in exemplis.

Animadverte itaque, acutus finalis, sive sit in flexione, sive constructione, ante nullam distinctionem, vel duntaxat ante comma (,) vertitur in gravem: ut, *ἀγαθὸς bonus.* Sic colon (·) vel punctum interrogationis (;) vel punctum admirationis (!) sequatur, manet acutus: ut, *τίς ἀγαθός; Quis bonus? ὦ ἀγαθέ! o bone! τὸν ἀγαθόν.*

Accentuum leges.

Circumflexus	nunquam est in antepenultima.
	non nisi in syllaba natura longa.
	non in penult. nisi ultima brevi. [5]

5 Nempe natura; nam circumflectitur et penultima ante ultimam positione longam, ut *αἶθοψ*. Nimirum syllabam positione longam in accentuum ratione pro brevi haberi, mox dicetur, cap. 2.

Acutus { non praeponitur antepenultimae.
non in antepenultima nisi ultima brevi.

* Nisi in Ion. in prima Simplicium: ut, *Αἰνείας*, *Αἰνείεω*. Et Atticis in reliquis: ut, *πόλις*, *πόλεως*.

CAPVT II.

Accentuum Regulae.

1.

Longa natura ante finalem brevem, si tonum habuerit, circumflectitur: ut, *σῶμα*, *μοῦσα*, *αὖλαξ*.[6]

Nota, *αι* et *οι* finales pro brevibus habentur: ut, *μοῦσαι*, *Αἰνεῖαι*, *ἄνθρωποι*.

Nisi in { contractis syllabis: ut, *Λητοῖ*.
pronomine *οἷ*, *sibi*.
optativis: ut, *ποιήσαι*, *εἴποι*.
adverbiis: ut, *οἴκοι*, *domi*, *οἷ*, *ποῖ*, *ubi* etc.

Nota, syllaba sola positione producta, in accentuum ratione pro brevi habetur: ut, *αὖλαξ*, *τύπτε*, *γράμμα*.

2. Vox cum enclitica composita in accentuum ratione pro duabus habetur: ut, *ὥςτε*, *ἥνπερ*. Sic *οὗτινος*, *ᾧτινι*, *ὧντινων*· contra regulas.

3. Omnis acutus finalis, praeter *τίς* interrogativum, in orationis contextu, nisi sequente enclitica, vertitur in gravem: ut, *ἀγαθὸς ἀνήρ*. Sed *ἀγαθός ἐστι*.

4. Omnis dictio oxytona Apostrophum passa { In indeclinabilibus amittit accentum: ut, *κατ' αὐτὸν*, id est, *κατά*.
In declinabilibus retrahit tonum: ut, *δεῖν' ἔπαθε*, id est, *δεινά*.

Sed enclitica inclinant et monosyllaba amittunt: ut, *τ' ἄλλα*.

5. Dictio paroxytona in flectendo facta impar, } ultima { brevi, erit proparoxyt. ut, *τύπτων*, *τύπτοντος*, *Ἕλλην*, *Ἕλληνος*.
longa, manet: ut, *τυπτόντων*.

* Excipe duntaxat, *μήτηρ*, *θυγάτηρ*, *εἰνάτηρ*, *Δημήτηρ*, quae penultimam notant.

6 Sed syllaba brevis, ex synaloepha facta longa, retinet tonum naturalem, ut *κῶφον* pro *καὶ ὄφον*.

6. Dictio proparoxytona in flectendo facta par vel impar, ultima { brevi, manet: ut, τύπτομαι, τυπτόμεθα· εὔχαρις, εὐχάριτος. longa, erit paroxyt. εὔχαρις, εὐχαρίτων. Nota, tonus promovetur, salva lege quarta.

7. Longa ante longam, et brevis ante brevem vel longam, si tonum habuerit, erit acutus: ut, λόγος, λόγου, δούλου.

8. *Ευ* et *ου* finales, si tonum habeant, circumflectuntur, praeter ἰδού, *ecce*, et ἰού.[7]

9. Dictio perisp. in flectendo facta { Impar, ultima brevi, erit proparoxytona: ut, σῶμα, σώματος. Par vel impar, ultima longa, erit paroxytona: ut, σπουδαῖος, σπουδαίου.

10. Dictio polysyllaba oxytona vel perispomena in flectendo facta impar, habet tonum in penultima. ut { ποιμὴν, ποιμένος. ἀγὼν, ἀγῶνος. τιμῆς, τιμῆντος. τυπῶ, τυπεῖτον.

Nota ad praecedentes leges et regulas.

1. Syllaba natura longa est, quae in se complectitur vel { Diphthongum. Vocalem longam η, ω. Vocalem ancipitem productam: ut, πᾶσα, πῖθι, κλῦθι.

2. Toni species in penult. pendet a syllabarum quantitate, iuxta regulam primam et septimam.

Syllabarum quantitas et incrementum multum conducit ad toni notitiam, tum quoad eius speciem, et sedem: ut, σῶμα, σώματος, σωμάτων· μοῦσα, μούσης.

CAPVT III.

Accentus recti singularis non potest certis regulis tradi, nisi singulis verbis adhibitis, quae omnia recensere hic labor, hoc opus est; neque nobis, cum brevitati litaverimus, licet esse tam prolixis: cur enim quaedam verba, quae iisdem constant syllabis, vocalibus, et consonantibus, varium et diversum habeant tonum, nulla certa regula, aut

7 Adde οὖ, οὐκ, οὐχ, in fine sententiae.

ratione demonstrari potest: dic obsecro, cur *μᾶλλον* [8], *πρᾶγμα*, et *πρᾶξις* sint properisp. cum *ἄλλον*, *τάγμα*, et *τάξις* sint paroxyt.? cur *οὐρανὸς* sit oxytonon et *πεδίον* paroxytonon, cum *κοίρανος* et *στάδιον* sint proparox.? Quae porro maior est varietas, quam in tribus, *αἰγιαλὸς*, *αἱμύλος*, et *αἴσυλος*, licet eadem terminentur analogia? Quare cum usu et lectione assidua melius et facilius edisci, quam ullis praeceptis comprehendi queant, nunc temporis, dedita opera, omissa facimus.

De tonis in recto singulari regulae generaliores.

1. Verbalia in *μα*.	Dissyllaba habent tonum in penultima; ut, *γράμμα*, *τραῦμα*. Polysyllaba sunt proparox. ut, *ποίημα*.
2. Substantiva in *εια*	ab adiectivis oxytonis in *ης* sunt proparoxytona: ut, *ἀληθής*, *ἀλήθεια*. a verbis *εύω* sunt paroxyt. ut, *δουλεία* a *δουλεύω*, *βασιλεία* a *βασιλεύω*.
3. Adiectiva comparativi et superlativi gradus in	*ος*: Dissyllaba sunt properisp. ut, *πλεῖστος*. Polysyllaba sunt proparox. ut, *σοφώτερος*, *σοφώτατος*. *ων* Paroxytona sunt: ut, *ἀμείνων*, *βελτίων*.
4. Nomina composita cum quolibet nomine a praeteritis mediis, et a	*κτείνω*, *τρέφω*, *τέμνω*, *τίκτω*, *λέγω*, *φέρω*, si capiantur: Active, sunt paroxytona: ut, *μητροκτόνος*, *matricida*, *θεολόγος*, *theologus*. Passive, sunt proparoxyt. ut, *μητρόκτονος*, *a matre occisus*.
5. Pronomina simplicia masculina [9], si	sint hyperdissyllaba, sunt proparoxytona: ut, *σφέτερος*, *suus*. non sint hyperdissyllaba, sunt oxytona: ut, *ἐγὼ*, *σὺ*, *αὐτός*.

8 An ut compenset absentiam τοῦ ι, quod exciderat ex regulari comparativo *μάλιον*, quod reservavit Hesychius? Leges de accentibus recti casus singularis tunc, puto, certae figi poterunt, ubi omnium vocum, quaqua late patet lingua, origines ad constantem analogiae normam revocari poterunt.

9 Et neutra: ut, *σφέτερον αὐτό*.

* Excipe { δεῖνα, ἐκεῖνος, οὗτος. } pro quo { κεῖνος, Ion. τῆνος, Dor. }

Nota, composita sequuntur tonum simplicium: ut, οὗτος, τοιοῦτος· αὐτὸν, σεαυτόν.

6. Adiectiva in κος aptitudinem vel potentiam significantia, sunt oxytona: ut, κριτικὸς, φυλακτικός.

7. Composita a βάλλω, πολέω, χέω, cum {
Praepositione, sunt proparoxytona: ut, ἀμφίβολος [10], πρόχοος.
Alia dictione, sunt paroxytona: ut, ἐκηβόλος [11], οἰνοχόος. }

8. Dissyllaba {
Interrogativa primam notant: ut, ποῖος, *qualis*.
Indefinita ultimam: ut, ποιὸς, *qualiscunque*, ποσὸς, *quantuscunque*: sed πόσος, *quantus?* }

Adiectiva verbalia in έος, ut et participia praeteriti passivi sunt paroxytona: ut, λεκτέος, γραπτέος, γεγραμμένος.

Nota de Participiis.

Aeoles retrahunt accentum particip. { βεβλημένος, Aeol. Aphaer. βλήμενος, τετυφὼς, Aeol. τετύφων. }

Compositio tonum participiorum non variat: ut, εἰμὶ, ὢν, παρών· sic ἐλθὼν, εἰςελθών.

De tonis feminini et neutrius generis Adiectivorum omnium trium terminationum in recto singulari.

R e g u l a.

In Adiectivis (ut et Participiis et Pronominibus) tonus feminin. et neutrius generis, quoad fieri potest, sequitur tonum masculini: ut, καλὸς, καλὴ, καλόν· θεὶς, θεῖσα, θέν· πᾶς, πᾶσα, πᾶν· θῆλυς, θήλεια, θῆλυ· ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ· σπουδαῖος, σπουδαία, σπουδαῖον· ἅγιος, ἁγία, ἅγιον.

10 Περίπολος. 11 Ὀνειροπόλος.

* Excipe duntaxat ἐλαχὺς, et λιγὺς, quae in feminino accentum retrahunt in antepenultimam: ut, ἐλάχεια et λίγεια, et unum χαρίεις, χάριεν.

Nota, adiectiva feminina in recto singulari a masculinis	Parisyllabicis, ultimam producunt: ut, ἅγιος, ἁγία· praeter πότνια, et δῖα. Imparisyllabicis, ultimam corripiunt: ut, πᾶσα, θεῖσα.

Adiectiva masculina paroxytona in ων.	Imparisyllabica, retrahunt tonum: ut, ὁ καὶ ἡ ἀμείνων, καὶ τὸ ἄμεινον. Dissyllaba, penultimae locum servant: ut, ὁ καὶ ἡ πλείων, καὶ τὸ πλεῖον.

Adiectiva paroxyt. in ης in neutro sunt proparoxytona: ut, ὁ καὶ ἡ αὐτάρκης, καὶ τὸ αὔταρκες. Oxytona servant tonum.

CAPVT IV.

De tonis obliquorum parisyllabicorum.

In tribus prioribus declinationibus simplicium tonus in recto Oxytonus, in	Genitivo et Dativo est Perispom. ubique: ut, ποιητὴς, ποιητοῦ· ὁδὸς, ὁδοῦ, ὁδῶν, ὁδοῖς. καλὸς, καλοῦ. Reliquis casibus manet, ὁδὸν, ὁδούς.

Tonus in recto	Paroxytonus, penultimae locum tenet: ut, τύχη, τύχης, τύχην· χώρα, χώρας, χῶραι. * Sed μία cum compositis in genitivo et dativo singulari ubique est perispomenon: ut, μιᾶς, μιᾷ· μηδεμιᾶς, μηδεμιᾷ· οὐδεμιᾶς, οὐδεμιᾷ. Nota, adiectiva in recto plurali feminina sequuntur tonum masculini: ut, ἅγιοι, ἅγιαι, ἅγια. σπουδαῖοι, σπουδαῖαι, σπουδαῖα. Proparoxytona iuxta regulam sextam, cap. 2. Properispomena iuxta regulam nonam, cap. 2.

Ad praecedentem regulam nota generaliter.

1. Omnis genitivus pluralis in prima et secunda declinatione circumflectitur in ultima:
- Substantiva omnia, ut
  - Αἰνείας, Αἰνειῶν.
  - μοῦσα, μουσῶν.
  - τιμὴ, τιμῶν.
  - Excipe: χλούνων. χρήστων. ἐτησίων. ἀφύων.
- Adiectiva duntaxat
  - Parisyllabica oxytona omnia cuiuscunque generis: ut, καλὸς, καλῶν· καλὴ, καλῶν.[12]
  - Imparisyllabica feminina: ut, ἡδὺς, ἡδέων· sed ἡδεῖα, ἡδειῶν. Sic τυποῦσα, τυπουσῶν.

Nota secundo.

2. α finale in prima et secunda declinatione in duali, et dativo singulari producitur: ut, ἡ χώρα, τῇ χώρᾳ, τὰ χώρα. Sed in vocativo secundae declinationis sequitur tonum recti: ut, ἡ μοῦσα, ὦ μοῦσα· ἡ χώρα, ὦ χώρα.

ας finale in prima et secunda declinatione in singulari et plurali numero communiter producitur: ut, ἡ χώρα, τὰς χώρας. Dorice corripitur: ut, τὰς χῶρας, τὰς μοῦσας.

αν finale in
- prima producitur: ut, τὸν Αἰνείαν.
- secunda sequitur quantitatem recti: ut, ἡ χώρα, τὴν χώραν· μοῦσα, μοῦσαν.

Nota specialiter ad paroxytona.

3. Quatuor paroxytona primae declinationis, ut δεσπότης, μητιέτης, ἀκακήτης, εὐρυόπης, in vocativo singulari fiunt proparoxytona: ut, ὦ δέσποτα, μητίετα, quibus addi potest οἰκοδεσπότης, ὦ οἰκοδέσποτα.

Haec et similia nomina
- Appellativa formant vocativum in α brevem: ut, ὦ βιβλιοπῶλα· κυνώπης, ὦ κυνῶπα.
- Propria α vocativi producunt: ut, ὦ Αἰνεία, ὦ Θωμᾶ.

Regula quartae declinationis simplicium.

Tonus in recto singulari in obliquis huius declinationis idem est, τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, etc.

12. Nam excipiuntur gravitona feminina secundae, a masculinis tertiae deducta: ut, ἁγία, ἁγίων, πρᾳοτέρα, πρᾳοτέρων. Sic pronomen αὕτη, τούτων.

Sed si rectus oxytonus, genitivus pluralis et dativi omnes sunt perispomena: ut, ὁ λαγὼς, *lepus*, τῷ λαγῷ, τοῖν λαγῷν, τῶν λαγῶν, τοῖς λαγῷς.

Regula de casibus obliquis parisyllabicis non contractis primae declinationis contractorum.

Nomina substantiva et adiectiva polysyllaba in ης in recto, in vocativo fiunt proparoxytona: ut, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, vocativo ὦ ἄληθες· αὐτάρκης, vocativo ὦ αὔταρκες· ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἥρακλες, *Hercules*. Sic de tonis parisyllabicis. Excipio duntaxat vocativ. quintae declinationis, de quo in sequente capite.

CAPVT V.

Declinatio quinta.

Polysyllaba huius, aut cuiuscunque declinationis imparisyllabicae, quoad tonum in obliquis, innotescunt per regulam 5, 6, 10, cap. 2.

Monosyllaba in recto, in genit. et dat. sing. et dativo plurali* sunt oxytona: ut, χεὶρ, χειρὸς, χειρὶ, χερσί· πᾶς, παντὸς, παντί· εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, cum compositis: ut, οὐδεὶς, et μηδεὶς, οὐδενὸς, μηδενὸς, οὐδενὶ, μηδενί.

* Sed penultima dativi pluralis { in compositis ab εἷς acuitur; ut, οὐδέσι, μηδέσι. | τοῦ πᾶς, *omnis*, circumflectitur: ut, πᾶσι. }

Monosyllaba in recto {
- In accusativ. singul. nomin. accusat. et vocat. dual. et plurali } penultim. { longam circumflectunt: χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας. | brevem acuunt: ut, ποῦς, πόδα, πόδες, πόδας. }
- In genitivo duali et plurali sunt perispomena: ut, χεὶρ, χειροῖν, χειρῶν· ποῦς, ποδοῖν, ποδῶν.
}

* Excipe duntaxat δμῶς, Τρῶς, θῶς, φῶς et φῷς; κρὰς, δᾲς, λὰς, παῖς, simul et οὖς, quae in genitivo plurali contra regulam sunt paroxytona: ut, Τρώων, πάντων, παίδων, φώτων, et unum ὁ φὼς, in duali τοῖν φώτοιν. Sic Canin.

Nota ad praecedentes regulas.

Τίς interrogativum, et pronomen δεῖς, ut et participia monosyllaba ubique penultimam notant: ut, τίς τίνος τίνι τίνα· θεὶς θέντος θέντι θέντα· στὰς στάντος στάντι στάντα· δεῖς δεῖνος δεῖνι δεῖνα.

Regula.

Nomina huius declinationis Metathesin passa, et syncopata omnia, et haec vox, γυνὴ, quoad tonum in obliquis imitantur monosyllaba: ut, ἀνὴρ ἀνδρὸς ἄνδρα· κύων κυνὸς κύνα· γυνὴ γυναικὸς γυναικὶ γυναῖκα· γόνυ γόνυος γόνος· δόρυ δόρυος δουρός.

Nota, ας finale { communiter corripitur: ut, Τιτᾶνας. Dorice producitur: ut, τοὺς Τιτάνας.

De tonis obliquorum imparisyllabicorum obiter.

Paroxytona hyperdissyllaba in ων in vocativo sing. sunt proparox. ut, ἀμείνων, ὦ ἄμεινον, Ἀγαμέμνων, ὦ Ἀγάμεμνον.

* Excipe duntaxat Λακεδαίμων, Παλαίμων, Μαχάων, Ἱκετάων, Ἀρετάων, quae penult. vocativi singularis circumflectunt: ut, ὦ Λακεδαῖμον, Παλαῖμον, Μαχᾶον, etc. Quibus adde composita a φρὴν, quoties penultim. vocativi producunt: ut, ταλαίφρων, ὦ ταλαῖφρον· at ταλάϊφρον.

Haec oxytona, πατὴρ, γαστὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, γυνὴ, et tria paroxytona, Δημήτηρ, εἰνάτηρ, θυγάτηρ, in vocativo singulari tonum retrahunt: ὦ πάτερ, γάστερ, ἄνερ, δάερ, σῶτερ, γύναι, Δήμητερ, εἴνατερ, θύγατερ.

CAPVT VI.

Accentuum ratio in Contractione.

In contractione ex gravi et acuto fit acutus: ut, ποιεόμεθα, ποιούμεθα.

Ex acuto et gravi fit circumflexus: ut, ποιέομαι, ποιοῦμαι.

Nota, in verborum contractione verum est.

* In nominibus excipe duntaxat:

- Nom. et vocat. dual. secundae et tertiae declinat. simpl. ut, τὼ νόω, μνάα μνᾶ.
- Genit. plur. εὐηθέων, συνηθέων, ἀσυνηθέων, τριηρέων, quae tonum retrahunt: ut, εὐήθων, τριήρων, ab εὐήθης et τριήρης, etc.
- Accusativum singul. quartae declinationis contract. si terminatio recti sit ώ· ut, ἡ Λητώ, τὴν Λητόα Λητώ.[13]

Syllaba tono affecta, in quam non cadit contractio, vendicat tonum: ut, τίμαε τίμα, τείχεος τείχους.

* Excipe duntaxat quaedam adiectiva in εος, proparoxytona materiam aut colorem significantia, quae promovendo accentum, post contractionem fiunt perispom. ut, χρύσεος, *aureus*, χρυσοῦς· ἀργύρεος, *argenteus*, ἀργυροῦς· χάλκεος, χαλκοῦς· sic ἔρεος, πορφύρεος, κεράμεος. Quibus adde ἀδελφίδεος, θυγατρίδεος, quae εος in οῦς contractum mutant.

Contracta omnino producuntur: ut, ὁ καὶ ἡ νῆστις, sed τοὺς καὶ τὰς νήστιας, νήστις· ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, sed τοὺς καὶ τὰς ἀδάκρυας, ἀδάκρυς.

CAPVT VII.

De tonis verborum compositorum et simplicium, cuiuscunque vocis, modi, numeri, aut personae, iuxta sequentes sex tabellas.

Tabella modi Infinitivi.

Verba in Indicat.

- perispom.
  - in voce activa, manent in Infinitivo: ut, σπερῶ, σπερεῖν· τυπῶ, τυπεῖν, et Aorist. β. ut, ἔτυπον, τυπεῖν.
- proparox.
  - in voce passiva et media, manent in Infinitivo: ut, τύπτομαι, τύπτεσθαι, τυπήσομαι, τυπήσεσθαι * Quibus adde Aorist. α mediae vocis: ut, ἐτυψάμην. τύψασθαι.

Reliqua tempora modi infinitivi cuiuscunque vocis habent tonum in penultima: ut, ποιῆσαι, τυπῆναι, τετυφέναι, ἱέναι, εἶναι, θεῖναι.

13 Nam, si rectus terminatur in ώς, circumflectitur: ut, τὴν αἰδόα, αἰδῶ.

Regula.

Idem est tonus modi infinitivi in verbis simplicibus, et compositis: ut, ἔχειν, παρέχειν· ἐλθεῖν, εἰςελθεῖν· εἶναι, παρεῖναι.

Tabella modi Infinitivi extra communem Dialectum.

Communiter tonus in ultima, si	numerus syllabarum servetur, manet: ut, τυπεῖν, Dor. τυπέν· ποιεῖν, Aeol. ποιῆν, ποιεῖς.
	paullum augeatur, erit in penultima: ut, τυπεῖν, τυπέμεν.
Communiter tonus in penultima, si	numerus syllabarum non augeatur, manet: ut, τύπτειν, Dor. τύπτεν, Aeol. τύπτην· sic τυπῆναι, Ion. τυπῆμεν et τυπέμεν· δοῦναι, Ion. δόμεν.
	augeatur syllaba, est proparox.

Finita in άμεναι, έμεναι, ήμεναι, et όμεναι, cuiuscunque dialecti, sunt proparoxyt. ut, δοῦναι, δόμεναι, θεῖναι, θέμεναι.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum secundae personae singularis Imperativi, et primae in reliquis modis cuiuscunque vocis aut temporis.

Verba monosyllaba	Brevia, sunt oxytona: ut, θές, *pone.* δός, *da.*	
	Longa circumflectuntur: ut, θῶ, δῶ, ἦν.	
Dissyllaba ultima	Brevi, habent tonum in penult. ut, τύπτε, σῶσαι. *Sed εὑρὲ, ἐλθὲ, *veni,* εἰπὲ, *dic,* Attice sunt oxyt. [14]	
	Longa sunt vel	paroxytona: ut, τύπτω.
		perispomena: τυποῦ, τυπῶ.
Polysyll. ultima	Brevi sunt proparox. ut, τέτυφα, ἔχθαιρε, ἵστασο, ἤκουσα. * Sed tempora optativi modi activi ab Indicat. perispom. ut, τυπῶ, τυποῖμι· σπερῶ, σπεροῖμι.	
	Longa vel	parox. ut, λαμβάνω.
		perisp. ut, ἀκοῦ.

Regula.

Aoristus secundus mediae vocis in secunda persona sing. Imperativi modi est perispom. ut, τυποῦ, σπαροῦ. Praeter unum τράπου.

14. Addunt λαβὲ, ἰδέ.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum in reliquis personis, cuiuscunque numeri, temporis, aut vocis, per tonum primi singularis.

Tonus perispom. in prima persona, in reliquis personis, si numerus syllabarum	servetur, manet: ut, θῶ, θῇς· τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.	
	paulum augeatur, ut in regula decima, cap. 2.	

Properispom. in prima, in reliquis personis, si numerus syllabarum	augeatur, fit iuxta regulam nonam cap. 2.	
	non augeatur, ult.	brevi, manet: ut, τυποῦμαι, τυπεῖται.
		longa, erit parox.
	minuatur, fit perispomen. ut, τυποῦμαι, τυπῇ.	

Paroxyt. in prima, in reliquis personis si syllab. numerus	augeatur, fit iuxta regulam quintam cap. 2.		
	non augeatur, ultima	brevi	In polysyll. erit proparox. ut, τύπτοιο.
			In dissyll. erit properisp. ut, πταίμην, πταῖο.
		longa, manet: ut, τύπτεις.	

Proparoxyt. in prima singulari, in reliquis personis eiusdem temporis. si numerus syllabarum	augeatur, fit iuxta regulam sext. cap. 2.	
	non augeatur,	ult. brevi, manet: ut, τύπτομαι, τύπτεται.
		ultima longa, erit paroxyt. ut, τύπηθι, τυπήτω, τυπήτων.
	minuatur, erit paroxytona: ut, τύπτομαι, τύπτῃ.	

Nota ad paroxyt. in praecedente tabella.

Paroxyt. in ειμην, et αιμην, duntaxat in verbis in μι, si numerus syllabarum	augeatur, fit iuxta regulam quintam cap. 2.	
	non augeatur, ult.	brevi, properisp. ut, ἱσταίμην, ἱσταῖο· θείμην, θεῖο.
		longa, manet.

Quibus addi possunt futur. α. in quinta, et futur. β. in reliquis coniugationibus Barytonorum in voce media, et modo optativo, ut, σπεροίμην, σπεροῖο, σπεροῖτο· τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο.

Reliqua autem in *αἵμην* et *οἵμην* sequuntur tonum parox. sicut in tabella: ut *τυψαίμην, τύψαιο· τυπησοίμην, τυπήσοιο.*

Tabella verborum compositorum duntaxat in secunda persona sing. modi imperativi.

Monosyllaba post compositionem sunt paroxytona: ut, *ἕς, ἄφες, remitte: δὸς, ἀπόδος, redde.*

Dissyllaba, ultima	brevi, post compositionem sunt proparoxytona: ut, *ἐλθὲ, εἴσελθε· μάθε, κατάμαθε· τεῖνον, ἔκτεινον.* Item polysyllaba: ut, *ἔγειρον, συνέγειρον.*
	longa, servant tonum: ut, *αἱροῦ, ἀφαιροῦ.*

* Haec duo tamen excipiuntur, *λαθοῦ, ἐπιλάθου, obliviscere: ἱκοῦ, ἐφίκου, veni.*

Tabella verborum compositorum in prima persona singulari per omnes modos.

Monosyllaba simplicia	post compositionem, ultima	longa, servant, tonum simplicium: ut, *δῶ, ἀποδῶ.* praeter unum *σχῶ, κατάσχω.*
Dissyllaba simplicia		longa, servant tonum simplicium: ut, *σταθῶ, κατασταθῶ.*
		brevi, sunt proparox. ut, *εἰμὶ, ἄπειμι.*
Hyperdissyllaba simplicia		brevi, servant tonum: ut, *ὤρυξα, ἐξώρυξα.*

* Excipiuntur a dissyllabis aorist. et praeterita dissyllaba properispomena: ut, *εἶδον, εἷλκον, εἶχον, ἧκα,* quae in compositione servant tonum simplicium: ut, *κατεῖδον, κατεῖχον, συνῆκα.*

1. Nota, nisi servata vocali praepositionis, tum quidem sunt proparoxytona: ut, *ὑπόειχον, ὑπόειξα.*

2. Nota, *οἶδα,* et *κεῖμαι* in compositione retrahunt tonum: ut, *κάτοιδα, σύνοιδα, πρόκειμαι.*

Regula.

Dissyllaba simplicia in *μην*, a diphthongo vel vocali longa incipientia, post compositionem, modo non augeantur in principio, ultima brevi sunt properispom. ut, *καθήμην*, *καθῆσο*, *καθῆτο*, ab *ἧμαι* *sedeo*, at *ἐκαθήμην*, *ἐκάθησο*, *ἐκάθητο*. Sic *ἐνώρμην*, *ἐνῶρσο*, *ἐνῶρτο*, ab *ὄρομαι* *concitor*. Tonus in reliquis personis sequitur tonum simplicium, ut in simplicium tabulis declaravimus.

Nota obiter de ultimis verborum syllabis.

Cuiuscunque modi, personae, temporis, aut numeri, (nisi in contractis)	in *α*, *ε*, *ο*, *ι*, finita, corripiuntur: ut *ἔτυψα*, *τύπτουσι*, *ἐτύπτετο*.
	in *ας*, *αν*, *ον*, et *ιν* finita, corripiuntur: ut, *ἔτυψας*, *ἔτυψαν*, *ἔτυπτον*, *τύπτουσιν*.

In *υν* et *υς* finita, producuntur: ut, *ἐζεύγνυν*, *ἐζεύγνυς*.

CAPVT VIII.

Regulae Adverbiorum et Praepositionum.

Adverbia a genitivo adiectivorum orta, sequuntur tonum originis: ut, *σοφῶς* a *σοφῶν*.

* Excipe duntaxat *αὐτάρκως* *sufficienter* ab *αὐταρκῶν*, et *κακοήθως* a *κακοηθῶν*.

Adiectiva adverbiascentia servant tonum originis: ut, *ἡδὺ* *suaviter*, *τάχιστα* *celeriter*.

Adverbia interrogativa	monosyllaba ciscumflect. ut, *πῶς;* *quomodo?*
	dissyllaba parox. ut, *πότε;* *quando?*

Praepositiones omnes, modo tonum habeant, sunt oxyt.

Praepositiones suo casui immediate postpositae, retrahunt tonum: ut, *εἰρήνης πέρι* [15].

15 Retrahunt eaedem tonum suum, *μέτα*, *πάρα*, *πέρι*, *ἔπι*, pro *μέτε*- quando pro verbis ponuntur: ut *στι*, *πάρεστι*, *περίεστι*, *ἔπεστι*.

* Excipe *ἀνὰ* et *διὰ*, ut differant a *Δία Iovem*, *ἄνα o rex*[16].

Adverbia in
- δα et ζε sunt proparoxytona: ut, *θύραζε*, praeter unum *χαμάζε*. [Immo *χαμᾶζε*.]
- δην sunt proparoxytona: ut *κρύβδην*.
- δον et στι sunt oxytona: ut[17], *ἑλληνιστί*.

CAPVT IX.

De Dictionibus Encliticis.

Enclitica dictio est quae proprium accentum inclinat, id est, transfert in praecedentis dictionis finalem syllabam in eadem clausula, modo sit capax, eam acuens: ut, *σῶμά μου*.

Dictiones encliticae.

In Nominibus *τὶς quidam*, per omnes casus: item *τεῦ*, Dor. *τοῦ*, *τῷ*, Attic. pro *τινὸς*, *τινί*. Sic *τεω* et *τεων*, cum articulo subiunctivo *ὅ*· ut, *ὅτεω*, *ὅτεων*. Sed *τίς* interrogativum non inclinat.

In pronominibus, *μοῦ μοὶ μέ· σοῦ σοὶ σέ· οὗ οἷ ἕ· σφὲ σφίσι σφᾶς*, extra communem dialectum: sing. *σέο*, *σεῦ*, *τεῦ*, *τοὶ*, *τὶν*, *τὺ*, *εὗ*, *μὶν*, *νίν*· dual. *σφωὲ*, *σφὼ*· plural. *σφὶ*, *σφὶν*, *σφέας*, *σφὲ*, *μὶν*, *νίν*· post praepositiones tamen et *ἕνεκα* et *ἢ* non inclinant.

In verbis, *εἰμὶ*, *εἶς*[18], *ἐστὶ*, dual. *ἐστὸν*, *ἐστὸν*, plur. *ἐσμὲν*, *ἐστὲ*, *εἰσὶ*, Poet. et Dor. *ἐσσὶ*, et *ἐντί*· *φημὶ*, *φησὶ*, dual. *φατὸν*, *φατὸν*, plur. *φαμὲν*, *φατὲ*, *φασί*.

In adverbiis, *ποῖ*, *πῶ*, *ποθὶ*, *ποτὲ*, *πῆ*, Dor. *πόκα*, *πᾶ*, *πῶς*, *ποῦ*, Ion. *κῶς*, *κοῦ*, si non interrogent.

16 *Διὰ* tantum excipit H. Stephanus ad Corinth. p. 60. Vtrum de *ἀνὰ* dubitaverit, nescio. Illud addit: *si ob eam tantum rationem reiiceretur διὰ, quod cum accusativo Δία posset coincidere, itidem πάρα pro παρὰ reiici posset et μέτα pro μετὰ, pro πάρεστι et μέτεστι.*

17 *Παρασταδόν.*

18 Secundae personae singularis inclinatae exemplum desidero.

Xx2

In coniunctionibus, τὲ, κὲ, Dor. κὰ κέν. Expletivae innumerae, νὺ, νὺν, θὴν, θὲν, πὲρ, τοὶ, ῥὰ, γέ.

Inclinant post
- Proparoxytona: ut, ἄνθρωπός τις.
- Paroxyt. trochaica - υ
  - φύλλά τε.
  - λάμπέ τε.
  - ἄνδρά μοι.
- Properispom. σῶμά σου.
- Dictionem nudam, οὐ, οὔτι.

Amittunt post
- Oxytona: ut, Θεός μου, Θεόν τινα.
- Parox.
  - Pyrrhichia υ υ λόγος τε
  - Spondaica - - χώρα τε
  - Iambica υ - λόγῳ τε

  duntaxat monosyllaba. Dissyll. retinent: ut, λόγον τινά [19].
- Perispomena: ut ὁρῶ σε.

Verbum ἐστὶ
- habet acutum in prima, quoties est initium orationis [20], vel inmediate postponitur his particulis, οὐκ, ὡς, εἰ, καὶ, ἀλλ' et τοῦτ' pro τοῦτο· ut, οὐκ ἔστι, ἀλλ' ἔστι, τοῦτ' ἔστι.
- amittit accentum post
  - Oxytona: ut καλός ἐστι.
  - Perispom. ut, Ἑρμῆς ἐστι.
- inclinat accentum post
  - Proparox. ut, ἄνθρωπός ἐστι.
  - Properispom. ut, σῶμά ἐστι.
- retinet post paroxyt. ut, λόγος ἐστὶ, χώρα ἐστί.

Nota, dictio polysyllaba finalis a duplici consona, non est capax inclinationis: ut φοῖνιξ ἐστί.

19 Quia linguae natura tonum antepenultimae praemissum non patitur, siquidem enclitica cum praecedenti voce ita coalescit, ut, quantum ad tonum, pro una voce habeatur.

20 Vel etiam in media oratione, ubi per Anaphoram aliud ἔστι orationis alteram partem incipit. Ita apud Platonem de Rep. lib. II, pag. 368, in fine. Δικαιοσύνη, φαμὲν, ἔστι μὲν ἀνδρὸς ἑνός· ἔστι δέ που καὶ ὅλης πόλεως. Similiter apud Pausaniam in Achaicis pag. 420 Διδυμαίοις δὲ ἔστι μὲν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἐς τὰ μάλιστα ἀρχαῖον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν σφισιν. Vel quoties synaloepham patitur: ut, πᾶσα ψυχὴ ἔστ' ἀθάνατος. Item in ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπου et similibus in media sententia.

Δὲ, *θὲ*, et *οὖν* peculiarem habent inclinationem.

Δὲ inclinat
- quando articulo praepositivo iunctum ponitur pro demonstrativo pronomine: ut, *ὅδε* et *ὅδ'*, *id*[21], *οὗτος hic et ille:* sic *ἥδε*, *τοῦδε*, *τόνδε*, ubique per obliquos.
- quod accusativus nominum secundae vel tertiae declinationis adiungitur, vel vice praepositionis *εἰς* fungitur: ut, *οἶκόνδε*, *domum*, *ἀγορήνδε*, *ad forum*.

Δὲ ad *τοῖος*, *τόσος*, *τηλίκος tantus*, *τῆμος tum*, *ἔνθα hic*, *ἔνθεν illic*, *σφὲν* iunctum facit, ut sint quasi oxyt. ut, *τοιόςδε*, *τοσόςδε*, *τηλικόςδε*, *τημόςδε*, *ἐνθάδε*, *ἐνθένδε*. Sic in obliquis se habent more oxytonorum: ut, *τοιοῦδε*, *τοσοῦδε*, *τηλικοῦδε*. Sic ubique.

Nota, *δε* in *δι* versum, Attici utcunque acuunt: ut, *τοιοςδί· τοιαδί· ἐνθαδί· ὅδε*, at *ὁδί*.

Θὲ inclinat in compositione cum
- *ει*, ut *εἶθε*.
- *αι*, ut *αἴθε*.

οὖν inclinat in compositione cum *οὐκ*, quoties negat, et non interrogat: *οὔκουν*, *non*; at *οὐκοῦν*; *num?* non inclinat.

Regula.

Nulla dictio duplici, nisi sequente enclitica, notatur accentu, *γεγραμμένος*, *ἄνθρωπός τις*.

Omnis dictio sua natura aliquo notatur accentu, nisi viginti sequentia vocabula.

Nullo accentu notantur *ὁ*, *ἡ*, *οἱ*, *αἱ*, (*ἁ* Dor. pro *ἡ τά*.)* nisi *δὲ* iuncta, *ὅδε*, ut supra, vel pro *οὗτος*, *αὕτη*, *οὗτοι*, *αὗται* usurpantur. Hom. *ὃ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν*. *ὃ*, id est, *οὗτος*, *hic venit*, etc.

21 Ita invenio; nec dubium, quin Auctor dederit *id est*.

Nota, ὃ acutitonum quatuor significat:	*hoc*, sic est neutrum genus articuli praepositivi, per Aphaer. pro τό. *quod*, sic est neutrum genus articuli subiunctivi. *qui*, sic est masculinum articuli subiunctivi per Apocop. pro ὅς. *quia*, sic coniunctio pro ὅτι per Apocopen.
Nullo accentu notantur	Praepositiones εἰς, ἐς, ἐν, εἰν, ἐκ, ἐξ. Coniunctiones, εἰ, Dor. αἰ. Adverbia, οὐκ, οὐ, οὐχ, ὡς, *ut*, ποι, *alicubi*.

Nota, Adverbia haec puncto immediate praeposita plerumque acuuntur, πῶς γὰρ οὔ; sic in Iliad. γ′, ὄρνιθες ὥς.

Item ἐξ in fine membri aut periodi, et ὣς pro οὕτως *sic*, tono pinguntur: ut, ὣς εἰπὼν ὤτρυνε, Hom. *sic locutus* etc.

Synencliticae dictiones omnes, excepta ultima, acuuntur: ut, τίς σέ μοί φησί ποτε. ubi μοί post σέ inclinat, etc.

Nota, cum multae dictiones encliticae simul conveniunt, dicuntur synencliticae, ut supra in exemplis.

Nota: Inclinatio post Apostrophum.

Dictio utcunque oxytona si patiatur Apostrophum, sequente enclitica, reiicit tonum in suum locum, ut, καί τινά ἐστι, καί τιν᾽ ἐστί· δεινά ἐστι, δείν᾽ ἐστί· πάντά ἐστι, πάντ᾽ ἐστί· πρᾶγμά ἐστι, πρᾶγμ᾽ ἐστί· οὔγέ ἐστι, οὔγ᾽ ἐστί.

* Praeter ἀλλ᾽ et τοῦτ᾽· ut, ἀλλ᾽ ἔστι, τοῦτ᾽ ἔστι.

In aliis dictionibus apostrophus non variat accentum: ut, χώρα ἐστὶ, χώρ᾽ ἐστί.

Nota ad encliticas non inclinantes.

Encliticae dictiones servant tonum post dictionem inclinationis capacem, praecipue vero Pronomina, idque quoties sumuntur emphatice, ἤκουσα σοῦ, *audivi te*, te, non alium: sed in hisce minutiis non facesso negotium tironibus: haec itaque dedita opera omissa facimus.

CAPVT X.

Accentuum ratio inter figuras dictionis.

Prosthesis.

Verborum tonus post Prosthesin mutatur et retrahitur: ut, εἶπα, ἔειπα, *dixi:* κλῦθι, κέκλυθι.

Modo patiatur lex accentuum, unde ἦτην, *erant duo,* ἐήτην, non ἔητην, salva lege quinta: sic ἧνδανον, ἐήνδανον, non ἔηνδανον, salva lege quarta.

Oxytona post Prosthesin servant tonum: ut, ταγὼν, τεταγών· ὀρτὴ, ἑορτή.

Aphaeresis.

Dictio per Aphaeresin facta monosyll.
- longa circumflectitur: ut, ἔβη, βῆ.
- * praeter unum ἔχρη, χρή.
- brevis acuitur: ut, ἔβαν, βάν.

Dictio polysyllaba tonum per Aphaeresin ablatum transfert in proximam syllabam [22]: ut, ἔθηκε, θῆκε. ἔδωκα, δῶκα. ἔτυψε, τύψε. βέβληται, βλῆται.

Syncope.

Accentus super diphthongum, quae non tota per Syncopen tollitur, servat suam sedem: ut, κρείσσων, Sync. κρέσσων. ἐγείρεται, Sync. ἐγέρεται.

Nota, mutatur tonus pro syllabarum quantitate: ut, εὐρεῖα, εὐρέα, non εὔρεα, salva lege secunda.

Tonus supra vocalem non syncopatam
- in dissyllabis manet: ut, ἤλυθον, ἦλθον· παραπιθών, παρπιθών.
- in proparoxytonis retrahitur: ut, ἐκοσμήθησαν, κόσμηθεν.

22 Ita tamen, ut, postulante natura syllabae, tonus mutetur: nam si longa est natura, protractus tonus acutus transit in circumflexum, quum ultima natura brevis est: ut, ἔθηκε, θῆκε· ἔδωκα, δῶκα· βέβληται, βλῆται. At, penultima brevi aut positione longa, manet acutus: ut ἔτυψε, τύψε· ἔφατο, φάτο· ἔλαβε, λάβε.

Epenthesis.

Tonus, Epenthesi facta, servat suam vocalem vel diphthongum, quam prius habuit: ut ἀγεῖν, ἀγαγεῖν.

Nota, si fieri potest iuxta leges accentuum: unde ἦγον, εἶθα, Attica Epenth. ἤγαγον, εἴωθα, mutatur toni species, salva lege prima.

Apocope.

Voces per Apocopen factae monosyllabae sunt vel { Perispom. ut, δῶ pro δῶμα. Acutitonae, ut ῥὰ pro ῥάδιον, πὰρ pro παρά.

Nota, tonus supra vocalem Apocopen passam mutatur et retrahitur, pro syllabarum quantitate: ut, βριθὺ, βρῖ· παρὰ, πάρ.

Regula.

Tonus supra vocalem non Apocopen passam, manet: ut, δάκρυον, δάκρυ· Ποσειδῶνα, Ποσειδῶ· οὔτασε, οὖτα, salva lege prima.

Regula.

Particula σθα Aeolica Paragoge addita non mutat dictionis tonum: ut, ἦς *eras*, ἦσθα· κλαίοις, κλαίοισθα· at οἶδα, οἴδασθα, salva lege prima. Sic ἔδειρας, ἐδείρασθα, salva lege quarta.

Dictio Apocopen passa, si una cum voce sequente in unum coalescit, tonum suum amittit: ut, ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα· κατὰ τοῦτο, καττοῦτο. Sic τοῦτ᾽ ἔστι, τουτέστι.

Nota obiter, cum multae dictiones in unam coalescunt, omnes, excepta ultima, tonum amittunt: ut, τοπαραπολὺ, seorsim τὸ παρὰ πολύ.

Accentuum ratio in dictionibus syllabicis θι, θεν, σε, φι, φιν paragogice additis.

Hae dictiones nominibus appositae non mutant tonum a sua vocali, aut vocalis sede:

θι, θεν, { οὐρανὸς, οὐρανόθι· ἀρχὴ, ἀρχῆθεν· ποῦ, πόθεν· πᾶν, πάντοθεν· ἄνω, ἄνωθεν.

σε, φι, φιν, { οὐρανὸς, οὐρανόσε. ἀγέλη, ἀγέληφι· ἐξ εὐνῆς, ἐξ εὐνῆφι. στῆθος, στήθεσφιν· ἄκανθα, ἀκάνθαφιν.

Nota ad φι et φιν, o ante φι vel φιν semper vendicat tonum: ut, πόντος, ποντόφι.

In his, et similibus, id quod toties inculcavimus, accentum variari tum quoad speciem, tum sedem pro syllabarum quantitate et numero iuxta leges et regulas, nemo non norit.

CAPVT XI.

Tabella Aeol. Ion. Dor. Dialecti in tribus prioribus declinationibus simplicium per tonum communem in ultima.

Communiter obliquus par, Aeol. Ion. Dor. factus impar habet tonum in penult.	ποιητὴς	Com. οῦ, ῆ, ὴν, ῶν, αῖς, άς.
		Ion. έου, έα, έων, ῆσι, έας.
		Aeol. ᾶο, άων, αῖσι Dor.
	τιμὴ	Com. —ῶν, αῖς.
		Ion. —έων, ῆσι.
		Aeol. —άων, αῖσι.
	ὁδὸς	Com. οῦ, —οῖς.
		Ion. οῖο, —οῖσι.

Regula.

Vtcunque se habet rectus, genit. pluralis Aeol. in prima, ut et Aeol. et Ion. in secunda declinatione semper est paroxyt. ut, *Αἰνείας*, *Αἰνειάων*· *μοῦσα*, *μουσέων*, et *μουσάων*. Sic *τράπεζα*, *τιμὴ*, in *έων*, et *άων*. Sed genitivus Aeol. sing. Ion. sing. et plur. innotescit per tonum communem, ut in tabella.

Per tonum communem in penultima.

Communiter obliquus par, Aeol. Ion. Dor. factus impar, habet tonum in antepenult.	Αἰνείας	Com. νείου, νείαν, νείαις, νειῶν.
		Aeol. νείαο.
		Ion. νείεω, νείεα, νείῃσι, νείεων.
	μοῦσα	Com. —μούσαις.
		Ion. —μούσῃσι.
	λόγος	Com. λόγου, — λόγοις.
		Ion. λόγοιο, — λόγοισι.

Nota, parisyllaba sequuntur tonum communem, ut Com. μουσῶν, Dor. μουσᾶν.

Nota, adiectiva per omnia quoad tonum sequuntur ductum substantivorum: ut, καλὸς, καλοῦ, Ion. καλοῖο· ἡμέτερος, ἡμετέρου, ἡμετέροιο.

Reg. obiter.

Ἰῶτα Atticum finale vendicat tonum oxyt. utcunque: ut, οὗτος, οὑτοσί· τουτωί· νυνί[23]: τοιαδί· ταυτί.

Reg. de Dat. duali Poet. cuiuscunque declinationis.

Dativus in οῖν communiter perispom. Poetice erit properispom. ut, ὁδὸς, ὁδοῖιν, Poet. ὁδοῖν· χειροῖν, χειροῖιν.

Reg. de Dat. plur. Poet. cuiuscunque declinationis.

Dativus pluralis Poet. in εσι vel εσσι, fit proparoxyt. ut, ἔπος, ἔπεος, ἐπέεσσι· Τρὼς, Τρωὸς, Τρώεσι.

Reg. de Casu Attico cuiuscunque declinationis.

Casus Attici habent accentum in antepenult. quamvis ultima sit longa: ut, πόλις, πόλεως· πέλεκυς, πελέκεως· Μενέλεως, Μενέλεω. *Nisi recte sit oxytonus: ut, βασιλεὺς, βασιλέως.

23 Ναυί olim legebatur.

Μὴ νεμέσα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.

GODOFREDI HERMANNI

ADNOTATIONES.

1. Vid. H. Steph. de dial. Att. pag. 17. ad art. 21. 1

2. Fisch. ad Well. III, 259 seq. Sic διὰ ταύτης apud 2
Suid. in ἀναλαβεῖν explicat Wakefieldius ad Eur. Ion. 438.

2. Nomen per ellipsin omittitur semper, si articulus ma- 3
sculini vel feminini generis est; non semper, si neutrius. Omittitur, quum grammatici dicunt, τὸ ποιῶ, scil. ῥῆμα; τὸ καλῶς, scil. ἐπίῤῥημα, et in similibus. Plerumque verò aliquod nomen ad articulum neutrius generis subintelligere ineptum foret, quia neutrum ob hanc ipsam caussam adhibetur, quod res aut non habet nomen, aut nomen non statim succurrit. Τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ᾽ ἄγει δάκρυ. Τὸ μέν, ὅτι — τὸ δέ, ὅτι. — Sic etiam in nominibus: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. *Triste lupus stabulis.* Ridiculum est hic supplere *negotium*. *Hoc totum philosophari.* Idem in τί. Quia dicitur τί χρῆμα λεύσσω, ex eo non consequitur τί λεύσσω intellecto χρῆμα dici. Nam ne cogitatur quidem. Alia res in masculinis et femininis, quae quia certum genus indicant, non possunt non ad certum nomen referri.

5. Plurima de formula ὃ μὲν — ὃ δὲ congessit Fischerus 4
ad Well. I. pag. 326. 329 seqq. Satis habemus, haec, quae rariora sunt, afferre. Ὁ μὲν interdum omittitur. Euripides in Oreste v. 1489. νεκροὶ δ᾽ ἔπιπτον, οἳ δ᾽ ἔμελλον, οἳ δ᾽ ἔκειντο. Vid. ibi Musgr. et ad Iph. Taur. 1361. Οἱ μὲν, οἱ δὲ, Athenienses et Spartani, quae nomina latent in praecedente Ἀθῆναι et Σπάρτη, invenitur apud Herodotum VII, 133. Alio modo Homerus Odyss. I, 115. ὀσσόμενος πατέρ᾽ ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἴ ποθεν ἐλθών, μνηστήρων, τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη — τιμὴν δ᾽ αὐτὸς ἔχοι.

6. Steph. de dial. Att. pag. 184. Reizius de accent. inclin. pag. 13. praeter hos locos affert Isocratem in Paneg. cap. 37. τάς τε πόλεις τὰς Ἑλληνίδας οὕτω κυρίως παρείληφεν, ὥςτε τὰς μὲν αὐτῶν κατασκάπτειν, ἐν δὲ ταῖς ἀκροπόλεις τειχί-

ζειν. Adde ibidem cap. 41. *εἱς μὲν τοὺς ὑβρίζοντες, τοῖς δὲ δουλεύοντες.* Et mox, *πρὸς μὲν τοὺς φίλους — πρὸς δ' ἐχθρούς.*

6 8. *Οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα* pro ipso Platone recentiorum est, velut Plutarchi. Epici poetae hac formula numquam utuntur, nisi quum comites et socios intelligunt. Ita in Hesiodi Homerique locis, ut cuique, qui eos diligenter inspexerit, patebit. In Herodoti loco I, 62. vera videtur lectio *ἀπικνέεται* et *ἔθετο·* sed delenda interpunctio post *Πεισίστρατον· οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος ἤϊσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς τωυτὸ συνιόντες, ἀπικνέεται (ὁ Πεισίστρατος) ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερόν, καὶ ἀντία ἔθετο τὰ ὅπλα.*

7 9. Dubitationem hanc refutavit Fischerus ad Well. I. pag. 345. Caeterum proprium hoc est sermonis familiaris ideoque usitatissimum in comoedia, a tragoedia autem prorsus alienum: idemque dictum esto de adverbiis, ut *ἐνθαδί, νυνί.*

8 10. *Ἐν τοῖς πρώτῃ* aliud est, et infra explicabitur. Alter Thucydidis locus planus foret, si *ὡς* pro *τοῖς* legeretur. Sed recte se habet vulgata. Loquutio similis est illi, *ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν, maleficum se esse confitetur. Corcyraei*, inquit, *suspectos necando in semet ipsos saeviebant, accusantes hostes reipublicae, sed eo praetextu etiam privatas ulciscentes iniurias.*

9 10. Xenophontis locus non aptus, in quo *τὰ νῦν* est *nunc.* Articulus natura pronomen est, et sic plerumque apud Homerum. Formulas, in quibus Attici eo sic utuntur, enumeravit Reizius de accent. inclin. pag. 9. seqq. Sunt eae hae: 1) post praepositionem: *ἐν τοῖς* Plato Euthyd. pag. 281. 19. ed. Bas. pr. *διὰ τό*, Thucyd. VII, 71. 2) *τὸν καὶ τόν, τὰ καὶ τά.* Lysias pro Eratosth. caede pag. 27. Demosth. c. Mid. pag. 560. Id tantum fit in articulis a littera *τ* incipientibus. 3) *οἳ μέν, οἳ δέ.* Articulus enim pronominis loco adhibitus, accentu notandus, ut voluit Reizius. 4) *πρὸ τοῦ* vel *προτοῦ. ὁ πρὸ τοῦ χρόνος.* Demosth. adv. Lept. pag. 496. 5) sequente articulo postpositivo, *τά, ἐξ ὧν σύγκειται.* Aristot. Top. VI, 13. §. 14. 6) in formula *ἐν τοῖς μάλιστα* et similibus, de quibus infra. 7) etiam sine praepositione, Wolfio ad Reizium pag. 10. monente: *σὺ τὸ γιγνώσκεις, ὅτι.* Plato Cratyl. pag. 434. E. *τὸ δὲ ἄρα οὐ τοῦτο ἦν.* Idem in Sympos. XX. 7.

11. Demosth. Ol. 3. pr. *πέπεισμαι τοῦθ' ἱκανὸν προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην.* Ponitur *χάριν* etiam ante genitivum. Eurip. Androm. 1228. *χάριν τῶν σῶν πάρος νυμφευμάτων.* Perictyone apud Stob. pag. 487. 51. *χάριν εὐπρεπίης.* Thom. M. pag. 195. Schol. Lucian. T. I. pag. 535. Abresch. Auct. Diluc. Thuc. pag. 420. Dicitur etiam addito articulo *τὴν σὴν χάριν*, ut in Androm. Eurip. 221. et *πατρῴαν χάριν*, i. e. *πατρὸς χάριν* apud eundem in Heracl. 242. ubi v. Musgr. Etiam *δίκην* et *τρόπον* ante genitivum collocantur. Aeschylus Agam. 49. *τρόπον αἰγυπιῶν.* et 241. *δίκαν χιμαίρας.* Herodot. VII, 69. *τρόπον λόγχης.* Eodem modo dicitur *χρέος*, *in commodum.* Eurip. Hecub. 882. *σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος.* Quod in Leonidae Tarentini epigr. 66. Brunckius edidit, *μνήμην Εὐβούλοιο πίνωμεν*, legendum est *μνήμονες.* Vid. Iacobs. ad Anth. Gr. T. VII. p. 123.

12. Non potest dici hic articulus subintelligi. Magnum 11
enim discrimen additi et omissi articuli est. *Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου* significat aut hunc fuisse Sophronisco unicum, aut illum esse, cui pater fuerit Sophroniscus, quo ab aliis Socratibus distinguatur. *Σωκράτης Σωφρονίσκου* dicitur, qui Sophroniscum, non alium, habeat patrem. Quare haec formula in foro et negotiis civilibus usitata est.

12. *Τὸ* hic non pro *ὃ* ponitur, sed nominativus vel ac- 12
cusativus est, ex ellipsi pendens: *τὸ δὲ μιαρώτατόν ἐστι τοῦτο· τὸ δὲ μιαρώτατον εἰργάσατο.*

14. Explicando rem obscuriorem reddidit. *Τὸ μέν τι* — 13
τὸ δέ τι semper significat *partim quodammodo*, *partim aliquid*, *partim aliquantisper*, vel quidquid *τὶ* significare potest. Ita in Xenophontis loco: *alius quis Gobryam, alius quis Saçam.*

14. *Τὰ μέν — τὰ δέ.* Herodot. III, 80. Pindar. Pyth. 14
II, 19. Soph. Trach. 534. *τὰ μέν — τέλος δέ* Herodot. III, 85. Multimodis Pindarus hanc constructionem variat: Nem. IX, 102. *πολλὰ μέν, τὰ δέ.* Ol. XII, 7. *πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω.* Nem. II, 29. *παρὰ μέν — τὰ δέ.* III, 75. *τὰ μὲν λεόντεσσιν ἔπρασσε φόνον, κάπρους τ' ἔναιρε*, *nunc leones nunc apros occidebat.* VIII, 51. *τὰ μὲν ἀμφ' Ἀχιλεῖ, ἄλλων τε μόχθων ἐν ἁμέραις.* Pyth. XI, 70. *τὰ μὲν ἐν ἅρμασι, Πυθοῖ τε γυμνοί.* II, 56. *τὸ μέν, ὅτι — ὅτι τε.* Isthm. III, 18. *τὰ δέ*, *aliquoties*, non praecedente *τὰ μέν.* Ol. II, 132. *τὰ μὲν χερσόθεν, ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει.* Sed in Hom. Iliad. VI, 147.

φύλλα, τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη τηλεθόωσα φύει,

τὰ pro ἃ dictum.

15 15. Τοῦτο μέν, τοῦτο δέ, Herodot. III, 106. IX, 27. τοῦτο μέν, sine τοῦτο δέ, Soph. Aiace 670. Herodot. II, 99. III, 106. 108. VII, 21. τοῦτο δέ sine τοῦτο μέν idem V, 45. VIII, 60. τοῦτο μέν — ἡ δὲ αὖ ἔςοδος idem VII, 176. τοῦτο μέν idem VI, 125. cui in sequentis capitis initio μέτα δὲ respondet. τὸ μέν — τοῦτο δέ idem VIII, 102. τοῦτο μέν — εἶτα Sophocles Phil. 1345.

16 15. Addendum τὸ εἰρημένον. Aeschylus Agam. 1632.

γνώσει γέρων ὤν, ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ
τὸ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον.

Sic ibi legendum. Nam in his formulis εἰρημένον et similia articulo carere non possunt. Male vulgo τῷ τηλικούτῳ.

17 16. Fere sequente negatione μή, μή τινα, μηδένα. Sic Sophocles in Philoct. 197. Heliodorus Aethiop. pag. 456. Dionys. Hal. pag. 12. l. 33. Huds. Basilius laudatus Casaubono ad Athen. pag. 75. Sed etiam sine negatione: v. Ast. ad Plat. de Legg. p. 56.

18 16. Omisso articulo Sophocles in Antigona 567. ἀλλ' ἭΔΕ μέντοι μὴ λέγε. De iis, quae mox memorantur, vide Fischerum ad Well. I, 328.

19 17. Intelligitur in hac formula, *quam malum*, *stultum est*, vel simile quid. Etsi autem plerumque δὲ additur, non est illud tamen necessarium. Sophocles Philoct. 234. φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν πρόςφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ. Aristophanes in Nub. 816. τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. Xenoph. Cyrop. II, 2, 1. τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Τὸ δέ sequente negatione μή vel μηδέ, Aristoph. in Nub. 269. in Ran. 741.

20 17. Omissio articuli cum infinitivo praepositioni iuncto ne Graeca quidem: v. Valck. ad Phoen. pag. 732. 760. Recte Stephanus correxit ἐπὶ τὸ τὰ τεταγμένα ἄγειν. Male putant articulum una cum praepositione omissum in similibus, ut hoc Thucydidis est I, 50. πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν. Herodotus IX, 33. παρ' ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν Ὀλυμπιάδα. Multa ibi attulit similia Abreschius Diluc. Thuc. p. 53. et ad Cattieri Gazoph. p. 34. In his enim, si aliquid, ὥςτε intelligitur. Atque haec formula maxime ex antiquo sermone servata.

Sic Homerus, *δῶκε ξεινήϊον εἶναι, λεῖπε φορῆναι*, et alia innumera. Sed, si quidem omissio dici potest, quum non ponitur, quod non est necessarium, omittitur articulus nonnunquam a poetis, ubi infinitivus substantivi munere fungitur, quod fieri negabat Brunckius ad Anacreontem pag. 117. Sic Anacreon II. *φύσις ἔδωκε τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι.* XXIII. *ἵν', ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ, λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ.* Aeschylus Agam. 188. *καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν.* Nec satis recte genitivum omissum dicas ab Euripide in Phoenissis v. 603.

κομπὸς εἶ, σπονδαῖς πεποιθώς, αἵ σε σώζουσιν θανεῖν,

quod dici poterat *τοῦ θανεῖν*, vel *μὴ θανεῖν.* Sic etiam Sophocles in Oed. R. 1457. ex emendatione Marklandi, *θνήσκειν ἐσώθην.* Eurip. Alc. 11. *ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην*, quod idem in Herc. Fur. 197. sic dicit: *τὸ σῶμα ῥύεται μὴ κατθανεῖν.* Errant vero qui apud Aeschylum in Agam. 798. *πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι προτίουσι* sic intelligunt, *τὸ δοκεῖν προτίουσι τοῦ εἶναι.* Hic enim omitti articulus non poterat, sed *τὸ δοκεῖν εἶναι*, quae loquutio etiam alibi invenitur, est *esse videri*, i. e. *species sinceritatis.* Addit articulum Sophocles in Philocteta 1241.

ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾷν,

cuius articuli haec vis est, ut inde oppositio clarius pateat: *τὸ μὲν λέγειν οὐδεὶς κωλύει, τὸ δὲ δρᾷν κωλύσει.* Ibidem v. 1252. *ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾷν.* In Antigona 1105. *τὸ δρᾷν ἀνάγκη, facto opus est.* Vide not. ad Soph. Ai. 114.

18. Etiam apud alios, ut saepius apud Gregor. Cor. de 21
dial. v. c. pag. 24. Vide huius praefationem. Addendus ὁ *μεταφραστής*, de quo v. Koen. ad Greg. Cor. p. 23.

19. Non ὁ pro *τὶς* ponitur, sed retinet suam definitae 21
rei significationem. In utroque Plutarchi loco certus homo, b
et lectus ille, in quo illa recubabat, intelligitur.

20. *Τοῦ* et *τῷ* pro *τὶς* non est omnino articulus, sed 22
alia pronominis *τὶς* forma. Id quod clare docet Ionica lingua, *τέο* et *τεῦ* pro *τοῦ*, quum illud est *τινὸς* vel *τίνος*, et *τέῳ* pro *τινὶ* vel *τίνι* dicens. Neque exempla aliorum casuum, quam genitivi et dativi singularis apud Atticos inveniuntur. In Aeliano recte videntur quidam scribere *τινῶν*, in Xenophonte *τοὺς* a plerisque libris merito abest. Alia haud minus dubia exempla habet Fischerus ad Wellerum II. pag. 221. Quod si tamen praeter illos, quos dixi, casus alii adhibiti fuerunt, eos

non nisi genitivum et dativum pluralem τῶν et τοῖς fuisse credibile est, quandoquidem hi et in Ionica dialecto sunt, τέων et τέοισι, et in pronomine ὅτου, ὅτων et ὅτοις. Accusativus et nominativus ab utroque numero abest, ὅ vel ὅς, οἵ vel τοί, τόν, τούς, neque ὅτος, ὅτον, ὅτοι, ὅτους dicitur. In Sophoclis Electra v. 1191. quae legitur interrogatio, τοῖς τοῦ; in ea τοῦ tantum pro τίνος dictum. Praecedit enim, ὅθ' οὕνεκ' εἰμὶ τοῖς φονεῦσι σύντροφος, et sequitur responsio τοῖς πατρός.

23 21. Corruptis locis nihil probatur. Non magis ἡ ξὺν τοῖς ἡ πολλὴ ὅπλοις, quam τοῖς Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς dici potest. In Arriano ed. Stephani recta verborum collocatione pag. 59. C. ἡ στάσις ἡ πολλὴ ἡ ξὺν τοῖς ὅπλοις: in Pausaniae loco, qui est in V, 14, 5. τοῖς Ἡρακλέους interpretis cuiuspiam additamentum esse praecedentia ostendunt. Locus ita scribendus: μετὰ τοῦτο πεποίηται μὲν Ἡρακλεῖ βωμὸς ἐπίκλησιν παραστάτῃ· πεποίηται δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς Ἐπιμήδει καὶ Ἴδᾳ καὶ Παιοναίῳ καὶ Ἰάσῳ. Nam etiam τὲ post Παιοναίῳ delendum. Similis interpretum adnotatio, τοῦ Διός, sublata in eodem scriptore V, 10, 2.

24 22. Fallitur et Devarius et Hoogevenus. Ὁ δεῖνα simul utrumque, et certam personam, et incertam, significat; certam, quod non aliquis de multis, sive ille hic sive alius sit, sed quidam, quem nominatim memorare possis, intelligitur; incertam, quia nomen aut non novimus, aut reticemus, aut non recordamur, aut quodlibet esse posse innuimus. Rem exemplis illustrabo. Primum ὁ δεῖνα vocatur, cuius nomen non novimus. Δέχου τοῦτον σύ, πορθμεῦ, καὶ τὸν δεῖνα, Lucianus in Cataplo 13. T. I. pag. 635. Intelligitur sane certa persona, Cyniscus, sed Mercurius huius nomen aeque ignorat, atque Megapenthis: id quod patet e cap. 3 et 4. pag. 623, 59. 624, 67. 625, 95. Secundo, cuius nomen consulto reticemus. Lucianus in Bis accusato cap. 23. T. II. pag. 822, 51. τὸ δεῖνα μέντοι μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι, τὸ δικαστικόν. Vid. ibi scholiasten. Noluit enim nomen rei nimis vile, τριώβολον, adhibere. Tertio, quum nomen non recordamur. Sic Mnesilochus apud Aristophanem in Thesmophoriazusis muliebri ornatu latens, quum interrogatur, quis ei maritus sit, quasi nomen nunc non recordetur, respondet v. 620.

τὸν δεῖνα γιγνώσκεις, τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν;

et mox, τὸν δεῖνα, τὸν τοῦ δεῖνα· et paullo post ἡ δεῖν' ἔμοιγε (συσκηνήτριά ἐστιν.). Quarto denique, quum quodlibet no-

men adhiberi posse indicamus. Cuiusmodi sunt exempla e Demosthene petita. Sic quod Graeci *ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα* dicunt, Latine dici solet *Caius et Sempronius.*

22. Exempla habet Fischerus ad Well. I. pag. 340 seq. 25
Minime vero articulus id, puod Latinum *nam*, in interrogatione significat. *Quidnam* Graece est *τί γάρ;* *Τὸ τί* autem Latine dicitur *quid illud?* Nimirum articulus ubi pronominibus interrogativis additur, semper refertur ad aliquid, quod praecessit in verbis eius, quem interrogamus. Non potest incipi colloquium sic, *τὸ τί ἐστι τοῦτο;* sed dicendum, *τί τοῦτ' ἐστίν;* Quod si *τὸ τί* dicitur, necesse est ut alter aliquid dixerit, quod quid sit interrogamus. Trygaeus in Aristophanis Pace v. 696. quum dixisset de Sophocle a Mercurio interrogatus,

εὐδαιμονεῖ· πάσχει δὲ θαυμαστόν,

porro quaerit Mercurius, *τὸ τί;* Cavendum autem ne quis putet articulum in hac formula pronominis *τοῦτο* fungi munere, quasi dicas *τοῦτο, ὃ εἶπας, τί;* ut in Latino sermone, *quid illud?* id est, *illud, quod dixisti, quid est?* Ac videatur fortasse haec opinio eo confirmari, quod etiam *τὰ τί* occurrat, ut in Pace Aristophanis v. 693. e Mercurio, qui dixerat,

οἷά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σοῦ,

Trygaeus quaerit *τὰ τί;* Verum obstant tritissima illa, *τὸ ποῖον τοῦτο, τὰ ποῖα ταῦτα*, in quibus *τοῦτο* et *ταῦτα* prorsus superflua forent, si idem significaretur articulo *τό* et *τά.* Quamobrem istum articuli usum sic explicandum arbitror. Is, qui interrogat, audiendi studio id, quod alterum dicere vult, occupaturus ipse orationem inchoat, quam ab illo absolvi vult; ipse autem quia eam absolvere non potest, addit pronomen interrogativum. Sic in iis, quae attuli exemplis. Vnus dixerat, *πάσχει θαυμαστόν.* Alter id, quod prior addere debebat, *τὸ γίγνεσθαι Σιμωνίδης*, occupaturus, *τὸ* dicit, sed quia rem ipsam addere non potest, *τί* adhibet, et dicit *τὸ τί;* In altero exemplo unus exclamat, *οἷά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σοῦ.* Illa, quae hic *οἷα* dixerat, alter cognoscere cupiens adhibet articulum pluralis numeri, *τά*, qui congruat cum isto *οἷα*, ita ut, dum quasi pro altero loqui incipit, eum ad responsionem excitet. Sed quia rem ipse non novit, addit *τί*, quod dici poterat etiam *τίνα;* Clarius etiam hoc patet ex iis locis, in quibus praecedentia verba nihil continent, ad quod

articulus iste per constructionem grammaticam referri possit. Nam in huiusmodi exemplis sequi debet aliquod nomen in ipsa interrogatione, quod cum articulo queat coniungi, ut quum Prometheus Aeschyli v. 248. dixisset,

θνητοὺς ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον,

interrogat chorus,

τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;

id est, τὸ φάρμακον τῆσδε νόσου ποῖον εὑρών. *Remedium, quod huic morbo adhibuisti, quale fuit?* Si diceret, ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου; id Latine diceretur, *quale invenisti huic morbo remedium?*

26 22. Saepe ista scribuntur coniunctim τοπροσωτέρω pro τὸ προσωτέρω. Wessel. ad Herodot. pag. 53. Multa exempla habet Dukerus in praef. ad Thucyd. fol. **** 2. Sic etiam pluralis, τὰ κράτιστα, τὰ πλείω. Exempla vide ibidem. Τὸ λοιπὸν dicitur et τοῦ λοιποῦ, hoc discrimine, quod τὸ λοιπὸν continuum et perpetuum tempus significat, ut apud Xenoph. Cyrop. VIII, 5, 24. ἢν μὲν οὖν καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω γιγνώσκητε, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις ἔσεσθε, *quod si posthac perpetuo hanc mentem servabitis;* τοῦ λοιποῦ autem repetitionem eiusdem facti reliquo tempore indicat, ut apud Aristophanem in Pace v. 1084.

οὔ ποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ' ἐν Πρυτανείῳ.

Conf. Herodot. I, 11. VI, 12. Xenoph. Cyrop. IV, 4, 10. 5, 6. Quare τὸ λοιπὸν dici potest pro τοῦ λοιποῦ, ut in loco Thucydidis, τὸ λοιπὸν μὴ δέχεσθαι, quia ut ipsum tempus non intelligatur continuum, actionis tamen repetitio perpetua neque interrumpenda significatur. Contra τοῦ λοιποῦ non potest dici pro τὸ λοιπόν. Sic apud Herodotum VI, 12. τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρης τὰς νέας ἔχεσκε ἐπ' ἀγκυρέων, non poterat dici τοῦ λοιποῦ τῆς ἡμέρης, quia hic nulla est facti repetitio. Praeterea vero τὸ λοιπὸν saepe etiam significat *caeterum.*

27 24. Τῷ poetis hoc significatu usitatum omnibus. Vid. Musgr. ad Eurip. Hel. 1489. Valcken. ad fr. Callim. p. 82. Sic etiam τό. Iliad. III, 176. τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα. Eodem modo ᾧ et ὅ usurpantur. Eurip. Hecub. 13. ὃ καί με γῆς ὑπεξέπεμψε. Valcken. ad Phoen. pag. 52.

28 26. Ὃς in his loquutionibus non est articulus relativus, sed pronomen. Antiquitus enim duplex forma erat pronominis, ὅ, τοῦ, et ὅς, οὗ. Vtraque promiscue pro articulo

relativo usurpari solebat, ut ex Homero constat. Recentior usus ὅς, οὗ, servavit articulo relativo, sed in quibusdam formulis antiqua significatio obtinuit. Exemplis adde Moschi epitaph. Bion. 77. 78. Rhinto ap. Cic. ad Att. I, 20. Demosth. pro Cor. 248. 277, 20. 282. 289. Alexand. Aetol. epigr. 1. Antip. Sidon. 15. Alphei ep. 2. Leonid. Alex. 20. 21. M. Argent. 27. Dionys. Hal. II. p. 113. Wakef. Silv. Crit. V. pag. 56. Argentarii epigr. editum ab Huschkio in Anal. crit. pag. 247.

Articuli subiunctivi notanda est ea constructio, qua in oratione bimembri alterum membrum alium articuli casum intelligi postulat, quam qui in priore membro est. Odyss. II, 114.

ἄνωχθι δέ μιν γαμέεσθαι
τῷ, ὅτεῴ τε πατὴρ κέλεται, καὶ ἁνδάνει αὐτῇ,

id est, καὶ ὅςτις ἁνδάνει αὐτῇ. Ibid. v. 54.

δοίη δ', ᾧ κ' ἐθέλοι, καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι.

Odyss. XX, 341.

ἀλλὰ κελεύω
γήμασθ', ᾧ κ' ἐθέλῃ, πότι δ' ἄσπετα δῶρα δίδωσιν.

Ibi δίδωσι coniunctivus est.

Rhianus I, 9.

ὅς δέ κεν εὐόχθῃσι, θεὸς δ' ἔπι ὄλβον ὀπάζῃ.

Sed de hac formula qui exempla attulit Ruhnkenius ad Hom. h. Cer. 151. non animadvertit, alia exempla, quae ibi attulit, non esse repetitione articuli illustranda. Sunt ea haec: h. Cer. 151.

ἀνέρας, οἷσιν ἔπεστι μέγα κράτος ἐνθάδε τιμῆς,
δήμου τε προὔχουσιν.

Hymn. Hom. in Minervam:

— ᾗ σὺν Ἄρηϊ μέλει πολεμήϊα ἔργα,
καί τ' ἐῤῥύσατο λαόν.

h. in Mercur. 165.

ταρβαλέον, καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς.

Pausan. Phoc. 14. οἷς γε οὐκ ἀρχεῖα, οὐ γυμνάσιόν ἐστιν, οὐ θέατρον, οὐκ ἀγορὰν ἔχουσιν. His adde Iliad. III, 235.

οὕς κεν ἐῢ γνοίην, καί τ' οὔνομα μυθησαίμην.

Obiter observamus, male in Homero legi *καὶ τοὔνομα*, i. e. *καὶ τὸ ὄνομα*, quod ex Homerici sermonis consuetudine est *καί τε οὔνομα*.

Odyss. XXII, 444.

καὶ ἐκλελάθοιντ' Ἀφροδίτης,
τὴν ἄρ' ὑπὸ μνηστῆρσιν ἔχον, μίσγοντό τε λάθρῃ.

Simonides XCVIII, 11.

— οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν.

Oraculum apud Herodot. I, 47.

ἣ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπιέσται.

Herodotus VIII, 106. *τὴν Χῖοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ καλέεται.* Diod. Sic. I, 34. *ἣν ἐπενόησε μὲν Ἀρχιμήδης, ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος κοχλίας.* In his enim omnibus non articulum subiunctivum, sed pronomen intelligendum esse ex aliis locis clare cognoscitur. Iliad. I, 78.

ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.

Sic maluit dicere, quum posset *καὶ ᾧ*. Odyss. I, 70.

ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον
πᾶσιν Κυκλώπεσσι, Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη.

Et v. 161.

ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ,
κείμεν' ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει,

scilicet *αὐτά*.

Articulus subiunctivus saepe, ut apud Latinos, genus habet sequentis nominis. Herodotus V, 108. *τὴν ἄκρην, αἳ καλεῦνται Κληΐδες τῆς Κύπρου.* In eodem Schaeferus recte edidit II, 129. *θυγατέρα, — τὸ μοῦνόν οἱ εἶναι ἐν τοῖσιν οἰκίοισι τέκνον.* et VII, 54. *Περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην καλέουσι.* Diod. Sic. IV, 59. quod habet, *κορύνῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ ὅπλον ἀμυντήριον*, in eo melius alii *ὅπερ* legere videntur. Vide Eurip. Med. 14. ubi male Musgravius coniicit *ὅπερ*; Androm. 864. Hel. 289. Fisch. ad Well. pag. 341.

Articulus subiunctivus interdum aliud genus habet ac nomen, ad quod refertur, si nomen intelligi potest eiusdem generis, quo est articulus. Hom. Od. XII, 74. *νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ*, scil. *νέφος*. Vid. Gregor. Corinth. pag. 88. ibique Koen. et Steph. Dial. Att. pag. 131 — 134.

Notanda denique loquutio, ὧν ὃ μὲν αὐτῶν, et similia, in quibus αὐτῶν abundat. Callim. epigr. 44.

ἄκρητος καὶ ἔρως μ' ἠνάγκασαν· ὧν ὃ μὲν αὐτῶν
εἷλκεν, ὃ δ' οὐκ εἴα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.

Menandri epigr.

χαῖρε, Νεοκλείδα, δίδυμον γένος· ὧν ὃ μὲν ὕμων
πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὃ δ' ἀφροσύνας.

Sophocles Philoct. 315.

οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ τυχεῖν,

ubi fuit, qui οἷα legere pro οἷς vellet, memorante et probante censore Hecubae Porsonianae in *Monthly Review* 1799. Februar. pag. 203. Conf. Iacobs ad Anthol. I, 2. pag. 257. Ὧν ὃ μὲν αὐτῶν restituendum Nonno Dionys. I. v. 187.

27. Plerumque in hac loquutione ὅςτις dicitur, οὐδεὶς ὅς- 29
τις οὐ Eurip. Hel. 932. Herodot. III, 72. V, 97. Interdum etiam ὅς simpliciter. Sophocles Oed. R. 372. ἃ σοι οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα. Origo formulae sane fuit οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐ. In argumento Athenaei: ἐν οἷς οὐκ ἔσθ' οὗ τινὸς τῶν καλλίστων οὐκ ἐμνημόνευσεν. Sed postea obtinuit, ut pronomen negativum eodem casu poneretur, quem in pronomine relativo verbum exigeret. Plato prope finem Phaedonis: οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων. Herodotus VII, 145. τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω. Falluntur, qui horum ultima corrupta putant. At, nisi fallor, aut καὶ addendum ante οὐδαμῶν, aut delendum μεγάλα, quod explicationis caussa adiectum videri potest. Adde Lucian. Dial. deor. II, 1. ἐμοῦ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας, quem locum male tentavit Abresch. Diluc. Thuc. pag. 320. Idem Abreschius ibidem ex Agathia exempla affert, in quibus inversa structura ὅςτις οὐδείς est. Cur post negationem fere ὅςτις dicatur, explicavi ad Eurip. Med. 775.

27. Eur. Or. 79. ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, θεομανεῖ πότμῳ. 30
sic interpunge. Formulam ἔπραξεν ἃ ἔπραξεν, et similes, usurpant ii, qui rem clarius exponere aut nolunt, aut nequeunt. Quare alienum est exemplum ex Aristophanis Acharnensibus, in quo ἅπερ λέγει spectat ad ea, quae alter modo dixerat. Alterum Aristophanis exemplum, laudatum etiam a Suida in ἥκειν, corruptum videtur. Nam in quo legitur loco haec sententia requiritur, ἀλλ' οὖν ἥκεις, οἷ γ' ἥκεις, *pervenies, quo*

pervenies, i. e. *nolo tibi dicere, in quae mala incides.* Aeschylus Choeph. 778.

μέλει θεοῖσιν, ὧνπερ ἂν μέλῃ πέρι.

81 28. Ὅςτε non prorsus idem est quod ὅςτις. Vide infra not. 315.

82 28. Abreschii locus alienus est. Ὅςτις nunquam est *aliquis*, sed *quisquis*, *quilibet*, *quicumque*. Antoninus Liberalis V. et XLI. καθ' ἥντινα πρόφασιν, *quodam praetextu, quisquis ille fuerit.* Ex quo patet, pleonastice loquutum esse Callimachum. Nam νεῖμον πόλιν ἥντινα nihil est aliud, nisi, quod statim addit, ἥντινα λῇς. Caeterum vide quae de pronomine ὅςτις dixi in Erfurdtii Sophocl. Oed. R. praefat. ed. tertiae p. 6. seqq.

83 29. Ἀνθ' ὅτου Euripides Hec. 1131. 1136. Alcest. 247. Iph. Taur. 926. ἀνθ' ὧν Aeschylus Prom. 31. Herodot. III, 140. Diodorus Sic. IV, 80, Lucian. Dial. Mort. XXII, 1. vide Iacobs ad Anthol. I, 2. pag. 70. Duplex, quam Zeunius memorat, significatio ad unam redit. Nam ἀνθ' ὧν aut nulla cum ellipsi dicitur, et significat *quare*, aut dicitur pro ἀντὶ τούτων, ὧν, vel quidquid quoque in loco ad explicationem adhiberi possit; ac tum significat *propterea quod.* Theocritus epigr. XVII.

ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων,
ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε.

Eodem modo δι' ὧν scholiastes Euripidis ad Alcest. 708. quem locum tractavit Marklandus ad Iphig. pag. 346. et Vlpian. ad Demosth. pag. 243. A.

84 30. Imperitissime Synesii locum vertit Zeunius. Hoc dicit Synesius: *solem videbat homo eam ob caussam, quod Gennadium accusasset.* Itaque non Thomas M. temere ἐφ' ᾧ cum praeterito iunctum per διότι explicat, sed Zeunius temere hanc explicationem improbat.

85 33. Non haec est elegantia, pronomen relativum cum verbis ex eo pendentibus antecedere, sed sermonis ratio et vis nunc hanc nunc alteram structuram exigit. Nam sive praecedat, sive sequatur, utrumque membrum, eo, quo collocatum est, ordine servato, in rectam orationem mutari possit necesse est: φιλήσω τινά· καὶ οὗτος αὐτός ἐστι. Aliud foret, αὐτός ἐστι· καὶ φιλήσω αὐτόν. Nam posterius membrum addit aliquid, quo clarius describatur prius membrum.

Quare qui dicit, *αὐτός ἐστι· καὶ φιλήσω αὐτόν*, is iam priore membro, quem dicat, indicat, posteriore autem eum accuratius describit: id quod hic fieri non poterat. At, inquiet aliquis, perinde est, utrum dicatur, *ὃν ἂν φιλήσω, οὗτός ἐστιν*, an, *οὗτός ἐστιν, ὃν ἂν φιλήσω*. Verum non est perinde, si non rem, sed rationem, qua cogitatur, spectemus. Prius est: *osculabor aliquem: isque ille est*. Alterum: *certus quidam est: eumque osculabor*. Intelligi hoc potest ex iis formulis, in quibus aut non licet, aut aegre commutare ordinem membrorum:

> *ἔσσεται ἦμαρ, ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.*
> *sunt, quos curriculo pulverem Olympicum*
> *collegisse iuvat.*

Non dicitur *ὅταν ὀλώλῃ Ἴλιος, ἔσσεται ἦμαρ*, nec, *quos pulvis Olympicus iuvat, sunt*. Patet id fieri propterea, quod ita, ut solent haec dici, recte se habet ordo membrorum, posteriore membro explicante prius. *Erit quidam dies: eo cadet Troia. Sunt quidam homines: eos iuvat pulvis Olympicus.* Quod si ordinem invertas, alterum membrum superfluum et ineptum erit: *cadet aliquando Troia: tum erit aliquis dies.* At sponte intelligitur, aliquando quod fiat, fieri aliquo die. *Iuvat quosdam pulvis Olympicus: ii sunt.* At, si quid eos iuvat, necesse est ut sint, nec iuvaret eos quidquam, si non essent. Contra huiusmodi quoque exempla recte mutabunt ordinem membrorum, si alterum membrum dubitationem continet, veluti: *qui hoc facere ausit, nemo est.* Id est: *potest hoc aliquis audere; potest etiam non audere: nunc nemo audet.*

Hoc vero ut idioma afferri debebat, quod cum pronomine relativo iungunt nomen, quod in altero membro poni debebat. Hemsterhusius ad Xenoph. Ephes. pag. 161. *ὅτῳ ἐδόκει ταῦτα θεῷ ἠμέλει· pro θεὸς ἠμέλει, quae sunt Atticae venustatis.* Occurrunt haec non apud solos Atticos, sed apud omnes Graecos. Exempla vide ap. Valck. ad Herodot. pag. 574. Lennep. ad Phal. pag. 27. 29. Coray ad Theophr. 268. Fischer. ad Well. III. pag. 340 seq.

35. In Thucydidis loco *ἐπίστανται* verbum est, quo 36
oratio regitur: *ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες, τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη.* Puta-

bam olim pro καὶ οἷς vel καὶ ἐν οἷς, quod quidam habent, legendum esse ἐν οἷς, omisso καί: idque interpretabar hoc modo, *quibus rebus pariter et beatum reddi vitae spatium et finiri decet.* Reprehendit haec, neque iniuria, Gailius, vir doctissimus, in observationibus grammaticis, quas nuper ad me scriptas edidit, p. 44 seq. Quamquam quae ab ipso prolata est interpretatio vulgatae lectionis, mea quidem sententia, non magis stare potest. Vertit autem ita: *ils savent que leurs fils naquirent soumis aux vicissitudes de la fortune. Le bonheur, certes, est pour ceux qui, ou comme vos enfants, ont trouvé dans la mort, ou comme vous dans le chagrin de leur perte, une glorieuse indemnité. Heureux ceux pour qui la main des dieux plaça la prospérité aux bornes de la vie!* At in his primo τραφέντες ita redditum est, ut id Graece dici debuisset τραφέντας. Deinde non solum caussam video nullam, cur τὸ δ' εὐτυχὲς novam periodum incipere debeat, ut magis videatur manca esse sententia, nisi haec quoque ex mente illorum, quos alloquitur Pericles, dicantur. Denique ultima liberius versa sunt quam ut appareat, quomodo haec sententia in Graecis verbis inveniatur. Hoc dicit Thucydides: *sciunt enim, variis se casibus in vita usos, potiusque fortunatos esse, quibus vel exitus honestissimus, uti his nunc, vel luctus, ut vobis, contigerit, quibusque sic est traducta vita, ut in ea pari et felicitate et exitu uterentur.*

37 37. Non mirum, quod scholiastes Aristophanis ad Aves v. 1513. πηνίκ' ἅττα neque Atticum esse, neque omnino recte dici contendit, quia ἅττα cum πηνίκα coniunctum neque τινά neque ἅτινα significet. Nimirum ἅττα proprie significat ἅτινα, et ubi hanc vim manifesto habet, scribitur cum spiritu aspero, ut, ἅττα ποτὲ διελέχθη; ubi autem occultior est, cum leni. Eiusmodi sunt omnia exempla, in quibus pro τινὰ positum putant. *Εἰπέ μοι, ὁπποῖ' ἅσσα περὶ χροῖ εἵματα ἕστο*, i. e. ὁποῖά ἐστι, ἅσσα ἕστο. Sic ποῖ' ἅττα, πόσ' ἅττα. *Οἰκτρὰ ἅττα*, i. e. οἰκτρὰ ἅτινά ἐστι. Ἔλεγεν ἅττα, i. e. ἔλεγεν, ἅτινα ἔλεγεν, eo modo, de quo dictum est supra in adnot. 30. Sed haec loquendi ratio quum sic iam usitata esset, ut ad propriam verborum vim non attenderetur, unde spiritus mutatio orta, coepit etiam iis vocabulis addi ἅττα, quibus recte addi non poterat, cuiusmodi est πηνίκ' ἅττα.

37 40. Hoc vero balbutientis foret, si scriptor apocalypseos
b ita temere quemcumque casum arripuisset. Pridem ita haec

distincta sunt, ut verbis τῷ ἀγαπήσαντι nova sententia incipiat, quae finitur verbis, unde pendet dativus, αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

40. Alia antiptoseos exempla vide in Brunckii nota ad 38
Sophoclis Electram v. 480.

43. Porsonus in addend. ad Eurip. Hec. 1149. veteres 38
Atticos verbum plurale neutro plurali non nisi, ubi de ani- b
mantibus sermo sit, iungere docet. V. contra Ast. ad Plat. Pol. p. 386. ad Legg. p. 46. Dici potius debebat, ubi vocabulum alius generis in mente haberet scriptor.

43. Λεγόμενον in Thucydide est nominativus absolutus, 39
et intelligendum αὐτήν. Accuratius ita diceretur, λεγόμενον μέν, καὶ πρότερον ἐγκατασκήψασα. Sed, ut saepe fit, ex illo, λεγόμενον μέν, *ut quidem dicitur*, suspendit reliqua, posito infinitivo. Caeterum vid. Clark. ad Odyss. XII, 75.

48. Ad τὰ τῶν φίλων non potest intelligi ὄντα. Id in- 40
telligere liceret ad dativum τοῖς φίλοις. Nam cum genitivo coniunctum personas distingui et sibi invicem opponi postulat, non autem, ut in hoc exemplo fieri debet, coniungi patitur. Recte dicitur, τὰ τῶν σῶν φίλων ὄντα καὶ σά ἐστι, quia hic distinguuntur et separantur personae; non potest autem dici, τὰ ἐμοῦ καὶ σοῦ ὄντα κοινὰ ἀμφοῖν.

50. Minime vero. Nihil subaudiendum: nam τὸ εὐθὺ 40
instar substantivi est. b

53. Conf. Fischer. ad Well. III. pag. 269. 41

54. Conf. Ernest. ad Callim. T. I. pag. 138. Brunck. ad 42
Soph. Oed. Reg. 85. Abresch. ad Aesch. Vol. II. p. 71.

55. Conf. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 101 seqq. Brunck. 43
ad Aesch. Pers. 120. ad S. c. Theb. 683. Adde Eur. Or. 590. recte Aldina, θανὼν γοῦν, ὧδε κάλλιον θανεῖν. Nam si θανεῖ legeretur, θανούμενος dici debebat.

55. V. Markland. ad Eurip. Suppl. v. 305. Wesseling. 44
ad Diod. Sic. V, 54. XI, 20. 68. Herodotus IV, 110. ἱπποφορβίῳ — ἐπὶ τούτων, scilicet ἵππων. VII, 2. τὰς Ἀθήνας, οἵ. VII, 161. ἁπάσης, scilicet ἡγεμονίης. VII, 197. νέες Ἑλληνίδες — οὗτοι, i. e. Graeci. VIII, 116. ἅρμα — νεμομένας, scilicet ἵππους. V. Porsonum ad Hecub. 22. Fischer. praefat. ad Welleri gramm. pag. IX. seq. et in animadverss. ad Well. III. p. 268. 306 seq. Valcken. ad Phoen. p. 9. ad Hippol. v. 526. Iungerm. ad Lucian. T. I. pag. 235. a. Hem-

sterh. ad eumdem T. I. pag. 400. Gregor. Cor. pag. 37 seqq. et ibi Koen. Brunck. ad Aesch. Pers. 13. ad Soph. Oed. Reg. 267. ad Eur. Phoen. 1767.

45 57. P. 1480. l. 27. Hoogeveenus scripserat, *ob vitae frugalitatem servaverunt.* Correxit Reizius.

46 57. Etiam cum articulo. Vide Fischer. ad Well. III. pag. 222.

47 58. Conf. Fischer. ad Well. III. pag. 345. Wesseling. ad Diod. Sic. I, 4. pag. 8. et ad Herodot. VII, 16. p. 517. cuius verba, *οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύσματι πειθόμενος*, recte monuit Schaeferus non huc pertinere. *Οἱ* enim non debet de Artabano, qui facere aliquid iubetur, sed de Xerxe, iubente aliquid facere Artabanum, intelligi. Porro Musgrav. ad Eurip. Suppl. 1157. Idem et Heath. ad Herc. fur. 788. Brunck. ad Phoeniss. 85. ad Sophocl. Antig. 787. Porti Lex. Ion. v. *ὀνόματα.* Ita Plautus Trinum. II, 1, 20. *celatum indagator.*

48 60. *Τὰ ἡρωϊκά*, Athenaeus pag. 19. A. *μετὰ τὰ τυραννικά*, Aristot. Polit. V, 3.

49 60. Constructionis huius sive in adiectivis, sive in participiis, sive in articulis exempla vide apud Musgrav. ad Eurip. Orest. 270. Markland. ad Suppl. v. 45. 237. 272. 918. 1141. Wessel. ad Diod. Sic. II, 39. III, 36. XI, 25. Fischer. ad Well. I. pag. 371. III. pag. 274. 306. 314. 317 seq. Koen. ad Greg. Cor. pag. 29.

50 61. Contra Clarkium disputavit Brunckius ad Soph. Electr. 977. Res ita se habet. Vbi de una muliere masculinum genus ponitur, semper plurali numero utuntur, et vicissim, ubi pluralem de muliere ponunt, masculinum genus usurpant. Vide Dawes. in Misc. crit. p. 310. Brunck. ad Soph. Electr. 399. 977. ad Antig. 926. 986. ad Eurip. Medeam 316. Porsonum ad Hecub. 515. Itidem ubi de viro et femina loquuntur, ut *ἀδελφοί·* vid. Zeun. ad Xenoph. Cyrop. III, 1, 7. Masculinum singularis numeri adhibetur, ubi universe aliquis intelligitur, seu vir, seu femina sit, licet femina nunc innuatur: v. Heath. ad Eur. Med. 805. (Sed in Ione Euripidis de se Creusa v. 973. *καὶ πῶς τὰ κρείσσω, θνητὸς οὖσ', ὑπερδαμῶ;* vide Elmsl. ad Medeae v. 823. not. t. Incogitate Bernhardy in Syntaxi p. 429.) Valcken. Diatr. pag. 175. Elmsl. ad Med. pag. 211. not. et quae dixi ad Soph. Trach. 207. Quod Dorvillius ad Charit. p. 292. ed.

Lips. aliique contendunt, chorum feminarum de se masculinum singularis numeri usurpare, unico nititur exemplo Eurip. Hippol. 1105. At ibi scribendum videtur, ξύνεσιν δέ τις ἐλπίδι κεύθων λείπομαι, i. e. *ut prudens quis.* Aliud est, idque notabile masculinum de Sphinge, quo latro quidam indicatur: v. Valcken. ad Phoen. pag. 305. Contra ubi de pluribus mulieribus sermo est, ita ut viri non debeant intelligi, femininum genus usurpatur. Euripides in Medea v. 386. ἦ πεφύκαμεν σοφαὶ μάλιστα.

61. Adde Scalig. ad Phrynich. pag. 84. Markl. ad 51
Suppl. v. 140. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 1600. ad Electr. 977. ad Aristoph. Lysistr. 323. Fischer. ad Well. I. pag. 315 seq. 365. 379. II, 160. III, 308. Vsitatum est autem, poetis maxime, in duali numero participium masculinum iungere nomini feminino: exempla vide apud Valck. ad Eurip. Hippol. p. 205 seq. et Matthiae gr. Gr. §. 436. quosque hic citavit. Atque ut concedatur, quod sane concedendum puto, non pauca huius generis exempla librariis imputanda esse, quae Schaeferi sententia est ad Schol. Apoll. Rh. pag. 306. et 628. tamen neque in Platonis Theaeteto p. 318. ed. Heind. κινήσεων ὄντοιν Stobaei auctoritate contra scholiasten sollicitem, nec duos Diodori Siculi locos, quos ibidem affert Schaeferus, mutare ausim. Nam in plurali numero quum participium masculinum pro feminino ponitur, cuiusmodi exempla quaedam attuli ad Orph. h. 78, 4. eo id plerumque fieri videtur, quod vel aliud masculinum nomen animo scriptoris obversabatur, vel omnino pluralis plerumque magis infinitus est, ideoque potioris generis notationem habet, quae ratio locum habet in his, de quibus in praegressa adnotatione agebatur. Vnde factum videtur, ut in genitivis pluralibus participiorum passivorum in μένων terminatorum vulgo masculina forma de feminino genere usurparetur, μελισσῶν ἐρχομένων, quod Homerus dicit ἐρχομενάων, ut, si feminina forma vulgo usitata fuisset, dici debuisset ἐρχομενῶν. Hinc intelligitur, cur in singulari perrara sit istiusmodi generum permutatio. Nam κλυτὸς Ἱπποδάμεια, ψολόεντος ἐχίδνης, Homeri et Nicandri, pariter ut ἀνεμοέντων αἰγίδων Aeschyli, adiectivorum singularia sunt. Participia non nisi rarissime sic a poetis usurpantur, ut δαϊζομένοιο πόληος ex Hesiodo prolatum ab Ruhnkenio in Epist. crit. p. 101. Perperam hanc rationem critici, in primis Heathius, aliquot locis tragicorum intulerunt: quorum tres attulit Matthiae l. c. sed eorum duos, qui sunt in Euripidis Troadibus et Electra, iure nuper removit

Seidlerus; tertium in Euripidis Iphigenia in Tauris v. 824. meae editionis ego.

52 62. Sophocles in Philoct. 86.

ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τούςδε καὶ πράσσειν στυγῶ.

Vbi non debebam *τῶν* in *σῶν* mutare ad Hecubam Eurip. pag. 126.

53 64. Herodotus II, 148. *ἦσαν μέν νυν καὶ αἱ πυραμίδες λόγου μέζονες. Ἀριθμοῦ κρεῖττον·* v. Spanhem. ad Ioseph. II. pag. 413. a. *Κρείσσον' ἢ λόγοισιν* habet Euripides in Iphig. Taur. 844. (824. meae ed.) ubi *λέξαι* intelligi vult Musgravius, ut in Supplicibus v. 844. *κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ.* Thucyd. II, 64. de pestilentia: *πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γεγενημένον.*

54 65. Ita Aelianus Hist. Animm. I, 54. *ἀσπίδος ἀκούω μόνον δῆγμα ἀνίατον εἶναι καὶ ἐπικουρίας κρεῖττον.* De comparativo *κρείσσων*, *graviorem*, *molestiorem* significante vide Musgravium ad Eurip. Troad. 204. et Thomam M. p. 603.

55 66. Sic Euripides in Troad. 787.

τὰ δὲ τοιάδε χρὴ
κηρυκεύειν, ὅςτις ἄνοικτος,
καὶ ἀναιδείας τῆς ὑμετέρας,
γνώμης μᾶλλον, φίλος ἐστιν.

Talia nunciare decet eum, qui immisericors est, vestraeque impudentiae, quam sapientiae, studiosior. Si dixisset, *ἀναιδείας μᾶλλον φίλος, ἢ γνώμης*, genitivus *γνώμης* e *φίλος* penderet. Nunc a *μᾶλλον* regitur, ut etiam sic dicere potuerit, *ἀναίδειαν τὴν ὑμετέραν μᾶλλον γνώμης φιλῶν.* Sophocles in Antig. 74.

ἐπεὶ πλείων χρόνος,
ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.

i. e. *τοῦ, ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς ἐνθάδε.* In Philoct. 682.

οὐδ' ἔςιδον μοίρᾳ
τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν.

i. e. *ἢ τόνδε.* Herodotus II, 134. *πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος ἀπελίπετο πολλὸν ἐλάσσω τοῦ πατρός*, i. e. *τῆς τοῦ πατρός.* Diod. Sic III. 35. *ὁ δὲ λεγόμενος παρ' Αἰθίοψι κροκόττας μεμιγμένην ἔχει φύσιν κυνὸς καὶ λύκου, τὴν δὲ ἀγριότητα φοβερω-*

τέραν ἀμφοτέρων, i. e. τῆς ἀπφοτέρων. In Euripidis Bacchis v. 1090. quae leguntur,

ἦξαν πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες
ποδῶν ἔχουσαι συντόνοις δρομήμασιν,

ad superiorum exemplorum similitudinem accommodata sunt emendatione Musgravii οὐχ ἥσσονα, quam probarunt alii. Equidem vereor, ut recte. Videtur enim constructio haec esse: ὠκύτητα ποδῶν ἔχουσαι συντόνοις δρομήμασιν, οὐχ ἥσσονες πελείας, *velocitatem pedum citato cursu dirigentes, non secus quam columbae.* Vide adnotata ibi ad v. 1082.

67. Omnino frequentissime in libris veteribus superlati- 56
vum et comparativum permutantur, ut apud Herodotum II, 22. 144. 156. VII, 16. 2. 223. VIII, 137. IX, 115. Cuius rei saepe haec caussa fuit, quod terminationes τερος et τατος per compendia litterarum ambigua scribebantur. Conf. H. Stephan. de dial. Att. pag. 41. Valck. ad Phoeniss. pag. 666. Quamquam etiam ipsorum scriptorum inconstans usus est in hoc genere: v. Reisk. ad Lysiam Vol. II. pag. 161. et quae dixi ad Hecubam Eurip. 1200. Caeterum comparativi pro superlativo positi exempla attulerunt Stephanus de dial. Att. pag. 40. et Fischerus in praefat. ad Well. gramm. pag. X. et in animadv. ad eamdem II. pag. 149.

68. De superlativo comparativi locum obtinente v. Da- 57
vis. ad Iustin. M. pag. 441. Wesseling. ad Herodot. VII, 16. pag. 517. Clark. ad Odyss. XI, 481. Fischer. praefat. ad Welleri gramm. pag. XI. Aeschylus Eum. 30.

καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰςόδων μακρῷ
ἄριστα δοῖεν.

Si, ut par est, accurate talia considerantur, facile potest intelligi, non simpliciter superlativum pro comparativo poni, sed ut vim sibi propriam, sed cum comparatione ad aliud quid, retineat. Ita hic sacerdos optat oracula sibi dari eorum, quae umquam acceperit, optima. v. Abresch. Dil. Thuc. p. 514. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 491. Sic μάλιστα pro μᾶλλον, de quo Musgrav. ad Eurip. Iph. Aul. 1603. Sed ubi superlativum pro comparativo ponitur, necessario addi debet aut genitivus, aut ἤ. Quamobrem Marklandus in Supplicibus Euripidis v. 1076.

οὐκ ἄν τιν' εὕροιτ' ἄλλον ἀθλιώτερον

praefert lectioni codicum omnium ἀθλιώτατον. Non item no-

bis videtur necessaria emendatio Valckenarii ad Phoenissas pag. 537. seq. in Euripidis Andromacha v. 6. Ibi enim quum libri habeant,

νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυςτυχεστάτη γυνὴ
ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεταί ποτε,

scribendum censet,

νῦν δ', εἴτις ἄλλη, δυςτυχεστάτη γυνή,

deleto sequente versu. Qui vulgatam defendit, Heathius, non obiurgare Valckenarium, sed exempla afferre debebat. Recte vero Clarkius l. c. hunc locum comparat cum Homerico Od. λ, 481.

σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ,
οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὐδ' ἄρ' ὀπίσσω.

Germanice vim superlativi sic exprimas, *keiner war mehr so ganz glücklich, als du.* Quod autem Fischerus praef. ad Well. p. XI. ex Isocratis Euagora c. 13. (27.) affert, ὅτι καὶ τὸν ἐνθάδε βίον εὐτυχέστερον καὶ θεοφιλέστατον ἐκείνων διαβεβίωκε, recte, ut equidem puto, a Coraio correctum est roposito comparativo.

58 68. Absolutum comparativi loco apud Herodotum est IX, 26. οὕτω ὦν ὑμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤπερ Ἀθηναίους. Vide ibi Wesselingium. Comparativum autem pro absoluto apud Euripidem in Alcest. 981.

τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
κακῶς κλύοντι, καὶ κακῶς πεπραγότι.

Quod Hesychius κρεῖττον interpretatur. Vide ad h. l. Musgravium, et Koenium ad Gregor. pag. 46. Reizius pag. 54. de inclinatione accentus: *utimur sane vulgo comparativis pro absolutis. Verum qui talia comparativa primi usurparunt, ii utique comparationem fecerunt, sed rem comparatam subintellexerunt: deinde consuetudo retinuit formam, oblita est rei comparatae.*

59 68. Vid. Fischer. ad Well. II. p. 148.

60 69. Vid. Fischerus ad Well. II. p. 143.

De comparativis tria alia observanda. Primum, ea minuendi vim interdum habere, ut apud Latinos. Herodotus III, 145. Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος. Disputavit de hoc significatu Stephanus ad lib. de dialectis pag. 39 seq.

Deinde, ut Latini *subtilius quam verius*, et alia similia dicere solent, ita etiam Graeci loquuntur. Euripides in Medea 490. *πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα*. Herodotus III, 65. *ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα*. VII, 194. *γνοὺς ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἴη*. Diodorus Sic. I, 29. *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τούτοις παραπλήσια λέγοντες (φιλοτιμότερον ἤπερ ἀληθινώτερον, ὥς γέ μοι φαίνεται) τῆς ἀποικίας ταύτης ἀμφισβητοῦσι διὰ τὴν δόξαν τῆς πόλεως*.

Denique *μᾶλλον* interdum additur comparativis, ut apud Euripidem in Hecuba 377.

θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος
ἢ ζῶν.

Vide Thom. M. pag. 596. ibique interpretes. Euripides quidem hoc dicit: *potius qui mortuus est felicior est quam qui vivit*. Vide quae adnotavi ibi in ed. sec. ad v. 375.

Postremo hoc quoque observandum, *μᾶλλον* non semper cum *ἤ*, sed etiam cum aliis particulis construi. Aesopus in fab. 1. ab Huschkio edita: *οὐ μᾶλλον ἐπὶ τῷ τῶν νεοττῶν θανάτῳ ἐλυπήθη, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀμύνῃ*. Theocr. IX, 33. *οὔτε γὰρ ὕπνος οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι*. Adde Eurip. Cyclop. 147. De *οὐ μᾶλλον* vel *μὴ μᾶλλον ἀλλὰ* vide Schaeferum ad Aesop. p. 97. De *οὐ μᾶλλον ἢ οὐ* infra not. 263. *Οὐ μᾶλλον ὡς* quum dicitur, non est *ὡς* pro *ἤ*, ut Schaefero visum ad Plutarch. T. IV. p. 394. quod eo magis mirum est, quum laudet ibi Heindorfium in praef. quattuor librorum Platonis p. 21. qui rem optime tetigerit. Plutarchi verba in Coriolano c. 36. sunt: *καὶ μὴν οὐδενὶ μᾶλλον ἔπρεπε τηρεῖν χάριν ὡς σοί*. I. e. *οὐδενὶ μᾶλλον οὕτως ὡς σοι*. Adde Polyb. III. 12, 5. VII. 4, 5. XI. 2, 9. Alio modo erravit in hoc genere Schaeferus ad Demosth. p. 786, 20. (Appar. T. IV. p. 349.) ubi *ὡς τοὺς εὐεργέτας*, *ὡς* pro *εἰς* posito, refertur ad *εἰς τοὺς ἀσεβεῖς*.

71. Vid. ibi Wetsten. Alia exempla attulit Wakefiel- 61
dius ad Sophoclis Trach. 165. Caeterum notandum has formas etiam interdum ibi adhiberi, ubi solus ordo spectatur, ut apud Euripidem in Hecuba v. 32.

τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος.

Vide ibi Porsonum et quos censor Hecubae Porsonianae in *Monthly Review* 1799. *Ianuar* pag. 89. laudat, Valckenarium ad Hippol. 247. Thucyd. V, 75. VII, 51. Veram

rei rationem perspexit, sed obscurius indicavit Valckenarius. Neque enim licuisset Euripidi *τριταῖον φέγγος* vel *τριταίαν ἡμέραν* dicere, nisi hoc, quod de more dictum foret, in mente habuisset, *τριταῖος αἰωρούμενος*, *τριταία ἄσιτος οὖσα.* Quod per commutationem scriptoribus usitatissimam transfert ad rem, de qua proprie dici non poterat. Audacius illud in contrariam partem dictum est ab Aeschylo S. ad Th. 126. *ἑπτὰ δ' ἀγήνορες, πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σάγαις, πύλαις ἑβδόμαις προσίστανται*, pro *ἑπτὰ πύλαις.* Thomas M. pag. 761. *προτέρα ἐπὶ τάξεως· προτεραία δὲ ἐπὶ μόνης ἡμέρας. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης.* Conf. ibi interpp. Discrimen hoc est: *προτέρα, τρίτη ἡμέρα* dicuntur prior et tertia ex aliquo dierum numero, quibus res diversae gestae sunt; *προτεραία* autem et *τριταία* prior et tertia ex aliquo numero dierum, quibus eadem res continuis gesta vel gerenda est. Recentiores tamen etiam formam *αῖος* pro altera adhibuisse videntur. Agathias in prooemio Anthologiae v. 129. (in Iacobsii prolegom. ad Anth. pag. 58.)

ἑκταῖον δὲ μέλος κλέπτουσα Κυθήρη
εἰς ὀάρους ἐλέγοιο παρατρέψειε πορείην.

Quo intelligit librum sextum.

62 73. Theocritus II, 119.

ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτός.

Plato de legg. III, pag. 695. *ἐλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχήν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος.* Diodor. II, pag. 577. *ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος καὶ τρίτος.* Petri vero locus, aliaque quae post afferuntur exempla, nihil probant. Nam ubi nomen ipsum sequitur, non potest *αὐτὸς* poni, quia hoc ipsum pro nomine est.

63 74. Adde de numeralibus, si cum praepositione *ἐπὶ* componuntur, unum significari et eius quotam partem numerus cum *ἐπὶ* compositus indicat, ut *ἐπίτριτος*, i. e. unus et eius tertia pars, *ἐπόγδοος*, unus et eius octava pars, id quod Cicero de universo cap. 7. e Platonis Timaeo p. 313. *sesquitertium* et *sesquioctavum* numerum vocat. Ea verba, *sesquitertius* et *sesquioctavus*, si quidem recte Platonem intellexit Cicero, male intelliguntur ab aliis de tertio et dimidio, octavo et dimidio, ab aliis de secundo et dimidio.

septimo et dimidio. Quae de Graecis ἐπίτριτος et ἐπόγδοος, et de Latinis, quae attuli, vocabulis Ilgenius tradidit in disquis. de scoliorum poesi pag. 103. seqq. non satis dilucide tradita sunt. Epitritum pedem quem Graeci nominant, is constat secundum metricorum doctrinam e duobus pedibus spondeo et iambo vel trochaeo, sive praecedat spondeus, sive sequatur. Nunc iambus vel trochaeus e tribus moris constat. Spondeus ergo τούτου ἐπίτριτός ἐστιν, ut loquuntur, id est, hunc integrum et eius tertiam partem, sive quatuor moras complectitur. Nam si tres moras ponimus = 1: quatuor morae erunt = 1 ⅓. Etenim veterum metricorum doctrina his nititur numerorum rationibus: τῷ ἴσῳ, 1 : 1, cuius generis pedes sunt pyrrhichius, spondeus, dactylus, anapaestus, quorum quisque ex duabus partibus aequalibus constat; τῷ διπλασίῳ, 2 : 1, ut trochaeus et iambus, quorum altera pars ab altera altero tanto superatur; τῷ ἡμιολίῳ, 1 ½ : 1, ex quo genere paeones sunt, et Creticus, et Baccheus, in quibus sescuplum ad unum comparatur; τῷ ἐπιτρίτῳ, 1 ⅓ : 1, unde pedes epitriti dicti sunt.

75. Ὦ 'γαθὲ non significat *age*, sed amica compellatio est, quae tum maxime adhiberi solet, quum aliquem leniter admonere volumus. Continet enim plerumque tectam reprehensionem, ut Latinorum *o bone*. Quod si aliis, quam his verbis, Latine reddere quis velit, *quaeso*, *obsecro*, *amabo*, adhibenda sunt, quae pariter sunt indignantis cum quadam benevolentia. Graeci etiam ὦ βέλτιστε dicunt. Rem declarabit locus Platonis ab Hoogeveeno allatus: ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις, ὡς οὐ ταυτὰ σύ τ' ἐμοῦ κατηγορεῖς καὶ ἐγὼ σοῦ. σὺ μὲν γάρ ἐμὲ φῄς ἀεὶ ταυτὰ λέγειν, καὶ μέμφῃ μοι· ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταυτὰ λέγεις περὶ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους τοὺς ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους· νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ', ὦ 'γαθέ, εἰπὼν ἀπαλλάγηθι, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, καὶ εἰς ὅ τι. 64

75. Non tam *aliis de caussis*, quam *aliis in rebus*. 65
Verba Platonis haec sunt: τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν. Nam si diceret *aliis de caussis*, sequi deberet καὶ ὅτι. Herodotus IX, 25. ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ

ἐὼν ἐπιτηδεώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τά τε ἄλλα, καὶ εὐυδρότερος. Hic si τά τε ἄλλα esset *aliis de caussis*, pergere debebat aut καὶ ὅτι εὐυδρότερος, aut καὶ εὐυδρότερος ἐών. Nunc sensus hic: *regio Plataeensis quum aliis rebus aptior videbatur ad castrametandum Erythraeo, tum aqua abundantior.*

Observa etiam ἕτερος ἄλλος et ἄλλος ἕτερος iuncta apud Euripidem. In Suppl. 573. Barn. πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους, id est, ut opinor, *multos alios, eosque graviores pertuli labores.* In Orest. 339. Pors. τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ Ταντάλου σέβεσθαί με χρή; Vbi ἕτερον ἢ quasi ad explicandum ἄλλον adiectum videtur. Alibi ἄλλος apud poetas idem est quod ἀλλοδαπός.

66 77. Prorsus convenit nostrum *man*, quod proprie est *ein Mann*. Sed de nomine ἀνὴρ duo rariora observanda sunt. Primum, ἀνὴρ interdum pro homine dici singulari numero: nam de plurali ἄνδρες res notissima. Sophocles in Oed. Colon. 566.

ἐπεὶ
ἔξοιδ' ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐς αὔριον
οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.

Sic etiam intelligi debet in Aiace v. 77. Idemque usus etiam in prosa oratione invenitur. Alterum, ἄνδρες sic dici, ut terra continens intelligatur, cui opponuntur insulae vel mare. Hom. hymn. Apoll. 142.

ἄλλοτε δ' ἂν νήσους τε καὶ ἀνέρας ἠλάσκαζες.

Pindarus Olymp. VI, 15. ἀκίνδυνοι τ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι.

67 80. Inepte vertit Hoogeveenus. Dicere debebat: *omnino ne semel quidem audivisse vellem.* Soph. Antig. 92.

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.

Et in Electra v. 439. Herodot. I, 9. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω. I, 193. τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν. Aeschines in Ctesiph. pag. 509. (70.) ἀρχὴν δέ γε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετε τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. Idem Aeschines in eadem oratione sexies dixit etiam ἄρδην, *plane, prorsus.* Hero-

dot. IV, 25. τοῦτο οὐκ ἐνδέκομαι τὴν ἀρχήν. Thucyd. VI, 56. λέγοντες οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχήν. Xenoph. Oec. II, 11. ᾧ τὴν ἀρχὴν οὐδὲν πώποτ' ἐγένετο τούτων. Et VIII, 2. ἀλυποτέρα αὕτη ἡ ἔνδεια, τὸ μὴ δύνασθαι ζητοῦντά τι λαβεῖν, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ζητεῖν. Idem Symp. I, 15. ὅτι ἀρχὴν οὐδὲ νομίζεται εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν δεῖπνον εἰςφέρεσθαι. Lucian. Symp. 812. ὥςτε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶσθαι ἠξίου. Et in Διαλέξει πρὸς Ἡσίοδον, pr. θάτερον δὲ — οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐξαπέφηνας, ἀλλὰ τὸ μέρος τοῦτο πᾶν λήθῃ παρέδωκας. Plato Lys. 265, 32. πῶς οὖν οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῖν φίλοι ἔσονται τὴν ἀρχήν. Haec exempla Reizius congessit.

84. Conf. Abresch. Auctar. Diluc. Thuc. pag. 222. Sic 68
θυμοῦ βίᾳ, *invito animo*, Eurip. in Alcest. 832.

85. Vid. Fischer. ad Well. III, 313. Diodor. Sic. XI, 69
27. πᾶσιν ἐγένοντο καταφανεῖς, ὡς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀμφισβητήσοντες τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας: ubi Schaeferus deleri ὡς malit. [Nunc nolim. Conf. not. ad Gregor. Cor. p. 531. *Schaefer.*]

90. Ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων Dion. Halic. Ant. 70
R. V. pag. 291.

93. Exempla ubivis obvia, ut apud Herodotum I, 80. 71
ubi etiam ἡ κάμηλος de agmine camelorum dicitur. Ita ἡ βοῦς grex boum: v. Thom. Mag. pag. 169.

93. V. Fischer. ad Well. III. pag. 237. Quod mox 72
traditur, ἱππογνώμων in Aeschyli Agamemnone legi, falsum est: legitur vero in eius Τοξότισιν. Imperite etiam mox Hoogeveenus in nota 7. verba Triclinii τοῦ μὲν ἑνὸς παράδειγμα interpretatur *huius unum exemplum habemus*, quae vertenda erant, *alterius exemplum habemus.*

95. Βουθερὴς est quem boves depascunt. 73

103. De significationibus nominis Λόγος v. Niceph. Gre- 74
gorae technol. gramm. pag. 344. quam addidi libro de emendanda rat. Gr. gramm.

104. Dictum oportebat sine articulo περιβολήν τε καὶ 74
δίαιταν. b

106. Λόγος de prosa oratione saepius dicitur, ut apud 75
Aristot. de poet. I, 19. ubi λόγῳ ψιλομετρία, et III, 26. ubi ἔμμετρα opponuntur. Idem etiam vocatur λόγοι ψιλοί,

quibus metricam orationem opponunt Aristoteles de poet. I, 7. Rhetor. III, 2. Plato de legg. II. pag. 93. ed. Bip. Hinc λόγιοι oppositi ἀοιδοῖς, prosae orationis scriptores. Pindar. Pyth. I, 183. Nem. VI, 51. Sed in eodem carmine v. 75. λογίους intelligit omnino scriptores.

76 107. Aristot. de poet. II, 24. Eth. Nicom. I, 5. Magn. Mor. I, 4. et 5.

77 109. Sophocles Oed. Tyr. v. 1509.

πάντων ἐρήμους, πλὴν ὅσον τὸ σὸν μέρος.

77 113. Immo ne intelligeret quidem. Nam et οὐδεμία di-
b cendum erat, nec pronomen encliticum isto loco collocari licebat.

78 114. Scribere debebat Vigerus οὔτε μικρόν, οὔτε μέγα. Exempla adscripsit Reizius haec: Plato in Socr. Apol. 7. extr. quod postea etiam Hoogeveenus attulit. et §. 13. τούτῳ οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πώποτε ἐμέλησεν. et §. 10. ὑμᾶς οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν ἀποκρυψάμενος. et §. 6. ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν.

79 121. Immo ineptum est κατά intelligere, quod absente articulo nullo pacto potest intelligi. Loquendi modus οἷός τε λέγειν inde ortus, quod, quum proprie dici deberet, τοιοῦτος, ὥςτε λέγειν, id brevius dicebatur omisso ὥςτε, οἷος λέγειν. Τὲ autem mansit ex antiquiore sermone, *fere* significans, ut Latinorum *que*.

80 122. Omnino quae exempla de οὐδὲν οἷον *nihil vetat* significantibus afferunt, eiusmodi sunt, ut rectius verti videantur *praestat*. V. Devar. in οἷον. Sic etiam in Aristoph. Avib. 966. quamvis scholiastes per οὐδὲν κωλύον ἐστὶν explicet, *praestat* dicere videtur:

ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν.

Vigerus quod habet exemplum ipse finxit. Nec potest intelligi, quo pacto illa significatio, *nihil vetat*, his vocabulis accesserit, quam credibile est sic potius exprimi debuisse, οὐδὲν οἷον μή, i. e. οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον μή. Nam οὐδὲν οἷον, *praestat*, est οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον. — Iis, quae mox de ὅμοιον, *perinde*, dicuntur, quod nos *einerley*, adde Aesch. Agam. 1248. καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω. τί γάρ; τὸ μέλλον ἥξει. *Et perinde est, si quid horum non persuadeo. Quid enim? Futura venient.*

122. Immo et Budaeus ita ut Vigerus interpretatur: nec 81
alia mens Devario. Sed in eo Devarius reprehendit Budaeum, ut ego arbitror, minus recte, quod Budaeus hunc idiotismum communem linguae Graecae, Gallicae, atque Italicae sic reddit, *Nihil melius quam* — REIZIVS.

122. *Nihil vetat*, est, οὐδὲν χεῖρον. Schol. Aristoph. 82
Nub. 96. et 114. REIZIVS. Ed. meae ad v. 97. οὐδὲν δὲ χεῖρον ὑπομνησθῆναι καὶ Εὐπόλιδος: et ad v. 145. ἀλλὰ τῶν ἀρχαίων, παραδείγματος ἕνεκα, χεῖρον οὐδὲν μνημονεῦσαι.

122. De οὐχ οἷον v. Wesseling. ad Diod. Sic. III, 18. 83

123. Sic etiam ἃ δή. Sophocles in Aiace v. 1042. 84

βλέπω γὰρ ἐχθρὸν φῶτα, καὶ τάχ' ἂν κακοῖς
γελῶν, ἃ δὴ κακοῦργος ἐξίκοιτ' ἀνήρ.

124. Distinguitur a τρόπῳ ab Herodoto VI, 128. διεπει- 85
ρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης, καὶ τῆς ὀργῆς, καὶ παιδεύσιός τε καὶ τρόπου. ὀργὴν videtur dicere studiorum acrimoniam, τρόπον autem mores. Vide Hoogeveeni notam 70.

126. Homeri exemplum non quadrat. Ὅσον τάχιστα 86
Eurip. Troad. 295.

129. Ita etiam ὡς. Eurip. Iph. Aul. 943. 87

θαυμαστὰ δ' ὡς ἀνάξι' ἠτιμασμένη.

Vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 1148. Athenaeus p. 224. B. παῖδες πλῆθος ὅσον ἰχθύων φέροντες. Vid. Casaub. ad eum pag. 395.

129. Nulla in his ellipsis est, sed repetendum cogita- 88
tione est id, quod praegresso verbo continetur; infinitivus autem solus per se ponitur, finem, ut saepissime etiam aliis in formulis, notans. Ita ut plene haec sic dicenda sint: περίμεινε χρόνον, ὅσον περιμένειν ἔδει, καταστῆσαι τὰ πράγματα: *exspectavit, quamdiu exspectari oportebat ad res componendas.*

130. Hanc interpretationem refellit Devarius in οὐχ ὅσον. 89
REIZIVS. Vid. Hoogeveen. de partic. praef. pag. 3. et pag. 964. seq. Constructio verborum videtur talis esse, ac si dixisset προέχειν οὐ τοσοῦτον, ὥστε λανθάνειν, i. e. *magis eminuisse, quam ut lateret.*

90 130. Antiquus sermo ὅσον τε usurpabat, ut apud Homerum et Herodotum, v. c. IV, 122. ὡς εὗρον τοὺς Πέρσας ὅσον τε τριῶν ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχοντας ἀπὸ τοῦ Ἴστρου.

91 130. Plato epigr. 3.

νῦν ὁ τὸ μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς
ὦπται, καὶ πάντῃ πᾶς τις ἐπιστρέφεται.

Vix dixeram pulcrum esse Alexin, quum omnes in eum oculos coniiciunt. Dioscorides epigr. 4.

ἐξέφυγον, Διόδωρε, τὸ σὸν βάρος· ἀλλ' ὅσον εἶπα,
οὐκ ἔφυγον τὸν ἐμὸν δαίμονα πικρότατον.

Effugi te. At vix dixeram, quum non effugisse me sensi. Attulit ad h. l. Iacobsius pag. 369. Theocrit. XXV, 73. ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων. I, 45. τυτθὸν ὅσσον ἄπωθεν.

92 131. De his Dorvill. ad Chariton. pag. 602. seq. ed. Lips.

93 133. Adde ὅσον ὅσον. Aristoph. Vesp. 213.

τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην;

Quidni requiescimus aliquantillum? Proprie *quantum quantum gutta est.* Arrian. Ind. s. 29. ὀλίγοι δὲ αὐτῶν σπείρουσιν ὅσον ὅσον τῆς χώρης. Dicitur de re parva. Epist. ad Hebr. X, 37. conf. Wakef. Silv. Crit. vol. V. p. 146. seq.

94 135. Equidem non dubito, quin in Herodoti loco scribendum sit τὰ πάντα. Nam omissio articuli longe aliam affert significationem. Atque ipse Herodotus alibi addit articulum, ut IX, 70. Aeschyl. Pers. 337. ὁ πᾶς ἀριθμὸς ἐς τριακάδας δέκα νεῶν. Τὰ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατὸν *in universum CXX*, quum simpliciter summam omnium indicamus. Sed πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατὸν aut significat *tota CXX*, quum de numero, qui est CXX, nihil detrahendum esse dicimus, ut Μοῦσαι ἐννέα πᾶσαι, i. e. *omnes Musae, nulla exclusa.* Sic potest aliquis dici ἔτη πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατὸν εὐδαιμονῆσαι, *per omnes CXX annos felix fuisse*, sed *vixisse* dicendus est τὰ πάντα ἔτη ρκ', *integros CXX*. Aut significat *de diversis rerum generibus ex unoquoque genere centena et vicena.* Herodotus I, 50. κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε: *mactavit ter millenas hostias e quoque genere animantium, quibus sacra fieri solent.* Hoc genus dicendi illustrarunt Wesselingius et Valckenarius ad Herodot. IV, 87.

136. De hac loquutione v. Brunck. ad Soph. Electr. 95
301. Philoctet. 927.

Adde VII. πᾶς pro ὅλος. Herodotus IX, 70. τὴν φάτνην τῶν ἵππων ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν.

VIII. *Διὰ παντὸς, semper.* Sophocl. Aiac. 704.

ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων.

Herodotus I, 122.

IX. *Ἐς τὸ πᾶν, omnino.* Aeschylus Choeph. 682. 939. Eumen. 84.

X. *Πάντα εἶναί τινι*, et *ἅπαντα*, *tanti ab aliquo fieri, ut ei omnium instar sis.* Nos *einem alles seyn.* Exempla attulit Berglerus pag. 236. ad Alciphron. II, 3. in quo quod legitur, ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμὶ πάντα, in eo nescio an corrigendum sit αὐτῇ. Herodotus III, 157. πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. Vid. ibi Wessel. Idem VII, 156. ubi v. Valcken. Sed neque Valckenarius nec Berglerus debebant afferre Herodot. I, 122. ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. Hic enim qui additus est articulus, facit, ut longe aliam vim habeat hic locus, quam superiores. Ἦν οἱ ἐν τῷ λόγῳ πάντα ἡ Κυνώ, significaret, *verbis* (non item animo) *carissima erat Cyno.* Sed addito articulo hoc dicitur, *omne sermonum argumentum erat ei Cyno.*

XI. *Πᾶς* interdum pro *παντοδαπός*, *παντοῖος*, usurpatur. Homerus οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Sic voluit Valckenarius intelligi Herodotum VII, 56. ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενος ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέλεις ποιῆσαι, ἄγων πάντας ἀνθρώπους. Verum neque Herodotus hoc voluit, cuius locum ista interpretatio redderet languidissimum, (intelligit ille orbem terrarum, Graecia excepta) nec reliquorum exemplorum, quae ibi Valckenarius attulit, ea vis est.

XII. *Τὸ πᾶν* Pindarus Olymp. II, 153. *vulgus* appellat. ἐς δὲ τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζει. *Carmina mea*, inquit, *ad vulgus interprete indigent.*

138. *Οἱ πολλοὶ* non solum vulgus, sed etiam *pleros-* 96
que significat. Xenophon. Anab. V, 6, 19. τῶν δὲ στρατιωτῶν, ἐπεὶ ἤκουσαν, τοῖς μὲν ἐδόκει βέλτιστον εἶναι καταμεῖναι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὔ. Apud Sophoclem in Oed. Rege 845. quae leguntur,

οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος,

hunc sensum habent, *non potest unus numero par esse iis, qui plures fuisse dicuntur.* Quare etsi poterat Sophocles dicere εἷς γέ τις πολλοῖς ἴσος, non videtur tamen necessarium esse, ut id cum Brunckio reponatur.

97 141. V. Hemsterh. ad Lucian. T. I. pag. 147. Brunck. ad Eurip. Orest. 1251. Hecub. 784.

98 143. Pessime Hoogevenus. *Σωμάτων φυλακὴ custodia corporum et vitae* est, non *σῶμα salus.*

99 143. Ἑκάστους κατὰ σῶμα: *singulos viritim.* Aesch. c. Ctes. 405. seq. REIZIVS. Sic Pindarus Pyth. VIII, 116. τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν σωμάτεσσι, κακὰ φρονέων: *infestus impetum fecisti in quatuor luctatores.* Aeschylus in Prometh. 865. quum dicit, φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός, hoc videtur intelligi velle: *prohibebit Danai filios deus, quo minus virginibus cognatis potiantur.* Tragici σῶμα simpliciter de persona dicunt, ut δέμας quoque. Euripid. in Medea v. 24. σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι, *se ipsam permittens dolori.*

100 144. Adde σῶμα de cadavere vel mortuo homine apud Homerum semper dici, tum etiam apud alios, ut ap. Pindar. Olymp. IX, 52. Nem. IX, 55. De cadaveribus ferarum Homerus Iliad. III, 23. XVIII, 161. de mactatis hostiis XXIII, 169.

101 144. *Tandem* numquam verti debet τέλος, sed est *denique, postremo.*

102 145. Etiam ἐς τέλος *denique.* Xenoph. Oec. 17. §. 10. REIZIVS.

103 145. Ita et διὰ τέλους Xenoph. Oec. 17. §. 10. REIZIVS.

104 146. Vide ad h. l. Larcher. VI. p. 120.

105 146. Vide quae supra diximus nota 25.

106 146. Lucian. de Sacrif. 13. T. I. pag. 536. ὁ δ' ἱερεὺς ἕστηκεν ᾑμαγμένος — καὶ τί γὰρ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν.

107 147. T. I. pag. 391. Fallitur in illo loco Iensius ὅτι ante ἀνεμνήσθην reponendum putans. Latini pariter ut Graeci dicunt: *quid aliud quam recordabar?*

147. In Oreste Euripidis, quum Tyndareus v. 481. 108
dixisset,

Μενέλαε, προςφθέγγει νιν, ἀνόσιον κάρα;

respondet Menelaus:

τί γάρ; φίλου μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος.

Non hic cum Reiskio scribendum *τί γὰρ οὔ;* Nam *τί γὰρ* quum dicit, significat, *quid enim?* quod nos dicimus *freylich, natürlich.* Est autem hic usus frequentissimus. Caeterum *τίς* vel *τί* interrogativum Brunckius ad Soph. Antig. 605. et ad Philoct. 1393. 33. aliique cum coniunctivo et optativo sic putant construi, ut a coniunctivo *ἄν* necessario absit, ab optativo non possit abesse. Non omnino recte. Nec, qui hanc rationem defendit, Schaeferus in Melet. crit. p. 97. seqq. mansit, ut opinor, in hac sententia. *) *Τί* cum coniunctivo est deliberantis, utrum faciat aliquid necne, ut *τί φῶ;* i. e. *quid dicam, hoccine an illud?* Nos, *was soll ich sagen?* *Τί* cum optativo et *ἄν* est dubitantis, an aliquid fieri nequeat, ut in Philoct. l. l. *τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν;* *was könnten wir denn thun?* Ac poetae interdum *ἂν* omittunt. Sic fortasse Aeschylus in Choeph. 313. *τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας τύχοιμ', ἄγκαθεν οὐρίσας ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναί;* *quid potero dicere aut facere?* Certius ibidem v. 392. *ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τίς λέγοι;* *quis potest dicere, quanta viri sit audacia?* Sophocles in Antig. 604. *τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχοι;* *tuam, Iupiter, vim quae mortalium superbia potest cohibere?* Ad quem locum vide quae adnotavi. Contra in Theocr. XV, 51. scribendum *τί γενώμεθα;* *quid faciamus?* non *γενοίμεθα.* In Luciani Dial. meretr. IX. pag. 303, 81. legitur *τίς γένωμαι,* quam formulam, rariorem quidem, tuetur Schaeferus Melet. crit. p. 98. Rarius etiam *τί* omittitur, intelligendum e praegressa alia interrogatione. Aeschylus Eum. 791. 821. *τί ῥέξω; γένωμαι;* pro *τί ῥέξω; τί γένωμαι;* Sed ibi eleganter Tyrwhittus *γελῶμαι.* Eurip. Ion. 1446. *τίν' αὐδὰν ἀΰσω; βοάσω;*

148. Vide Zeun. ad Cyropaed. III, 2, 17. Quod ibi 109
legitur, *ἄλλου του, ἔφη, ὦ Χαλδαῖοι, ἢ τούτου ἕνεκα, εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε, ὅτι νομίζετε ἀσφαλέστερον ἂν δύνασθαι ζῆν,*

[*) V. not. ad Sophocl. Oed. Col. 1418. coll. ind. verb. rer. ad Odyss. p. 164. v. *κέ.* *Schaefer.*]

id vereor ut satis de more dictum sit. Quare praetulerim cod. Guelf. et ed. Iunt. lectionem ἄλλο τι.

110 148. Cf. Wolf. et Bast. (*Krit. Versuch.* p. 140.) ad Platonis Sympos. XXI, 11. *Ἄλλο τι* quum sine ἢ ponitur, interrogationem habent sola verba ἄλλο τι: reliqua non sunt in interrogatione. Prorsus similis Germanorum loquutio est *nicht wahr?* quod quum usurpatur, interrogationem continet sic, ut reliqua sine interrogatione proferantur: quare haec duo vocabula et in initio et in fine collocari possunt.

111 150. *Τὶς* etiam sine genitivo omittitur. Sophocles in Oed. Rege 314.

ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων.

Cf. v. 517. 612. in Aiace 154. in Electr. 1323.

111 b 151. Fallitur. Nam etiam τὶς gravi accentu, vel inclinato interrogationi inservit, sed ut non *quis*, verum *ecquis* vertendum sit, ubi collocatur in initio, ut apud Aeschyl. Choeph. 652. τὶς ἔνδον; *ecquis intus?* Vide not. 113. Vbi autem non est in initio, per *quis* encliticum, *aliquis* notans, vertendum est, ut in Demosthenis loco. Sophocles Oed. R. 1471. τὶ φημί; Et Trach. 865.

111 c 151. Immo non raro cum indicativo cuiuscumque temporis. Sic Homerus, ὧδε δέ τις εἴπεσκεν, ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον. Aeschylus Eum. 154. τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;

112 152. Xenoph. Mem. S. I, 4, 14. ὅταν τι ποιήσωσι, νομιεῖς αὐτοὺς σοῦ φροντίζειν; Ita Ern. in ed. prima, et interpretatur, *si quid illustre dii fecerint*, improbatque Steph. lectionem, ὅταν τί ποιήσωσιν. Postea locum ita corrigendum putavit, ὅταν τί ποιήσαντες. — Sed recte intercedit Hindenburgius (Animadvv. in h. l. p. 33 seq.), allato praeter alia exempla hoc gemino Plat. Alc. 1. ὅταν οὖν περὶ τίνος βουλεύωνται; cf. Phaedon. §. 54. REIZIVS. Theocrit. XI, 79.

δηλονότ' ἐν τᾷ γᾷ κἠγών τις φαίνομαι ἦμες.

Ita intelligi potest Eurip. Phoen. 1674.

γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

Nam ibi τὶς non esse minuendi caussa additum, nexus docet.

113 152. Proprie non *verum dicere*, sed *dicere, quod alicuius momenti sit.* Sophocles Oed. R. 1475. λέγω τι; Idem in Oed. R. 1471. et Trach. 865. τὶ φημί; ubi τὶ est indefinitum: quod interdum a poetis in principio collocari

docui in parte I. de emendanda rat. Graecae gramm. p. 95. *Οὐδὲν λέγειν* autem, quod saepe significat *nugari*, interdum sic dici videtur, ut indicet *nullius momenti esse.* Vide infra not. 189.

152. Vid. Abresch. ad Aesch. lib. III. p. 83. et Brunck. 114
ad Sophocl. Ai. 245. Sic saepe τὶς pro ἐγὼ usurpatur. *Ποῖ τις τρέψεται*, *quo confugiam?* Aristoph. in Thesm. 603.

Adde τίς pro ποῖος dici. Sophocles in Trachin. 311. *τίς ποτ' εἶ νεανίδων; ἄνανδρος ἢ τεκοῦσα;* Vid. Valckenar. ad fragm. Callimachi pag. 23.

Denique τὶς ironice dicitur, quum quis aliquem nominare non vult. Sophocles in Aiace v. 1138.

τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι.

Hoc dictum cuidam, i. e. tibi, *malum inveniet.* Vid. ibi Brunck. Adde Lucian. dial. meretr. 3. pag. 285, 61.

153. Herodotus VI, 137. *ἑωυτοὺς δὲ γενέσθαι τοσοῦτο* 115
ἐκείνων ἄνδρας ἀμείνονας, ὅσῳ, παρεὸν αὐτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς Πελασγούς, ἐπεὶ σφεας ἔλαβον ἐπιβουλεύοντας, οὐκ ἐθελῆσαι.

155. Adde πρὸς χάριν cum genitivo, quod idem est at- 116
que χάριν, vel ἕνεκα. Sophocles in Trach. 178.

εὐφημίαν νῦν ἴσχ'· ἐπεὶ καταστεφῆ
στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χάριν λόγων.

Idem in Antig. 30. *πρὸς χάριν βορᾶς*, ubi vid. Brunck.

Demosth. in Panath. T. I. pag. 243. *αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα ἐπελθοῦσαι διέφθειραν ἐκ χειρός.* Diod. Sic. XI, 7. *συστάδην γὰρ οὔσης τῆς μάχης, καὶ τῶν πληγῶν ἐκ χειρὸς γινομένων.* Vide quae dixi ad Sophoclis Ai. 27. in Erfurdtii ed. mai. Similiter ἐς χεῖρας. Sophocles Trach. 441.

Ἔρωτι μέν νυν ὅςτις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

v. Oed. Col. 975.

Χεὶρ saepe de potestate usurpatur: unde *οἱ ὑπὸ χεῖρα* sunt subditi: (Thom. Mag. pag. 896.) Vtrumque cognoscere licet e Sophoclis Electr. 1090.

ζώης μοι καθύπερθεν χερὶ
καὶ πλούτῳ τῶν ἐχθρῶν, ὅσον
νῦν ὑπὸ χεῖρα ναίεις.

Superes mihi tantum potentia et opibus inimicos, quantum nunc iis subiectus es.

117 155. V. Wesseling. addenda ad Diod. Sic. T. I. p. 277. Musgrav. ad Eurip. Bacch. 738. qui dicit *χεροῖν δίκαν.*

118 157. Spanhem. ad Callim. h. Dian. 100. ubi Callimachus, *σκαιρούσας ἐλάφους, μέγα τι χρέος.* Conf. Fischer. ad Well. III. pag. 288 seq.

119 158. Male cedit Vigero exemplorum inventio. *Ἄρχοντος* hic non potest articulum habere: quem si haberet, rex diceretur huius principis, i. e. sui ipsius exemplar ac specimen.

119 b 164. Neutrum verum, sed verbum cum duplici accusativo, altero totam rem, altero partem rei notante, construitur.

120 164. Sic etiam pluralis *ἡμῖν* et *ὑμῖν* usurpatur. Sophocles in Aiace v. 216.

μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς ἥμιν ὁ κλεινὸς
νύκτερος Αἴας ἀπολωβήθη.

Et in Oed. R. 1401.

οἷ᾽ ἔργα δράσας ὕμιν, εἶτα δεῦρ᾽ ἰὼν
ὁποῖ᾽ ἔπρασσον αὖθις;

121 164. Eurip. Androm. 660. *προνοίᾳ τῇ σῇ.* V. Musgrav. ad Androm. v. 982. Sic Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 32. *ἐμὴ δωρεά* dicit, *donum mihi datum.* Vid. ibi Zeun.

122 165. Conferri poterit Nicephorus Gregoras §. 148. editus post librum de emendanda rat. Gr. gramm. pag. 341 s. De singulari usu pronominis *οἷ*, quod apud Orpheum in Argonauticis fere cum quolibet verbo supervacaneum coniungitur, vide dissertationem nostram de aetate Orphei Argonauticorum.

123 166. Herodotus VII, 19. *θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δῶρα λαβεῖν.* VIII, 124. *αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. Αὖθ᾽ ἕκαστα,* non *αὐθέκαστα,* in antiquis codd. scribi observat Brunckius ad Prometh. Aeschyli 958.

123 b 166. Apud epicos etiam sine articulo. Ponam hic summam eorum, quae in dissertatione de pronomine *αὐτὸς* exposui, inserta Beckii actis seminarii regii vol. I. pag. 42—76.

I. *Αὐτός, ipse,* sic dicitur, ut quis distinguatur ab eo, quod ipse non est, ut anima hominis a corpore, Odyss. *λ'.*

602. vel corpus ab anima, ut in principio Iliadis αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, vel homo ab rebus, quas ipse habet, Od. ι'. 329. 332. vel ab sociis et sodalibus suis, Iliad. ϑ'. 4. ι'. 302. vel aliquid a rebus, quae circa sunt, ut Od. γ'. 171. vel totum a partibus, Iliad. η'. 474. vel aliquis a semet ipso, ita ut ipse sine alius rei adiumento quid facere dicatur, Iliad. ϑ'. 75. ϱ'. 48. Quo in genere quaedam paullo obscuriores distinctiones sunt, ut Od. ζ'. 323. τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀϑήνη· αὐτῷ δ' οὔπω φαίνετ' ἐναντίη, i. e. *preces eius audivit, sed ipsi non venit in conspectum.* Iliad. ι'. 449. ὅς μοι παλλακίδος πέρι χώσατο καλλικόμοιο, τὴν αὐτὸς φιλέεσκεν, *quam ipse amabat, neque ab aliis volebat amari.*

II. Saepe αὐτὸς *vel, adeo* significat. Iliad. ζ'. 450. ἀλλ' οὔ μοι Τρώων τόσσον μέλει ἄλγος ὀπίσσω, οὔδ' αὐτῆς Ἑκάβης. Iliad. μ'. 429. διαμπερὲς ἀσπίδος αὐτῆς. Et quod nos dicimus *gerade.* Iliad. ν'. 614. ἤτοι ὁ μὲν κόρυϑος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης ἄκρον ὑπὸ λόφον αὐτόν. Vel quod *gleich, statim.* ι'. 195. ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεὺς αὐτῇ σὺν φόρμιγγι, *statim, ut erat, cum cithara.* Tum etiam caritatis indicandae caussa usurpatur. Od. ξ'. 141. καί μ' ἔτρεφον αὐτοί.

III. Porro, quoniam non ipse facere videtur, quae quis vi aut necessitate coactus facit, αὐτὸς significat *sponte.* Iliad. ϱ'. 254. ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω. Quumque saepe distinguat aliquem ab aliis, etiam *solum* notat. Iliad. ν'. 729. ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσϑαι. Hinc nata formula αὐτοί ἐσμεν, de iis, qui ut soli cum amicis et familiaribus liberius loqui solent: v. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 250. Heusd. Spec. crit. in Plat. p. 30. Heindorf. ad Plat. Parmen. p. 220. Vnde significat, quod nos dicimus *im Vertrauen.* Od. η'. 237. (τ'. 104.) ξεῖνε, τὸ μέν σε πρῶτον ἐγὼν εἰρήσομαι αὐτή. Adde γ'. 19. 327. ξ'. 331. (τ'. 288.) Sic etiam intellige ϑ'. 396.

IV. Interdum explicationis caussa dicitur, ut in hymno Cer. 1. Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν ϑεὸν, ἄρχομ' ἀείδειν, αὐτὴν, ἠδὲ ϑύγατρα τανύσφυρον. In quo genere observa haec negligentius ab Homero dicta, Iliad. ω'. 569. μή σε, γέρον, οὐδ' αὐτὸν ἐνὶ κλισίῃσιν ἐάσω, pro μηδ' αὐτόν. Et Od. η'. 73. οὐ μὲν γάρ τι νόου γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἐσϑλοῦ, pro οὐδ' αὐτή. Denique etiam pronomini explicando nomen adiici, Iliad. α'. 143. ἂν δ' αὐτὴν, Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον, βήσομεν.

V. Saepe etiam *αὐτὸς* *hic* et *ille* notat, quod nos *er* dicimus accentu pronomen notantes, quia oppositioni et distinctioni inservit, Iliad. γ'. 282. *αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω καὶ κτήματα πάντα· ἡμεῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα ποντοπόροισιν.* Sic etiam Attici. Aeschylus Prom. 440. *ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ.* V. Heindorf. ad Plat. Lys. p. 4.

VI. Ponunt autem Graeci hoc pronomen de omnibus personis hac significatione, omisso etiam pronomine personam indicante. Iliad. ν'. 252. *οὐδέ τοι αὐτὸς ἧσθαι ἐνὶ κλισίῃσι λιλαίομαι.* 448. *δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο.* Od. β'. 374. *πρίν γ' ὅτ' ἂν ἐνδεκάτη τε δυωδεκάτη τε γένηται, ἢ αὐτὴν ποθέσαι.*

VII. Vbi verbum de eadem persona est, de qua pronomen, Graeci solent *αὐτὸς* addere, ut Sophocles, *ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς τύχης νέμω.* Homerus tamen nunc solum pronomen personae ponit, ut *ἀμφὶ ἓ παπτήνας*, nunc solum *αὐτός*, omisso altero pronomine, ut Iliad. ι'. 342. *τὴν αὐτοῦ φιλέει.* Od. κ'. 27. *αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν.* Nunc vero etiam utrumque coniungit, sed divisim, *ἐμέθεν αὐτῆς, σέο αὐτοῦ*, etc. non *ἐμαυτῆς, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ.* Habet autem tum prius illud pronomen accentum suum, ut *ἓ αὐτόν.* Raro sequitur hoc pronomen, et tum est encliticon. Od. δ'. 244. *αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας.* ϱ'. 595. *αὐτὸν μέν σε πρῶτα σάω.*

VIII. Porro ubi non inest reciproca significatio in verbo, *ἐγὼ αὐτὸς, σὺ αὐτὸς*, etc. usurpantur, praecedente personae pronomine, ad distinguendas personas. Iliad. ε'. 63. *αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο, οἷ τ' αὐτῷ.* Vnde apparet, personale pronomen non esse encliticon. Excipe, si singula pronomina ad alia verba referuntur, ut Iliad. κ'. 242. *εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι*, i. e. *εἴ με κελεύετε, αὐτὸν ἑλέσθαι ἕταρον*, *si vultis, ut ipse mihi socium eligam.* Contra ubi nulla personarum distinctio vel oppositio est, encliticon est pronomen personale, et nunc praecedit, nunc sequitur.

IX. Non abundat *αὐτός*, ut visum est quibusdam, sed, ubi videtur abundare, habet aliquam ex iis, quas posuimus, significationibus, licet interdum satis latentem. De singulis Homeri locis vide dissertationem ipsam, cuius hic excerpta damus.

X. Habet pronomen αὐτὸς etiam simpliciter vim pronominis relativi, respondetque nostris encliticis, *er*, *sie*, *es*, sed ea significatio tantum in obliquis casibus, numquam in nominativo locum habet. Nec tamen propterea encliticon fit αὐτόν, ut in Iliad. μ', 208. volebant grammatici.

XI. Sequitur ille huius pronominis usus, quo est *idem*, apud epicos quidem etiam sine articulo: v. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 303. apud Atticos autem semper cum articulo, ὁ αὐτός.

XII. Notanda praeterea formula ὑπὸ τὸ αὐτό. Et ὑπὸ τὸ αὐτὸ est *sub idem tempus*, i. e. circiter eodem tempore. Nec potest dici ὑπ' αὐτὸ hac significatione, ut putabat Toupius ad Longin. p. 302. Neque ἐν αὐτῷ apud Longinum XII. 4. significat *eodem in loco*, sed potius *in illa ipsa re*.

XIII. Similes sunt formulae κατ' αὐτὸ et κατὰ τὸ αὐτό, quarum κατὰ τὸ αὐτὸ significat *eodem tempore*: vide Toupium ad Longin. p. 302. Schaefer. ad Lamb. B. p. 210. 550. κατ' αὐτὸ autem, quod eamdem vim habere putabat Toupius ad Suid. T. II. p. 73. et Schaeferus ad Greg. Cor. p. 57. longe aliud est. Significat enim *tunc ipsum*, quod nos dicimus *gerade*, *eben*. Herodianus I, 12, 7. ἐπέσχε δὲ κατ' αὐτὸ καὶ λιμὸς τὴν πόλιν *und gerade trat auch Hungersnoth ein*. Adde Plat. Cratyl. p. 436. C. Polyb. in Excerpt. Vales. p. 1455. (T. IV. p. 560. ed. Schweigh.) Strabo T. V. p. 651. (978. D. Almel.) κατ' αὐτὸ ἢ μικρῷ πλέον τῶν ὀκτακοσίων, *gerade oder ein wenig über* 800.

XIV. Similis formula est αὐτὸ μόνον, de qua v. Valcken. ad Fr. Callim. p. 28. et Bast. ep. crit. p. 135. ed. Lips. Αὐτὸ μόνον βουκόλος, *nihil nisi bubulcus*. Huc pertinet etiam αὔτως, quod numquam, ut grammatici volunt, idem est quod οὕτως. Nec discrimen est inter αὔτως et αὕτως, sed apud Homerum ubique scribendum αὔτως: αὕτως autem, nisi forte grammaticorum inventum est, Atticum credas licet. Significat autem primo *hoc ipso modo*. Soph. Oed. R. 951. *A.* ἀλλ' ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ γένοιτο — *I.* αὔτως δὲ καὶ σύ γ', ὦ ξένε. Inde est ὡσαύτως, quod Homerus semper ὡς δ' αὔτως dicit, et, ut ap. Soph. Trach. 1048. ὧδ' αὔτως. Secundo, quum ad statum, qui antehac fuit, refertur, notat *adhuc*, *noch*. Iliad. σ'. 338. τόφρα δέ μοι παρὰ νηυσὶ κορωνίσι κείσεαι αὔτως. Quum autem ad praesentem statum, *ut nunc sum*, quod nos dicimus *gleich so*. Iliad. ε'. 255. ὀκνείω δ'

ἵππων ἐπιβαινέμεν, ἀλλὰ καὶ αὔτως ἀντίον εἶμ' αὐτῶν. v. 198. ἀλλ' αὔτως ἐπὶ τάφρον ἰών, Τρώεσσι φάνηθι, *sic, ut es, sine armis.* Ex hac significatione derivantur aliae, ut Iliad. ί. 598. τῷ δ' οὐκέτι δῶρ' ἐτέλεσσαν πολλά τε καὶ χαρίεντα, κακὸν δ' ἤμυνε καὶ αὔτως, *sic quoque*, i. e. *nihilo minus.* ψ'. 620. δίδωμι δέ σοι τόδ' ἄεθλον αὔτως, quamvis non certaturo, i. e. *gratis:* nos *auch so*, ultima voce accentu notata. Indidem nascitur significatio eadem, quae est in formula αὐτὸ μόνον. Od. ύ. 379. ἀλλ' αὔτως ἄχθος ἀρούρης, *nil nisi terrae pondus.* Sic μὰψ αὔτως, ἀνεμώλιον αὔτως, νήπιος αὔτως, ἄφρων αὔτως, ἀκλεὲς αὔτως. Et cum verbis, ut Od. π'. 313. δηθὰ γὰρ αὔτως εἴσῃ ἑκάστου πειρητίζων, ἔργα μετερχόμενος, *nihil aliud quam diu circumibis, singulos explorans.* Quoniam vero multis in rebus qui nihil aliud efficit, quam ut hoc, quod facit, faciat, is id temere facit, αὔτως etiam *temere* significat. Iliad. ζ'. 55. τίη δὲ σὺ κήδεαι αὔτως ἀνδρῶν. Vide ρ'. 143. Od. δ'. 665. μ'. 284. Cui significationi proxima denique haec est, qua αὔτως *frustra* notat. Iliad. ό, 128. ἦ νύ τοι αὔτως οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί. Sic 513. π'. 117. σ'. 584.

124 169. Adde αὐτάγγελος, *qui ipse nunciat aliquid*, de quo verbo v. Niceph. Gregor. §. 62. et Ammon. pag. 2. ibique Valckenar. Item αὐθέντης vel αὐτοέντης, quod eamdem vim habet atque αὐτόχειρ. Sophocles in Oed. R. 106.

τούτου θανόντος νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς.

Αὐτότοκος πρὸ λόχου ante ipsum partum. Aeschylus Ag. 140.

125 170. Plutarch. Institut. Lacon. 34. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, *Archilochum, quum Lacedaemonem venisset, continuo expulerunt.*

126 171. V. Iensium ad Lucian. T. I. pag. 296.

127 176. V. Hoogeveen. praefat. ad doctrin. particul. p. 9.

128 178. Egregie fallitur. Locus Platonis pertinet ad eum, quem secundum pronominis usum numerat. Τοῦτο enim ἡμῖν ὠνομάσθω est *eo, quodcumque ei nomen aptum est, nobis nuncupatus esto.* Et in Cicerone *hoc* ablativus est, qui refertur ad *vocabulo.* Simillimus Aeschyli locus est in Agamemnone v. 168.

Ζεύς, ὅςτίς ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
τοῦτό νιν προςεννέπω.

Iuppiter, quicumque is est, si hoc ei gratum est nomen, eo eum invoco. Et sic saepe alii alibi, sed ellipsis hic nulla est.

179. V. Abresch. ad Aeschylum lib. I. p. 86. Brunck. 129
ad Eurip. Bacch. 1041. ad Orest. 296. ad Sophocl. Oed. Col. 74.

181. Sic volunt intelligi *αὔξει* in Sophoclis Trachiniis v. 130
117. sed ibi activum est: *πολλὰ γὰρ ὥςτ' ἀκάμαντος ἢ Νότου ἢ Βορέα τις κύματ' ἐν εὐρέϊ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ, οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου, πολύπονον ὥςπερ πέλαγος Κρήσιον: nam ut quis continuos in mari fluctus videt, ita quasi Creticus quidam pontus Herculem habet, augetque eius labores.*

182. Non hoc dicit Euripides, *qui deditus est volu-* 131
ptati, sed, *concedens aliquid voluptati, indulgens ei.* Ac loquitur de uno tantum facto.

182. Aristot. Rhet. I, 15. pag. 76. *ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πό-* 132
λει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι. Increbuit (mos invaluit) in civitate, ut se improbos esse fateantur. Quid est *ἐπιδεδωκὼς ἑαυτῷ?* Schol. Aristoph. Nub. 361. REIZIVS. Intelligit scholiastes inflatos, quoniam hi quasi se ipsos augent.

183. Memoria fallitur. Nam Olynth. I, 14. est *τὰ πρά-* 133
γματα ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίππου. Olynth. autem II, 9. *πρὸς τοῦτο (καιροῦ) παρέστη Φιλίππῳ τὰ πράγματα.* Et Ol. III, 7. *εἰς τοῦτο περιστήσεται τὰ πράγματα.* Sed Isocr. REIZIVS.

183. *Λείπει* solum in codicibus adscriptum notat deesse 133
aliquid et periisse. b

187. Vid. Locella ad Xenoph. Ephes. pag. 239. ubi pas- 134
siva verba, ut saepius apud Homerum, adduntur. Activa et neutra in hoc genere loquendi ab Atticis adhiberi docuit Dawes. in Misc. crit. pag. 100.

187. Ita *θνήσκειν, νοσεῖν πρός τινος.* V. Valckenar. ad 135
Eurip. Hippol. pag. 287. b.

188. Inprimis memorabile est, medias et passivas for- 135
mas verborum, quorum activae formae significationem neutra- b

lem vel passivam habent, saepe activa significatione usurpari. Ita a *ταγεύειν*, quod est *ducem esse*, apud Aeschylum in Sept. ad Th. 58. *ταγεύεσθαι* significat aliquem aliquo mittere in stationem.

136 189. Contra Kusterum disputavit etiam Ernestius ad Iliad. XX, 310. Conf. etiam Valckenar. ad Eurip. Phoen. pag. 555.

136 191. Non opus est, ut ipsa dicentis persona introduca-
b tur. Sophocl. Antig. 2.

ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

ubi vide adnotata.

137 193. Vocatur hoc schema Pindaricum. Plura dedi in commentatione de metris Pindari ad Olymp. VIII.

137 194. Neutris pluralibus verba pluralia apud Atticos non
b iungi, nisi ubi de rebus animatis sermo est, ut *τέκνα μὴ θάνωσι*, censebat Porsonus in addend. ad Eurip. Hec. 1149. Nempe quod *παῖδες* in mente habebat, non quod rem animatam. V. supra p. 713. et ipsum Porsonum ad Orest. 596. Sed exstant etiam in contrariam partem exempla. Vide Thucyd. I, 126. V, 26. VI, 62. VIII, 10. et Popponem ad Thuc. vol. I. part. I. p. 98. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 2.

138 194. Alia huius loci ratio est; nam male eum attulit. Ita scripsit Sophocles:

στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ
μαθόντες ἀμφέστησαν, εἶτ' ὀνείδεσιν
ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν, οὔ τίς ἔσθ' ὃς οὔ,

et reliqua. Itaque verba *οὔ τίς ἔσθ' ὃς οὔ* tamquam in parenthesi addita sunt, nec cohaerent cum sequente participio. Magis notanda est haec pluralis et singularis commixtio, ut in Eurip. Herc. f. 858. *Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ', ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι*, ubi aut *μαρτύρομαι δρῶσα*, aut *μαρτυρόμεθα δρῶντες* dici debebat, si grammaticam rationem, non id, quod cogitatur, spectes. Vide de hoc loquendi modo Porsonum suppl. praef. ad Hecub. p. 38.

138 194. Saepe sic Attici, *τὶς* in animo habentes. Eurip.
b Suppl. 453. *τερπνὰς τυράννοις ἡδονάς, ὅταν θέλῃ*, scilicet *ὁ τύραννος*, vel *τύραννός τις*. Vid. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 195. Protag. p. 499. Fit hoc maxime post pluralem: vide

ad Eurip. Iph. Taur. 1148. ex quo intelligitur, recte libros in Demosthenis or. in Aristocr. 125. p. 661, 26. πάθῃ habere, quod critici mutarunt in πάθωσι.

194. Attici saepe plurali pro singulari utuntur, ut συγγνωστά, pro συγγνωστόν. V. Valcken. ad Phoeniss. pag. 363. Brunck. ad Soph. Philoct. 493. 524. Tragici autem inprimis pluralem cum emphasi pro singulari usurpant: v. eumdem ad Eurip. Bacch. 543. ad Sophocl. Oed. Reg. 366. Antig. 565. 139

195. Verba haec sunt: 140

τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν,

in quibus minime activam vim verbum habet, sed adiectum eodem modo, ut in ἔρχεσθαι ὁδόν, et aliis similibus. Aptius foret, quod v. 40. legitur:

καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;

Vid. ibi Brunck. et Pors. ad Orest. 1427. Omnino cautum esse in hoc genere oportet. Prorsus falsa sunt, quae ex Platone Zeunius attulit, Fischerum sequutus, qui in rebus, in quibus iudicio opus est, minime audiendus. In Phaedone Platonis p. 117. D. recte Heindorfius κατέκλασε ex coniectura Stephani a codice confirmata recepit. In Politico p. 272. E. ψυχὴ dicitur σπέρματα πεσοῦσα εἰς γῆν, i. e. vita recidisse in terram sic, ut semen esset alius vitae, et sic deinceps saepius. Verbum ἐλπίζειν non esse activum docuit Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 345.

195. V. Niceph. Gregor. post librum nostrum de emendanda rat. Gr. gr. pag. 350. sect. 188. 141

198. *Ἡγοῦ, existimare debes.* Eurip. Iph. Aul. 734. ubi vid. Markland. Num vero barbarus Homerus, qui dixit μηδὲ σύ, Πηλείδη, ἔθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ? 142

198. Rationem huius formulae οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὡς ποίησον eam esse recte dixit Bentleius ad Menandrum pag. 107. ac si dicatur δρᾶσον, οἶσθ' ὅ; ποίησον, οἶσθ' ὥς; Amplius eam rem illustravit Koënius ad Gregor. p. 7 seq. allato etiam aptissimo Plauti loco in Rudente III, 5, 18. *tange, sed scin' quomodo?* Vid. Brunck. ad Soph. Oed. Reg. 543. Porson. ad Hecubam 229. Eiusdem generis est, quod Euripides habet in Iphig. Taur. 1203. οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω, quae nec Marklandi nec Iacobsii mutatione in Animadvers. pag. 85. proposita indigent. 143

144 198. Vid. Musgrav. ad Eurip. Ion. 1357. Aliud exemplum est in Hercule furente v. 792.

145 199. Negatio saepissime cum futuro per interrogationem sic coniungitur, ut aliquid fieri iubeatur. Euripides in Andromacha v. 1062.

οὐχ ὅσον τάχος
χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν,
καὶ τἀνθάδ' ὄντα τοῖς ἐκεῖ λέξει φίλοις,
πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κατθανεῖν ἐχθρῶν ὕπο;

Vid. Zeun. ad Xenoph. Cyrop. II, 3, 22. sive Hoogeveen. de partic. pag. 903. Cum praesente, sed eo tali, quod fere ubique futuri significationem habet, Sophocles Philoctet. 975.

οὐκ εἶ μεθεὶς τὰ τόξα ταῦτ' ἐμοὶ πάλιν;

Quare in Eurip. Herc. fur. 1055. dedi αἰάξετε pro αἰάζετε.

146 200. Vide de hoc loco ἐπίμετρον.

147 200. Fallitur vehementer, optativum pro indicativo poni posse existimans. Optativi propria vis haec est, ut indicet aliquid non *esse*, sed *cogitari* tantum. Itaque qui dicit ἔλεγες, ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην ἔπεμψε, credere se ostendit, rem ita esse. Verum qui ἔλεγες ὅτι πέμψειε dicit, eo indicat, hanc esse cogitationem atque opinionem eius, qui illud dixerat: qui quidem illud ita poterat dicere, ut et verum esset, et falsum. Itaque in superiore exemplo si Xenophon dixisset, ὃς κατεκρήμνισε, certum indicasset hominem, qui Andrios et Corinthios praecipites egerat: quum autem ὃς κατακρημνίσειε dixit, intelligi illum talem voluit, qui id fecisse putaretur, sive vere fecisset, sive non fecisset. Quare id Latine exprimi potest ita, *si quis*, vel *quisquis*. Improbavit nuper hanc nostram interpretationem Gailius in Observationum grammaticarum libello p. 5. sensum loci Gallice ita exprimens: *Lysandre demanda à Philoclès quel supplice méritait un homme qui aurait précipité du haut d'un roc les Andriens et les Corinthiens.* Quam versionem quidni probem, quae id ipsum exprimat, quod ego volueram? Tantum abest enim, ut aliud ego voluerim, ut ex his, quae de optativi natura dixi, illa ipsa interpretatio necessario consequatur. Sed videtur vir praestantissimus haec verba mea, *intelligi illum talem voluit*, ita accepisse, quasi *illum* non, ut volebam, hominem quemcumque, sed Philoclem dixissem. Quae autem idem Gailius de Platonis loco in Protagora p. 329. C. disputat, vereor ne subtilius quam verius

dicta sint. Referuntur enim ad ea, quae Protagoras dixerat p. 322.

200. Coniunctivi propria vis est, ut aliquid *fieri posse* significet, ita ut non agatur de eo, quod illud fieri posse *cogitetur.* Ita οὐκ ἔχω ὅποι τράπωμαι est *non habeo, quo confugere possim,* quod Latini etiam coniunctivo exprimunt, *non habeo, quo fugiam.* Longe aliud est οὐκ ἔχω ὅποι τραποίμην ἄν, i. e. *non habeo, quo me confugere posse sperem.* Illud enim, οὐκ ἔχω ὅποι τραποίμην, sine ἄν, etsi per modorum significationem recte dici potest, non solet tamen dici, quia hic optativus constructioni praeteritorum temporum servatur, οὐκ εἶχον, ὅποι τραποίμην. Quoniam enim coniunctivus τράπωμαι de praesente intelligitur, non satis recte dicetur, οὐκ εἶχον, ὅποι τράπωμαι, quorum alterum verbum de praeterito, alterum de praesente accipiendum esset. Contra optativus τραποίμην, quamquam pariter atque coniunctivus praesentis significationem per se habet, tamen, quia ad opinionem et cogitationem eius, de quo sermo est, refertur, commode coniungi potest cum praeteritis, οὐκ εἶχον ὅποι τραποίμην, quia cogitationem perfugii indicat tum praesentem in animo eius, de quo sermo est, fuisse, quum ille hoc vel illud faceret. Neque vero perinde est, utrum dicatur, ἠρώτησε, τί εἴη ἄξιος παθεῖν, i. e. *interrogavit, qua poena dignus esset,* et ἠρώτησε, τί ἂν εἴη ἄξιος παθεῖν, i. e. interrogavit, qua poena *dignus esse posset,* vel *dignus futurus esset,* is, qui nunc nulla dignus est. 148

200. *Τί λέγω, τί φῶ,* et similia non sunt coniunctivi pro indicativis, sed, nisi propria quadam vi coniunctivi, qua oportere quid fieri indicetur, per ellipsin dicuntur, quae est in omni interrogatione, ut *nescio,* vel *dubito,* vel *dic mihi.* Vide quae dixi ad Aristoph. Nub. v. 192. Caeterum de his, βούλει εἴπω, vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 267. 149

200. Ineptissima attulit exempla ad rem confirmandam, quae nullis probari exemplis umquam poterit. In Lucae loco ἔλθῃ pendet ex articulo ὅ ea ratione, quae nota 148. ad reg. IX. explicata est, et futura γενήσεται et γνωσθήσεται, ut solet in futuris, pro coniunctivis posita sunt. Ioannis autem locus habet οὐ μή, quod ubi cum futuro construitur, futurum coniunctivi loco, non, ubi cum coniunctivo, coniunctivus futuri loco ponitur. Est enim ellipsis huiusmodi: *non: cavebitur, ne, qui vincit, laedatur a morte secunda.* 150

Caeterum de optativo observandum, quod cum particula ἂν coniunctus apud Atticos frequentissime futuri significationem habet, ut μένοιμ' ἄν, *manebo*, ap. Sophocl. in Aiace 88. ubi vid. Brunck.

Coniunctivus autem saepe dubitandi vim habet ut in Ione Euripidis v. 758.

εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν;

Vid. Valcken. ad Phoen. pag. 277. ad Hippol. pag. 247. Diatrib. pag. 211. ad Herodot. pag. 332. Huius generis est, quod in Oreste Euripidis v. 778. legitur: ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω; *at ergo eam?* Pessime et prorsus contra Graecae linguae consuetudinem Brunckius signum interrogationis delevit, et vertit, *sed esto, iverim.*

Item adhortationibus inservit, ut μαχώμεθα, sed non nisi in prima persona pluralis. Nam quae de secunda et tertia persona exempla reperiuntur, adeo incertae fidei sunt, ut recte videantur a Porsono ad Eurip. Hecubam 430. in soloecismis numerari. Errarunt in hac re magni viri Valckenarius, (vide quae dixi ad Eurip. Hecub. 425.) et Marklandus in explicationibus post Supplices Euripidis pag. 249. 250. In Homeri hymno in Apollinem quod legitur v. 339. ἀλλ' ὅγε φέρτερος ᾖ, ὅσσον Κρόνου εὐρύοπα Ζεύς, ita scribi debet, ἀλλ' ὅγε φέρτερος εἴη, ὅσον Κρόνου εὐρύοπα Ζεύς. Caeterum de modorum usu apud Homerum in appendice dicetur.

151 201. Monstrum hoc dictionis foret. Ita dicit: Ἀκούμενος, ἔφη, τούτου φάρμακον ἀγαθὸν διδάσκει. Acumenum medicum intelligit. De ipsa constructionis natura vid. Clark. ad Hom. Iliad. I. 170. Dorvill. ad Charit. p. 230. ed. Lips. Lennep. ad Phal. pag. 303. Sed quae perplexe a doctis viris disputata sunt, paucis licet clara reddere. Nominativus cum infinitivo tum coniungitur, quum de eodem subiecto sermo est, de quo verbum, unde ista constructio pendet, intelligitur. Αὐτὸς ποιῆσαι φημι, *me ipsum fecisse dico.* Αὐτὸν ποιῆσαί φημι, significat *dico ipsum* (alium) *fecisse.* Sic quod Vigerus ex Xenophonte exemplum attulit, obscurum manet, nisi addantur praecedentia: πρὸς δὲ τὸ μετρίως δεῖσθαι πεπαιδευμένος (ἦν) οὕτως, ὥστε πάνυ μικρὰ κεκτημένος πάνυ ῥαδίως ἔχειν ἀρκοῦντα. Interdum tamen etiam in hoc genere accusativum adhibent, sed non nisi addito pronomine. Herodot. II, 2. ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων, quod etiam sic dicere poterat, ἐνόμιζον πρῶτοι

γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων, non autem, *ἐνόμιζον πρώτους γενέσθαι*, omisso *ἑωυτούς*, quod necessario de aliis, quam qui hoc putabant, intelligendum fuisset. Nominativus aliquando invenitur, ubi accusativum exspectes: sed relatus ad id, quod cogitatum, non ad illud, quod dictum erat subiectum. Vide ad Soph. Trach. 574. *ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον τῆς Ἡρακλείας, ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.* id est, *κηληθήσεται ὁ Ἡρακλῆς*, etc.

202. In talibus etiam accusativum inveniri ostendit Dor- 152
villius ad Char. pag. 269. ed. Lips.

203. Sophocl. Electr. 384. *νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν.* 153
REIZIVS. Id est *τὸ φρονεῖν ἐστὶν ἐν καλῷ.*

204. Vid. infra VIII. sect. 10. reg. 15. Demosth. de 154
fals. legat. pag. 402. v. 21. *Ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν* Lucian. Parasit. 372. *οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν* Herodot. I, 61. Herodotus varie, nunc *ὡς ἐμοὶ δοκέειν*, nunc, particula *ὡς* omissa, *δοκέειν ἐμοί*, vel *ἐμοὶ δοκέειν.* Sophocl. Electr. *δοκεῖν ἐμοί.* (*ὡς ἐγὼ δοκέω* Herodot. I, 186.) Aristoph. Eccles. 450. *ὅ, τι κἄμ' εἰδέναι*, *quod ego sciam.* Nub. 1254. *ὅσον γέ μ' εἰδέναι.* Conf. supra III, 9, 8. Pollux praef. ad lib. IX. *ὀνομαστικόν τι βιβλίον πεποίηται Γοργίᾳ τῷ σοφιστῇ, οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι, παιδευτικόν, εἰς δὲ πεῖραν ἐλθεῖν, ὀλίγου λόγου.* Plato, *σὺν θεῷ εἰπεῖν.* Demosth. c. Lept. 462. 11. *οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι.* Plato Euth. 2. *ἄτοπα, ὡς οὕτω γ' ἀκοῦσαι.* Demosth. de fals. leg. pag. 355, 28. *ἀκοῦσαι μὲν γὰρ οὑτωσί, παγκάλως ἔχει.* Sophocl. Oed. Tyr. 82. *ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς.* 185. *τανῦν δ' ἀκούειν, τίς ἀθλιώτερος; τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν*, et seq. Lucian. Tim. §. 19. *οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν*, et opponitur, *ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ.* Lucian. bis accus. 322. *τὸ δὲ νῦν εἶναι, οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τρίβωνες* —. et 333. *οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι, πάνυ εὔλογα — εἴρηκεν — εἰ δὲ κἀμοῦ ἀκούσετε* —. Lucian. *περὶ ἀπίστων* 467. *τέλος δ' εἶναι* pro simplici *τέλος δέ.* Plato Lys. 265, 52. *πῶς δοκεῖ λέγειν; εὖγε, ἔφη ὁ Μενέξενος, ὥςγε οὑτωσὶ ἀκοῦσαι.* Demosth. c. Aristocr. 623, 26. *τῷ μὲν ἀκοῦσαι — τῷ δ' ἔργῳ. Ὡς εἰκάσαι* Herodot. I, 32. *ut coniicias.* At ap. Thucyd. IV, 36. *ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι*, *ut parvum compares magno.* Aristot. Rhet. I, 2. *σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτη πίστις.* Dion. Hal. IV, 409. *τόγε ἐφ' ἡμῖν εἶναι μέρος.* — *Ὡς εἰπεῖν* Lucian. Tox. 93. REIZIVS.

204. Isocr. Euag. pag. 456. *τοσούτου δέω πλασάμενος εἰ-* 155
πεῖν τι —. pag. 474. *μικροῦ δεῖν ἔλαθεν αὐτὸν εἰς τὸ βασι-*

λειον ἐπιστάς. — p. 476. μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν. Plato Socr. Apol. pr. ὀλίγου δεῖν ἐμαυτὸν ἐπελαθόμην. — Dem. de Cor. 231, 20. πρὸς τὸ λαβεῖν ὀλίγου δεῖν ἑκόντας ὑμᾶς ἐξαπατωμένους. REIZIVS. Caeterum Reizius, quod Vigerus hic scripsit, *propemodum*, mutavit in *paene*. Idque iure. Nam *pene* est id, quod Graeci dicunt ὀλίγου δεῖν, *prope* autem et *propemodum* id, quod nos dicimus *ziemlich*, i. e. *quasi satis.*

156 205. De ὡς ἐπεικάσαι et ὡς ἀπεικάσαι vid. Wesseling. ad Herodot. IX, 32. Ὡς οἷον εἰπεῖν, *ut exempli caussa*, Epiphanius κατὰ αἱρέσ. I, p. 17, cuius locum attulit Fischerus ad Well. I, 321. Sed illud, ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, et quae huic exemplo similia sunt, ex oratione obliqua habent infinitivum. Notanda vero alia infinitivi cum particula ὡς et alio verbo iuncti ratio, quae saepe fefellit interpretes. Aeschylus Pers. 187. τούτω στάσιν τίν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν, τεύχειν ἐν ἀλλήλῃσιν, i. e. *hae, ut videre mihi videbar, inter se dissidere incipiebant.* Debebat, proprie si loqui vellet, ἔτευχον dicere, sed nunc ex verbis ὡς ἐδόκουν ὁρᾶν pendere fecit infinitivum, ut oratio carere verbo videatur. Docte hanc loquendi rationem exemplis explanavit Erfurdtius ad Soph. Antig. 732. Imitati sunt Latini. Cicero de Off. I. 7, 22. de Or. III, 1. 3. *atque ut placet Stoicis, quae in terra gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum caussa esse generatos.* Adde Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 334. s. Simile est ὃ δὲ γίνεται φανερὸν ὅτι διεσώζετο apud Pseudodemosth. p. 1396, 4. pro ὃ δὲ γίνεται φανερόν, ἐσώζετο. v. Plat. Lys. p. 6. et Heindorfius p. 7. qui non recte explicat. Vide infra not. 177. et de attractione.

157 206. Non his tantum: v. Herodot. REIZIVS. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 189. Cum nominativo pro imperativo secundae personae, quia *velis* intelligitur: plene Homerus: μηδὲ σύ, Πηλείδη, ἔθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ. Cum accusativo pro imperativo tertiae personae, quia χρὴ intelligitur. Apertum est, coniunctis secunda et tertia personis utrumvis casum admitti. Hesiod. O. 459. δή τοτ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτός. Apud Homerum Iliad. VI. 92. per anacoluthon dictum ἡ δὲ — θεῖναι, quia Helenus tamen Hectorem, quem alloquitur, curare ut Hecuba peplum ferat Minervae iubet. Apud Theocritum XXIV. 93. νεέσθω scribendum videtur.

158 206. Falluntur qui δεῖν supplent. Nam in his, προαιροῦμαι, ψήφισμα γράφω, et similibus inest iam voluntatis et

praecepti significatio. Eiusdemmodi est, quod frequentissime, maxime apud tragicos, occurrit, λέγω pro *iubeo*.

206. Vndecimo, cum aliquid optatur, subintellecto δὸς, 159
vel γένοιτο, vel εὔχομαι. v. Herodot. V, 105. REIZIVS. Verba sunt: ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι.

Adde duodecimum usum, qui est admirantis vel indignantis, ut σὲ ταῦτα δρᾶσαι, scilicet *id miror*, vel *indignor*. Additur saepe articulus. Aristophanes in Nub. 816.

τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

Et frequentius etiam τὸ δὲ dici solet: ibidem v. 269.

τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν δύσηνον ἔχοντα.

Vide Aves v. 5. 7. Ran. 741.

208. In hoc certe exemplo fallitur, ubi imperfectum 160
necessario adhiberi debebat, quia de re durante et continuata sermo est.

208. At ἕζετο, quod apud Theognidem est, aoristi si- 160
gnificationem habet. Aeliani vero exempla, quibus addi aliud b
in cap. 4. potest, alienissima sunt. Nam haec singularis formula loquendi est, qua ἦν ἄρα non de eo, quod solet fieri, sed de eo, quod coniicimus esse, usurpatur, quae fere idem est, quod εἴη ἄν. V. Heindorf. ad Plat. Phaedon. c. 35. et quae dixi ad Aristoph. Nub. 1030. Imperfectum ubi *solere* notat, non nisi de re ad certum tempus restricta dicitur. Non possis dicere de diis immortalibus, τῶν εὐσεβούντων ἤκουον, *audire solent pios*, de mortali vero, qui, dum vivebat, facere quid solebat, recte usurparis imperfectum.

208. Vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 295. Valcken. 161
ad Hippol. pag. 167. Brunck. ad Aesch. Prom. 1036. ad Eurip. Med. 1141. ad Hecub. 21. ad Androm. 804. ubi κτείνουσα dicit Euripides de consilio patrandae caedis, quum proprie κτείνασα debuisset, *postquam interfeceris*. Abresch. ad Xenoph. Ephes. pag. 241. Vere Porsonus ad Hecub. 21. *diversa tempora toties permiscent tragici, ut hanc varietatem data opera quaesisse videantur.*

209. Vide, quae de aoristis disputavi in libro II. de 162
emendanda ratione Graecae grammaticae pag. 186. seqq. Aoristorum, quae pro praesente usurpari dicuntur, duplex ratio est, prior, qua fieri aliquid *solere* indicatur, quod non potest fieri nisi in sententia generali, qua quid ut exemplum com-

memoratur: non enim in aoristo consuetudinis significatio inest: sic in exemplis a Vigero allatis; altera, qua praeteritum vere indicatur, sed ut vix alia lingua exprimi possit, nisi circumscribere velis. Hoc apud tragicos frequentissimum est. Εἶπον, *edictum volo*, Eurip. Med. 272. ὑπεῖπον, *imperatum volo*, Suppl. 1170. ubi v. Markland. et Musgrav. Ἤνεσα Iphig. Aul. 655. Taur. 1023. Ion. 1614. Herc. fur. 222. id quod ipse Euripides optime explicat in Heraclid. 437. verbis αἰνέσας ἔχω, quae non videntur cum Valckenario corrigenda esse. Ἐπήνεσα Sophocl. Ai. 536. Eurip. Orest. 1672. Med. 707. Alcest. 1098. Iphig. Aul. 440. Troad. 53. 713. Herc. fur. 1235. Παρήνεσα Sophocl. Philoct. 1434. Eurip. Androm. 1235. Ἔπτυσα Nossis epigr. 1. Ἀπέπτυσα Eurip. Iphig. Aul. 509. 874. Taur. 1161. Troad. 662. Helen. 670. Ὤιμωξα Eurip. Med. 791. Electr. 248. Κατῴκτειρα Iphig. Aul. 469. i. e. *misericordia tacta sum.* Ἔκλαυσα Suppl. 1160. Ἐδάκρυσα Bacch. 1370. Κατώμοσα Orest. 1517. Ἐκάλεσα, κατώμοσα Helen. 354. Ἀπώμοσα Cyclop. 265. Soph. Philoct. 1289. Ξυνῆκα Eurip. Electr. 644. Προσηκάμην τὸ ῥηθὲν ib. 622. Ἐδεξάμην τὸ ῥηθὲν Soph. Electr. 668. Ἠγασάμην Callim. h. Apoll. 16. Huc pertinet etiam quodammodo ὑπείληφα, p. 212. a Vigero commemoratum.

163 210. Falluntur, qui aoristum pro futuro poni posse putant. Vide quae de hac re dixi in libro II. de emend. rat. Gr. gramm. pag. 189—194. In Epicteti exemplo et praeteritum et praesens et futurum adhiberi potuisse in promptu est. Similis est Ioannis locus: *qui infidelis est, pro eiecto et neglecto est.* Neque in illo Horatii, quod paullo ante allatum est, *reditum Parcae rupere*, futuri significatio in praeterito inest. Hoc enim significat, decretum est a Parcis, te non esse rediturum. Nam si pro futuro positum esset praeteritum, potuisset etiam addere, *nec mater te revexit:* quod quis non videat absurdum esse? De futuro illud notandum, significari eo interdum id, quod possit fieri. Eurip. Herc. f. 490. εἴ τις φθόγγον εἰςακούσεται θνητῶν παρ' Ἅιδῃ.

164 212. In hac adnotatione omnia temere miscentur. Nam in quibusdam locis praesens propterea positum est, quia res universe narratur, *si hoc est, est etiam aliud*, ut in primis duobus locis. In aliis re vera futurum est, ut in tertio καλεῖ: sic enim formant haec futura Attici, et in illo, in quo est ἄπειμι, quod multo usu sic de futuro dici coepit, ut hanc prope solam significationem habeat. Aliena sunt illa Platonis

in Apol. Socr. c. 17. *εἰ οὖν με ἐπὶ τούτοις ἀφίοιτε, εἴποιμ' ἂν ὑμῖν*, in quo dubia conditio ponitur, quae nullius propria temporis est; tum haec, in quibus est *δρῶ*, qui quum sit coniunctivus deliberantis, necessario de futuro est intelligendus, quod omnis deliberatio de eo est, quod debeat fieri. Pariter futuri pro praesente exempla duorum hic generum sunt, altera, in quibus indicativus futuri pro coniunctivo praesentis est, more Graecis proprio, quo id, quod in consilio alicuius positum est, ut rem vere futuram narrant: qui usus multo latius patet, et illos quoque indicativos complectitur, quibus id, quod ut in cogitatione cuiuspiam positum proferri debebat, tamquam praesens et quod vere fiat, commemoratur; altera, in quibus proprie positum est futurum de eo, quod eventurum sit, si quis voluerit, ut in Sophoclis loco: *reprehende ea, quae si volueris rectius considerare, laude me dignum invenies.* Maiore cum specie afferri hoc poterat, quod tragici *τί λέξεις* dicunt pro *τί λέγεις;* quo proprie indicari videtur, *quo tandem progredierè, hoc facto initio?* Ita apud Euripidem in Medea, quum chorus Iasoni liberorum mortem nunciasset, hic respondet v. 1310. *οἴμοι τί λέξεις;* Hec. 515. 710. 1114. ed. Pors. Aptissimus locus in Philocteta v. 1233. Praecedit semper vel interiectio vel aliud quid simile interiectioni, ut in Helena v. 785. *πῶς φῄς; τί λέξεις.* V. Elmsl. ad Med. 1277.

213. Vsurpantur haec de more pro praesentibus, idque 165
iure, quia horum verborum vis propria haec est, ut initium fieri indicent, *φοβοῦμαι*, *φρίττω*, *καλῶ*, etc. Hinc fit, ut plusquamperfecta eorum pro imperfectis non modo possint, verum etiam debeant poni. Ac recte praecipit Thomas M. in *ἐδεδοίκειν* pag. 264. quorum verborum perfecta praesentis significationem habeant, ut *δέδια*, eorum plusquamperfecta esse imperfectorum instar.

215. Haec prorsus falsa sunt. Praesens enim et aoristus 165
in caeteris praeter indicativum modis eo maxime differunt, b.
quod praesens rem durantem vel saepius repetitam, aoristus rem absolutam aut semel factam indicat. Inepte dicas, *γράψον βίβλον*, si non scriptum esse, sed scribi vis, quia hoc longi temporis opus est: recte vero, *δὸς τὴν χεῖρα*, quia hoc brevi temporis momento fit. Exemplis nihil opus, quum ubique obvia sint. Explicatius disserui de hac re in censura tertiae editionis grammaticae Buttmannianae in diar. litter. Lips. a. 1805. m. Mart. n. 39. col. 617. s. adscivitque postea

hanc rationem Buttmannus, et exposuit in Gramm. Gr. §. 124. Subtiliter disputavit hanc rem Herm. Schmidtius in dissertatione de imperativi temporibus in lingua Graeca, edita Vitebergae a. 1833.

166 216. V. Steph. de dial. Att. pag. 65. Markland. post Supplices Eurip. pag. 281. Fischer. praefat. ad Well. gramm. pag. XII. seq. Ita κατῳκτίσθην active Euripides dixit in Iphig. Aul. 686.

166 b 216. Vix credas tantum aberrare quemquam a vero posse, quam hic Zeunius errat. Nam ἐξαγγελθέντων ut forma, sic etiam significatione non potest nisi passivum esse, quod significat, *quum nunciatum esset.* Magis etiam incredibile est, in Platonis Lucianique loco παρεσκευασμένος et ἐστάλην pro activis haberi potuisse. Nam quid, obsecro, activa, si usi hic iis essent hi scriptores, significare censeamus?

167 219. V. Dorv. ad Charit. pag. 253. 273. ed. Lips. et quae notavi ad Eurip. Hecub. 1253.

168 220. Pugnant inter se grammaticorum de hac re praecepta. Vide Fischer. ad Well. I. pag. 118. 127. Villois. ad Long. pag. 12. Wolfii Anal. litt. vol. I. fasc. II. p. 419. seqq. et Buttm. gramm. vol. I. p. 507. 509.

169 226. XIII. Ἐπιλαμβάνεσθαι ἐρημίας, *incidere in solitudinem.* Demosth. Ol. III, 19. προφάσεως, *arripere occasionem.* τῶν τριχῶν, *invadere in capillos.* τῆς ἀτελείας, *consequi immunitatem.* τοῦ λόγου, *reprehendere orationem.* REIZIVS.

170 226. Apud Aristot. τὸ βούλεται saepe idem est, quod *debet*, ut interpretatur Victorius et alii. Vt Rhet. II, 23. ὅλως γὰρ βούλεται ὁ κατηγορῶν βελτίων εἶναι τοῦ φεύγοντος. Polit. I, 4. ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται. REIZIVS. Rectius vertas *studet.* Idem adscripsit verba Platonis in Cratylo, in quibus βούλεται est *significat:* τὸ μὲν τῆς Τηθύος οὐκ ἐννοῶ τί βούλεται.

171 228. Hoc non est verbi γίγνεσθαι proprium, sed cum aliis etiam διὰ significatu coniungitur, ut cum εἶναι, ἔρχεσθαι, μολεῖν, χωρεῖν. v. Valcken. ad Phoeniss. pag. 177. et 526.

171 b 230. Hic significatus retracto accentu ἄπο scribi postulat, praepositione adverbii vicem sustinente. Ita ἄπο θυμοῦ εἶναι, vel ποιεῖν, *odio esse, ingratum facere.* Ἄπο σκο-

ποῦ, *secus quam quo tendas.* Et alia plurima. V. Schaefer. Melet. crit. p. 51. et adnot. ad Greg. Cor. p. 210. s.

230. Ἐν ἑαυτῷ γίγνεσθαι significat, ut nos dicimus, *in* 171
sich gehen, redire ad se, i. e. recordari et reputare ali- c
quid, cui oppositum est οὐκ ἐν ἑαυτῷ εἶναι, *extra se esse, ausser sich seyn.* Vide Heindorf. ad Plat. Charmid. p. 62. qui quem citat Valckenarii locum, ubi plura, in opusculis est nuper ab Erfurdtio editis T. II. p. 291. s. Dicunt etiam ἑαυτοῦ εἶναι. Quin etiam ἐν ἑαυτοῦ γίγνεσθαι: v. Brunck. ad Soph. Philoct. 950. et in addend. ad Aristoph. Vesp. 642. Illi, οὐκ ἐν ἑαυτοῦ εἶναι, simile est nostrum, sed fortius, *nicht wohl zu hause seyn.*

231. Aristot. Polit. VIII, 3. §. 15. νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν 172
εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν, ὅτι —. REIZIVS.

232. Sophocl. Ai. 589. μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. REI- 173
ZIVS. Κτείνας γένῃ idem in Philoct. 773.

232. Aristot. Poet. VII, 26. ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίγνε- 174
σθαι τὴν πρᾶξιν, ὥςπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας.

234. Alia exempla vide ap. Fischer. ad Well. I. pag. 175
343 seq.

236. Immo non solum tertia singularis, sed et aliae 175
personae alio in numero, aliisque in verbi modis, quam in- b
dicativo, rarius tamen omittuntur. Vide Schaeferum in Meletem. crit. p. 43. s.

238. Aristoph. Nub. 176. REIZIVS. Εἶεν grammatici 176
etiam explicant ἄγε. Aeschylus Choeph. 717.

εἶεν, φίλιαι δμωΐδες οἴκων,
πότε δὴ στομάτων
δείξομεν ἰσχὺν ἐπ' Ὀρέστῃ;

Ad alteram significationem pertinet formula eorum, qui vocati audire se respondent, εἶέν γ', ἀκούω· quod nos diceremus, *ja doch: ich höre.* Aeschylus Choeph. 655. Aristoph. Pac. 663. Caeterum vide, quae notavi ad Eurip. Suppl. 795. et in praefatione ad hanc fabulam p. X. ubi de eo significatu, qui mirantis est, nescientisque quid dicat: ubi nos *nun* dicere solemus. Ita in Aristoph. Nub. 177. ubi Wolfius male vertit, *ei weiter.*

239. Conf. de his Num. X. et XI. Prolegom. Came- 177
rarii ad Herodot. (ap. Olear. 659.) et supra pag. 23. Dio

Cassius l. XXVII. pag. 142. v. 68. ed. Reim. εἶναι) *lege*, inquit Reiskius, ἐστί. *multo creberrima occurrit in libris gr. haec librariorum ab hoc ad illud aberratio, cuius originem indicavi ad Constantini Cephalae Anthologiam.* Verum nonnumquam et male putant εἶναι delendum esse. Vt ap. Thucyd. VI, 12. καὶ ταῦτα ὑπὲρ ὑμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν. Dukerus uncinis inclusit: Bauerus omittendum ait esse: Camerarius in ed. sua Thucyd. non habet, nescio utrum codices, an iudicium secutus. Verum tot codices id habent, et scholiastes agnoscit: ut potius interpretatio quaerenda quam exilium decernendum sit. Quidni ergo accipias eo loco, ut alibi, pro ἐξεῖναι? Possis et suspicari, ἐνθάδε εἶναι dici ut ἑκὼν εἶναι, τὴν πρώτην εἶναι, τὸ νῦν εἶναι. [V. Pseudodemosth. p. 1389, 9. *Herm.*] — Herodot. IV, 38. τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. Xenoph. Apol. Socr. §. 13. μάντεις ὀνομάζουσι τοὺς προσημαίνοντας εἶναι. Legit Henr. Steph. τοὺς προσημαίνοντας τὰ μέλλοντα εἶναι. Leuncl. τοὺς προσημαίνοντας ἃ δεῖ εἶναι. Aemilius Portus: τοὺς προσημαίνοντάς τι εἶναι. Sed recte Bachius exemplis ostendit, *Xenophontem* et *Platonem* ita locutos esse, ut dicerent ὀνομάζειν τι εἶναί τι, et imitatos esse id genus loquendi scriptores inferioris Latinitatis. Ita et *Herodot.* II, 44. ἱρὸν Ἡρακλέος, ἐπωνυμίην ἔχοντος Θασίου εἶναι. Idem II, 145. Πὰν μὲν ἀρχαιότατος, καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν· Ἡρακλῆς δὲ τῶν δευτέρων τῶν δυώδεκα λεγομένων εἶναι. Semel sine verbo εἶναι; iterum cum eo verbo. Etsi alii codices et in priori membro verbum εἶναι adiungunt. — Isaeus de Pyrrhi heredit. pag. 34. τῆς θυγατρὸς ἀποφανθείσης εἶναι. *Hoc idem est*, inquit Reiskius, *ac si planius atque incomtius dixisset*, τῆς κόρης περὶ ἧς ἀπεφαίνετο ὅτι Πύῤῥου θυγάτηρ ἐστί. — Antiph. de Herodis caede pag. 711. τὴν προτέραν (δίκην) ἐξεῖναι ἐξελθεῖν. *Immo vero*, inquit Reisk. ἐξῆν. — Plat. Theaet. pag. 76. A. εἴτέ τις εἶναί τι ὀνομάζει. — Herod. III, 95. pr. εἶναι. Legendum est aut εἶεν, aut, ut Reisk. vult, ἐστί. Et IV, 5. ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον. Etiam hic εἶναι pro ἐστί· aut cum Pauwio pro ὡς legendum οἱ. Non enim quadrant ea exempla, quae a Porto in ὡς et a Steph. de Dial. pag. 138. allata obvertit Wess. consuetudinis Herodoteae ponendi infinitivi post ὡς, ἐπειδή, etc. IV, 76. ὡς δ' ἐγὼ ἤκουσα Τίμνεω — εἶναι αὐτὸν (τὸν Ἀνάχαρσιν) — Valla verbatim reddit. Subintelligere possis λέγουσι. Quid si pro ὡς, ἀτόνῳ, legas ὥς, ὀξύτονον? Poterit

hoc defendi, si non, ut Wess. ponit, etiam ἐπειδὴ, sed tantum ὡς in tali forma occurrit. IV, 85. ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντου, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον, δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ. — Aesch. c. Ctes. pag. 399. l. ult. προειπὼν ἀρχὰς ἁπάσας εἶναι, ἃς ὁ δῆμος χειροτονεῖ. Pro εἶναι, οἶμαι coniicit H. Steph. item Scaliger, si non est lectio cod. Bern. — Longus Pastoral. l. I. pag. 14, 9. καὶ τοὺς μὲν τυροὺς δῶρον εἶναι δίδωσι. Notat ibi Villoison pag. 41. *de hoc* εἶναι, *quod, ut et* ἔχειν, *in talibus eleganter* πλεονάζει, *conf. I. F. Reitzium, qui et hunc ipsum Longi locum profert, ad Lucian. T. III. pag.* 167. *et praecipue Berglerum ad Alciphr. pag.* 9. *ubi confert hunc Hom. versum Iliad.* λ', 20. δῶκε ξεινήϊον εἶναι, *et Theocr. Id. VII. v.* 129. ξεινήϊον ὤπασεν εἶναι, *quod sic expressit Virg. Esse sui dederat monumentum et pignus amoris.* Dio Chrysost. or. 3. de Regno pag. 129. ed. Reisk. οὐ γὰρ οὕτως αἰσχρὸν εἶναι τοῖς βασιλεῦσιν — Vbi Reisk. εἶναι *potest*, inquit, *defendi, ut aptum e* νενόμικεν. *melius tamen convenit* ἐστὶ, *quod suadeo suffici. Saepissime* ἐστὶ *et* εἶναι *in libris inter se permutantur a librariis, ideo quod novis Graecis* εἶναι *perinde* 3. *sing. praes. ind. atque infinitivus est, ab* εἰμί. Barbaro-graecis εἶναι semper est 3. sing. praes. ind. et numquam infinitivus, quo in omnibus verbis carent. REIZIVS. Vid. Thom. M. p. 290 seq. H. Steph. de dial. p. 26. Valcken. ad Herodot. VII, 164. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 1189.

239. Hunc l. Corinthius §. 29. laudat: παρέλκειν τὸ εἶ- 178
ναι ap. Att. Καὶ τό γε ἐπ' ἐκείνῳ εἶναι, ἐσώθης. Lys. in Agor. 481. Τὸ ἐπὶ τούτοις εἶναι, ἐν τοῖς δεινοτάτοις κινδύνοις καθεστήκατε. Lys. in Ergocl. 825. Vbi Reisk. male statuit ellipsin praepos. κατὰ vel διά. Εἰ δὲ μὴ κατέσχον, οὐδὲν ἧττον, τό γ' ἐπ' ἐκείνοις, πεποιῆσθαι. Lys. c. Simonem 160. Ita pro ἐκείνων Markl. et Reisk. Aut lege τό γ' ἐπ' ἐκείνοις ὄν. — Ὦ Κρόνε, σὺ γὰρ ἔοικας ἄρχειν, τό γε νῦν εἶναι. Lucian. 767. [ὥστε ἀήττητος ἡ πόλις κατ' ἐμέ. Demosth. 309, 6. 16.] Τὸ σύμπαν εἶναι pro κατὰ τὸ σύμπαν, Herodot. VII, 143. — Τὴν πρώτην εἶναι. (Simile τόγε ἀληθὲς εἰπεῖν. Demosth. ep. ad Ph. conf. supra pag. 204. ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμέ. Eurip. Bacch. v. 45.) Lucian. bis accus. 322. τὸ δὲ νῦν εἶναι, οὐχ ὁρᾷς — Σχολὴ ἡμῖν τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι, τοὺς ἐθέλοντας φίλους τούτους εὖ ποιεῖν, *quod hunc attinet*, Xenoph. Cyr. Exp. I. pag. 260. Leuncl. Ὀπισθοφυλακῶμεν δὲ ἡμεῖς οἱ νεώ-

τατοι, ἐγώ τε καὶ Τιμασίων, τὸ νῦν εἶναι. Xenoph. Cyr. Exp. III. pag. 304. *Τὸ νῦν ἔχον* I. reg. 6. supra. REIZIVS.

179 239. Xenoph. Cyr. Exp. II. pag. 281. *οὔ γάρ ποτε ἑκών γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀπαγγεῖλαι* — p. 308. *ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι ἑκόντες πένονται.* — V. pag. 345. *οἱ δὲ ἑκόντες προςεχώρουν* — Luc. Dom. 595. *ἑαυτὸν ἑκὼν φέρων ἀπέβαλε.* — Demosth. 244, 10. *καὶ οὐδὲν ἑκὼν παραλείψω.* REIZIVS.

180 240. Sic etiam *καλεῖσθαι.* Pindarus Pyth. III, 118.

ἤ τινα Λατοΐδα κε-
κλημένον ἢ πατέρος.

aliquem aut Apollinis aut Iovis filium. In Rheso v. 298.

τίς ὁ στρατηγός; καὶ τίνος κεκλημένος;

Sophocles in Electra v. 365.

νῦν δ' ἐξὸν πατρός
πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι, καλοῦ
τῆς μητρός.

181 242. v. Koen. ad Greg. Cor. pag. 173. Wesseling. ad Herodot. I, 90. pag. 46. ad IV, 120. pag. 334. Valcken. ad VIII, 101. pag. 666.

181 b 242. Coraius edidit *γίγνηται*, recte, ut de re non unius momenti, sed alicuius diuturnitatis.

182 247. Interdum cum acerbitate dicitur, ut apud Latinos *scilicet.* Euripides in Hecuba v. 766. quum Hecuba interrogata esset, ecquos alios peperisset liberos, eam respondentem facit:

ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ', ὃν εἰςορᾷς.

Frustra scilicet hunc, quem vides. Et Agamemnon in Iphigen. Aul. 460. de Iphigenia morti destinata:

τί παρθένον;
Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα.

Quid virginem? quam Orcus scilicet mox uxorem ducet.

183 250. Copiosissime hunc loquendi modum illustravit Valckenarius ad Phoeniss. pag. 267 seqq. Formula *ἔχω περάνας* significat proprie *sum in ea conditione, quae est eius, qui perfecit aliquid.* Quare in tali loquutione simul et tempus illud spectatur, quod est in participio, et hoc, quod est in verbo *ἔχειν.* Nunc prout alterum magis minusve respicitur, ita in vertendo exprimi debet: ut *ἔχει περάνας, patravit, ἔχω*

θαυμάσας, *admiror:* (proprie, *in admirationem coniectus sum.*) Eadem res est, si alia tempora verbi ἔχειν adhibentur. Euripides in Cyclope v. 406.

> ἄλλοι δ', ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας
> πτήξαντες εἶχον, αἷμα δ' οὐκ ἐνῆν χροΐ.

252. Sic φθόνον ἔχειν, *facere invidiam:* Aeschylus 184
Prom. 865. μομφὴν ἔχειν τινί, idem significat apud Pindarum Isthm. V, 61. In his loquutionibus omnibus ἔχειν retinet suam vim, sic ut notet, coniunctum quid cum quo esse. Nam quod quis habet, id cum eo coniunctum est. Nullo enim modo fieri potest, ut ἔχω idem sit, quod παρέχω. Vide quae dixi in addendis ad Gregor. Cor. ed. Schaeferi p. 863.

252. In hoc exemplo ἔχειν non dicitur pro πελάζειν vel 185
simili verbo, sed proprie est *consistere*, *cursum inhibere*, ut apud nos *halten.*

252. Ἔχε δή non significat *agedum.* Non male Ficinus 185
vertit, *animadverte quid velim.* Proprie enim notat, *tene* b
igitur hoc, de quo loquuti sumus, quod est monentis, ut alter illud memoria retineat, videatque quid inde consequatur. Nos sic fere dicimus: *warte nun.*

259. In Plutarcho ἀπέκρυψαν *occultarunt*, non *clam* 185
significat. Id si voluisset, dixisset ἀπεκρύψαντο, ut Xenophon. c

260. Verbum μέλλω non servit periphrasi futuri, sed a 185
futuro diversissimum est. Nam ποιήσω, ut *faciam*, futurum d
est aoristum, i. e. indefinitum, ea indicans, quae aliquando, quandocumque id sit, eventura sint. Μέλλω ποιεῖν autem, *facturus sum*, futurum est praesens, significans nunc aliquem in eo esse, ut quid facturus sit. Quae reg. 5. 7. 9. 10. 11. afferuntur, in his μέλλειν hanc fere vim habet, quae apud nos verbis, *werden*, *sollen*, *müssen* exprimi potest. *Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ὁπότε — warum sollten sie nicht, da —.* *Τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, das werdet ihr wohl gehört haben.* Μέλλω ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, *ich muss wohl die götter beleidigt haben.* Οἱ πολυμαθεῖς ἔσεσθαι μέλλοντες, *wenn einer gelehrt werden soll.*

261. Hoc prorsus ineptum foret, particulam ἂν adiicere. 185
Nam μέλλω ποιῆσαι ἂν non significaret *facturus sum*, sed e
potis futurus sum facere. Caeterum non solum falsa est ista Atticistarum regula, sed ubicumque res subito transitura designanda est, pene necessario aoristus ponitur, ut μέλλω λαβεῖν, *accepturus sum.* Ita etiam μέλλω θανεῖν.

185 262. Perperam interpretatur. Sensus est, *in fatis erat,*
f *ut haec domus opulenta et fortunata esset, quamdiu Vlysses esset domi.* Nos: *dieses Haus sollte blühen, so lange Vlysses da war.* Sic illud: *οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι: so muss wohl Zeus beschlossen haben.*

186 267. *Νικᾶν* etiam est simpliciter excellere: Hom. Iliad. XVIII, 252. *ὃ μὲν μύθοισιν, ὃ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.* Dicitur etiam *νίκην νικᾶν.* Hom. Odyss. XI, 544. *εἵνεκα νίκης, ἥν μὲν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος.* Denique notandum est dici *νικᾶν ἄεθλα, Ὀλύμπια,* quod Latini quoque imitantur. Ennius (Annal. XVIII, 21. p. 178. ed. Lips.):

sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

Eiusmodi est Homericum *πάντα (ἄεθλα) ἐνίκα ῥηϊδίως*, Iliad. IV, 389. et Pindari *νικῶν δρόμον* Olymp. IV, 34. XIII, 42.

187 268. *Νομίζων ἱπποτροφίας ἐν Πανελλάνων νόμῳ* dixit Pindarus Isthm. II, 55. *ἀργυροστερῆ βίον νομίζων* de latrone Aeschylus in Choeph. 1003. (999. ubi v. Abresch.) Idem verbum legitur in eadem fabula v. 799.

οἵ τ' ἔσω δωμάτων
πλουτογαθῆ μυχὸν νομίζετε.

Schol. *ἡνιοχεῖτε, διοικεῖτε.* Sed dubium est, an lectio non sit sana. Vide Seidlerum de verss. dochm. p. 407. Caeterum observandum *νομίζειν* in Homero non inveniri.

187 268. In Platonis loco *φαῦλοι νομίζεσθαι* iungenda sunt.
b Vide Heindorfium ibi p. 66. Sed exemplum, quod idoneum sit, statim ibi sequitur: *οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσι.* Verum *νομίζεσθαι* non significat *in magna et illustri existimatione esse,* sed simpliciter *in usu esse.* Alia exempla attulit ibidem Heindorfius.

188 268. Adde *οἶδα* usurpari periphrastice. Antipater Thessalon. XXVI.

λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον· ἁνίκα δειλὰν
οἶσθα φυγάν, τελέθεις οὔτ' ἐμός, οὔτε Λάκων.

i. e. *ubi fugisti.* Et pro *solere.* Aristaenet. I. epist. 17. *ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν.* V. Barth. ad Claudian. p. 892. et Abresch. ad Aristaenet. p. 336. Et *μανθάνειν.* Casaub. ad Athen. p. 718.

269. Minime vero. Duae in unam confusae sunt loquutiones modo Graecis usitatissimo, una, ἔλωμαί τι τῶν κακῶν, altera, ἕλωμαί τι τούτων, ἃ εὖ οἶδ' ὅτι κακά ἐστι. De isto οἶδ' ὅτι vide Erfurdt. ad Sophocl. Antig. init. 188 b

271. *Λέγω* habet vim intendendi, h. e. augendi, vel minuendi eius, quod dicas. Demosth. Olynth. I. extr. μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου λέγω. REIZIVS. Addo duas alias formulas. *Οὐδὲν λέγειν* videtur idem significare, quod nos dicimus *nichts zu sagen haben*, i. e. parvi momenti esse. Eurip. Suppl. 595. (v. addenda in mea ed. ad v. 612.) ἡ ἀρετὴ δ' οὐδὲν λέγει βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχει. Deinde οὐ λέγω formula est male ominatum quid proferentis, quod abominari se significat. Sophocles Electr. 1467. εἰ δ' ἔπεστι νέμεσις, οὐ λέγω: *si invidia inest, indictum esto.* Vide Aeschyl. Agam. 880. Eum. 869. 189

Porro supplet ellipsin membri ex antecedentibus repetendi. Xenoph. Mem. S. I, 6, 5. ἢ ὡς ἡδίω σοι ἃ σὺ παρασκευάζῃ ὄντα, ἢ ἐμοὶ λέγω, pro ἃ ἐγὼ παρασκευάζομαι. REIZIVS. In posteriore adnotatione falli videtur V. D. Bene enim hunc locum correxit Ernestius ita, ἢ ἐμοί, ἃ ἐγώ.

273. Observat Thomas M. pag. 269. εἴθ' ὤφελε, non εἴθ' ἔμελλε dici. Idque vere. Nam εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος apud Eurip. Med. 1. est *utinam ne Argo transiisset per Symplegadas:* quod si dixisset εἴθ' ἔμελλεν, hic sensus existeret, *utinam ne transitura fuisset.* Ac recte quidem hoc quoque diceretur, sed spectaret non ad id, quod factum esset, verum ad id, quod futurum fuisset. Si quis dicit εἴθ' ὤφελον παρεῖναι, optat ut affuerit, et dolet, quod non affuerit: sin dicit, εἴθ' ἔμελλον παρεῖναι, optat ut fuerit affuturus, neque affuerit, v. c. ibi, ubi exspectari se cupiebat. Idem dici posset sic, εἴθ' ὤφελον παραγενήσεσθαι. Omnino autem observandum est, ὤφελον non nisi tum adhiberi, quum quis optat, ut fuerit aliquid, vel sit, vel futurum sit, quod non fuit, aut est, aut futurum est. Vt ὤφελον θανεῖν, *utinam mortuus essem:* at non sum mortuus: ὤφελον μὴ ζῆν, *utinam ne viverem:* at vivo: μὴ γὰρ ὤφελον ἀθάνατος ἔσεσθαι, *utinam ne futurus sim immortalis:* at futurus sum. Sponte patet, exempla futuri cum hoc verbo coniuncti non posse non rarissima esse, quia futura plerumque incertum est eventurane sint, an non sint eventura. Eadem vis est cuiusvis indicativi praeteriti cum iis particulis coniuncti, 190

quae optandi vim habent: ut εἴθ' ἐξῆν, *utinam liceret:* at non licet. Contra si quis optat ea, quae possunt evenire, non potest ὤφελον adhibere, sed uti debet optativo. Quo non hoc significare volo, optativus ubi ad optandum adhibeatur, semper indicari illud, quod optatur, posse fieri. Immo etiam optativus, maxime de praesente re, sic usurpatur, ut ea neque esse, nec futura esse intelligatur. Sed notabile est, optativum solum, sine aliqua particula, in iis tantum rebus poni, quas vere optamus fieri, quia fieri eas posse credimus: ut γένοιτο τῖσαι τοὺς ἐχθρούς. Eadem vis est optativi, additas habentis particulas εἰ γάρ, vel εἰ simplex, ut in Sophoclis Oed. Reg. 863. vel ὡς, vel πῶς ἄν. Verum ubicumque εἴθε vel αἴθε additur optativo, significatur optari ut sit aliquid nunc, quod non est, aut ut futurum sit, quod non est futurum. Hom. Odyss. XX, 61.

Ἄρτεμι, πότνια θεά, θύγατερ Διός, αἴθε μοι ἤδη
ἰὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλοῦσ' ἐκ θυμὸν ἕλοιο
αὐτίκα νῦν· ἢ ἔπειτά μ' ἀναρπάξασα θύελλα
οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα,
ἐν προχοῇς δὲ βάλοι ἀψοῤῥόου Ὠκεανοῖο.

Optat enim, quae futura esse non est credibile. Sic etiam explicandi loci in Odyss. VII, 331. XIV, 440. XVIII, 201. Eadem vis est particulae εἴθε cum infinitivo. Antipater Thessalon. epigr. XXXV.

εἴθε με παντοίοισιν ἔτι πλάζεσθαι ἀήταις,
ἢ Λητοῖ στῆναι μαῖαν ἀλωομένῃ.

Vtinam adhuc ventis agitata vagarer, quam Latonae starem erranti obstetrix. Loquitur Delus insula. Sic etiam Orpheus Arg. 1164. (1157.) ὤ μοι ἐγών, ὄφελόν με διαῤῥαισθεῖσαν ὀλέσθαι. Crinagoras in epigr. XX. αὐτίκα καὶ Γάζης (haec vera videtur lectio esse) χθαμαλωτέρη εἴθε Κόρινθε κεῖσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη, ἢ τοίοις διὰ πᾶσα παλιμπρήτοισι δοθεῖσα θλίβειν ἀρχαίων ὀστέα Βακχιαδῶν. Interest tamen saepe aliquid, utrum εἴθε cum optativo, an ὤφελεν adhibeas. Nam etiam si ὤφελεν in re praesenti aut futura adhibeas, tamen, quia hoc verbum praeteriti temporis significationem habet, fieri non potest, quin eo indicetur iam factum aliquid esse, quo id, quod quis esse vel fieri optat, non possit esse vel fieri, ut in exemplis supra allatis: ὤφελον μὴ ζῆν proprie *non debebam vivere:* at factum est, ut vivam: μὴ γὰρ ὤφελον ἀθάνατος ἔσεσθαι, *non debebam immorta-*

lis futurus esse: at hac conditione natus sum, ut sim futurus immortalis. Id per se non est in optativo cum εἴθε coniuncto, qui hoc tantum indicat, non esse probabile, ut sit aut fiat, quod quis esse vel fieri optat. Vt in loco Homeri, quem attuli, Penelope optat ea, quae ut possint fieri, non sit tamen probabile eventura esse. Quod si haec optaret, ut impetratura, εἰ γὰρ vel aliam adhibuisset particulam.

Caeterum de ὤφελον et ὄφελον v. Fischer. ad Well. III. pag. 147. seq. interpp. ad Moerin pag. 285. seq. Probabiliter Ilgenius in scolio, quod in eius editione est XLIV. correxit,

ὤφελέν σ', ὦ τυφλὲ Πλοῦτε,
μήτε γῇ, μήτ' ἐν θαλάσσῃ,
μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι.

ita ut ὤφελε construatur cum accusativo et infinitivo, sed quem ad huius structurae probationem adhibuit Euripidis locum ex Iph. Aul. 1291. in eo errasse Musgravium docuit Brunckius ad Androm. 293. Melius comparavit Lucianum, allatum iam a Musgravio, de dea Syra 25. ὃς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθέειν, μήτ' ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε.

Reizius adscripsit Sophoclis locum ex Oed. Col. 539.

ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

Videtur putasse, ἐπωφέλησα idem esse, quod ὤφελον: eaque etiam Schneideri sententia est in lexico v. ὤφελον. Vereor vero, ne ita non potuerit dici. Immo sensus hic est: *donum accepi, quod non merui miser ab urbe accipere.* Ad ἐπωφέλησα enim intelligendum τὴν πόλιν, ut sit perinde ac si dixisset, ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον.

274. Soloece haec vertit. Debebat sic, ἵνα, εἴ τι πά- 190
θοιμι, τήνδε τὴν φωνὴν μάρτυρα καταλείποιμι τῆς ἀξιεπαίνου b
προαιρέσεως. In altero exemplo, quod est in oratione pro l. Manil. c. 20. oratio obliqua est: pendet enim e verbis, *qui quum ex vobis quaereret.* Quare et importunum istud γοῦν omitti, et ἐπιτρέψοιτε scribi debebat.

275. Simile exemplum attulit Marklandus ad Eurip. 191
Suppl. 796. ex Arrian. Diss. II, 18. ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη.

192 276. Clare Euripides in Rheso 780.

καί μοι καθ' ὕπνον δόξα τις παρίσταται.

Sic saepissime εἰςέρχεσθαι usurpatur. Euripides in Iphig. Aul. 1374.

οἷα δ' εἰςῆλθέν μ' ἄκουσον, μῆτερ, ἐννοουμένην.

193 276. Vicina huic significatio est, ubi παρίστασθαι usurpatur de re, quae in alicuius potestate sita est. Euripides in Androm. 231.

δέσποιν', ὅσον σοι ῥᾳδίως παρίσταται,
τοσόνδε πεῖθου τῇδε συμβῆναι λόγοις.

Hera, quantum a te impetrare potes, tantum cum hac colloquere.

194 279. *Τί παθὼν* saepe sic usurpatur, ut verti possit *cur.* Aristoph. in Nub. 400. de Iove:

ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει, καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνέων,
καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας· τί παθών; οὐ γὰρ δὴ δρῦς γ' ἐπιορκεῖ.

Similis formula esse putatur τί μαθών. De qua qui scripserunt nominavi in praefatione Aristophanis Nubium ed. sec. p. 46. ubi explicavi, cur istud τί μαθὼν ubicumque invenitur in τί παθὼν mutandum censeam. In oratione obliqua dicitur ὅ τι παθὼν, non, ut Buttmanno in gramm. Gr. Syntaxi videbatur, ὅτι, quae sit coniunctio, nude posito participio. Orta est haec opinio ex male intellectis verbis Platonis Apol. c. 26. p. 36. B. τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι παθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον; I. e. *quid merui luere id, quo commotus non quietus fui.* Simillimum usum habent, quae plurimum ad defendendum ὅ τι conferunt, οἷα et ὅσα. Nemo enim dubitabit, quin recte dicatur: τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, οἷα ὠφελήσας τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχίαν ἦγον, quemadmodum apud Homerum est, ἦ τάχα σοι τελέω κακόν, οἷ' ἀγορεύεις. Hinc aestimari potest, recte a Brunckio in Aristoph. Ach. 826. τί δὴ μαθὼν (hoc tamen παθὼν scribere debebat) φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος editum esse pro vulgato τιὴ μαθὼν, quod nimis secure repetiit Heusdius in Specim. crit. in Plat. p. 57. Nam etsi istud τιὴ pro Buttmanni sententia facere videtur, tamen et res ipsa et tot alii loci dubitare non sinunt, quin id alienum ab hac formula sit.

285. Nihil integrius isto loco, qui est p. 99. D. sive 194
cap. 110. ed. Heindorf. Nam ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι dictum b
pro ἐπιδείξασθαι, ideoque cum accusativo constructum est. Quod vel Fischerus intellexit. Sic μοῖραν ποιεῖσθαι. Sophocl. Oed. C. 277. καὶ μὴ, θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τοὺς θεοὺς μοῖραν ποιεῖσθε μηδαμῶς: *et, quum pii estis, ne negligite deos.*

289. Pertinet huc alius verborum δρᾶν et ποιεῖν usus, 194
quo res per ea verba universe designata, deinde non addito c
pronomine pluribus explanatur. Thucyd. II. 60. ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἵα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ πάντας ἀμύνειν αὐτῇ, καὶ μὴ, (scilicet δρᾶν) ὃ νῦν ὑμεῖς δρᾶτε, ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε, καὶ ἐμέ τε, τὸν παραινέσαντα πολεμεῖν, καὶ ὑμᾶς αὐτούς, οἳ ξυνέγνωτε, δι' αἰτίας ἔχετε. *Quando igitur civitas privatas calamitates potest perferre, singuli autem civitatis detrimentum non possunt, quidni omnes ei opitulari oportet, nec facere, quod nunc vos facitis: domesticis malis perculsi, publicam salutem deseritis, et pariter me, qui bellum suasi, vosque ipsos, qui decrevistis, incusatis.*

290. Ποιῶ sequente infinitivo est *fingo, pono, sumo.* 195
Xenoph. Anab. V. p. 555. ποιῶ δ' ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν. — Porro ποιῆσαι cum infinitivo est *cogere, impellere,* etc. Xenoph. Hell. VI. καὶ ἐποίησαν Ἀγησίλαον ἐπαναχωρῆσαι πρὸς τὰ ὅπλα. Isocr. de pace 317. καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν. Et Thom. Mag. in arg. Nub. Aristoph. — Ibid. pag. 344 et 346. *Efficere ut.* REIZIVS.

290. Πράσσειν τινί τι est *aliquid alicui comparare,* 196
conciliare, einem etwas verschaffen. Sophocles in Aiace 445. de armis Achilleis:

νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας
ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη.

Nunc autem ea arma Atridae fraudulento homini comparaverunt, me contempto.

295. Τίθεσθαι saepe est *facere sibi,* si quis proprie 197
vim verbi exprimere velit, ut τίθεσθαι μνήμην τινός, *facere sibi alicuius memoriam,* i. e. *memorem esse.* Θέμενος

ἄγναμπτον νόον, *animum habens obstinatum*, apud Aeschylum in Prometheo v. 163.

198 303. Vndecimo cum participio. Herodot. IV, 61. ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες. REIZIVS. V. Wesseling. ad Herodot. VIII, 102. Dicitur etiam mutatis verborum modis, ut apud Sophoclem in Oed. Col. 1490. ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην, i. e. ἥνπερ ὑποσχόμενος τυγχάνω. Affert ibi Brunckius Eustathium ad Iliad. δ'. pag. 505. et Koen. ad Gregor. Cor. pag. 35. Sic etiam κυρῶν. Sophocles in Philoct. 371. ut quidem Brunckius legit, πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν. Observandum est autem, raro inveniri participium τυγχάνων cum alio coniunctum participio. Aristoteles poet. I, 7. εἴθ' ἑνί τινι γένει χρωμένη τῶν μέτρων τυγχάνουσα. Vide infra not. 201. Porro τυγχάνειν non addito participio verbi εἶναι simpliciter pro εἶναι a probatis scriptoribus dici, quod Porsonus Phrynichum sequutus negarat, docuit Erfurdtius. V. eum ad Soph. Ai. 9.

Cum accusativo τυγχάνειν, *metam attingere*, coniungit Homerus Iliad. V, 582. χερμαδίῳ ἀγκῶνα τυχὼν μέσον. Atque etiam, ubi *consequi* significat, eodem modo construitur, ut apud Aeschylum Choeph. 709. H. Steph. in Thes. afferri dicit ἐτύχομεν δίκας ex Eurip. Hipp. 672. At ibi δίκας genitivus est. Per attractionem explicari possunt haec, Soph. Oed. Col. 1106. αἰτεῖς ἃ τεύξει, et Philoct. 509. ἆθλ' ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων. In hoc, Oed. Col. 1168. ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν, accusativus ad προσχρῄζοι pertinere potest, addito infinitivo, ut is significet ὥστε τυχεῖν αὐτοῦ. Similis ratio est huius exempli in Antig. 778. τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν, i. e. τεύξεται τούτου, ὥστε μὴ θανεῖν. Omissus est genitivus in Phoeniss. Eurip. 999. ὥσθ', ἃ βούλομαι, τυχεῖν, ut in Aeschyli Agam. 1239. eodemque modo in Iphig. Aul. 993. ταὐτὰ (sic Marklandus pro ταῦτα) τεύξομαι σέθεν: *eodem modo rem a te consequar*. Plane non pertinet huc Hecub. 360. δεσποτῶν ὠμῶν φρένας τύχοιμ' ἄν, ubi nemo non videt δεσπότας dici ὠμοὺς φρένας. Accusativus constructioni cum genitivo explicandae rei caussa per appositionem additus apud Euripidem in Herc. fur. 57.

τοιοῦτον ἀνθρώποισιν ἡ δυσπραξία.
ἧς μή ποθ', ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἐμοί,
τύχοι, φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον.

199 311. Quamquam bene explicavit Hoogeveenus primam verbi στέλλειν notionem, non tamen eodem modo ei cessit

compositi *ὑποστέλλειν* explanatio. Id proprie nauticum vocabulum est, et significat *demittere*, *contrahere vela*. Inde medium *ὑποστέλλεσθαι* quasi *se contrahere*, *demittere*, *submittere*. Vide quae de *ὑποστέλλειν* attuli ad Euripidis Hecubam pag. 165.

316. *Φέρε* sequente infinitivo est *fac, pone, finge*. 200
Nil frequentius apud Apollonium Alexandrinum. Vt I, 3. *φέρε ἐκλεῖψαι τὸ ὄνομα ἢ τὸ ῥῆμα*. I, 30. *φέρε πλείονας ἑνὸς ἀγροῦ ἐπικρατεῖν*. REIZIVS.

318. Etiam participium *φθάσας* cum alio participio iun- 201
ctum invenitur, ut supra nota 198. in *τυγχάνων* observabatur. Herodotus VI, 65. *φθάσας αὐτὸς τὴν Πέρκαλον ἁρπάσας καὶ σχὼν γυναῖκα*.

319. Herodian. I, 17, 16. *συντίθενται φθάσαι τι δρά-* 202
σαντες ἢ παθεῖν. Male Politianus: *constituunt aut faciendum sibi quamprimum, aut patiendum aliquid*. Verte *constituunt occupare aliquid facere, antequam opprimantur*. REIZIVS. Hinc patet falsum esse, quod de optativo et *ἂν* dicit Hoogeveenus. Nec sane potest intelligi, quomodo optativus et particula *ἂν* possit hanc vim huic verbo conciliare, nisi in eo per ipsum inesset. V. Eurip. Androm. 991. Orest. 1219. s. Neque vero hoc verum est, eum optativum per plusquamperfectum subiunctivi vertendum esse, quod Graece foret *ἔφθητε γὰρ ἄν*, sed reddi debet aut per subiunctivum imperfecti, aut per futurum, *possetis* vel *poteritis capi*.

319. Confer omnino Marklandum ad Supplices Eurip. 203
pag. 207. et seq. Musgrav. ad Suppl. v. 1218. ibidemque Heathium. Nec solum *οὐκ* adhibetur in hac formula, sed alia etiam idem significantia vocabula. Euripides in Medea v. 1169.

καὶ μόλις φθάνει
θρόνοισιν ἐμπεσοῦσα μὴ χαμαὶ πεσεῖν,
καί τις γεραιὰ προσπόλων, δόξασά που
ἢ Πανὸς ὀργάς, ἤ τινος θεῶν μολεῖν,
ἀνωλόλυξε.

320. Alia exempla vide ap. Euripid. in Oreste v. 934. 204
939. Alcest. 665. Troad. 456. Neque vero optativo et particula *ἂν* opus est in his, ut exempla docent ab H. Stephano

in Thesauro vol. IV. pag. 135. allata: v. c. Isocratis περὶ ζεύγους: τὸ δ' ὕστερον οὐκ ἔφθησαν ἡμᾶς καταδουλωσάμενοι. At non satis habere debebant, significationem afferre: decebat etiam ostendere, quomodo ea in hoc verbo inesse posset. Nam si φθάνω est *occupo*, poterit sane οὐκ ἂν φθάνοις λέγων dici per interrogationem, *non ocius dices?* verum non poterit οὐκ ἂν φθάνοις ἀποθνήσκων sine interrogatione significare *morieris*, quod patet, si quidem ista huius verbi vis est, dici potius debere sine negatione φθάνοις ἂν ἀποθνήσκων. Neque vero contendere licet, ista omnia exempla, in quibus οὐ φθάνω verti possit *non cesso*, interrogationem continere, qua fiat, ut contraria sit loquutionis vis, quam verbi. Nam ut hoc in quibusdam exemplis, quamquam ne in his quidem commode, fieri possit, in aliis per collocationem verborum manifesto non potest, ut in Heraclidis Euripidis v. 720.

ὅπλων μὲν ἤδη τήνδ' ὁρᾷς παντευχίαν.
φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας.

i. e. *non cessabis haec arma induere.* Et apud Platonem in Symposio XXXI, 7. ἀλλὰ μέντοι, φάναι, τά γε ἀληθῆ παρίημι καὶ κελεύω λέγειν. Οὐκ ἂν φθάνοιμι, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην. *At vera quidem, dixisse eum, sino et iubeo dicere. Non omittam id facere, respondisse Alcibiadem.* Repone in his significationem occupandi, et videbis contrarium dici. *Ne occupa haec arma induere. Non occupabo vera dicere.* Quid hoc est aliud, quam, *ne indue haec arma; non dicam vera.* Quae quum ita sint, quis dubitet, quin longe alia debeat verbi φθάνω significatio esse, quam *occupare?* Scilicet φθάνω proprie est *cesso, desino.* Hinc reliquae significationes facillime derivantur. Φθάσας ἐποίησε, *desiit facere*, quum alius idem faceret, vel facere vellet, i. e. prior fecit. Simile est participium ἀνύσας, de quo dixit Vigerus infra VI, 2, 2. Φθάνει ποιῶν, *desinit facere,* quum alius incipit. Hinc fere praesentis participium usurpatur: v. Elmsl. ad Heracl. 721. qui tamen caussam non explicuit, ut visus est Monkio ad Alcest. 678. Οὐκ ἔφθημεν εἰς Τροιζῆνα ἐλθόντες, καὶ τοιαύταις νόσοις ἐλήφθημεν: *non desieramus Troezenem venire, quum his morbis correpti sumus.* Homerus Iliad. IX, 505.

ἡ δ' Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας
πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν,
βλάπτουσ' ἀνθρώπους· αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω.

Ate ita currit, ut quoque in loco, in quem eam sequantur Preces, desierit ibi currere, quum illae adveniunt. Qui modus loquendi postquam adeo usitatus esse coepit, ut magis iam universa sententiae vis in quoque loco, quam propria verbi significatio spectaretur, factum est, ut φθάνω etiam sine participio cum accusativo construeretur. Homerus Iliad. XXI, 261.

τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
χώρῳ ἔνι προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Aqua, inquit, per rivulos derivata etiam praevertit derivantem. Proprie hoc ita dixisset, φθάνει κατειβόμενον, ἢ τὸν ἄγοντα αὐτὸ ἄγειν. Deinde vero cessandi desistendique significatio aperte inest in loquutione illa, οὐ φθάνω. Ea duobus maxime modis usurpatur, primum ut sit, *non cessat*, i. e. *perpetuo fit*. Euripides in Oreste v. 933.

εἰ γὰρ ἀρσένων φόνος
ἔσται γυναιξὶν ὅσιος, οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν
θνήσκοντες.

Si licebit mulieribus impune occidere maritos, non cessabunt caedes. Et mox v. 938.

εἰ δὲ δὴ κατακτανεῖτέ με,
ὁ νόμος ἀνεῖται, κοὐ φθάνοι θνήσκων τις ἄν·
ὡς τῆς γε τόλμης οὐ σπάνις γενήσεται.

Quod si me supplicio afficietis, lex dissolvetur, nec deficient caedes: nam huius audaciae nulla erit raritas. Alter modus hic est, ut sit, *non omittere aliquid facere*, i. e. *quam maxime agere.* Eiusmodi est illud supra commemoratum,

φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖςδε συγκρύπτων δέμας.

Ne omittas haec arma induere, i. e. *strenue*, vel *quam primum ea induas.* Et Platonis illud, οὐκ ἂν φθάνοιμι τὰ ἀληθῆ λέγων· *quam maxime dicam, quae vera sunt.* Ex his patet, quo pacto οὐκ ἂν φθάνοις, sive illud per interrogationem dicatur, sive sine interrogatione, ad extremum eodem redire possit. Vt quod in Oreste est v. 1551.

οὐκέτ' ἂν φθάνοιτε κλῇθρα συμπεραίνοντες μοχλοῖς,
ὦ κατὰ στέγας Ἀτρεῖδαι.

Id male cum interrogatione dictum accipitur, quum sit extra interrogationem, ut in Troadibus v. 456.

οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν,

et apud Herodotum VII, 162. Nam si interrogatio esset, dixisset οὐκ ἄν. Sensus autem est: *quam maxime occludite fores*. Id igitur etiam sic poterat dici: οὐ φθάνοιτ᾽ ἂν κλῇθρα συμπεραίνοντες μοχλοῖς; *non curabitis, ut occlusae sint fores?* sensu ad extremum eodem, sed vi verborum diversa. Nam οὐκέτ᾽ ἂν φθάνοιτε sine interrogatione est, *non omittetis fores occludere;* οὐ φθάνοιτ᾽ ἂν cum interrogatione est, *non effectum dabitis, ut sint occlusae fores?* Hoc postremum etiam dici posset ita, φθάνοιτ᾽ ἂν συμπεραίνοντες κλῇθρα μοχλοῖς, sine interrogatione. Atque ita demum clarum est, quo pacto sensus idem exsistat, sive addatur negatio, sive omittatur; quum additur, *non omittetis occludere fores;* quum omittitur, *omittite occlusas*, quod Graeci etiam per imperativum aoristi exprimunt, συμπεράνατε, Latine *occluseritis*. V. Elmsl. ad Eur. Heracl. 721. Caeterum observandum est φθάνειν epicorum dialecto α habere longam, Atticorum brevem.

205 321. Quarto construitur simpliciter cum adverbio. Demosthenes, οὕτω ταῦτα πέφυκε. REIZIVS.

Φύω sensu activo, *a natura habere*, dicit Herodotus II, 68. γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε, scil. crocodilus. REIZIVS. Sic φρένας φύειν dixit Sophocles in Electra 1463. et in Oedipo Col. 804. idemque similiter μέγα σῶμα γεννᾷν in Aiace 1077. *magno corpore a natura praeditum esse.*

206 322. Non debebat dicere, praecedere ἐᾷν. Nam etiam sequitur, et saepissime. Aristoph. in Pluto 1186.

τὸν οὖν Δία τὸν σωτῆρα καὐτός μοι δοκῶ
χαίρειν ἐάσας, ἐνθάδ᾽ αὐτοῦ καταμένειν.

Hac significatione saepe dicitur χαιρέτω, Latinis *valeat*, i. e. *pereat licet*. Χαιρέτω πόλις apud Eurip. in Phoen. 926. Et χαίρειν λέγω. Eurip. in Hippol. 113.

τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ᾽ ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Et χαίρειν κελεύω. Aristoph. Ach. 200.

χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας.

207 322. Non accurate de hac re disputavit. Observat Valckenarius ad Herodotum VII, 236. cum ibi, quum diceret τρόποισι τούτοισι χρεώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι, non po-

tuisse dicere χαίροντες χρῶνται. Itaque male apud Athenaeum IV. pag. 169. F. legi χαίροντες ὀνομάζουσι, quod scribi debeat χαίρουσιν ὀνομάζοντες, ut apud Pollucem X, 106. Verum caussam non explicavit. Res ita se habet. *Χαίρειν* quatuor significat, primum *laetari*; deinde *gaudere*, i. e. *aliquid lubentius facere*, quod etiam *amare* et *solere* dicitur; tertio *non habere*, *quod doleas*, i. e. *a damno* vel *poena immunem esse*; denique *contentum esse*. Quod si prima ex his significatio locum habet, quae est *laetandi*, ut apud Euripidem in Medea 1130.

ἥτις, τυράννων ἑστίαν ᾐκισμένη,
χαίρεις κλύουσα, κοὐ φοβῇ τὰ τοιάδε,

i. e. *quae quum regios lares iniuria affeceris, talia laeto animo et sine horrore audire possis:* nihil obstat, quo minus etiam participium adhiberi queat. Vt hic dicere poterat Euripides χαίρουσ' ἀκούεις, quemadmodum Homerus, ὃ δ' ἐδέξατο χαίρων, et alia. Secunda significatio autem ubi obtinet, quae est *lubentius faciendi*, *amandi aliquid facere*, non potest participium abhiberi. Vt non potest dici χαίροντες ὀνομάζουσι, sed dicendum est χαίρουσιν ὀνομάζοντες. Tertia significatio, quae est *damno vel poena carendi*, ut plerumque participium habet huius verbi, ita etiam inverti orationem sinit. Afferam exempla utriusque loquutionis. Sophocles in Oed. Rege 363.

ἀλλ' οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.

In Antigona 758.

ἄληθες; ἀλλ' οὔ, τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσθ' ὅτι,
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.

In Philocteta 1299.

ἀλλ' οὔ τι χαίρων, ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος.

Herodotus IX, 106. Ἴωνας οὐδεμίην ἐλπίδα ἔχον χαίροντας πρὸς τῶν Περσέων ἀπαλλάξειν· *nullo pacto sperabant fore, ut Ionas tutos a Persis relinquerent.* Participium futuri habet Aristophanes in Vespis v. 186.

Οὔτις, μὰ τὸν Δί', οὔ τι χαιρήσων γ' ἔσει.

Sophocles id etiam per γεγηθὼς expressit in Oed. Rege 368.

ἦ καὶ γεγηθὼς ταῦτ' ἀεὶ λέξειν δοκεῖς;

Idemque quod οὐ χαίρων est, κλαίων saepe dicitur, ut in eadem fabula v. 41. (402.)

κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σύ, χῶ ξυνθεὶς τάδε,
ἀγηλατήσειν.

Et saepius apud comicos. Sed verbum χαίρειν, non participium, posuit Aristophanes in Pluto v. 64.

οὔτοι, μὰ τὴν Δήμητρα, χαιρήσεις ἔτι.

et in Equitibus v. 235.

οὔτοι, μὰ τοὺς δώδεκα θεούς, χαιρήσετον,
ὁτιὴ 'πὶ τῷ δήμῳ ξυνώμνυτον πάλαι.

De illo οὐ χαίρων v. Toup. ad Theocr. 8, 40. et ad Longin. XVI. §. 3. Quarta denique significatio est *contentum esse*. Sophocles in Aiace 113.

χαίρειν, 'Αθάνα, τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι·
κεῖνος δὲ τίσει τήνδε, κοὐκ ἄλλην δίκην.

Observandum praeterea, χαίρων ἴθι esse *i et vale*.

ἀλλ' ἴθι χαίρων, καὶ πράξειας
κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν.

Vid. Eurip. Phoen. 928. Alcest. 816.

208 323. Inepte Zeunius. Vt εἰς possit intelligi, non poterit tamen πρὸς vel ἐπί. Ὕβρει χρῆσθαι πρὸς ἅπαντας, est *insolentius se efferre adversus omnes*. Quis ibi praepositionem omittat? Deinde ne ἐπί τι quidem χρῆσθαί τινι idem est ac τὶ χρῆθαι. Vt χρῆσθαί τινι παντοῖα ἐπὶ τὸν πόλεμον, *alicuius ope ad bellum plurimis in rebus uti*.

209 323. Nisi omnis Graecitatis expers fuisset Zeunius, neque attulisset haec verba sic, neque vertisset. Verba sunt haec: μήτε, ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικαστηρίῳ, δυσχερές σοι γενέσθω, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελθὼν ὅ τι χρῷ σεαυτῷ: *neque hoc tibi difficile erit, quod in iudicio dicebas, te, si urbe egressus esses, non habiturum, quo te verteres*. Pergit autem non de victu quaerendo, sed de amicis, ad quos Socrates possit devertere: πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε, ὅποι ἂν ἀφίκῃ, ἀγαπήσουσί σε· ἂν δὲ βούλῃ εἰς Θετταλίαν ἰέναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἵ σε περὶ πολλοῦ ποιήσονται καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται. In praesente si dixisset οὐκ ἔχεις, sequi debebat, ὅ τι χρᾷ vel χρήσει σαυτῷ.

210 324. Isocrates Panathen. 503. παρέδωκαν αὐτῷ πάντας χρῆσθαι τοῦθ' ὅτι ἂν αὐτὸς βούληται. REIZIVS. Cap. 39.

p. 254. ed. Coraii: *ἐπειδὴ δὲ καταναυμαχήσας ταπεινοὺς ἐποίησεν, οὐ μικρὸν μέρος αὐτῷ παρέδωκαν, ἀλλὰ πάντας τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας, διαῤῥήδην γράψαντες χρῆσθαι τοῦθ' ὅ τι ἂν αὐτὸς βούληται.* Apertum est, coniunctivum hic positum esse, quod haec sunt ipsa verba foederis, ideoque de praesenti tempore intelliguntur. Alioqui rectius dixisset *ὅ τι ἂν αὐτὸς βούλοιτο*, si ita scripsisset, ut haec ab Reizio hic posita sunt.

327. Adde *χωρεῖν* de fama, rumore, esse *manare*. 211
Euripides in Hecuba, 114.

δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων
στρατὸν αἰχμητήν, τοῖς μὲν διδόναι
τύμβῳ σφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.

Deinde *procedere* est, *ulterius ire.* Aeschylus in Persis 382. *καὶ νὺξ ἐχώρει, et procedebat nox.*

328. Non tam ponitur accusativus pro genitivo, quam 212
intelligi videtur *νομίζων, λέγων*, vel simile quid. Euripides in Phoen. 1469.

ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων,
ἡμεῖς μέν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμόν,
οἳ δ', ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις,
οἳ μὲν πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί,
οἳ δ', ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.

Vide ibi Valck. Nam ut in ultimis versibus necessario tale quid subintelligendum est, ita quidni idem fiat in prioribus, atque in omnibus similibus locis?

329. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 15. 69. et 317. 213
Dawes. Misc. pag. 125. Brunck. ad Aristoph. Plut. 277. Fisch. ad Well. III. pag. 389. seq. Neque vero haec participia nominativo casu, sed accusativo magis accipienda videntur: aliter Fischer. ad Well. III. pag. 392. Accusativum H. Steph. de dial. pag. 22. seq. eiusmodi exemplis defendit, in quibus *ὡς* praecedit, de qua re dictum in praecedente nota. Adde his exemplis Aristid. pro Cim. T. III. pag. 251. *παρὸν ἐξ οὐρίας κομίζεσθαι.* Herodot. VII, 164. *παρεὸν κατασχέσθαι, οὐκ ἐθέλησε.* Eurip. Med. 448. Alcest. 285. Iph. T. 1088. Heracl. 178. 507. *Ἐξόν*, Iphig. Taur. 688. Heracl. 7. Hel. 1174. Herc. fur. 940. Plato in Sympos. XIII, 7. ubi

v. Bast. (*Krit. Vers.* p. 122.) Chariton in fine libri IV. ubi Schaeferus trimetrum antea non animadversum latere vidit:

ἐξὸν καθεύδειν τήν τ' ἐρωμένην ἔχειν.

Δοκῆσαν Markland. ad Eurip. Suppl. 129. *Ἧκον καλῶς* Eurip. Alcest. 292. *Ἀρξάμενον* Wesseling. ad Herodot. pag. 244. *Εἰρημένον* Aristoph. Lysistr. 13. et ibi Kuster. *Χρησθὲν* Thucydides III, 96. *Τόδε καλῶς κτάμενον:* vide infra not. 230.

214 330. Fortasse scripsit Plato *δυνατὸν ὄν*. Quamquam etiam omissio participii defendi potest. Aeschylus Ag. 893. *ὥς τε σύγγονον βροτοῖσι, τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον.*

215 334. Incredibilis est Zeunii inscitia, iuxta ac Fischeri, quorum neuter vidit in his locis omnibus aut adesse verbum, unde participium pendeat, aut e superioribus intelligendum esse, aut denique locum corrigi debere. Videamus. Plato in Euthyphr. 12. *πάλιν εἰπὲ ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε ὂν τὸ ὅσιον εἴτε φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν, εἴτε ὅ τι δὴ πάσχει.* In Phaedone 19. *ἦ καὶ ἐπιστάμεθα αὐτό, ὅ ἐστιν ἴσον; πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. πόθεν λαβόντες αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην;* nimirum *ἐπιστάμεθα αὐτό.* Ibidem 21. *ἀναμιμνήσκονται ἄρα ποτὲ ἃ ἔμαθον; ἀνάγκη. πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην;* scilicet *ἀναμιμνήσκονται.* Xenoph. in Symp. IV, 53. *αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβουλεύοντας διαφθεῖραι αὐτόν. καὶ ὁ Σωκράτης ἀκούσας, Ἡράκλεις, ἔφη, τί τοσοῦτον νομίζοντες ἠδικῆσθαι ὑπὸ τοῦ σοῦ παιδὸς, ὥςτε ἀποκτεῖναι αὐτὸν βούλεσθαι;* scilicet *ἐπιβουλεύουσι διαφθεῖραι αὐτόν.* Restat locus Platonis in Euthyphr. 18. Ibi sane deest verbum quod intelligi possit, nisi quis e cod. Tub. velit *τυγχάνει οὖσα* recipere, quod non placet. Immo, nisi egregie fallor, ita scripsit Plato: *φράσον δή μοι, τίς ἡ ὠφέλεια, ἡ τοῖς θεοῖς οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων, ὧν παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν.* Negari tamen non potest, participia interdum sic poni, ut pro verbis posita videantur, quod quum fit, intelligendum est verbum *εἶναι*. Aeschylus in Agam. 564. *μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυςαυλίας, σπαρνὰς παρήξεις καὶ κακοστρώτους, τί δ' οὐ στένοντες, εὖ λαχόντες, ἤματος μέρος; Labores enim si memorare velim et iniquas navium stationes, raras appellendi opportunitates et aspera cubilia, — qua diei parte, si bene cecidisset, non gemuimus?* Plena oratio foret, *τί δ' οὐ στένοντες ἦμεν ἤματος μέρος;* In eadem fabula v. 1520. ad *ὅποι δὲ καὶ προβαίνων*, repetendum *παρ-*

ἕξει. Alius est participii pro verbo usus in constructione cum particula εἰ, de qua v. infra not. 305. Confer etiam not. 227.

337. Ex his exemplis nullum, nisi postremum aptum est ad ea, quae Vigerus dicit, probanda. Alia collegit Brunck. ad Sophocl. Electr. 480. Alio modo mutatur oratio, ubi a genitivis ad nominativum fit transitus. Xenophon Cyrop. I, 4, 20. ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἔδοξέ τι λέγειν τῷ Ἀστυάγει, pro ταῦτα εἰπών. Vide Schaeferum ad Aesop. p. 149. 216

338. Vid. Brunck. ad Aesch. Prom. 217. ad Apoll. Rhod. I, 356. ad Aristoph. Lysistr. 179. Koen. ad Greg. Cor. pag. 33. 217

338. Maxime commemoratione indigent ea verba, quae cum nominativo participii coniunguntur, ita ut participium de eadem persona intelligatur, de qua verbum, ut in Isocratis loco. De re ipsa exposui in lib. II. de emend. rat. Gr. Gramm. pag. 146. Exempla verborum haec sint. Ἀγγέλλειν Theodoridas epigr. 18. Ἀγνοεῖν Phalaris pag. 308. ubi v. Lennep. Αἰδεῖσθαι Soph. Ai. 507. Αἰσχύνεσθαι id. Antigon. 540. Ἀνέχεσθαι Eurip. Med. 38. Ἀρνεῖσθαι idem Alcest. 1161. Αὐχεῖν idem ib. 678. coll. Valck. ad Phoen. 1715. Δεικνύναι Orest. 800. Med. 548. Δηλοῦν Soph. Ai. 472. v. ibi Brunck. Διαδείξασθαι Herodot. VIII, 118. Ἐκμανθάνειν Eurip. Bacch. 39. Ἐνδείξασθαι idem ibidem 47. Ἐννοεῖσθαι Eurip. Hippol. 435. Ἐξανέχεσθαι idem in Med. 74. Ἐπείγεσθαι Herodot. VIII, 2. quod mox cap. 3. cum infinitivo coniungitur. Ἐπιλανθάνεσθαι Eurip. Bacch. 184. Κατέχειν, memoria tenere, v. Casaub. ad Athen. I, 5. pag. 19. Μανθάνειν Lucian. dial. deor. XVI, 2. Tom. I. pag. 244. Herodot. III, 1. Ὁμολογεῖν in sententiis gnomicorum v. 438. miro modo occurrit: 218

ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν.

V. Lobeck. ad Phryn. p. 750. 755. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 103. Παύεσθαι, quod fere ubique ita construitur: raro cum infinitivo, de quo exempla, etiam in activa forma, attulit Schaeferus ad Schol. Apoll. Rh. p. 223. Πειρᾶσθαι, Herodot. I, 77. v. ibi Wesseling. Ποιεῖσθαι μέγα Herodot. IX, 111. v. ibi Valckenar. Ποιεῖσθαι λόγον ἐλάσσω idem VII, 156. Ποιεῖσθαι περὶ πλείστου Diod. Sic. I, 51. Ὑπο-

μένειν Herodot. VII, 101. Φαίνειν σημεῖα Sophocles Electr. 24. Interdum tamen in his etiam accusativus cum pronomine adhibetur: Lucianus dial. deor. XVII, 1. T. I. pag. 446. συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτόν. Sed accusativus sine pronomine de eadem persona, de qua verbum, usurpatur ibi, ubi verbi infinitivus cum accusativo nominis construitur: ut ap. Eurip. in Bacchis 39.

δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων.

Hic enim non e verbo pendet accusativus participii, sed e nomine, ad quod refertur. Nisi enim δεῖ posuisset, debebat dicere πόλις ἐκμαθήσεται ἀτέλεστος οὖσα. Caeterum vide notam 220. Participio utuntur in re quae fit, factave est; infinitivo, ubi consilium eventusve significatur. Aeschylus Prom. 643. καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι θεόσσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προςέπτατο. Idem Choeph. 917. αἰσχύνομαί σοι τοῦτ' ὀνειδίσαι σαφῶς.

219 340. Virgilius Aen. II, 391.

sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clipeique insigne decorum
induitur.

Εἶτα interdum etiam ante participium collocatur, ita ut sensu tamen posterius habendum sit. Aristophanes in Nub. 857.

εἶτα τῷ πατρὶ
πιθόμενος ἐξάμαρτε.

Id est, πιθόμενος τῷ πατρί, εἶτα ἐξάμαρτε. Vide quae ibi notavi. Quibus adde Aristoph. in Plut. v. 1004.

ἔπειτα πλουτῶν οὐκέθ' ἥδεται φακῇ.

et v. 1148.

ἔπειτ', ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς, ἐνθάδε μενεῖς;

Maxime etiam notabile est, quod ad Nubes Aristophanis v. 180. observavi, ut εἶτα, ita etiam copulam τὲ usurpari. Aeschylus in Agam. 97.

τούτων λέξασ', ὅ τι καὶ δυνατόν,
καὶ θέμις αἰνεῖν,
παιών τε γενοῦ τῆςδε μερίμνης.

Et in Choeph. 554.

> *ὥς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον*
> *δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταυτῷ βρόχῳ*
> *θανόντες.*

Talia saepius apud Aeschylum reperiuntur. In aliis scriptoribus vereor ut frequentia exempla inveniantur. Praeivit Homerus Il. χ. 247. *ὥς φαμένη, καὶ κερδοσύνῃ ἡγήσατ' Ἀθήνη.* Theocrit. IV, 60. *πρώαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθών, καὶ ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ κατελάμβανον, ἆμος ἐνήργει.* Et XV, 17. V. ad eos locos Kiesslingium. Adde Hesiod. Theog. 86. seq. Frustra contra haec pugnavit Doederlinus Lectt. Hom. Specim. II. p. 9. seqq.

340. Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. pag. 93. ad Hip- 220
pol. pag. 211. ad Herodot. pag. 194. Brunck. ad Eurip. Bacch. 184.

340. Vera lectio in Euripide est, *ποῦ γὰρ ὢν δείξω* 220
φίλος. Non enim participii loco adiectivum poni potest. Er- b
ravit in hac re etiam Ilgenius ad Hom. hymn. Merc. 97. et, qui pluribus hanc loquendi rationem explicavit, Wunderlichius in Obss. crit. in Aeschyl. p. 95. seqq. ubi tamen multa recte exposita videas.

341. Et *συγγινώσκω*, quod Herodotus etiam cum infini- 221
tivo coniungit. Confer de hoc verbo Valckenarium ad Herod. IV, 43. pag. 299. De *σύνοιδα* autem Fischerum ad Well. III. pag. 324.

342. Non modo non est hoc Graecum, sed ne potest 222
quidem omnino sensum praebere. Nam *τὰ γενόμενα* quum dicitur, participium substantivi naturam induit, nec potest amplius verbi loco esse. Perinde est enim, ac si dicas *τὰ πράγματα.* Nunc quid hoc sibi vellet, *καὶ ταῦτα τὰ πράγματα?* Patet delendum esse articulum.

343. Vid. Valckenar. ad Phoen. pag. 289. ad Herodot. 223
pag. 642. l. 82. Markland. ad Supplices Eurip. 542. 772. qui ad v. 154. exempla affert participii praesentis cum his verbis coniuncti. Contra cum futuris participia praesentis coniungi docuit Huschkius in Analectis pag. 104. allato Euripidis loco in Phoen. 259. *σχῆμα φοινίου μάχης, ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται παισὶν Οἰδίπου φέρων πημονὰν Ἐριννύων.* At hic quidem necessario praesentis participium poni debebat. Omninoque videndum, quod quoque loco tempus vel requiratur, vel

ferri possit. Participii praesentis pro praeterito exempla attulit Abresch. ad Aesch. vol. II. pag. 32.

224 343. Exstant de aoristis cum futuro iunctis disputationes duae, prior Hemsterhusii in Misc. Obss. vol. IV. pag. 286. altera in Misc. Obss. novis III, 2. seq. Equidem mihi nunquam persuadebo, perinde esse, utrum futurum an aoristus adhibeatur, immo sua cuique tempori vis ubique manet, qua recte observata, iudicare licebit, utri tempori locus sit. Et in infinitivis quidem, quo in genere maxime versantur Hemsterhusii disputationes, plerumque praesenti non minus quam futuro locus est; ubi autem praesenti, nihil mirum, si rem cito transeuntem Graeci per aoristum significant, quum haec propria sit vis aoristi. Quamquam in tantillo infinitivorum aoristi medii et futuri discrimine haud raro peccatum ab librariis esse credibile est. Difficilior quaestio est de participio, in quo perraro ista rei subito transeuntis significatio invenitur: restituendumque haud dubie futurum in locis Aristidis et Parthenii, quos in Misc. obss. novis affert Hemsterhusius. Videamus nunc locos a Zeunio allatos. In Lycurgo si *σώσαντας* legatur, sensus erit hic: *mox deos invocabit, ubi eum e periculis servaverint.* Quod quum dicere non voluerit orator, recte Taylorus futurum reposuit. Iam vero sensus est: *invocabit deos, ut eum servent e periculis.* In Xenophonte *ἀντιποιησαμένους* non est mutandum, quod significat eos, *qui ne in mentem quidem sibi induxerunt imperare.* In Thucydide VI, 21. *ἀπαρτήσαντες* ferri poterit, si locus, qui difficilior est, nec satis emendatus, recte intelligatur. Deleto *οὐκ* ante *ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις*, quod non habuit Scholiastes, verba scriptoris haec sunt: *αὐτόθεν δὲ* (scilicet *δεῖ*) *παρασκευῇ ἀξιόχρεῳ ἐπιέναι, γνόντας, ὅτι πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν μέλλομεν πλεῖν, καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσάμενοι καὶ ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις ξύμμαχοι ἤλθετε ἐπί τινα, ὅθεν ῥᾴδιαι αἱ κομιδαὶ ἐκ τῆς φιλίας, ὧν προσέδει, ἀλλ' ἐς ἀλλοτρίαν ἀπαρτήσαντες, ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν: sed statim oportet cum idoneo apparatu proficisci, reputantes, et procul a finibus nostris nos esse navigaturos, et non simili facta expeditione, ut in regionibus hic nobis parentibus socii aliquem bello petiistis, ubi facilis subvectio eorum, quibus opus erat, sed in peregrinam terram digressos, unde per quatuor menses hibernos ne nuncius quidem facile veniat.* Apparet recte hic aoristorum participia posita esse, ut in quibus hoc verborum nexu futuri exacti significatio insit.

Vidit hoc Abreschius p. 587. In altero Thucydidis loco I, 18. recte iam pridem editum δουλωσόμενος, quemadmodum Thucydides etiam alibi loquitur, ut VI, 83. extr. VIII, 68. Denique in Demosthene ἐξορχησάμενος recte se habet, et explicari debet tamquam si scripsisset καὶ ἐξωρχήσατο. Hoc modo saepius loquuti sunt veteres scriptores: quo magis cavendum, ne quis ad correctiones temere confugiat. Herodotus I, 14. Γύγης δὲ τυραννεύσας, ἀπέπεμψεν ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα, i. e. *regnum occupavit et misit.* Diodorus Siculus I, 66. ἐπ' ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα κατὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς ὁμολογίας ἄρξαντες, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν διατηρήσαντες, ἐπεβάλοντο κατασκευάσαι κοινὸν ἁπάντων τάφον. E sequentibus intelligitur, non post quindecim annos sepulcrum exstructum esse, sed per hoc tempus. II, 13. ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ συχνὸν ἐνδιατρίψασα χρόνον, καὶ πάντων εἰς τρυφὴν ἀνηκόντων ἀπολαύσασα, γῆμαι μὲν νομίμως οὐκ ἠθέλησεν: non postquam ibi morata erat et omnibus se voluptatibus dederat, sed per omne hoc tempus, quo ista faciebat, noluit nubere. Mox ibidem: μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Ἐκβατάνων τὴν πορείαν ποιησαμένη, παρεγένετο πρὸς ὄρος τὸ Ζαρκαῖον καλούμενον· i. e. ἐποιήσατο καὶ παρεγένετο. XI. 31. καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν Ἑλλήνων. Non occidit post pugnam, sed in pugna: ergo γενναίως ἠγωνίσατο, καὶ ἀνεῖλε. XI, 52. οἱ μὲν οὖν τοὺς Ταραντίνους διώξαντες, ὀλίγου διαστήματος ὄντος, πολλοὺς τῶν ἐναντίων ἀνεῖλον· οἱ δὲ τοὺς Ῥηγίνους διώκοντες, ἐπὶ τοσοῦτον ἐφιλοτιμήθησαν, ὥςτε συνειςπεσεῖν τοῖς φεύγουσιν εἰς τὸ Ῥήγιον, καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι. Hic in posteriore membro de more διώκοντες dicit: nam persequentes hostem irruperunt in oppidum. Verum etiam qui Tarentinos persequebantur, non quum iam persequi desiissent, sed in ipsa fuga eos interemere. Itaque hoc quoque est idem atque ἐδίωξαν καὶ ἀνεῖλον. Hoc modo etiam ὑφελόμενος in Herodoti IX, 116. defendi posset, pro quo Schaeferus alteram lectionem αἰτήσας recepit. Contra Diodorus Siculus III, 19. non poterat dicere κατευωχησάμενοι τὰ ληφθέντα, συμφεύγουσι πάλιν εἰς τοὺς προειρημένους αὐλῶνας. Neque enim συνέφυγον sequitur, ut videri possit hoc dicere, κατευωχήσαντο καὶ συνέφυγον, sed loquitur de re, quae perpetuo fieri soleat. Itaque rectissime Schaeferus emendavit κατευωχησόμενοι. Idem sic emendavit locum Herodoti V. 89. καὶ Ἀθηναίοισι ὁρμεωμένοις ἐπ' Αἰγίνης στρατεύεσθαι, ἦλθε μαντήϊον ἐκ Δελφῶν, ἐπισχόντας ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων ἀδικίου τριήκοντα ἔτεα, τῷ ἑνὶ καὶ τριηκοστῷ, Αἰακῷ

τεμενος αποδέξαντας, ἄρχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου· καί σφι χωρήσειν τὰ βούλονται· ἢν δὲ αὐτίκα ἐπιστρατεύωνται, πολλὰ μέν σφεας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι καταστρέψασθαι. *Et Atheniensibus, bellum adversus Aeginam molientibus, datum Delphis oraculum est, postquam abstinuissent ab iniuria triginta annos, trigesimo primo, ubi Aeaco fanum dicassent, inferrent Aeginetis bellum; ita, quod agerent, effectum habituros. Quod si statim bellum susciperent, multa interea damna passuros, multa etiam illaturos esse, postremo tamen insulam subactum fore.* Libri χωρῆσαι. Quae scriptura si vera est, addi debebat ἄν, *sic posse rem procedere.* Disputavit copiose de participiis aoristi pro praesente poni visis Graserus in Specimine adversariorum in sermones Platonis a pag. 69.

225 347. Non pro ἐκεῖνον πληρῶσαι. Nam male vertit hunc locum, cuius hic sensus est: *nam qui inde nuncii veniunt, dicunt ne milites quidem, qui ei imperium vendiderunt, fidum esse praesidium, quum ne praestiterit quidem, quae promiserat.*

226 347. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 308. 354. ed. Lips. Ita μηνυθέντος, *quum proditum esset*, ap. Polyaen. II, 14, 1.

227 348. Praeterea vulgaris opinio est, participium pro verbo finito usurpari: in quam rem exempla maximam partem inepta attulerunt Zeunius ad Xenoph. Mem. Socr. II, 1, 23. et Fischerus ad Well. III. part. 2. pag. 8. Equidem videor mihi posse contendere, participium, nisi ubi aut casu absoluto ponatur, aut verbum εἰμὶ, (idque plerumque, nisi semper, in praesenti tempore) intelligi possit, rarissime poni pro verbo finito, ut in loquutionibus supra not. 215. commemoratis, multo minus construi cum coniunctionibus. Casuum absolutorum exempla satis multa ab Hoogeveeno supra commemorata sunt. Verbi εἰμὶ subintellecti exempla vide in Schaeferi Melet. cr. p. 43. seq.

Restant de exemplis a Zeunio et Fischero allatis tria, quae sola aliquo modo firmare videantur illorum opinionem. Primum Xenophontis de Venat. V, 32. οὐρὰν δὲ οὐκ ἐπιτηδείαν ἔχει πρὸς δρόμον· ἐπευθύνειν γὰρ οὐχ ἱκανὴ τὸ σῶμα διὰ τὴν βραχύτητα· ἀλλὰ τῷ ὠτὶ ἑκατέρῳ τοῦτο ποιεῖ, καὶ ὅταν ἁλίσκηται ὑπὸ τῶν κυνῶν· καταβάλλων γὰρ καὶ παραβάλλων τὸ ἕτερον οὖς πλάγιον, ὁποτέρᾳ ἂν λυπῆται, ἀπερειδόμε-

νος· διὸ δὴ εἰς τοῦτο ὑποστρέφεται ταχύ, ἐν μικρῷ πολὺ καταλιπὼν τὸ ἐπιφερόμενον. In superiore Vigeri editione Stephano, γὰρ delenti, accedendum putabam, qua in re assentientem habui Weiskium. Nunc repetendum cogitatione puto τοῦτο ποιεῖ. Alter locus est in Cyrop. VIII, 3, 8. ὁ δὲ συμβουλεύσας ἂν ὁπότερος βελτίων εἴη, καὶ εἰπών. Weiskius anacoluthon hic esse putat, apodosi sic subiecta, ut priora repetantur, ὁ μὲν δὴ Φεραύλας. Sequentibus subintelligendis probabiliter explicavit L. Dindorfius. Denique in Mem. Socr. II, 1, 23. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος. At tantum abest, ut ἐὰν cum participio construi possit, ut id referatur ad verba omissa, sed repetenda e praecedentibus, ὁρῶ σε ἀποροῦντα, ποίαν ὁδὸν τράπῃ. Ἐὰν οὖν, ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, scilicet τράπῃ ὁδόν τινα. Dubius est locus Xenoph. Hier. 2, 10. Caetera exempla quivis facile intelliget apta ad rem non esse: nec puto erunt, qui auscultent, ubi ad Cyrop. II, 4, 23. Zeunius Reizium de inclin. acc. p. 33. ed. Wolfii reprehendit, cuius ex sententia recte nuper Schaeferus τοὺς μὲν edidit. Quamquam οὓς μὲν defendi possit, si ad illud loquendi genus referas, quod nota 215. ex Aeschylo commemoravi.

Participium cum genitivo saepe induere vim substantivi docuit Hemsterhusius ad Thom. M. pag. 183 seq. ut τόξων εὖ εἰδώς, θαλάττης γεγυμνασμένος. Idemque erudite observat, hoc genus loquendi quum antiquissimis poetis, tum recentioribus sophistis usurpatum esse; parcius eo usos scriptores Atticos. Scilicet evenit in Graeco sermone, quod idem in Latino contigisse animadvertimus. Vbi florentissima aetas inclinari coepit, vetusta et obsoleta in memoriam paullatim revocata sunt, sed ea hoc maiorem habentia offensionem, quod neque apto loco adhibebantur, neque reliquis recentioris aetatis vestigiis congruebant.

351. *Ληρεῖς ἔχων* et similia si semper cum τί, aut alio 228
nomine iuncta legerentur, facile sic expediri possent, ut construeretur τί ἔχων ληρεῖς. Verum etiam simpliciter ληρεῖς ἔχων dicitur, ut in Aristoph. Ran. 512. Lysistr. 945. Quare cum Valckenario ad Phoen. pag. 269. probabimus Gregorii Corinthii sententiam pag. 63. licet repugnet H. Stephanus de dial. Att. pag. 54. ληρεῖς ἔχων pro ἔχεις ληρῶν dici putantis. Atque ad sensum hoc interest inter ληρεῖς et ληρεῖς ἔχων, quod ληρεῖς est *nugaris nunc*, ληρεῖς ἔχων autem *nugator es*. Hinc intelligi potest, cur Hoogeveeno moram indicari visum sit ἔχων. Id quod falsum Ruhnkenius ad Timaeum

pag. 258. e formula ἀπῆλθεν ἔχων colligit. Vellem huius formulae exempla attulisset. Nam si locos spectavit, qualis Callimachi est in epigr. XXXVIII. de quo Valckenarius ad Callim. pag. 361. ibi ᾤχετ' ἔχουσα est εἶχε καὶ ᾤχετο, nisi cum Valckenario legendum ᾤχεθ' ἑλοῦσα. Certe tantum abest, ut ἀπῆλθεν ἔχων celeritatem indicare possit, quod visum est Iacobsio ad Lucillii epigr. LX. ut id ne dici quidem omnino pro simplici ἀπῆλθε posse videatur.

Vera esse, quae de voluntatis, studii, impetus significatione tradit Vigerus, cognosci poterit e copiosa de participio φέρων disputatione Hemsterhusii ad Lucian. pag. 349 seq. Verum ita tantum hoc participium usurpatur, ut coniunctum sit cum verbis motum aliquem quacumque ratione significantibus, accusativumque aut additum habeat, ut in plerisque locis, aut certe intelligi postulet, quod tamen rarissimum est, ut in Herodoti exemplo VIII, 87. de nave: διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ· *cum impetu aggressa est amicam navem.* Nam ἐμβάλλειν ubi *irruere* notat, sic dicitur, si veram rationem requiras, ut quis aut semet ipsum, aut id, quo fit impetus, immittere significetur. Itaque proprie hic aut ἑαυτὴν, aut τὴν ἑαυτῆς ναῦν φέρουσα ἐμβαλεῖν dicitur Artemisia. Caeterum nos quoque studii celeritatisque significandae caussa saepe similiter loquimur, v. c. *etwas nehmen und wegwerfen.* Taylori commentum, quod Zeunio probatur p. 353. prorsus ineptum est. Quae quum ita sint, non poterit defendi, quod exstat in Homeri hymno in Mercur. 52.

αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε φέρων ἐρατεινὸν ἄθυρμα.

Sed scripsisse hic videtur,

αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξ' εὑρὼν ἐρατεινὸν ἄθυρμα,

quod ut in vulgatam lectionem abiret, caussa fuit recentior pronunciatio. In Polluce V, 48. καὶ γὰρ ἡ Τεγεᾶτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξης ἐμπέπληκεν, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ φέρουσ' ἐπέγραφεν, non minus corrupta arbitror, nisi quis hunc male intellecta elegantia male usum existimare velit, quod parum veri simile videtur. Fortasse scripsit, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ ὀλοφυρμοὺς ἐπέγραψεν. Ex eiusdem Pollucis VI, 121. notanda loquutio de homine levi et mutabili, τοῦ φέροντος ἀεὶ πνεύματος, scilicet ὤν, qui quavis aura ferri se patitur. Caeterum etiam φερόμενος *cum impetu delatus* invenitur ap. Herodot. VIII, 91. ὅκως δέ τινες τοὺς Ἀθηναίους διαφύγοιεν, φερό-

μενοι ἐξέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας, et IX, 102. διωσάμενοι γὰρ τὰ γέῤῥα οὗτοι φερόμενοι ἐσέπεσον ἀλέες ἐς τοὺς Πέρσας.

356. Quae hic de participio γιγνόμενος traduntur, valde 228 confusa sunt. Prima maximeque simplex significatio est eius, b quod fit, i. e. *quod re vera est*. Vide Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 346. Sic τὰ γιγνόμενα λέγειν in adnotatione 7. p. 357. et οὐ γιγνόμεναι ἐλπίδες, *vana spes*, quod octavo loco a Vigero positum est p. 358. Proxima huic ea significatio est, qua, *quod paratur alicui*, intelligitur: v. reg. IX. p. 358. Tertia continet id, *quod ex ratione aliqua efficitur:* v. reg. IV. V. p. 357. quo pertinet etiam locus ex Xenoph. Cyrop. V, 4, 51. ab Hoogeveeno p. 356. commemoratus, ubi αἱ γιγνόμεναι ἡμέραι dies sunt, quos profectio illa exigebat. Affinis huic est quarta significatio *ratae portionis*, cuius exempla habes reg. I. III. VI. VII. ideoque eius, *quod cuique rei pro eius conditione convenit*. Sic in illo Demosthenis p. 992, 3. ed. Reisk. quod Hoogeveenus p. 356. attulit, οὐ δικαίαν, οὐδὲ τὴν γιγνομένην χάριν. Videtur enim articulus addendus esse. Eodem pertinet Aristidis locus p. 161. ed. Cant. allatus a Vigero reg. VIII. Falsa vero sunt, quae idem reg. II. dicit. Nam Aristidis verba sunt: πρόκειται γὰρ ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου τῆς Ἑλλάδος τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχουσα: i. e. *convenientem situm habens*. Tum quae Zeunius ad signum † p. 357. adnotavit. Nam θυσίαι αἱ γιγνόμεναι apud Dinarchum aut simpliciter sunt sacra, quae instituuntur, aut quorum conveniebat participem esse Aristogitonem. Τραγῳδοὶ autem quum γίγνεσθαι dicuntur, nihil aliud quam ludos scenicos institui significatur.

363. Potius vertendum: *probe factum, quod periisti.* 229 Cavendum enim, ne quis credat καλῶς ποιῶν sic dici, ut significetur id, quod ius et aequitas fieri postulant. Nec dici potest, καλῶς ποιῶν ἐπαινεῖται, *merito laudatur*. Verum indicatur his verbis facere aliquem id, quod aut sibi ipsi commodum est, aut, quod is, qui loquitur, fieri optat et gaudet.

365. Eodem modo τὰ παρεστῶτα dicuntur. Aeschylus 229 in Prom. 216. κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε ἐφαίνετ' b εἶναι, — Ζηνὶ συμπαραστατεῖν. Idem in Agam. 1062. τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.

372. Ἀνέδην non significat *universim*, sed proprie est 230 *remisse*. Vid. Phavorin. in ἀνέδην. Inde nascuntur hae si-

gnificationes, *impune*, *licenter*, *libere:* sic in Platonis loco, et in Aeschyli Choeph. 806. Eustathius p. 168, 36. explicat ἀνέτως καὶ ἐλευθέρως. Deinde *effuse*. Aeschylus in Suppl. 15.

φεύγειν ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον.

Negligenter. Sophocles in Philoct. 1153.

ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται,
οὐκέτι φοβητὸς ὑμῖν.

Remisse, *negligenter*, *arcetur hic locus*, (i. e. *vos ab eo arcemini*) *quem non metuitis amplius*.

231 376. Adverbium cum verbo iungendum est, nec potest aliter. Participium ὤν autem non nisi tum potest intelligi, quum verbum abest, quocum iungatur adverbium, et additur articulus, ut οἱ πάλαι. Itaque in Phalaridis epistola, quae est 135. ed. Lennep. sensus est, *omnia studiose cognoscere*.

231 b 378. Hic quoque usus pertinet ad significationem eam, quae est *alioqui*. Sic nos quoque, *die Gegner sind übrigens unbedeutende Leute*. Hinc per *nihil nisi* reddi potest. Caeterum plura v. ap. Ruhnk. ep. cr. p. 90. et praecipue ad Timaeum p. 199. tum Heindorf. ad Plat. Theaetet. p. 402. s. Ἄλλως δὲ, *übrigens aber*, saepius invenitur. Aristoph. Plut. 975. ἦν μοί τι μειράκιον φίλον, πενιχρὸν μέν, ἄλλως δ' εὐπρόςωπον καὶ καλὸν καὶ χρηστόν. Videtur idem restituendum esse in Thesm. 289. καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν πλουτοῦντος, ἄλλως δ' ἠλιθίου κἀβελτέρου, ubi nunc legitur ἄλλως τ'.

232 377—379. Ἄλλως τε καὶ significat proprie *quum aliter*, *tum* —. Itaque quum haec formula ex duobus membris constet, neque omitti καί, neque ita collocari potest, ut oratio desinat bimembris esse. Falluntur que, mea sententia, qui id fieri contendunt, Hoogeveenus p. 377. Zeunius p. 379. ducem habens Hindenburgium, et Heindorfius ad Plat. Phaedon. p. 138. Nam si vera est, quam posuimus, explicatio huius loquutionis, non minus absurdum foret, dicere, ἄλλως τε ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, quam si Latine dicere quis velit, *quum aliter si praeterea tum audaces sint*, pro his, *quum aliter*, *tum si praeterea audaces sint*. Apparet, ex omnibus locis, quos Zeunius p. 379. attulit, solum hunc Xenophontis et duos Iuliani ex hoc genere esse;

tum duos Isocratis, quos citavit Hoogeveenus p. 377. Caeteri omnes recte se habent, maximeque firmant explicationem nostram, quemadmodum etiam formula ἄλλως τε πάντως καί. Aeschylus Prom. 637. ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός. Eadem ille usus est in Persis 691. in Eum. 729. Tantum vero abest, ut damnem ἄλλως τε omisso καὶ, aut non ita posito, ut oratio bimembris exsistat, quod fecit in Isocrate Coraius, ut illos quoque locos defendendos, sed aliter tamen explicandos putem. Coraius quidem in orat. ad Nicocl. c. 14. καὶ addidit, quod, ex Mss. quidem, fecit etiam in Areopag. c. 31. in Paneg. autem c. 18. et, ubi eadem repetuntur, περὶ ἀντιδ. p. 325, 8. tum in orat. ad Philipp. c. 33. in Euag. c. 2. in Panath. c. 9. in quibus locis καὶ sequitur particulas ἐπειδή, ἐάν, ὅταν, eam ante has particulas collocavit. Praeter necessitatem, ut mihi videtur. Res ita, nisi fallor, comparata est. Ἄλλως τε significat primo *praetereaque*. Sophocles in Oedipo Rege 1110.

εἰ χρή τι κἀμέ, μὴ ξυναλλάξαντά πω,
πρέσβυ, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ' ὁρᾶν δοκῶ,
ὅνπερ πάλαι ζητοῦμεν. ἔν τε γὰρ μακρῷ
γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος·
ἄλλως τε τοὺς ἄγοντας ὥςπερ οἰκέτας
ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ.

Eaedem vero particulae etiam Hesychio, Suida et Zonara p. 139. auctoribus pro μάλιστα usurpantur. De iisdemque, non de ἄλλως τε καί, ut Hoogeveeno placuit in libro de particulis p. 54. intelligendum puto Eustathium, qui p. 1486, 60. in ἐφ' ᾧ τε abundare dicit τε, ὡς ἐν τῷ ἄλλως τε καὶ εἰ οἷόν τε. Scripsit ille, opinor, ὡς ἐν τῷ, ἄλλως τε, καὶ, οἷόν τε. Quamquam errare eum puto. Nam hic quoque propria vis harum particularum, *aliterque*, obtinet, nisi quod longe alio modo, quam in formula ἄλλως τε καὶ intelligendae sunt. Etenim in formula ἄλλως τε καὶ ad ea spectat ἄλλως, quae nunc praeterimus, καὶ autem ad illud, quod ut praecipuum ponimus, ut in illis Promethei versibus, quos supra attuli: *te his gratificari oportet, quum propter alias caussas, tum quod sorores sunt patris tui.* In hac autem formula, ἄλλως τε, illud, quod praecipuum est, per ἄλλως significatur. Plato in Phaedone p. 87. D. (138. Heind.) secundum cod. Tub. ἀλλὰ γὰρ ἂν φαίη ἑκάστην τῶν ψυχῶν πολλὰ σώματα κατατρίβειν, ἄλλως τε εἰ καὶ πολλὰ ἔτη βιῴη: i. e. proprie: *at enim dicat unamquamque animam multa corpora*

conterere, et insuper, si multos annos vivat. Apparet iam, opinor, has formulas eo differre, quod quum ἄλλως τε καὶ sit *quum alia quavis ratione, tum hac*, in nudo ἄλλως τε prius membrum omittitur, alterique indicando ἄλλως τε servit, quasi dicas, *per se*, (quod non additum, cogitatione suppletur) *alioque modo.* Quod quum denique nihil aliud sit quam *et insuper*, sive *adde quod*, eumdem sensum praebet, quem ἄλλως τε καί, sed alio modo enunciatum. Germanice ἄλλως τε vertas *und vollends.* Per *adde quod* ἄλλως τε etiam ibi exprimas, ubi proprie est *praetereaque*, ut in allato Sophoclis loco. Quae quum ita sint, non est dicendum, in ἄλλως τε εἰ καὶ et similibus traiectam esse particulam καί, sed sic esse additam, ut ad ἄλλως τε plane non pertineat. Quare vertendo ipsa per se exprimenda est: ut in Platonis loco, *und vollends, wenn sie gar viele Jahre lebt.* Ex eadem re efficitur, prorsus omitti posse καί, ut nulla emendatione opus videatur in Isocr. or. ad Nicocl. c. 14. quem locum Hoogeveenus attulit p. 377. Ex his iudicari potest de adnotatione Buttmanni ad Plat. Menon. c. 20. Adde Thucyd. VI. 72.

233 380. *Ἅμα μὲν — πρὸς δέ.* Herodot. VIII, 51. ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενίης βίου οὐκ ἐγχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα· πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον.

234 391. Adde, quod αὖ interdum pro δὲ ponitur. Hom. Iliad. XI, 367.

νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι, ὅν κε κιχείω.

Et praecedente μέν, ibid. v. 108.

τὸν μὲν ὑπὲρ μαζοῖο κατὰ στῆθος βάλε δουρί,
Ἄντιφον αὖ παρὰ οὖς ἔλασε ξίφει, ἐκ δ' ἔβαλ' ἵππων.

Nec desunt exempla apud Atticos et prosae orationis scriptores. Interdum etiam poni videtur pro δή, i. e. *ergo* vel *igitur.* Hom. Iliad. II, 493.

ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε προπάσας.

et 618.

τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν.

235 392. Nihil minus, quam *similiter*, in hoc loco significatur. *Μάλ' αὖ*, et μάλ' αὖθις dici solet sic, ut id, quod praecessit, bis intelligi debeat, eoque magis augeatur. οἴμοι μάλ' αὖθις, *hei me non semel tantum, sed bis miserum.*

Ἰδοὺ μάλ' αὖθις, *en vero*, cum vi dicitur, quasi ditas *en*, *en*. Rem declarat Aeschyli locus in Choeph. 876.

οἴμοι, πανοίμοι δεσπότου τελουμένου,
οἴμοι μάλ' αὖθις ἐν τρίτοις προςφθέγμασιν.

392. *Αὖθις postmodo*. Euripides in Oreste 907. 236

ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθίς εἰσι χρήσιμοι
πόλει.

Adde *πρῶτα μὲν — αὖτις δὲ* apud Herodotum VIII, 60, 2. non de tempore, sed in partitione posita. Denique etiam *αὖθις*, ut *αὖ*, respondet praecedenti *μέν*. Sophocles in Antigona 165.

τοῦτο μέν, τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη,
τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,

et quae sequuntur.

392. Etiam apud Atticos interdum pro *rursus*, ut in Aristoph. Lysistr. 66. Haec quoque particula, ut *αὖ* et *αὖθις*, praecedenti *μὲν* respondet. Homerus Od. XXII, 5. 237

οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται·
νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνήρ,
εἴσομαι, αἴκε τύχωμι.

Vid. Iliad. I, 237. Loquuntur ita etiam Attici.

393. Magnum discrimen est inter haec, *τὸ νῦν δεινόν*, *τὸ παρὸν δεινόν*, *τὸ αὐτίκα δεινόν*. *Τὸ νῦν δεινὸν* significat malum nunc praesens, quum de eo loquimur. *Τὸ παρὸν δεινὸν* malum aliquo tempore praesens, quandocumque illud tempus sit, et ita quidem, ut non indicetur, utrum mutabile et brevi transiturum, an duraturum sit malum, ut *τὸ παρὸν κακὸν θεραπεύειν*. *Τὸ αὐτίκα*, vel *τὸ παραυτίκα δεινὸν* malum aliquo temporis momento praesens, sed non duraturum, immo cito transiturum. Euripides in Suppl. 414. 238

ὁ δ' αὐτίχ' ἡδύς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,
εἰςαῦτις ἔβλαψε.

Qui nunc comis est et blandus, mox nocet.

397. Nec Vigerus, nec Zeunius de *ἔπειτα* satis clare exposuerunt. Proprie est *deinde*. Hinc saepe pro *tum* usurpatur, sive illud fiat in interrogatione, sive extra interrogationem, sed ita ut *ἔπειτα* in media oratione, non in initio collocetur. Hom. Iliad. X, 242. 239

εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι,
πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

Si a me ipso comitem eligi vultis, quomodo ego tum Vlyssem praeteream? Posterior versus in Odyss. I, 65. repetitur, ubi eo incipit orationem Iuppiter. Verum ἔπειτα refertur ibi ad ea, quae antea dixerat Minerva. In interrogatione autem si ἔπειτα incipit orationem, maiorem habet vim, ita ut verti possit *et tamen.* Euripides in Alcest. 822.

ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε;

Et tamen, quamvis funus efferendum esset, me hospitio excepistis? Nos similiter, *und da nahmt ihr mich auf?* Sic κἄπειτα in Hippolyto v. 330. 440. Denique interdum est *ergo*, i. e. *quum res ita se habeat*, sed ut non ubique Latino sermone commode exprimi possit. Sic εἰ — ἔπειτα, *si ergo*, nos, *wenn denn*, Iliad. XV, 49. Et XXIII, 818.

ἔνθ' Αἴας μὲν ἔπειτα κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην
νύξε.

Poterat dicere ἔνθ' οὖν· *da traf ihn denn Aias.* Odyss. I, 106.

εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγήνορας· οἱ μὲν ἔπειτα
πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον.

Hic dicitur familiariter de re fortuita, quae ad id, de quo agitur, nihil pertinet. Nos *diese spielten da.*

240 398. Non legitur in isto loco ἔμπης. Fortasse afferre voluit Odyss. II, 199. ubi eadem leguntur, quae Iliad. VII, 196. Verum in his omnibus locis ἔμπης minime est *omnino, plane, prorsus*, sed *tamen.* Vnus ex his locis paullo est obscurior, Odyss. XIX, 37.

ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων καλαί τε μεσόδμαι,
εἰλάτιναί τε δοκοὶ καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες
φαίνοντ' ὀφθαλμοῖς, ὡςεὶ πυρὸς αἰθομένοιο.
ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Ibi ἔμπης mirantis est et dubitantis, ut nos: *scheint mir doch das haus wie von feuer zu strahlen.* Vsus hic inde nascitur, quod, qui dubitat, primo ambigit, utrum sit aliquid, necne; deinde, si altera potior visa est sententia, *tamen ita est* dicit, i. e. *quamquam non putabam initio.*

241 401. Recte Hoogeveenus negat ἐπεὶ posse pro ἔπειτα poni. In Plutarchi loco, quem Reizius apposuit, apodosis sequitur paullo post, p. 1145. his verbis, οὐ διεμέλλησιν ὅπῃ

τράπηται. In Thucydidis loco, quem idem Reizius attulit, plerique libri meliorem exhibent lectionem, ἐπιγεγένηται. Herodoti locus est II, 32. in quo Reizius, offensus particula ἐπεί, εἶπον edidit. At recte ibi positum ἐπεί. Refert Herodotus, quid narraverit Etearchus. Eam narrationem interpellat brevi descriptione Libyae, quae his finitur: τὰ κατύπερθε θηριώδης ἐστὶ ἡ Λιβύη· τὰ δὲ κατύπερθε τῆς θηριώδεος, ψάμμος τέ ἐστι, καὶ ἄνυδρος δεινῶς, καὶ ἐρῆμος πάντων. Iam haec confirmaturus iis, quae reliqua erant de Etearchi narratione, pergit, ἐπεὶ ὦν etc. quorum apodosis haec est: διεξελθόντας δὲ χῶρον πολλὸν ψαμμώδεα, καὶ ἐν πολλῇσι ἡμέρῃσι, ἰδεῖν δή κοτε δένδρεα ἐν πεδίῳ πεφυκότα. In errorem induxit hic et alibi interpretes illud, quod apodosis, particulam δὲ habens, eos fugerat. Sed usitatum Graecis est, post plerasque particulas temporales, in iisque maxime post ἐπεί, per anacoluthon inferre in apodosi particulam δέ. Sic in Plutarchi Theseo 1. quem locum attulit Vigerus p. 399. recte Coraius vidit, apodosin incipere verbis σκοποῦντι δέ μοι, sed illud non fecit recte, quod δὲ delendum iudicavit. Illud vero probandum puto, quod idem in Publicola c. 1. quem locum deinceps Vigerus affert, καὶ ante μέχρι delevit, quo μέχρι incipiat apodosin. Sed in Pompeio p. 1134. s. apodosis est, ἐκ δὲ τούτου οἱ πάλαι βαρυνόμενοι. Praeiverunt autem hunc usum particulae δέ in apodosi post particulas temporales epici: ut post ἕως: vide quae notavi ad Hom. h. Ven. 229. p. 107. post εὖτε: vide ad h. Cer. 409. In primis notabile exemplum, ubi ἐπεί, δὲ in apodosi habens, interpretes vexavit, exstat apud Sophocl. Oed. Col. 1453. ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω: *videt, videt haec semper tempus, postquam adversa*, (scil. *vidit* vel *fuerunt*) *proxime insequentia rursum in melius vertens.*

403. In Platonis loco neque abundat ἐπεί, neque aposiopesis est. Postquam dixerat, *demonstrandum tibi est, huiusmodi civitatem etiam exstare posse*, sic pergit: ἐπεί, 242
ὅτι γε, εἰ γένοιτο, πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει, ᾗ γένοιτο, καὶ ἃ σὺ παραλείπεις, ἐγὼ λέγω· ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἄριστ' ἂν μάχοιντο, etc. *nam exstituras quidem, si ita fiat, omnes esse commoditates civitati, in qua fiat, etiam quas tu praetermittis, ego concedo:* (scilicet) *optime cum hostibus pugnaturos esse, etc.* Addi posset ad Vigeri observationem firmandam Aristotelis auctoritas in lib. de poet. IV, 29. ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τελείας ἐστὶ πράξεως ἡ μίμησις, ἀλλὰ καὶ

φοβερῶν καὶ ἐλεεινῶν· ταῦτα δὲ γίγνεται μάλιστα τοιαῦτα, ὅταν γένηται παρὰ τὴν δόξαν, καὶ μᾶλλον, ὅταν δι' ἄλληλα. At hic, ut recte monuit censor in diar. litt. Ienens. a. 1805. m. Sept. n. 225. p. 563. anacoluthon est, et apodosis mox sequitur his verbis, *ὥςτε ἀνάγκη τοιούτους εἶναι.*

Caeterum particula *ἐπεὶ* cum aliis coniuncta particulis, has ferme significationes habet: *ἐπεί τοι*, *nam profecto*, *denn wahrhaftig:* Eurip. Heracl. 508. 744. *ἐπεί γε*, *quandoquidem*, *weil denn.* Euripides Hel. 563.

ἵστημ', ἐπεί γε τοῦδ' ἐφάπτομαι τόπου.

Ἐπείπερ, *quum semel*, *quando semel*, *weil einmal*, *weil doch.* Eurip. Hel. 1253. 1675. *Ἐπείπέρ γε*, *quandoquidem semel*, *weil denn einmal.* *Ἐπεί τοι καί*, *nam certe quidem*, *weil ja doch.* Euripides Suppl. 878.

τούς τ' ἐξαμαρτάνοντας, οὐχὶ τὴν πόλιν,
ἤχθαιρ'· ἐπεί τοι κοὐδὲν ἀξία πόλις,
κακῶς κλύουσα διὰ κυβερνήτην κακόν.

Vulgo ibi *ἐπεί τοί γ'*, quod ex libris emendari iussit Porsonus ad Eur. Med. 675. negans Atticis licuisse *τοί γε* non interposito alio vocabulo dicere. In Demosthenis quidem loco, quem affert Zeunius, *γε* quidam codd. omittunt.

242 b 403. Hunc Thucydidis locum, in quo fuerunt, qui *ἐπειδὴ* pro *ἔπειτα* acciperent, recte interpretatus est Bauerus.

243 403. Non cogitandum de emendatione. *Ἐπειδὴ* duobus modis construi potest cum optativo, ut aliae omnes similes particulae: primo, si verba continent cogitationem vel diversi hominis ab eo, qui loquitur, vel etiam ipsius loquentis, sed de qua ille ut de cogitatione loquitur, v. c. *ἤθελεν εἰςιέναι, ἐπειδὴ ἀνοιχθείη· volebat intrare, ubi apertae essent fores.* Id etiam dici potest, *ἤθελον*, *volebam.* Deinde si significatur non certum tempus, quo quid semel factum est, sed repetitio rei fieri solitae, quod eo fit, quia optativus cogitari aliquod e pluribus factis postulat, non illud certum, sed quodcumque velis. Ita in Platonis loco: *ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη, ἤειμεν παρὰ τὸν Σωκράτη*, *ubi apertus esset carcer*, *introire solebamus ad Socratem.*

244 404. Hoc quoque falsum. *Ἐπὰν* iisdem conditionibus adiunctum habet optativum, quibus *ἐπειδή*. Primum in commemoratione alienae sententiae: Homerus Iliad. XXIV, 226.

αὐτίκα γάρ με κατακτείνειεν Ἀχιλλεύς,
ἀγκὰς ἑλόντ' ἐμὸν υἱὸν, ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην.

Et ubi sententia affertur eius ipsius, qui loquitur: Iliad. XIX, 205.

ἦ τ' ἂν ἔγωγε
νῦν μὲν ἀνώγοιμι πτολεμίζειν υἷας Ἀχαιῶν,
νήστιας, ἀκμήνους· ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην.

In recta autem oratione, ubi unum certum factum indicatur, necessario poni debet coniunctivus, ut Iliad. XXIV, 716.

αὐτὰρ ἔπειτα
ἄσεσθε κλαυθμοῖο, ἐπὴν ἀγάγωμι δόμονδε.

Vbi male legitur vulgo *ἀγάγοιμι*. Vide de emendanda rat. Gr. gramm. II, 32. pag. 263.

404. Haec quoque particula optativo iungitur iisdem 245
conditionibus, quibus superiores. Xenoph. Cyrop. I, 3, 18. ὅπως οὖν μὴ ἀπολεῖ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἴης, *vide ne verberibus afficiare, ubi domi eris.* Id dictum quasi ex cogitatione eius, cui haec dicuntur.

408. Epicorum maxime est ἢ — ἢ ponere pro εἰ vel 246
πότερον — ἤ, quo Attici solent uti.

409. At certis exemplis firmatur hic usus. Vid. Stephan. 247
de dial. pag. 28. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 36. Fischer. ad Well. III. pag. 351. Toup. ad Longin. sect. 18. Markl. ad Lys. p. 370. ed. Reisk. Erfurdt. ad Soph. Antig. 1077. ed. min.

410. Praeterea notanda coniunctio particularum μέν τε 248
et ἠδέ. Orpheus hymn. XIII, 8.

μήτηρ μέν τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.

Tum de ἤτοι — ἤ, quod usitatissimum, de ἤτοι — ἤτοι, et ἤ — ἤτοι, quae rarissima sunt, conf. Schaefer. ad schol. Apoll. Rh. p. 321.

417. Haec omnia sunt falsissima. In Luciani loco μά- 249
λιστα ad ἥξω pertinet; in Plutarchi loco, qui est pag. 1172. sane quidem ad φάσκων, sed hoc sensu, *maxime ob hanc caussam.*

418. Errare eos, qui superlativum μάλιστα cum verbis 250
ἐν τοῖς coniungant, demonstratum est ab Reizio de inclin. accent. pag. 17. seqq. Nam ita hanc formulam intelligi debere, ἐν τοῖς τοιούτοις οὖσι μάλιστα τοιοῦτος, ea docent exempla, in quibus superlativum nomen est casu et genere eo, quo nomen, ad quod refertur: ut apud Thucyd. I, 6. ἐν τοῖς πρῶ-

τοι δὲ Ἀθηναῖοι τὸν σίδηρον κατέθεντο. Ac Wolfius vere videtur ad Reizium adnotasse, τοῖς esse generis neutrius, quia etiam cum femininis occurrat, ut apud Dionys. Halic. de Isocr. 2. τὴν διάλεκτον ἀκριβοῦσα (ἡ λέξις Ἰσοκράτους) ἐν τοῖς πάνυ τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην. Neque enim superlativi usus necessarius est. Sensus igitur huius formulae hic est: *in iis, quae talia sunt, valde* vel *maxime talis.* Adde Fritzschium Q. Lucian. p. 221. Apud Theocritum X. 29. scribendum ἐν τοῖς στεφάνω τὰ πρᾶτα.

250 419. Tristissima profecto sors obtigit scriptoribus sacris,
b quorum si audiendi sunt interpretes, nihil inveniri tam absurdum sanaeque rationi contrarium poterit, quod non, si apud hos scriptores reperiatur, recte, immo eleganter dictum sit. Quare diligenter caveant tirones, ne putent viros spiritu sancto afflatos sprevisse sermonem mortalium, sed meminerint potius, illam interpretandi rationem, qua nonnulli theologorum utuntur, nihil esse nisi blasphemiam. Documento sunt lexica novi testamenti, ex quibus ἀπὸ *ad*, ἐξ *in*, εἰς *ex* significare, denique omnium, quae fieri nequeunt, nihil non factum esse discas. Nempe, quoniam religio miraculis carere non potest, sublatis miraculis, in eorum locum portenta suffecta sunt. Sed hoc genus emorietur in Tholuckiis, postquam nati sunt Wahlii, Wineri, Fritzschii. Contra profanis scriptoribus perniciem intentare occeperunt sesquidocti archaeologi, morituri tamen illi quoque.

251 421. Cap. 181. et II, 19. μέχρις οὗ τροπέων τῶν θερινέων· *usque ad solstitium aestivum.* REIZIVS. Mira haec loquutio sic explananda videtur, ut orta credatur ex mutatione orationis. Nam μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων dicit, qui quum initio vellet dicere μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργοι εἰσί, mutat orationem et pro ultimis dicit ὀκτὼ πύργων, tamquam, quod copiosius dicere voluerat, nunc brevius expressurus.

251 422. Adde μόλις et οὐ μόλις. Ac μόλις plerumque si-
b gnificat *vix, aegre.* Vnde coniungitur nonnumquam cum adverbiis cognatae significationis, ut ἀγαπητῶς καὶ μόλις, ἀκριβῶς καὶ μόλις, de quibus vide Bast. et Schaefer. ad Greg. Cor. p. 169. s. Deinde interdum per *tandem* verti potest. Soph. Electr. 575. ἀνθ᾽ ὧν βιασθεὶς πολλὰ κἀντιβὰς, μόλις ἔθυσεν αὐτήν: *cuius rei caussa multum rogatus, multumque reluctatus, tandem eam sacrificavit.* Porro *parumper.* Eurip. Troad. 1275. ἀλλ᾽, ὦ γεραιὲ πούς, ἐπίσπευσον

μόλις. Electr. 402. ἴσως γὰρ ἂν μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη, σταίη καλῶς. Tum οὐ μόλις est *non parum*. Idem in Hel. 341. ϑέλουσαν οὐ μόλις καλεῖς, *non parum volentem vocas*. Aeschyl. Agam. 1091. ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον. Apud eumdem in Eumen. 867. ϑυραῖος ἔστω πόλεμος, ἢ μόλις παρών: sic scribendum. Sensus est, *foris bellum esto, vel tantum non domi*.

422. Vix dubitari potest, quin μῶν factum sit ex μὴ et οὖν. Nihilo minus coniungitur μῶν cum οὖν. Euripides in Androm. 81. 252

μῶν οὖν δοκεῖς σοῦ φροντίσαι τίν' ἀγγέλων;

Caeterum μῶν et μή, ut Latinum *num*, responderi plerumque postulant *non*, nec tamen semper. Significant enim plane id, quod nos dicimus *doch nicht*, quo plerumque sic utimur, ut rem negari, interdum ut eam affirmari velimus. Exemplum utriusque particulae, in quo res affirmatur, afferam. Euripides in Hecuba 754.

τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύϑερον
αἰῶνα ϑέσϑαι; ῥάδιον γάρ ἐστί σοι.

was verlangst du? doch nicht frey zu seyn? denn das ist dir leicht. Aeschylus in Suppl. 309.

μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχϑῆναι βροτῷ;

es geht doch nicht auch die Sage, dass Zeus sie geliebt habe? Respondet chorus,

καὶ κρύβδα γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων.

Hinc non videtur correctione indigere Plutarch. Q. Symp. VII. 4. p. 703. B. Latine μῶν non *num*, sed *an forte*, et sic etiam solum μὴ interrogativum, quodque pleonastice dicitur, μῶν μή, vertenda sunt. Recte enim Devarius μῶν μὴ dici ἐκ παραλλήλου iudicat, quae particulae ubi coniunctae inveniuntur, nulla sensus mutatione altera utra omitti potest. Coniecturalis enim est particulae μῶν usus, ut, si idem sine interrogatione dicas, hoc significetur: *fortasse sic est*. Exemplum ex Plat. de rep. VI. p. 505. C. quod Zeunius ex Hoogeveeno mutilatum posuit, integrum ita habet, τί δέ; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαϑὸν ὁριζόμενοι, μῶν μή τι ἐλάττονος πλάνης ἔμπλεοι τῶν ἑτέρων, ἢ οὐ καὶ οὗτοι ἀναγκάζονται ὁμολογεῖν ἀγαϑὰ εἶναι καὶ κακὰ ταὐτά;

427. Verba Aristidis p. 92. T. I. edd. Iebb. protasis sunt, quam non rectius illo, quem reprehendit, interpretatur 252 b

Zeunius. Sensus videtur hic esse: *quin, quo respiciens caussam suscepi, etiam de qua nutritione dicere in animo habebam, purissima illa, maximeque hominis propria, quae in artibus et litteris posita est, quis tam eius expers est, ut a vobis ad omnes eam permanasse nesciat?*

252 430. Observa differre ὅπῃ et ὅποι, πῇ et ποῖ, de qua
c re recte explicavit scholiastes Euripidis ad Hecub. 1075. Nam ποῖ et ὅποι notant motum, qui fit versus aliquem locum, ut ποῖ μόλω, *quorsum eam;* πῇ autem et ὅπῃ simul et motum talem, et quietem isto in loco, quo quis tendit, significant, unde πῇ στῶ dicitur, i. e. *quo eam ibique consistam.* Indidem utrumque iunxit Euripides, ποῖ, πᾷ φέρομαι; i. e proprie, *quem versus locum, in quem locum feror?* Vide quae adnotavi ad Eurip. Herc. fur. 1236.

252 431. Omnino Graeci adverbia, quae motum significant,
d cum iis, quae quietem notant, per attractionem, quae vocatur, commutare solent. Eurip. Iph. T. 118. χωρεῖν χρεὼν ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας, i. e. ut Porsonus monuit, quem vide hac de re ad Hec. 1070. ἐκεῖσε ὅπου. Alio modo in Iph. T. 113. ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅποι κενὸν δέμας καθεῖναι, quod Seidlerus ibi rectius, quam Porsonus, sic explicat, ὅπου κενόν ἐστιν, ὥςτε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. Vide eumdem Seidlerum ad eamdem fabulam v. 348.

253 432. Mirum foret, si eaedem particulae et *non solum,* et *non solum non,* et *nedum* significarent. Immo per ellipsin haec intelligenda sunt, οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως, οὐχ οἷον, quae omnia idem significant. Οὐχ ὅτι est οὐκ ἐρῶ ὅτι. v. Tyrwhitt. ad Aristot. poet. p. 128. Οὐχ ὅπως est οὐκ ἐρῶ ὅπως, *non dicam quomodo.* Οὐχ οἷον est οὐ τοῖον, οἷον, *non tale, quale.* Phalaris p. 234. οὐχ οἷον ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθείην — ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι, i. e. *non patiar mihi ita persuaderi, ut persuadere homo potest, sed ne ab Iove quidem.* Exempla horum omnium vid. ap. Lennep. ad Phal. pag. 235. Iam ex hac explicatione facile potest intelligi, quomodo et *non solum* et *non solum non* et *nedum* istis formulis significari possit. Proprie enim neutrum significant, sed aliud, in quo alterutrum inest, prout oppositio postulat. Si contraria opponuntur, inest *non solum non:* οὐχ ὅτι ἔφυγεν, ἀλλ' ἐνίκησε, *non solum non fugit, sed vicit.* Si maius et minus ita opponuntur, ut minus praecedat, inest *non solum:* οὐχ ὅτι ἔτρεσεν, ἀλλ' ἔφυγεν, *non*

solum extimuit, sed fugit; sin ita, ut praecedat maius, inest *nedum*, ἔφυγεν, οὐχ ὅπως ἔτρεσεν, *fugit, nedum extimuerit.* Vid. infra pag. 465.

434. Non ob intellectam particulam ἂν, sed quum res 254
narratur ut cogitatio alicuius, non simpliciter ut facta, quemadmodum in superiore exemplo, ὅπως αὐτῷ ἐδόκει. Vbi ἂν additur, res fit incertior, ita ut plerumque hoc ἂν per verbum *posse* exprimi debeat. Caeterum perturbavit hic omnia Zeunius, cuius tanta fuit imperitia, ut perinde esse putaret, utrum coniunctivus, an optativus, an indicativus adhiberetur. Res ita se habet.

I. *Coniunctivus* adhibetur, ubi de re praesenti sermo est: οὐκ ἔχω ὅπως εἴπω, *non habeo quomodo dicam.* Lucianus, quem attulit Zeunius, ταῦτά σοι παρεθέμην, ὅπως μάθῃς· *haec attuli, ut* (nunc scilicet) *cognoscas.* Quae de ὅπως dicuntur, intelligenda etiam de ὅπως μή. Perinde enim modorum ratio se habet, sive ὅπως sit *quomodo,* sive sit *ut,* finem indicans. Nisi quum est *sicut,* quod proprie indicativum adiunctum habet, in oratione obliqua autem et coniunctivum et optativum.

II. *Optativus* adhibetur proprie, quum res refertur ut cogitatio alicuius. Idque fieri solet maxime post praeterita tempora, quia tum optativus eo potest praeteritum significare, quod indicat cogitationem rei fuisse praesentem illo tempore, quod praecessit. Τοῦτ' ἔπραττον, ὅπως ἀπολοίμεθα. Lucianus in loco allato si dixisset, ταῦτά σοι παρεθέμην, ὅπως μάθοις, hoc dixisset, *haec attuli, ut cognosceres,* i. e. *hoc habens illo tempore consilium, ut cognosceres.*

III. *Indicativus futuri* adhibetur similiter atque optativus, ad rem indicandam, quae eo tempore, quo verbum primarium est, cogitatur tamquam futura. Quare et in constructione praesentis et futuri et praeteriti occurrit, Ἕτοιμοί εἰσιν, ἔσονται, ἦσαν πράττειν, ὅπως ἔσεται.

IV. *Indicativus praeteriti* non raro, ut isti volunt, sed necessario adhibetur, quum indicatur consilium, quod quis habuit, nec tamen effectum reddidit. Ἐχρῆν σε Πήγασον ζεῦξαι, ὅπως ἐφαίνου τραγικώτερος, *debebas Pegasum conscendere, ut magis tragicus visus esses:* i. e. *quo facto magis tragicus visus esses.* At non conscendit: quare non est visus magis tragicus.

255 435. Minime ὅπως significat οὕτως. In Hecuba fuerunt, qui scribendum putarent, ὁμοῖα, κισσὸς δρυὸς ὅπως, τῆσδ' ἕξομαι. In Troadibus δὲ deleri posset, αἰάζωμεν, μάτηρ ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω 'γὼ μολπάν, *eiulemus, ut ego avis instar incipiam lugubrem cantum.* Sed melius videtur, in comparatione ex duabus partibus constante duplicem positam putare particulam comparativam. Vide Seidlerum ad locum Troadum. Porsonus ad Hecubae locum ὅπως intellecto ὅρα cum verbo coniungendum putat, quod etiam in prima persona, licet rarius, fieri. Adde, quae dixi in diss. de ellipsi et pleonasm. p. 201. Caeterum observa, ὁρᾶν omitti in formula δεῖ σ' ὅπως. Soph. Ai. 556. (551. ed. Erf.) ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ' ὅπως πατρὸς δείξεις ἐν ἐχθροῖς, οἷος ἐξ οἵου 'τράφης: *quum istuc veneris, videre te oportet, quomodo ostendas in inimicis; qualis ex quali natus sis.* Vide ibi Erfurdtium.

255
b 435. Lege σώσεις, usu ita postulante, et consentientibus aliquot codd.

256 435. Cum optativo construitur ὁπόταν proprie, quum res ut cogitatio alicuius refertur. Ita ὅταν habet Aeschylus in Persis 448.

ἐνταῦθα πέμπει τούςδ', ὅπως, ὅταν νεῶν
φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
κτείνειαν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν.

In constructione praeteriti, quum res saepius facta significatur, qui frequentissimus usus optativi est, non solet ἂν addi. In Platonis loco meliores libri ὁπότε.

256
b 436. Hoc soloecum est apud hosce scriptores. Lege ἐπίστωνται. Millies in hoc genere errarunt librarii. Vide Bast. ad Greg. Cor. p. 115.

257 436. Vereor ne hoc exemplum non sit idoneum. Nam φθέγξομαι videtur Homerico more correpta vocali pro φθέγξωμαι dictum esse. Sic in Odyss. I, 41.

ὁππότ' ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης,

pro ἱμείρηται. Eodem modo ὅταν στρέφεται Iliad. XII, 41. pro στρέφηται. Sed de his v. Appendicem.

258 437. Immo mutato accentu ὁτὲ μέν, ὁτὲ δέ. Sic ἔσθ' ὅτε et ὁτὲ iunxit Sophocles in Aiace 56.

κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε
δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων,
ὁτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπιτνῶν στρατηλατῶν.

Sic τοτὲ μὲν — ἄλλοτε δέ. Apud Xenoph. Mem. S. I, 2, 20.

αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός.

In quo versu Stobaeus ποτὲ μὲν habet. Sophocles Electr. 739. τότ' ἄλλος, ἄλλοθ' ἅτερος. Saepius sequente ἄλλοτε prius ὅτὲ, vel τοτὲ, vel ἄλλοτε omittitur. Sophocles ibidem 752.

φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ
σκέλη προφαίνων.

Et in Trachiniis 11. Eurip. Hecub. 28.

438. Οὕτως in hac quoque formula *sic* significat. Re- 258
fertur enim ad praecedentia, hoc sensu, *si sic facis*, vel *si* b
sic est.

440. Ὄφρα, *ut*, ut aliae idem significantes particulae 259
cum coniunctivo fere construitur, si res praesens indicanda est. Σοὶ ἑσπόμεθα, ὄφρα σὺ χαίρῃς· *te sequuti sumus, ut nunc laeteris.* Sin res ut cogitatio alicuius refertur, et si praecedit praeteritum, optativus adhiberi solet. Atque errat Brunckius ad Apollon. Rhod. I, 17. ὄφρα cum coniunctivo post praeteritum soloecum putans, non soloecum autem, si addatur ἂν vel κέν. Immo sive addito sive omisso ἂν Graeci coniunctivum post praeteritum ponunt, de qua re explicatius infra dictum nota 350. De ὄφρα κεν attulit Brunckius Apollon. Rhod. I, 852. Omisso κὲν Pindarus Pyth. IV, 160. θήρευσε — ὄφρα ἔραται. Sic etiam Apollonius Rhod. I, 15.

καί οἱ ἄεθλον
ἔντυε ναυτιλίης πολυκήδεος, ὄφρ' ἐνὶ πόντῳ
ἠὲ καὶ ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσι νόστον ὀλέσσῃ.

Ἠὲ κέν, quod ibi edidit Brunckius, id vero soloecum est. Caeterum observa, recentiores epicos τόφρα etiam pro ὄφρα usurpare. Vide diss. de aetate Orph. Argon. p. 735.

441. Male explicavit vim huius particulae. Cognata vi- 260
detur praepositioni περί, ita ut proprie significet *circiter*, *ferme*, id quod nos dicimus *immer*, *immerhin*. Refertur ad ea quae sunt, sed quae nescimus esse, verum coniicimus tamen. Λέγει, ἅπερ λέγει, δίκαια πάντα: *was immer er sagt, ist gerecht.* Latine quidquid. Ἥπερ εἶχε, *wie er auch war*, *quomodocumque comparatus esset.* Ὥςπερ, *wie auch*, *wie doch*, *wie etwa.* Εἴπερ, *wenn anders.* Ἔνθα περ, *wo immer.* Ὀψὲ περ, ἔμπης ἤλυθεν, *immerhin* (i. e. *zwar*) *spät*, *doch kam er.* Σὺ δ' ἄλλους περ Παναχαιοὺς ἐλέαιρε, *erbarme dich immer* (*doch*) *der andern.*

260 442. Hoc in loco et Iliad. σ. 283. πρὶν μιν κύνες ἀργοὶ
b ἔδονται, πρὶν non est *priusquam*, sed *prius*, i. e. *facilius. Facilius senescet; facilius eum canes dilaniabunt.* Eodem modo nos: *eher soll das geschehen.*

260 444. Ex analogia, quum in hac formula πῶς et πῇ
c non sit interrogantis, scribi deberet πώς μέν, πώς δέ, πὴ μέν, πὴ δέ. Quae ratio optandum est ut aliquando vulgarem usum expellat. Sic etiam p. 445. τούτου τοῦ τρόπου πώς εἰμ' ἀεί. Et πού, p. 446. apud Aristotelem.

260 448. Ὦ ubi cum substantivo et adiectivo construitur,
d nunc substantivum, nunc adiectivum praecedit, prout alterum horum potiorem notionem continet, ut ὦ στυγνὲ δαῖμον: de eo enim agitur, ut malam esse fortunam indicetur. Contra ὦ φάος ἁγνὸν, *o lux pura*, quia lux, non quod pura, sed quod lux est, invocatur. Opponuntur enim statim tenebrae ap. Soph. El. 68. Tum eodem modo, ubi substantivum et adiectivum quasi pro uno vocabulo sunt, ut ὦ Ζεῦ πατρῷε. Vide quae dixi ad Hom. h. Apoll. 14. Schaefer. Melet. cr. p. 114. Erfurdt. ad Soph. Antig. 738. ed. min. Iterato rem contra Schaeferum explicavi in Opusc. vol. IV. p. 368.

261 450. Grammatici οὔκουν dicunt esse *non igitur*, οὐκοῦν *igitur.* Vid. Ammon. pag. 105. Suidam in οὔκουν, Phavorinum in μή, in οὔκουν, ubi pro ἀποφατικὸν scribi debet καταφατικόν, ut in Ammonio, et in οὖν. Ex Photii lex. MS. afferebatur οὐκοῦν, οὐδαμῶς, quod scribi debebat οὔκουν, οὐδαμῶς, ut in eo lexico legitur. Proprie οὐκ οὖν est *non sane.* Οὖν enim natura sua affirmandi particula est.

Mirifice perturbatus est huius particulae usus. Nam et saepissime et facillime permutantur οὔκουν et οὐκοῦν, mirumque est, οὔκουν scribi alio accentu, quam qui inest in his vocabulis, si e disiunctis οὐκ οὖν contrahantur in οὐκοῦν. Contra οὐκοῦν si in interrogatione scribitur, repugnare hoc videtur naturae interrogationis, quae peculiarem quemdam habet accentum, eumque in ea voce, qua res dubia continetur: ergo in priore syllaba, quae continet negationem. Vide quae de hac re disputavi in lib. I. de emend. rat. Gr. Gr. cap. XIX. Nihilo tamen minus obsequendum grammaticis est, ut qui hanc accentus rationem non commenti esse, sed narrare, quid usitatum fuerit, videantur. Elmsleio placuit οὐκ οὖν ubivis divisim scribi. Declinavit autem usus a regula plane ut apud nos, qui plerumque *nicht wahr* non ut paroxytonon, sed ut

oxytonon pronunciamus. Vnde consequutum est, ut, quoniam οὐκοῦν interrogationi inserviebat, οὔκουν diceretur sine interrogatione in negationibus. Eodem autem modo scribi solet, recteque, ut opinor, ubi aperta est interrogatio, *nonne ergo?*

Erit igitur οὔκουν idem quod οὐκ οὖν, i. e. 1) *non ergo.* Euripides in Oreste 1606.

ME. ὅςτις δὲ τιμᾷ μητέρ'; *OP.* εὐδαίμων ἔφυ.
ME. οὔκουν σύ γ'. *OP.* οὐ γάρ μ' ἀνδάνουσιν αἱ κακαί.

Men. *qui autem matrem colit?* Or. *is felix est.* Men. *non ergo tu quidem.* Or. *Recte dicis: non enim probo malas.* 2) *non sane.* Sophocles in Aiace 1336.

κἀμοὶ γὰρ ἦν πόθ' οὗτος ἔχθιστος στρατοῦ,
ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν 'Αχιλλείων ὅπλων.
ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδε μοι
οὔκουν ἀτιμάσαιμ' ἄν.

Nam mihi quoque hic infestissimus in exercitu fuit, ex quo Achilleis armis potitus sum, attamen, quamvis talem se erga me praebuerit, non sane ego eum contemnam. Vid. Philoct. 872. 907. 1389. 3) *nonne ergo?* Euripides in Oreste v. 1238. quum antea impensius invocati essent manes Agamemnonis:

οὔκουν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσει τέκνα;

nonne ergo, his auditis opprobriis, servabis liberos? 4) *nonne?* Sophocles in Aiace 79.

οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;

nonne dulcissimus risus est, inimicos ridere? Vid. ibid. 1051. Eurip. Orest. 1622. Sic etiam scribendum in Xenoph. Mem. Socr. I, 4, 5. vide ibi initium sequentis paragraphi.

Sequitur οὐκοῦν, quae particula *ergo* significat sine interrogatione, licet haec ipsa significatio ex interrogatione orta sit. Aliter inesse non posset negatio οὐκ. Quamquam in aliis locis ne *igitur* quidem dicere licet. Negationem inesse docuit Hoogeveenus in libro de particulis, quamquam non ille ita, ut exhauriret vim Graecismi. Afferam exempla primum. Sophocles in Antigona 91.

οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

Ergo, si non amplius potero, quiescam. Plato in Phaedro pag. 274. οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι ἱκανῶς ἐχέτω: *ergo de arte et imperitia dicendi satis dictum esto.* Vnum addam exemplum ex Hoogeveeno, in quo

ille se mirifice torquet, Luciani in dial. mort. X. T. I. pag. 366. ubi Lampichus, omnem ornatum deponere iussus, οὐκοῦν, inquit, ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν. Explicatio horum exemplorum, et quotquot similia reperiuntur, facillima est, si memineris, proprium hunc esse morem Graecis, interrogationem in principio ponere, et reliqua dicere sine interrogatione. Namque uti dicunt οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὡς γενέσθω, quae significant δρᾶσον, οἶσθ' ὅ; γενέσθω, οἶσθ' ὥς; ita iidem dicunt, οὐκοῦν πεπαύσομαι· οὐκοῦν ἱκανῶς ἐχέτω· οὐκοῦν ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν· quorum omnium haec vis est: πεπαύσομαι, οὐκοῦν; *quiescam: nonne?* ἱκανῶς ἐχέτω, οὐκοῦν; *satis esto: nonne?* ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν, οὐκοῦν; *at diadema me habere sine: nonne?* Atqui, *nonne* qui dicit, concludit ex praecedentibus. Quare saepe perinde est, utrum sic loquatur, an *ergo* dicat. Nec tamen ubique sic est, ut in loco Luciani, ubi *ergo* poni nullo pacto potest. Οὐκοῦν ἀλλὰ — γε est *igitur saltem.* Lucian. Catapl. 11. οὐκοῦν ἀλλὰ τοῦτό γε μὴ ἀντείπῃς, ὦ Μοιρά, μοι. V. Dial. mort. XX. 2.

262 453. Alienus est Xenophontis locus, in quo μὴ non repetitum est gravioris negationis caussa, sed significat *ne non.* Hoc enim dicit: *si quis metueret, ne is, qui honestus evasisset, bene de se merito non summam gratiam rependeret.* i. e. *ne exiguam rependeret.* Vide de h. l. infra not. 265. Homeri locus autem Od. λ. 612. iure allatus est, in quo facilius animadvertitur vera sententiae ratio, si sic interpungas, μή, τεχνησάμενος, μηδ' ἄλλο τι τεχνήσαιτο. *Hunc balteum,* inquit, *qui sua sollertia elaboraverit, ne, hoc facto, quidquam aliud faciat,* i. e. tanto opere perfecto quiescere poterit. Geminus locus est Od. δ. 684. in quo pariter, ut in hoc, haeserunt interpretes: μή, μνηστεύσαντες, μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες, ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν: *postremum nunc hic epulentur, nullo, postquam semel proci fuerunt, alio in loco congregati.* Inservit haec formula rei graviter, sed familiari quadam ratione, negandae, quod nos diceremus, *mögen sie für immer ausgefreit haben.* Comparari possunt illa Homerica, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος δὴν ἦν, et ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν. Caeterum etiam οὐκ — οὐκ fortius negare docuit Erfurdtius in addendis ad Sophoclis Antig. 5.

263 453. At hic Porsonus in praef. ad Eurip. Hecub. p. 13. aut ἆρ' οὐ scribendum censuit, ut vitaretur anapaestus, aut, quod ego verum arbitror, οὐ delendum.

453. Fallitur vehementissime. Nemo sic, *τί μάτην*, in- 264
terrogaverit. *Οὐχ ὑγιαίνεις* est *insanis.* Ergo *τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις; quid temere insanis?*

454. Multum difficultatis habet ratio, quae est inter par- 265
ticulas *μὴ* et *μὴ οὐ*: de qua quum pluribus disseruerim in dissertatione de ellipsi et pleonasmo p. 212. sqq. quoniam illa subtilius, quam ut a tironibus facile intelligi possint, disputata sunt, quaedam eorum autem non satis recte dicta videntur, nunc alio modo hanc rem explicare aggrediar. Difficultas, quam dixi, in eo est, quod, quum negatio opposita sit affirmationi, tamen saepe perinde est, utrum ponatur *μή*, an omittatur; quodque, quum contraria sint *μὴ* et *μὴ οὔ*, tamen haud paucis in locis dubium est, utrum *μὴ* an *μὴ οὐ* dicendum fuerit. Ac tenendum est primo, particulas istas propriam suam vim numquam amittere, sed ubi videntur eam amittere, fieri id quadam totius sententiae conformatione, qua recte observata tolli ambiguitas possit. Etenim *μὴ* cum coniunctivo, optativo et indicativo semper est suspicantis esse id, de quo usurpatur ista particula. Qui suspicatur moriturum esse quempiam, aut mortuum esse, dicet, *δέδοικα μὴ θάνῃ, ἐδεδοίκειν μὴ θάνει, δέδοικα μὴ τέθνηκε: metuo ne moriatur, metuebam ne moreretur, metuo ne mortuus sit.* Contra qui suspicatur non esse moriturum aut periisse iam, quem mori vel mortuum esse cupit, is dicet, *δέδοικα μὴ οὐ θάνῃ, ἐδεδοίκειν μὴ οὐ θάνοι, δέδοικα μὴ οὐ τέθνηκε: metuo ne non moriatur, metuebam ne non moreretur, metuo ne non sit mortuus.* Hic quidem usus constans et immutabilis est. Nisi certa conditione non *μὴ οὔ*, sed *μὴ — μὴ* usurpatur, ut apud Xenophontem Mem. S. 1, 2, 7. *ἐθαύμαζε δέ, εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος, ἀργύριον πράττοιτο, καὶ μὴ νομίζοι τὸ μέγιστον κέρδος ἕξειν, φίλον ἀγαθὸν κτησάμενος, ἀλλὰ φοβοῖτο, μὴ ὁ γενόμενος καλὸς κἀγαθὸς τῷ τὰ μέγιστα εὐεργετήσαντι μὴ τὴν μεγίστην χάριν ἕξοι.* Vbi si *μὴ — οὐ τὴν μεγίστην χάριν ἕξοι* scripsisset, sensus esset, *sed timeret, ne non maximam gratiam persolveret.* Nunc, *μὴ* pro *οὐ* posito, hic sensus est: *mirabatur vero, si quis virtutem professus, pecuniam exigeret, ac non maximum lucrum putaret, amicum sibi bonum parasse, sed metueret, ne, qui probus honestusque factus esset, pro maximis beneficiis gratiam, quae non esset maxima, rependeret.* Difficilior est res in infinitivo. Eodem redeunt *δέδοικα θανεῖν* et *δέδοικα μὴ θανεῖν*; eodem etiam in contrariam partem *δέδοικα μὴ*

θανεῖν et δέδοικα μὴ οὐ θανεῖν. De his ita tenendum. *Δέδοικα θανεῖν* est *metuo mori*, quod est fugientis mortem: δέδοικα μὴ θανεῖν est *metuo non mori*, quod est expetentis mortem. Sed quoniam usitatum est Graecis post verba eventum negativum indicantia repetere negationem, ut eo significantius memoretur eventus, factum est, ut etiam dicerent δέδοικα μὴ θανεῖν, id ut idem significaret quod δέδοικα μὴ θάνω, i. e. δέδοικα θανεῖν, *metuo mori*. Euripides Antig. fr. 8. ἐν κήδει γὰρ ὢν ἐσθλῷ, δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν. Ex quo consequens est, contrarium huius dici posse δέδοικα μὴ οὐ θανεῖν, id quod initio dicebamus significari his verbis δέδοικα μὴ θανεῖν, *metuo non mori*. Est tamen in his singulis peculiaris quaedam vis et significatio. Nam δέδοικα θανεῖν simpliciter est *metuo mortem*, quod dici potest etiam non imminente mortis periculo. Eodemque modo intelligendum est hoc, δέδοικα μὴ θανεῖν, *metuo non mori*; in quo nulla inest instantis mortis significatio. Ab eo alterum illud δέδοικα μὴ θανεῖν, *metuo mori*, sic differt, ut eo simul imminere mortem indicetur, quoniam idem est ac δέδοικα μὴ θάνω. Praeterea probabile est, haec duo a Graecis etiam ipsa voce discerni solita fuisse, sic ut δέδοικα μὴ θανεῖν, *metuo non mori*, gravius pronunciato μή, alterum autem, quod est *metuo mori*, non prae reliquis vocibus distincto proferrent. Hoc μή, quod salva sententia omitti potest, in multis veterum codicum duplici accentu notatur. Denique hoc δέδοικα μὴ θανεῖν, quod est optantis mori, ab illo, δέδοικα μὴ οὐ θανεῖν, sic differt, ut *metuo non mori* ab hoc, *metuo ne non moriar*: quorum prius et universe dicitur et certa sententia, alterum periculo imminente et cum dubitatione, quae ubique inest in particulis μὴ οὐ. Hic est harum particularum usus post verba eventum negativum significantia.

Ab his vero bene discernenda sunt ea verba, quae eventum affirmativum negant, cuiusmodi sunt οὔ φημι, ἀδύνατός εἰμι, οὐχ οἷός τ' εἰμὶ, in quibus ob id ipsum, quod non indicant negativum eventum, non habet locum μή illud, quod abundare videatur, ut in illo δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν, sed ubi affirmativus ille eventus, qui tollitur negatione, quae in verbo inest, negationem aliquam continet, non nisi μή, si certa est negatio; μὴ οὐ, si cum dubitatione coniuncta, usurpantur. Rem exemplis declarabo. *Δεδοικέναι, εὐλαβεῖσθαι, ἀρνεῖσθαι*, et centena alia verba eventum indicant negativum, i. e. eo spectant, ut quid non fiat. Οἷός τε autem et δυνατός

εἰμι affirmativum eventum continent: eo enim tendunt, ut fiat quid. Quibus verbis si accedit negatio, οὐχ οἷός τ' εἰμί, ἀδύνατός εἰμι, non fit eventus, quem significant, negativus: sed negatur actio ad affirmativum illum eventum spectans. Itaque non dicitur οὐχ οἷός τ' εἰμὶ μὴ λέγειν, id ut significet *non possum dicere*, sed significabit *non possum non dicere*. Aeschylus in Prom. 106. ἀλλ' οὔτε σιγᾶν, οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί: *nec tacere, nec non tacere hanc sortem possum*. Dicit autem μή, quia certe et definite loquitur. Xenophon Hist. Gr. V, 4, 32. ἐπεὶ ἐκεῖνός γε πρὸς πάντας, ὅσοις διείλεκται, ταῦτα λέγει, μὴ ἀδικεῖν μὲν Σφοδρίαν ἀδύνατον εἶναι: *nam ille quidem omnibus, cum quibus loquutus est, hoc dicit, fieri non posse, ut Sphodrias non sit iniustus*, i. e. contendit esse iniustum. Idem Cyneg. V. 31. ἔστιν οὖν ἀδύνατον, μὴ οὐκ εἶναι, ἐκ τοιούτων συνηρμοσμένον, ἰσχυρόν, ὑγρόν, ὑπερέλαφρον: *fieri itaque non potest, quin lepus, ex hisce partibus constans, non sit animal validum, mobile, velox*. Hoc vero dubitantius dicitur, nec tanta cum asseveratione, ut illud prius: quare tantumdem est ac si dicas, *mirum foret, ni lepus talis esset*. Sic etiam Thucydides VIII. 60. ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον ὄν, ἀδύνατα ἦν, Ἀθηναίων ἐχόντων, μὴ οὐ μεγάλα βλάπτειν καὶ Ἐρετρίαν καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν: *nam quum Eretriae istud oppidum immineat, fieri non poterat, quin, si in Atheniensium potestate esset, multum posset et Eretriae et reliquae Euboeae nocere*. Vix apte hic μή dici poterat, quia non de damno sermo est vere illato, sed de eo, quod illaturi fuissent Athenienses. Xenoph. Apol. Socr. in fine: ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τήν τε σοφίαν καὶ τὴν γενναιότητα οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ, οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. Vix aliter quam circumscribendo exprimas differentiam harum particularum, veluti, *ich kann weder des mannes nicht erwähnen, noch, indem ich seiner erwähne, es thun, ohne dass ich ihn loben sollte.* Si μὴ ἐπαινεῖν dixisset, esset id definite dictum, *non laudare*. Nunc per μὴ οὐ dicit *quin laudem*. Idem in Anab. II, 3, 11. ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶναι, μὴ οὐ συσπουδάζειν. Idem de rep. Lacedaem. VI. 2. ἢν δέ τις παῖς ποτὲ πληγὰς λαβὼν ὑπ' ἄλλου, κατείπῃ πρὸς τὸν πατέρα, αἰσχρόν ἐστι μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ. Demosth. epist. V. p. 1490, 15. ἧς μὰ τοὺς θεοὺς τῷ μετασχόντι μὴ οὐχὶ ἀψευδεῖν καὶ πρὸς ἅπαντας ἀγαθῷ εἶναι, οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι. Quibus in locis μὴ οὐ lenius rem exprimit, ut si Germanice dicas:

es ist schande, wenn man nicht mit helfen wollte; es ist schimpflich, wenn der vater dem sohne nicht noch neue schläge geben wollte; ich halte es für unrecht, wenn ein solcher nicht wahrhaftig und gegen jedermann gut seyn wollte. Quod si μὴ solum positum esset, hoc diceretur, quod fortius est et gravius, *es ist schande nicht mit zu helfen; es ist schimpflich, dem sohne nicht noch neue schläge zu geben; ich halte es für unrecht, nicht wahrhaftig zu seyn.* Ita Xenophon in Mem. Socr. IV, 8, 9. non potuit non dicere, ἐμοὶ δὲ τί αἰσχρόν, τὸ ἑτέρους μὴ δύνασθαι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια μήτε γνῶναι μήτε ποιῆσαι; *mihi vero num turpe est, si alii nequeunt iusti erga me esse?* Μὴ οὖ, quia res certa est, non magis dici poterat, quam si Latine dicere velles, *mihi num turpe est, nisi alii iusti erga me esse possunt?*

Redeo ad verba eventum negativum significantia. His si adiungitur negatio, sive aperta, sive in interrogatione latens, quo fit, ut negativum illum eventum non sequi enuncietur: triplex constructio locum habet, prima omni negatione carens; secunda negationem tollens per particulas μὴ οὖ, quae est frequentissima; tertia μὴ praeter necessitatem additum habens. Vt *non nego ita esse* dici potest et οὐκ ἀρνοῦμαι οὕτως εἶναι, et μὴ οὐχ οὕτως εἶναι, et μὴ οὕτως εἶναι. Nec tamen haec prorsus eadem sunt. Nam sine negatione simpliciter significatur *non nego ita esse;* cum duplici negatione μὴ οὖ, dubitantius res proponitur, ut Germanice possis dicere, *ich leugne nicht, dass es wohl so sey;* cum solo μή, gravius res affirmatur, *contendo non ita esse.* Sophocles Ai. 727. ὡς οὐκ ἀρκέσει τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν. Aeschyl. Agam. 1178. ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν τὸ μὴ πόλιν μέν, ὥςπερ οὖν ἔχει, παθεῖν. Alter, ut in re futura, μὴ οὖ, alter, certo affirmans rem vere factam, μὴ posuit. Sic in re futura Sophocles Electr. 132. οὐδ' ἐθέλω προλιπεῖν τόδε, μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον. In Trach. 621. οὔτι μὴ σφαλῶ γ' ἐν σοί ποτε τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος, ὡς ἔχει, δεῖξαι φέρων. Recteque proinde οὐ addidit Brunckius in eadem fabula v. 88. οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι. Sed recte se habet illud v. 225. ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰ παρῆλθε τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον. Nam etsi poterat μὴ οὖ dici, quo significaretur *non commisi, quo minus cernerem,* tamen, quoniam de eo quod factum est loquitur, dixit μή,

non commisi, ut non cernerem: quae ratio ibi maxime usitata est, ubi, ut hic, res per duo contraria, ὁρῶ, et οὔ με παρῆλθεν ὄμματος φρουρά, enunciatur. Quare haec quoque non sunt sollicitanda, in Aiace v. 96. κόμπος πάρεστι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή, et in Antig. 443. καὶ φημὶ δρᾶσαι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή: *et aio me fecisse, nec nego*, ubi quum illud, *aio*, primarium sit, cui tantum confirmando alterum adiicitur, μὴ additur, quasi dicas, *et aio me fecisse, neque contendo non fecisse.* Quae orationis conformatio eadem est cum illa, qua in verbis iubere significantibus vetandi notio inest, vel contra, ut in Oed. R. 236. τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον — μήτ' εἰςδέχεσθαι, μήτε προςφωνεῖν τινά — ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας: *hunc veto recipere aut alloqui, sed repellere* (iubeo) *ab aedibus.* Ex his intelligitur, ne satis recte quidem Sophoclem dicturum fuisse, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μὴ οὔ, ut quo id, quod graviter confirmandum erat, quasi cum dubitatione quadam prolaturus fuisset. Poterat dici κοὐκ ἀπαρνοῦμαι δρᾶσαι, ut apud Alciphronem II. 2. p. 214. in cod. Dorvill. οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ. Vide Dorvill. ad Charit. p. 675. (613. ed. Lips.) Vbi quum vulgo legatur οὐκ οἰκείως ἔχειν, ne hoc quidem damnandum puto, sed potius exquisite dictum arbitror. Nam οὔ eodem modo in hac formula poni potuit, ut in illa οὐ μᾶλλον ἢ οὔ. Herodotus IV. 118. ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας, ἢ οὐ καὶ ἐπ' ὑμέας: *adest Persa non magis contra nos, quam contra vos.* V. Thucyd. II. 62. Plura vide apud Bastium ad Greg. Cor. p. 102. qui tamen non satis accurate hanc formulam sic commemorat, μᾶλλον ἢ οὔ. Est enim semper οὐ μᾶλλον ἢ οὔ, nec potest aliter: nam ubi prior negatio videtur abesse, latet ea aut in interrogatione, ut si Herodotus per interrogationem dixisset, τί μᾶλλον ἐπ' ἡμέας ἥκει, ἢ οὐ ἐπ' ὑμέας, quod absque interrogatione sic dicendum fuit, ub ab eo dictum est; aut alio modo, ut ap. Thucyd. III. 36. Qui his contradixit Haenischius ad Lysiae Amatorium p. 46. seq. non satis perspexit rem. Ita in duobus locis Demosthenis a Bastio allatis. Disputavit de ista formula Nitzschius in appendice ad Plat. Ionem p. 74. seq. Sic, ut ad μὴ οὔ redeam, apud Xenoph. in Anab. III. 1, 13. εἰ δὲ γενησόμεθα ἐπὶ βασιλεῖ, τί ἐμποδὼν, μὴ οὐχὶ πάντα μὲν τὰ χαλεπώτατα ἐπιδόντας, πάντα δὲ τὰ δεινότατα παθόντας, ὑβριζομένους ἀποθανεῖν; *quid impedit*, (i. e. nihil impedit) *quo minus contumeliose pereamus?* Hic, ut in re futura, μὴ οὐχὶ dixit, non μή. Tectior etiam negatio

est in Cyrop. II. 2, 20. ἅμα δὲ αἰσχρὸν ὂν ἀντιλέγειν, μὴ οὐχὶ τὸν πλεῖστα καὶ πονοῦντα καὶ ὠφελοῦντα τὴν πόλιν, τοῦτον καὶ μεγίστων ἀξιοῦσθαι, i. e. *quumque non conveniat repugnare, quin, qui plurimum et laborarit et rem publicam adiuverit, is etiam maximo praemio afficiatur*. Quum autem μὴ οὐ de re praesenti vel praeterita dicitur, ita hoc fit, ut absit gravior affirmatio, resque quasi cum dubitatione quadam narretur, quae facilius Germanice, quam Latine exprimi potest. Sophocles Oed. R. 1232. λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ᾔδειμεν, τὸ μὴ οὐ βαρύστον' εἶναι: *es fehlt nichts, dass auch, was wir vorher erfahren haben, nicht bejammernswerth seyn sollte*. Plato de rep. I. in fine, p. 354. B. καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου, ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης, οὐκ ἀπεσχόμην τοῦ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου: *ich konnte es nicht lassen, dass ich hierzu nicht etwas hätte sagen sollen*. Idem in Menone p. 89. D. τὸ μὲν γὰρ διδακτὸν αὐτὸ εἶναι, εἴπερ ἐπιστήμη ἐστίν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι: *ich habe nichts dagegen, dass dieses nicht richtig seyn sollte*. Eadem ratio est, ubi ὥστε μὴ et ὥστε μὴ οὐ dicitur. Soph. Antig. 96. πείσομαι γὰρ οὐ τοσοῦτον οὐδέν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν: *nihil mihi tale accidet, quo minus honeste moriar*. Quod si ὥστε μὴ καλῶς θανεῖν dixisset, sententia quidem eadem foret, sed fortius expressa: *nihil mihi tale accidet, ut turpiter moriar*.

Venio ad μὴ et μὴ οὐ cum participio vel nomine coniunctas. Has tenendum est conditionis indicandae caussa sic usurpari, ut μὴ *si non*, μὴ οὐ *nisi* significet, quae eo differunt, quod *nisi* dubitantis est, *si non* autem sumentis quid ut certo negatum. Vt *nisi fallor* dicit, qui fortasse se falli subindicare vult; *si non fallor* autem, qui hoc, non falli se, simpliciter ut certum ac verum sumit. Sophocles Oed. R. 12. δυσάλγητος γὰρ ἂν εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν: *durus essem, nisi vestra me supplicatio tangeret*. Et v. 220. οὐ γὰρ ἂν μακρὰν ἴχνευον αὐτός, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον: *parum ipse investigando proficerem, nisi aliquid indicii reperirem*. Contra idem in Trach. 592. ἀλλ' εἰδέναι χρὴ δρῶσαν· ὡς οὐδ' εἰ δοκεῖς ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη: *at facto explorare oportet: non enim, quamvis videare, cognoscas rem, si non facias experimentum*. Quo respicit ad id, quod ante dixerat Deianira, πεῖρα δ' οὐ προσωμίλησά πω. Euripides Heracl. 283.

μάτην γὰρ ἥβην ὧδέ γ' ἂν κεκτώμεθα πολλὴν ἐν Ἄργει, μή σε τιμωρούμενοι: *frustra enim tantam Argivorum pubem coegissemus, si te non puniremus*, i. e. si te impunitum dimitteremus. Idem in Troad. 402. Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός· γήμας δὲ μή, σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἐν δόμοις: *Paris Iovis filiam uxorem duxit: si non duxisset, obscura mansisset ista affinitas.* Apertum est, hic neque Graece μὴ οὐ, nec Latine *nisi* dici posse. Aeschylus in Prom. 503. οὐδείς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων: *nemo hoc de se praedicabit, qui temere se iactare nolit.* Quod si μὴ οὐ dixisset, sensus esset, *nemo hoc praedicabit, nisi iactator.* Xenophon Anab. VI. 4, 19. ὁ δ' οὐκ ἂν ἔφη ἐξαγαγεῖν, μὴ γιγνομένων τῶν ἱερῶν: *ille autem negabat se signa moturum, si sacra non addicerent.* Demosthenes de falsa legatione p. 379, 6. αἱ πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν αἱ τῶν Φωκέων, μὴ οὐ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ: *oppida Phocensium multa sunt captuque difficilia, nisi multo tempore et obsidendo.* Posse capi oppida illa dicit, sed tempore opus esse et obsidione. Quod si μὴ posuisset, pro certo habere videretur, nec tempus impendi posse, neque obsidionem decerni; ideoque oppida ista, non obsessa, capi non posse diceret.

457. *Μήτιγε*, *nedum*, *multo magis*, *multo minus.* 266
Non puto recte pro eo dici οὔτιγε, quanquam Herodian. II, 10, 12. οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης. Idem alibi aliter. III, 13, 14. οἱ δ' οὔτιγε ἐπείθοντο. *At illi haudquaquam (nihil quidquam) obsequebantur.* — VII, 4, 1. *Αἰτίαι μὲν δὴ τοιαῦται οὔτι γε ἄλογοι. minime leves.* Difficilis locus apud Herodot. IV, 76. REIZIVS. Non assentior Reizio, οὔτι γε improbanti, μήτι γε probanti. Hesychius quidem et Photius et Phavorinus μήτι γε explicant πόσῳ γε μᾶλλον. Sed, nisi quis ex poetarum locis contrarium doceat, haud scio an, quum libri plerumque varient, verum sit μήτοιγε, pariterque οὔτοιγε. Zeunius quam ad Xenoph. Cyrop. II. 3, 24. significationis differentiam statuit inter μήτιγε et μήτοιγε falsa est. *Οὔτοι γε* quidem, nisi forte, si ὅτι sequatur, simpliciter cum verbo, quod positum est, construi debet, quemadmodum saepe etiam μήτοι γε, ut in loco Platonis, quem Hoogeveenus affert de partic. p. 772. de Rep. III. p. 388. πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα, μήτοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους, — εἰ δ' οὖν θεούς, μήτοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι.

Germanice: *noch viel mehr aber werden wir bitten, doch nicht* gar *götter klagend einzuführen; und wenn ja götter, doch nicht* gar *den grössten der götter so unähnlich darzustellen.* Vbi autem μὴ non ex praecedente verbo pendet, prohibitive accipiendum est, ut in illo, quod idem ad Vigerum attulit, ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄλλον τινὰ ἠξίουν ἂν ταῦτα ὀνειδίζειν, μήτοι γε δὴ Πλάτωνα: i. e. proprie, *ne puta me Platonem ita facere existimare.* Οὔτοι γε in Herodiani locis sic exprimas Germanice: *sie würden nicht einmal euer geschrey aushalten*, ja *euern kampf gar nicht.* Deinde, sequitur enim ἀφηνίαζον δέ: *sie aber folgten gar nicht einmal, sondern widersetzten sich;* ubi τοι per *gar* reddendum. Denique in tertio loco: *dergleichen gründe sind doch nicht eben unstatthaft.* Herodoti verba sunt: ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι, μήτοι γε ὦν ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥκιστα. Scribendum videtur ἄλλων pro ἀλλήλων. Locus difficilior est, quod μὴ et ἥκιστα dicuntur non ad verbum φεύγουσι, sed ad sententiam, quae est οὐ χρῶνται, relata. Germanice vim particularum sic exprimas: *sie bedienen sich keiner fremden einrichtungen, wie viel weniger anderer völker, der Griechen aber am wenigsten.* Μήτι γοῦν, haud scio an in μήτοι γ' οὖν mutandum, legitur apud Aelian. H. A. III. 23. extr. V. H. XII. 9. XIII. 1. non longe a fine. Οὔτι γε, pro quo οὔτοι γε legi velim, habet etiam Lucian. Anach. 11. T. II. p. 890. μεγάλας οἱ πρεσβῦται τὰς ζημίας ἐπάγουσι, κἂν ἐπ' ὀλίγων μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις, οὔτι γε ἐν τηλικούτοις θεάτροις. Οὔτοι γε, sed alio significatu, est ap. Aristoph. Thesmoph. 34.

267 458. Graece imperitissimum esse necesse est, qui putet in μὴ ὅτι intelligi posse λέγω, quod intelligendum est in οὐχ ὅτι: v. Tyrwhitt. ad Aristot. poet. pag. 128. Vim particularum οὐ et μὴ non satis intellexerunt grammatici, qui quum dicunt οὐ negantis esse, μὴ vetantis, non primum ponunt harum particularum discrimen, sed derivatum ex eo, quod primum est. Οὐ negat rem ipsam; μὴ cogitationem rei. Hinc fit, ut οὐ absolute dicatur, nec pendeat ex alio vel addito vel intellecto verbo, οὐκ ἔστι ταῦτα. Μὴ contra non aliter dicitur, nisi aut addito, aut intellecto verbo, quo cogitatio, suspicio, voluntas significatur. Μὴ ταῦτα γένηται, scilicet φοβοῦμαι. Μὴ τοῦτο δράσῃς, scilicet ὅρα. Saepius non tam verbum huiusmodi, quam cogitatio ipsa vel voluntas intelligitur. Μὴ κεῦθε: *noli celare.* Haec differentia inter μὴ et

οὔ, atque omnia ex his composita vocabula diligentissime servatur. Sed occurrunt loci, in quibus haereas utrum μὴ an οὐ dicendum fuerit. Illa facilia sunt ad discernendum, οὐ τολμήσεις, *non audebis*, de eo, quem scimus non ea esse audacia, ut hoc vel illud faciat: μὴ τολμήσεις, *ne aude*, de eo, quem putamus adeo audacem esse, ut faciat, quod priorem non facturum scimus.

Quum ergo μὴ semper ad cogitationem alicuius referatur, patet primum, quare cum particulis iis, quae conditionem aliquam exprimunt, μή, non οὔ, iungatur: εἰ μή, ἐὰν μή, ὅταν μή, ὅτι μή. Nam hae particulae natura sua indicant, ponere aliquem aliquid cogitatione. Eodem modo saepius pronomen relativum ὅς usurpatur, si in eo inesse volumus aliquam conditionem. Epictet. Enchir. 31. τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; Poterat dicere ἃ οὐκ ἔχει αὐτός, sed hoc discrimine, quod, si οὔ dixisset, sensus foret, *quae quis non habet, quomodo ea dare potest alii?* si μή, *quomodo quis dare aliquid alii potest, si id ipse non habeat?*

Deinde μὴ frequentissime iungitur participiis, quod ubi fit, sensus proprie est, *si quis sit eiusmodi.* Perspicuus in hanc rem Sophoclis locus est in Oed. Col. 1154.

δίδασκέ με,
ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδέν, ὧν σὺ πυνθάνει.

doce me, quasi si nihil istorum sciam. Pausanias aliique recentiores scriptores fortius negans μὴ saepe ubi antiquiores οὐ dicebant ponere consueverunt, ut IX. 17, 5. τοὺς δὲ παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μή τι (sic scribe pro μήτε) ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας, αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ Ἀμφίονος ἠκολούθησαν. Sed in euangelio Ioannis III, 18. quo usus est Hoogeveenus pag. 727. ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Ὁ μὴ πιστεύων est *si quis non credat;* μὴ enim indicat fingi cogitatione aliquem, qui non credat: ὁ οὐ πιστεύων de certo homine intelligendum foret, qui nollet credere. Eurip. Bacch. 251. ἀναίνομαι, πάτερ, τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον. Polemo pro Callim. 47. p. 16, 13. (122. ed. Orell.) ὦ μόνε τῶν ἀποθανόντων οὐ πεσών, καὶ μόνε μὴ ζηλούμενε. Eamdem rationem adhibuit Hoogeveenus, ut ostenderet, quare ὅτι μή, non

ὅτι οὐκ, in isto loco scriptum legeretur. Et vere sane, quamquam non ab omni parte. Nam ὅτι οὐ πεπίστευκε significaret, *quod non credidit*, et de certo homine diceretur, qui non credidisset. Verum ὅτι μὴ πεπίστευκε significat, *quia non crediderit*, quod dicitur ut cogitatum ab aliquo, sive is de eo id dicat, qui re vera non crediderit, sive de aliquo, quem fingat non credidisse. Rem declaret locus Luciani in initio dial. Panop. et Galen., ibidem allatus ab Hoogeveeno: εἶδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Vehementer fallitur Hoogeveenus, μὴ hic pro οὐ dictum putans, neque id imitandum censens. Immo ubi quod non est etiam cogitari non esse volumus, μὴ dicitur fortius pronunciatum: *quod non esset vocata*. Contra idem Lucianus in Toxar. c. 16. ὁ δὲ ἄκαιρον νομίσας ἐν τούτῳ ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ διότι οὐ προςίετο μόνον αὐτὸν τῶν φίλων: quod dictum est negatione non vocis sono erecta. De illa potestate fortius pronunciati μὴ dixi in Diurnis Scholasticis a. 1831. m. Septembr. n. 110. Ita quum saepe res utrovis modo enunciari possit, nihil mirum, in locis plane similibus nunc οὔ, nunc μὴ inveniri. Aliquid hac in re usus cuiusque scriptoris valet. Vt Lucianus ὅτι μὴ dicere amat, etiam ubi licebat ὅτι οὐ poni. Particulae μὴ pro οὐ perperam positae exemplum in his versibus Nazianzeni foret ab Hoogeveeno pag. 716. allatis,

θεοῦ διδόντος μηδὲν ἰσχύει φθόνος,
καὶ μὴ διδόντος μηδὲν ἰσχύει πόνος.

At Gregorius scripsit, ut oportebat, θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, καὶ μὴ διδόντος, οὐδέν ἰσχύει κόπος. Locus est in distichis gnomicis dist. 63. p. 155. ed. Col. Μὴ pro οὐ acceperunt interpretes in Aristoph. Thesm. 19. διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ. Male. Refertur enim ad praecedentia, in quibus Euripides Mnesilochum iusserat neque audire neque videre. Ad hoc igitur, quod breviter dici poterat, μήτε ἄκουε, μήτε ὅρα, ille respiciens dicit, quod Germanice exprimas: *wegen des trichters also soll ich weder hören noch sehen*. Apparet hic quoque non rem negari, sed negationem spectare ad cogitationem rei. Ἀκούω enim et ὁρῶ coniunctivi sunt. Sed saepe etiam in recta oratione eadem ratio obtinet, ubi cavendum, ne μὴ pro οὐ positum putetur. Nam ubi rem non simpliciter negant Graeci, sed videri negandam indicant, μὴ ponunt. Lucillius epigr. 102.

in Brunckii Anal. T. II. p. 338. *Θαρσύμαχε, πλοῦτον πολὺν ὤλεσας ἐξ ἐπιβουλῆς, εἰς οὐδὲν δ' ἥκεις ἄθλιος ἐξαπίνης, φεισάμενος, δανίσας, τοκίσας τόκον, ὑδροποτήσας, πολλάκι μηδὲ φαγών, ὥςτε τι πλεῖον ἔχειν.* Nos: *oft ohne einmal zu essen.* Pausanias IX. 1, 3. *καὶ σφᾶς αὐτίκα οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν, τὴν δὲ ἐπὶ τὴν πεδιάδα, τήν τε ἐπὶ Ὑσιῶν ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς, ᾗ μηδὲ σκοπὸς ἐτέτακτο: wo nicht einmal eine wache ausgestellt war.* Hinc saepe post verba cogitationem cuiuspiam indicantia *μὴ* dicitur. Idem ib. c. 8, 2. *διαστῆναι δὲ Ἀμφιαράῳ τὴν γῆν ταύτῃ νομίζουσιν, ἐπιλέγοντες καὶ τάδε ἔτι, μήτε ὄρνιθας ἐπὶ τῶν κιόνων καθέζεσθαι τούτων, μήτε πόαν τὴν ἐνταῦθα μήτε ἥμερον ζῶον, μήτε τῶν ἀγρίων νέμεσθαι.* Quibusdam verbis, quae natura sua nihil nisi id, quod in cogitatione et voluntate positum est, indicant, constanter *μὴ* adiungitur, nec nisi rarissime invenitur *οὐ*. Eiusmodi est *ὄμνυμι*, cui verbo si *οὐ* adiungeretur in affirmatione rei factae, *μὴ* autem in sponsione rei futurae, idoneam id rationem haberet. At etiam in re, quam quis factam esse iurat, *μὴ* usurpatur. Xenophon Anab. VII. 6, 18. *ὀμνύω γὰρ ὑμῖν θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας, μηδὲ ἃ ἐμοὶ ἰδίᾳ ὑπέσχετο Σεύθης, ἔχειν· πάρεστι δὲ αὐτός, καὶ ἀκούων σύνοιδέ μοι, εἰ ἐπιορκῶ.* Multoque insolentius Homerus Iliad. ο. 34. seqq. *ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανός, — σή θ' ἱερὴ κεφαλή, καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν κουρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μὰψ ὀμόσαιμι· μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει.* Vbi *μὴ πημαίνει* per anacoluthon iuncta sunt, nisi particula *μὴ* sic posita est, ut cum dubitatione neget. Germanice *wohl nicht.* Idque bene eo loco Iunoni convenit, ut quae non possit satis liquido iurare, non suo iussu Neptunum Graecis opitulari. Recte vero Iliad. τ. 258. seqq. *ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα — μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι*, ubi nominativus *ἐγώ*, pro quo accusativum exspectes, ex eo pendet, quod Agamemnon *ὄμνυμι* in mente habet, pro quo dixit *ἴστω Ζεύς*. Idem pronomen *ἐγὼ* intelligendum Od. ε. 184. seqq. *ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανός — μή τί σοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.* Cum indicativo futuri *μὴ* positum Iliad. κ. 329. seqq. *ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτός — μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος Τρώων.* Illud vero mirum est, quod *οὐ*, licet rarissime, etiam in re futura cum hoc verbo construitur. Theocritus XXI. 59. *ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγευς πόδα θεῖναι, ἀλλὰ μένειν ἐπὶ γᾶς.* Non dissimile est illud Euripidis

Hel. 841. *ʼΕΛ. ἀλλʼ, ἁγνὸν ὅρκον, σὸν κάρα κατώμοσα. ΜΕ. τί φής; θανεῖσθαι, κοὔποτʼ ἀλλάξειν λέχη;* Sed haec sic explicanda, ut iurandi verbum ad alteram partem sententiae pertineat, *οὐ* autem ad ipsum illud *iuro. Non hoc iuro, sed* — Vide Diurn. Schol. a. 1832. m. Iun. n. 78.

De usu particularum *μὴ* et *οὐ* in oppositione negationum et affirmationum Hoogeveenus pag. 722 seqq. multa falso tradidit, ut *μὴ* negare partem, *οὐ* totum, et quae sunt reliqua. Omnis ista disputatio ex iis, quae supra diximus, facile dirimi poterit. *Οὐ* rem ipsam simpliciter negat, *μὴ* ut cogitatam. Haec ut illustrem, pauca ex Hoogeveeni exemplis attulisse satis erit. *Φής, ἢ οὔ;* dicunt Graeci, non *φής, ἢ μή;* Cur? Quia non solent dicere, *φημὶ μὴ εἶναι τοῦτο,* sed *οὔ φημι εἶναι.* Itaque *φής, ἢ οὔ;* est *φής, ἢ οὐ φής;* Aristophanes in Acharn. 900.

ὅ τι γʼ ἔστʼ ʼΑθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή.

Μὴ dixit, fortius negans. Epictetus in fine Enchir. *"Ανυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναί με δύνανται, βλάψαι δʼ οὔ.* Contendit Hoogeveenus, prava ista opinione, quod *οὐ* totum, *μὴ* partem neget, in errorem inductus, Epictetum, si dicere voluisset, *alios laedere possunt, me non possunt,* dicere debuisse, *ἄλλους μὲν βλάψαι δύνανται, ἐμὲ δὲ μή.* Falsum hoc est, si quidquam. Nam quis ita loquatur, *οὗτος μὴ δύναται ἐμὲ βλάψαι?* Hic quoque dicendum erat, *ἄλλους μὲν βλάψαι δύνανται, ἐμὲ δʼ οὔ.* Quod si *ἐμὲ δὲ μὴ* dicatur, sensus erit, *alios laedere possunt, me possunt non laedere,* i. e. illaesum dimittere. Si exemplo in re aperta opus est, refellat Hoogeveenum Sophocles in Oed. Col. 836. ubi Creonti *εἶργου* dicenti respondet chorus,

σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.

Ibi ex Hoogeveeni sententia dicendum erat, *σοῦ μὲν μή.* Vt brevi complectar, in omnibus huiusmodi exemplis *μὴ* spectat ad rem aliquam cogitatam. Vno utar, Platonis de Rep. VI. pag. 486. A. *ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. Μὴ* hoc indicat: *si iudicare vis, quodnam ingenium ad philosophiam aptum, quodnam ineptum esse statuas.* Aptissimus est ad illustrandam hanc differentiam locus Isocratis *περὶ ἀντιδόσ.* c. 22. p. 332. ed. Coraii. *ἐνθυμήθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εἰ δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ μὴ προτρέπειν ἐπʼ ἀρετὴν καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως κινδύνους, ἢ δικαίως ἂν δοῦναι δίκην ὑπὲρ τῶν εἰρη-*

μένων, ἀλλ' οὐκ ἂν χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν τὴν μεγίστην, ὃς οὕτως ἐγκεκωμίακα καὶ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς προγόνους, καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενημένους, ὥςτε etc. *Reputate vobiscum, utrum videar sermonibus meis corrumpere adolescentes, eosque non ad virtutem et pericula pro civibus subeunda compellere, an puniendus esse ob ea, quae dixi, nec gratiam potius a vobis maximam posse postulare, qui ita laudarim et urbem, et maiores, et pericula, quae illis temporibus adeunda erant, ut* etc. Hic μὴ προτρέπειν dixit, quia non quaerit, an non videatur commendare virtutem, sed an videatur eam non commendare. Seiunctum enim hoc ab reliquo orationis nexu sic dicendum foret: εἰ δοκῶ μὴ προτρέπειν. Eadem vero in constructione pergens dicit, ἀλλ' οὐκ ἂν χάριν κομίσασθαι. Hic enim iam non quaerit, an videatur non promeruisse gratiam, quod dici poterat, si de eo ageretur, utrum accipere gratiam, an non accipere deberet: id quod dicere eum fecit Coraius, qui in interpretatione sua μὴ posuit: sed illud quaerit, an non videatur dignus esse gratia, ut, si haec seorsim ab reliquis proferas, dicendum sit, εἰ οὐ δοκῶ κομίσασθαι ἂν χάριν.

458. De constructione particulae μὴ Zeunius, ut solet, 268
sine iudicio et discrimine omnia collegit. Grammaticorum observatio, μὴ prohibentis cum imperativo praesentis et coniunctivo aoristi quum apud alios, tum maxime apud Atticos coniungi exemplis comprobatur. Vid. Brunck. ad Lysistr. 1036. Sophocl. Oed. Col. 731. Electr. 71. 1275. Aiac. 191. Pluribus disserui de hac re in dissertatione de praeceptis quibusdam Atticistarum p. 4—8. Ac μὴ cum imperativo praesentis proprie de omittendo eo, quod quis iam facit, intelligitur. Odyss. π. 168. ἤδη νῦν σῷ παιδὶ ἔπος φάο, μηδ' ἐπίκευθε: *desine celare.* Sed saepe tamen etiam de non incipiendo imperativus praesentis usurpatur, cui rei proprius est aoristi imperativus, quem tamen Graeci raro, Attici vix umquam usurpant, sed pro eo utuntur coniunctivo aoristi, qui semper significat, non esse aliquid incipiendum. Odyss. ο. 263. εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μηδ' ἐπικεύσῃς, *noli celare, de quo te interrogavero.* Imperativi aoristi exempla vide ap. Koen. et Schaefer. ad Greg. Cor. p. 15. seqq. Praeterea praesens de re continuata usurpatur, ut μὴ βάλλετε, *ne tela coniicite*; aoristus de re cito praetereunte, ut μὴ βάλῃς, *ne telum coniice*, quum sermo est de una teli

emissione. Sic etiam in imperativo tertiae personae. Aesch. S. c. Theb. 1044. μὴ δοκησάτω τινί, *ne quisquam hoc mente concipiat.*

Deinde μὴ optantis cum optativo coniungitur. Sophocles in Oed. Col. 864.

μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς ἔτι.

Porro μή, ut *ne*, ea ratione, quam saepius iam tetigimus, ab iis, qui accurate loquuntur, maxime a poetis Atticis, cum *coniunctivo* iungitur post praesens, ὀκνῶ, μὴ γένηται. Sophocles in Philoct. 493.

ὃν δὴ παλαί' ἂν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ.

Sic legendum ex codice apud Brunckium, non βεβήκοι. Δέδοικα enim vim praesentis habet. Cum *optativo* post praeterita: ἄϋσε, μή μιν ἀποέρσειε. Cum *indicativo* omnium temporum, ubi res significatur quae revera facta est, fit, futura est. Δείδω, μὴ νημερτέα εἶπεν: *puto vera dixisse.* Alia exempla habet Hoogeveenus de partic. p. 708. seq.

269 459. Μὴ prohibentis cum futuro indicativi magis videtur interrogationem continere. Sophocles in Aiace 75.

οὐ σῖγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;

Germanice *doch nicht.* In Trachin. 1183.

οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;

Μή σοι δοκοῦμεν οὐκ ἀναγκαῖα διεληλυθέναι; wir scheinen dir doch nicht unnöthiges durchgegangen zu seyn? Vide Elmsleium ad Med. 1120.

270 459. Μὴ oblique interrogantis non est dubium quin coniunctivo iungi debeat, ubi de re praesenti; optativo, ubi de praeterita sermo est. Verum idem etiam indicativum adiunctum habet, ubi rem a nobis pro vera haberi indicare volumus. Sophocles in Antig. 1253.

ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον
κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ.

Sic ibi Brunckius e codd. pro καλύπτῃ. Contra recte in Philocteta v. 30.

ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ κατακλιθεὶς κυρῇ.

Schaefero in Melet. cr. p. 115. scribendum videtur κυρεῖ; coniunctivo enim significari *cave ne dormiat*, *vereor ne dormiat*. Non repugnabo, si ex libris κυρεῖ proferatur: sed κυρῇ puto defendi posse. Nam ita leve discrimen est, ut utrumque recte dicatur, quia utrumque dubitantis est, ut si Germanice dicas, *siehe zu, ob er nicht schläft*, quod est μὴ κυρεῖ; vel, *siehe zu, dass er nicht schlafe*, quod est μὴ κυρῇ. Sic in Eurip. Alcest. 1130. ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ, dici poterat, μή ἐστι. Lucillius epigr. 115. tamquam ex persona praesentis dixit, καὶ μὴ τέτρωται κατεμάνθανε, de quo loco vide Schaeferum ibid. p. 116. Plato in Gorgia p. 67. B. μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.

459. Vide Berglerum ad Alciphr. pag. 215. Quaedam 271
ego attuli in Obss. criticis pag. 5. seq. Hic addam loca a Schaefero notata. Ἀναξιοῦν Pausan. X, 14. v. ibi Facium. Ἀπαρνεῖσθαι Sophocl. Ai. 96. Antig. 443. Ἀπαυδᾷν id. Ai. 741. Ἀπείργειν Eurip. Hel. 1575. fragm. Sisyph. I, 10. Ἀπεννέπειν id. Herc. fur. 1298. Ἀπιστεῖν Thucyd. I, 10. Ἀπομνύναι Eurip. Cycl. 265. Ἀφαιρεῖσθαι Sophocl. Philoct. 1303. Eurip. Troad. 1146. Διακωλύειν Herod. VIII, 144. Εἴργειν Eurip. Heracl. 963. et sequente ὥςτε μή, Electr. 1255. Ἐμποδίζεσθαι, v. Bast. ad Platonis Symp. pag. 114. Ἐξευλαβεῖσθαι Eurip. Androm. 645. Ἐπέχειν Soph. Philoct. 349. Ἔχειν, *impedire*, Herodot. IX, 12. Καταρνεῖσθαι Sophocl. Antig. 442. Κατέχειν, v. Bast. l. l. Μεταβουλεύεσθαι Herodot. VII, 12. v. ibi Wesseling. Φεύγειν Eurip. Heracl. 507. Φυλάσσεσθαι Herodot. IX, 78. Adiice his διακρούεσθαι. Demosth. in Mid. 27. p. 523, 13. Nec tamen hic constans est particulae μὴ usus. Neque enim minus recte omittitur, ut post ἀπείργειν in Sophoclis Aiace v. 70. et post ἀρνεῖσθαι in Philoct. 118. Herodotus IX, 51. ἢν ὑπερβάλωνται κείνην τὴν ἡμέρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν ποιεύμενοι, quod est, *si eo die praelium committere Persae omisissent*. Quod si ex aliis libris μὴ ποιεύμενοι praeferas, ita intelligendus erit locus: *si eum diem Persae sine praelio praetermisissent*. Eodem modo, uti μή, etiam οὐ superfluum adiicitur: v. Bergler. ad Alciphr. l. l.

465. Aristoxenus ap. Stobaeum Serm. XCIX. pag. 542. 272
ὥςτε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν, ἀλλ', εἰ δυνατόν, μηδὲ εἰδέναι τὴν τοιαύτην συνουσίαν. De quo loco vid. Iacobsii animadv. pag. 295.

273 471. Saepe ἀλλὰ sic dicitur, ut εἰ μὴ, quod debebat praecedere, plane omittatur. Eurip. in Orest. 1561.

ἀνοιγέτω τις δῶμα, προςπόλοις λέγω
ὠθεῖν πύλας τάςδ', ὡς ἂν ἀλλὰ παῖδ' ἐμὴν
ῥυσώμεθ' ἀνδρῶν ἐκ χερῶν μιαιφόνων.

ut, si nihil aliud, at certe filiam meam servemus. V. Iphig. in Aul. 1239.

274 471. Ἀλλ' οὖν Eurip. Iphig. Aul. 983. Cycl. 643. ἀλλὰ γοῦν Iphig. Aul. 908.

275 473. Aliud illustre exemplum est apud Herod. IX, 109. Xerxes Artayntae pallium petenti, quod dare recusat, alia pollicetur: ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε· διδοῖ τὸ φᾶρος. *Verum quid faceret? non enim permovebat: dat pallium.* Cuiusmodi locos, qui plurimi inveniuntur, mutata paullum interpunctione, (ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος) ad usitatam orationis formam revocari posse, lapsosque ea in re interdum esse viros doctos, ostendit Schaeferus in Melet. cr. p. 75. seqq. Nolim tamen ubique, ubi haec ratio admitti potest, eam praeferre. Quin ἀλλὰ γὰρ coniungi, familiaris sermonis videtur proprium. Vbique sic Arrianus. Vt apud Aristoph. in Nub. 798. (795.) ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. τί ἐγὼ πάθω; Vbi quum possit distingui, ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν, τί ἐγὼ πάθω; tantum abest ut hoc praeferam, ut etiamnum placeat Reizii coniectura, τί γὰρ πάθω; etsi fortasse non necessaria. Ἀλλὰ γὰρ, sequente δέ, quod ad secundam partem sententiae refertur, v. in Sophocl. Ai. 167.

276 474. Ἀλλά τοι *attamen.* Eurip. Helen. 750.

277 476. Perobscure de his disputat Zeunius. Ἀλλ' ἢ significat *nisi, praeterquam.* Ideoque plerumque post negationem vel interrogationem, in cuius sensu inest negatio, usurpatur. Debet autem ita hoc οὐκ — ἀλλ' ἢ explicari, ut omissum statuatur aliud membrum, per ἢ cum priori coniungendum, quod quare omittatur, caussa aperta est. Est enim haec, quia, quid dicas, nescire te sentis. Οὐδὲν Ἀργεῖοι, ἀλλ' ἢ κατεγέλων: i. e. ἀλλ' ἢ κατεγέλων, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι ἐποίουν. *Nihil Argivi faciebant, sed aut ridebant, aut nescio quid fecisse eos dicam.* Id patet idem esse ac si dicas, *nihil Argivi nisi ridebant.* Apud Lucianum in Tyrannicida T. II. pag. 157. tyrannus, ubi filium occisum videt, se ipse interempturus haec dicit: εἴθε πρῶτός σοι (gladio) ἐνέτυχον· εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου. ἀπέ-

θανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. Zeunii versio non apta est. Hoc dicit: *mortuus essem, nisi quod ut tyrannus essem occisus, quum nunc mea ipsius manu peream:* ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἢ οὐχ ὡς νῦν. Adde Demosth. Phil. I. p. 45, 13. Schaeferus in Appar. ad Demosth. I. p. 752. ἄλλο ἢ usu deflexisse in ἀλλὰ ἢ existimavit: quo artificio non opus est. Meam explicationem refutare studuit perplexa disputatione Haenischius ad Lysiae Amatorium p. 45. seq. Potuerat, si breviorem viam requireret, dicere ἀλλ' ἢ proprie esse *sed fortasse.* Quamquam totum illud ἢ coniecturale non aliter intelligi potest, quam ut referatur ad aliud membrum orationis.

477. Non semper hoc significat ἀλλά, sed saepe indi- 278
cat, satis argumentorum allatum esse. Quare male vertunt nonnumquam *quare*, *quamobrem*, ut apud Euripidem in Iphig. Aul. 903. Hel. 1672.

478. Non hoc ἂν sumitur pro εἰ, sed aliud, contractum 279
ex ἐάν, et α longam habens. v. diss. de praeceptis quibusdam Atticistarum p. 17.

479. Non pro optativo ponitur indicativus. Brunckius 280
ad Aristophanis Lysistratam v. 149. observat, quando in protasi verbum in imperfecto ponatur vel aoristo indicativo cum particula εἰ, in apodosi alterum etiam verbum poni in indicativo cum particula ἄν. (Vide eumdem ad Eurip. Hippol. 705.) Contra si in protasi optativus cum εἰ sit, debere etiam ἂν optativo in apodosi iungi existimat. Et hac ex regula emendat Aristophanis locum. Sed regula Brunckii falsa est. Neque enim perinde est, utrum εἰ cum indicativo, an cum optativo iungas. Quem versum affert ex Ecclesiazusis 407.

ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον,

rem claram faciet. *Dixissem*, inquit, *si affuissem.* Atqui non affuit: ergo non dixit. Si diceret, ἔγωγ' εἴποιμ' ἄν, εἰ παρείην, id significaret, *dicam fortasse, si adsim:* quo indicaret, fieri posse, ut adsit; ergo etiam ut dicat. Ex his consequitur, εἰ cum indicativo praeterito dici, si quid factum aut non factum esse indicatur; cum optativo autem, si adhuc ambiguum est, utrum futurum sit, an non. Euripides in Oreste 1132.

εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν
ξίφος μεθεῖμεν, δυςκλεὴς ἂν ἦν φόνος.

Si dixisset μεθήκαμεν, vel, ut male explicat scholiastes, ἐνεβάλομεν, significaret aut caesam ab se esse aliquam mulierem, sed minus castam, aut debuisse occidi, sed non esse caesam. Nunc autem, quum μεθεῖμεν dixit, interficiendam adhuc esse indicat. In altero membro εἴη poterat dicere, sed sic, ut dubitaret, utrum occidenda esset, an non. Ἦν autem quum dicit, certum sibi esse ostendit, si qua honestior sit femina, eam non occidere. Alio modo Brunckii regulam redarguit Euripides in Bacchis 1330.

εἰ δὲ σωφρονεῖν
ἔγνωτ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
εὐδαιμονοῖτ' ἂν ξύμμαχον κεκτημένοι.

Vbi certe nulla necessitas cogit, εὐδαιμονεῖτ' ἄν, imperfectum, cum Musgravio et Brunckio reponere. In Apollonii Rhodii I, 196.

τοῦ δ' οὔ τιν' ὑπέρτερον ἄλλον ὀΐω,
νόσφιν γ' Ἡρακλῆος, ἐςελθέμεν, εἴ κ' ἔτι μοῦνον
αὖθι μένων λυκάβαντα μετετράφη Αἰτωλοῖσιν,

quod Schaeferus legendum censuerat εἴ γ' ἔτι, retractavit in Melet. cr. p. 61. ubi v. p. 50. seq.

281 482. Inepta haec et sequens observatio. Aoristorum participia cum ἂν coniuncta non possunt non praeteriti significationem habere; futuri significationem numquam habebunt. Longe autem ineptissimus Xenophontis locus ad Vigeri opinionem probandam est, qui legitur in Cyrop. I, 6. initio. Ibi vel propter aoristum ἔλησα Graecis non usitatum reponi debet λήσοντα. Quod si quando de futuro dici videantur, usurpantur potius ad indicandum tempus, quo quid pro absoluto habendum est, quum praesentis participia diuturnitatis significationem habeant.

282 482. Cuiusmodi sit, quod hic tradit Vigerus, ipsi loci, quos affert, ostendunt, Xenophontis, si ea, quae omisit, addantur; Demosthenis, si vel aliqua cum cura inspiciatur. Ἐφησθῆναι Θηβαίοις ὁτιοῦν ἂν παθοῦσι non potest significare, gaudere iis, quae passuri sint Thebani. Nam passis demum, non antequam passi sint, gaudere posse dicit. Itaque παθοῦσιν est, *quum perpessi fuerint*, quam vim aoristis inesse notissimum est. Caeterum vide praecedentem notam.

283 483. Videor equidem mihi idem posse contendere, quod Hoogeveenus contendit de particulis pag. 96. seqq. sed alia ratione. Παραπληρωματικὸν usum particulae ἂν recte admittit

Hoogeveenus ibi, ubi longior parenthesis intercessit, ita, ut commode ad sensum particula repeti queat. Exemplis ab eo allatis addi poterit aliud e Sophoclis Antigona v. 466.

ἀλλ' ἂν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἰσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν.

In aliis locis, in quibus nihil intercedit, quo repetitio particulae excusari possit, tantum abest, ut bis posita semel abundet, ut magis insignem quamdam vim et venustatem habere videatur. Sed istiusmodi locis non potest addi Platonis ille in Phaedro, quem ex Hoogeveeno p. 103. attulit Zeunius. Hoogeveenus primum ἂν pertinere ad ἐσπούδακε putat: in quo a mente Platonis plane aberravit. Sensus est: *in re seria, ut si agriculturam exerceat, nonne contentus erit, quae iusto tempore seruerit, si ea octavo mense colligat?* Nam ἂν illud ob locum, quo collocatum est, non potest ad ἐσπούδακεν referri, quia in medio alio foret orationis membro, quam in quo debebat esse. Nec dubium est, quin, quod ipsa loci conformatio commendat, τῇ γεωργικῇ αὖ χρώμενος ἂν τέχνῃ scribendum sit. Atque ut brevi complectar, ἂν ita demum videtur repeti posse in eodem membro orationis, (praeterquam, ut supra diximus, post parenthesin) si alterum ad verbum primarium, alterum ad aliud vocabulum pertineat, quo principali sententiae aliqua eius pars seorsim adiiciatur. Huiusmodi vocabula non solum particulae eae sunt, quae limitationem aliquam significationis admittunt, sed etiam quaevis alia praedicata. E priori genere sunt καὶ in κἄν, οὔ, πῶς, ex altero τίς, ποῖος, et quodcumque substantivum vel adiectivum. Aeschylus in Agam. 351.

οὐκ ἂν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἄν.

Prius ἂν hic non pertinet ad ἑλόντες; certum est enim, victores esse; sed ad οὐκ αὖθις. Quod si abesset hoc ἄν, sensus foret: *victores non poterunt vicissim vinci.* Nunc addita ad οὐ particula negationem limitat: *non facile vicissim victores vinci poterunt.* Vt pateat clarius, quo pacto in repetito ἂν alterum cum verbo, alterum cum alio vocabulo dubitationi obnoxio iungatur, non locos undique collectos, ne cupidius, quam sincerius sententiam meam firmare videar, sed e solo Sophoclis Oedipo Rege afferam. Ibi v. 139. haec leguntur:

ὅςτις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.

Hic prius ἂν ad verbum θέλοι, alterum ad κἀμὲ spectat: *hic poterit insidias struere fortasse etiam mihi.* Nos similiter: *dieser könnte wohl auch mir etwa nachstellen.* V. 339.

τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη
κλύων;

Hic τοιαῦτ' ἂν κλύων coniungenda sunt: *quis non irascatur, si forte talia audierit?* Nos: *wer, der vielleicht so etwas hören müsste, würde wohl nicht zornig werden?* V. 445.

κομιζέτω δῆτ'· ὡς παρὼν τά γ' ἐμποδὼν
ὀχλεῖς, συθείς τ' ἂν οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον.

Hic συθεὶς ἂν est, *si forte abieris.* V. 601.

ἀλλ' οὔτ' ἐραστὴς τῆςδε τῆς γνώμης ἔφυν,
οὔτ' ἂν μετ' ἄλλου δρῶντος ἂν τλαίην ποτέ.

Hic primum ἂν ad verba μετ' ἄλλου δρῶντος refertur. Nos dicimus: *weder ich bin so gesinnt, noch würde ich es mit einem andern etwa unternehmeh.* V. 772.

τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοί;

Hic prius ἂν ad τίνι μείζονι spectat: *cui haec dicam, qui forte potior sit te?* V. 828.

ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;

Ita praeclare Schaeferus pro ἀνορθοίη scribendum vidit. Primum ἂν pertinet ad participium κρίνων τις: *si quis forte haec a crudeli deo immissa iudicaverit, nonne hic vera dixerit?* V. 857.

ὥςτ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον.

Hic primum ἂν ad τῇδε referendum est, quod ultima verba, οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον, demonstrant. V. 862.

οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἄν, ὧν οὐ σοὶ φίλον.

Prius ἂν pertinet ad οὐδέν: nos similiter diceremus: *denn ich möchte keineswegs etwa etwas thun, das du nicht wolltest.* V. 1052.

ἀτὰρ
ἥδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι.

Hic prius ἂν cum ἥδε coniungi debet: *aber diess wird am besten diese wohl, Iokaste, sagen können.* V. 1438.

ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρηζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

Alterum ἂν patet ad ἴσθι, vel potius ad totam illam asseverationem referendum esse. Atque huiusmodi vereor ne loca omnia sint, in quibus abundare existimatur ἄν. Koenii emendationem in Aristoph. Thesm. 196. prolatam ad Gregor. Cor. pag. 18. et receptam a Brunckio:

καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν,

ubi prius ἂν abest in libris veteribus, eo tueri licet, quod καὶ non copula est, sed affirmandi potestatem habet: quare ei non secus quam negationi additur ἄν. Sic in Ranis 581.

οὐκ ἂν γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν.

Neque diversum exemplum est, quod Gregorius Corinthius pag. 18. affert, ubi codd. et edd. male ὡς ἐν Ὄρνισιν, quae verba MS. liber Augustanus omittit. Nam locus in Pace est v. 646.

ἡ δ' Ἑλλὰς ἂν
ἐξερημωθεῖσ' ἂν ὑμᾶς ἔλαθεν.

Hic enim alterum ἂν iungendum est cum ἐξερημωθεῖσα. Nos diceremus: *und Griechenland wurde vielleicht entvölkert, ohne dass ihr es wohl merktet:* vel propius etiam ad Graeca verba: *und ihr merktet vielleicht nicht, dass Griechenland wohl entvölkert würde.* Hinc iam clare intelligi poterit, quare in Platonis loco, a quo orsi sumus, duplex ἂν ferri non possit. Nam qui diceret, τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ, is indicaret et de ea notione, quae in participio inest, et de ea, quae inest in substantivo γεωργικὴ τέχνη, dubitationem aliquam esse. Atqui hoc non potest fieri sine quadam cogitationis perversitate. Nam quum χρώμενος per se intelligi nequeat, nisi addatur res, qua quis utatur, ne haec quidem, χρώμενος ἄν, per se intelligi poterunt. Haec igitur tum demum clara sunt, si plene dicantur, χρώμενος ἂν τέχνῃ γεωργικῇ. Significant enim, *si quis utatur agricultura.* Quod si dicatur, γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ, id foret, *si quis utatur, et si agricultura is utatur.* Quod iuxta ineptum est, ac si quis diceret, γεωργικὸς ἂν ὢν ἄν.

284 485. In iis exemplis, quae Vigerus Reg. VI. VII. attulit, non esse ἂν omissum, quivis facile intelliget. Poterit enim in omnibus addi, sed aliqua cum sensus mutatione.

Poetae fere omittunt interdum ἄν, si quidem dici quis potest omittere, quod poni non est necessarium. Omnino enim falsum est, ἂν necessariam quamdam particulam esse, quum ea nihil aliud nisi orationem per se incertam, magis etiam dubiam reddat. Adsignificat enim conditionem aliquam, qua id fiat, de quo sermo est. Qui usus Atticis tantopere placuit, ut raro omitterent hanc particulam, ubi poni posset, quin eam etiam bis terve ponerent, rei multis modis limitandae caussa. Male Eichstaedtius in Quaestt. philol. pag. 68. quosdam Homeri locos sollicitavit. Homerus Iliad. II, 340.

ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν.

Pindarus Olymp. III. extr. κεινὸς εἴην. XI, 21.

τὸ γὰρ ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ
οὔτ' ἐρίβρομοι λέον-
τες διαλλάξαιντο ἦθος.

Aeschylus Choeph. 592.

ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι;

Antig. 604.

τεάν, Ζεῦ, τίς ἀνδρῶν
ὑπερβασία κατάσχοι;

ubi Brunckius ex uno cod. male κατάσχῃ dedit. Eurip. Iph. in Aul. 1210.

οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν.

Sophocles in Aiace v. 921.

ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι.

Male ibi Brunckius ὡς ἂν ἀκμαῖος scripsit. Rectius scripsisset, ὡς ἀκμαῖ' ἄν, εἰ βαίη, μόλοι. Sed non opus vulgatam mutari.

285 485. Diversa exempla colligere, nec quid sit, quo differant, indicare, id est augere etiam inscitiam eorum, quos docere quis vult. Ὅς ἂν et similia cum coniunctivo coniunguntur, si de re incerta sermo est, ita ut possit etiam dici, *si quis*. Suntque ista omnia futuri exacti: *si quis fecerit; si facere, fecisse cognovero*. Cum optativo eadem conditione coniungi solent, sed ita, ut res indicetur cogitari vel

cogitata esse ab aliquo. Plato quum dicit, σοφοὺς λέγειν ποιοῦσιν, οἳ ἂν αὐτοῖς δωροφορεῖν ἐθέλωσιν, hoc vult: *dicendi peritos reddunt, si quis iis dona afferre velit.* Si dixisset, οἳ ἂν αὐτοῖς δωροφορεῖν ἐθέλοιεν, hic sensus esset: *dicendi peritos reddunt eos, qui sibi dona dare velle possint.* In Homeri loco ex antiqui sermonis usu de praeterito dici potuit:

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι,
μήτι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο, μηδὲ μετάλλα.

Noli sciscitari, quae ego clam deos agitaverim. Quamquam Homerum hic ἐθέλωμι dedisse crediderim. Iliad. I, 64. sic dictum, ut *posse* significetur:

ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
ὅς κ' εἴποι, ὅ τι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Optativus maxime in constructione praeteriti temporis adhibetur. Nam etsi per se non magis, quam coniunctivus significationem praeteriti temporis habet, tamen, quia cogitationem alicuius indicat, fieri non potest, quin, si de quo homine praeteritum tempus ponatur, etiam cogitationem eius praeteriisse intelligamus. Odyss. II, 30.

ἠέ τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυεν ἐρχομένοιο,
ἥν χ' ἡμῖν σάφα εἴποι, ὅτε πρότερός γε πύθοιτο;

Id est, *accepitne aliquem de exercitu nuncium, et, quum accepisset, referre ad nos voluit?* Telemachus mox iisdem verbis, sed coniunctivo adhibito, utitur v. 42.

οὔτέ τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυον ἐρχομένοιο,
ἥν χ' ὑμῖν σάφα εἴπω, ὅτε πρότερος γε πυθοίμην.

Refert enim haec ad praesens tempus: *nullum accepi nuncium, quem nunc referam.* Non ita loquitur cultior sermo, in quo neque ὅς ἂν neque ὅς cum coniunctivo de consilio dicitur, nisi praegressa negatione, neque ἂν habens, ut οὐκ ἔχω ὅ τι φῶ. Futuri indicativo ὅς ἂν iungere licuit veteribus epicis. Iliad. XVII, 240.

οὔτι τόσον νέκυος περιδείδια Πατρόκλοιο,
ὅς κε τάχα Τρώων κορέσει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Id quoque nos per *etwa* significaremus. Nam sensus, si quis eum accuratius investiget, hic est: *certo Troiani Patrocli cadavere potientur, sive id isti alia contumelia affecturi sint, sive canibus et avibus obiecturi.* Vide sequentem notam.

286 485. Pessime hunc locum intellexit. Ἂν cum indicativo imperfecti, pluspuamperfecti, aoristi coniunctum, saepe nihil aliud significat, quam accidisse aliquid, non certo quodam tempore, sed quotiescumque occasio ita ferret. Ita et hoc in loco et in iis, qui sequuntur. Dixit de hac re copiose Brunckius ad Sophoclis Philoctetam v. 290. Exempla multa vide ap. Aristoph. in Lysistr. 510—518. in Pace 640—647.

287 485. Immo verte: *sed nunc petebat, si ita occasio ferret, argenti drachmas viginti ad pallium emendum, nunc octo ad calceos; modo tuniculam sororibus emere iubebat, vel matri, modo tritici expetebat quatuor medimnos.* In formula valde usitata, οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμι, ut apud Eurip. in Med. 940. in Alcest. 48. ἂν alieno loco collocatum ad optativum pertinet: *nescio an possim persuadere*, sive, *an persuasurus sim.* Recentiores saepe ἂν iungunt indicativis: v. Bastium in Schaeferi ed. Aristophanis Pluti p. XXXIX. s.

288 486. Non potest ἂν iungi imperativo. In Aristophanis versu imperiti metrici ἂν addiderunt, ut trimetrum acatalectum efficerent, qui catalecticus est.

289 486. Ineptissime loquitur. An hoc, obsecro, futurum est, si quis dicit, *si mortuus essem, non viverem?* Immo dicere debebat, ἂν, quae propria est huius particulae significatio, indicare id, quod possit esse, etiamsi non sit. Sed quaeri hic poterit, quid sit, quod aorista et imperfecta et plusquamperfecta, non futura, praesentia et perfecta usurpentur de rebus, quas nunc ita esse ponimus, uti non sunt. Itaque non solum in Graeca, sed in caeteris quoque linguis fieri videmus, ut in rarioribus exemplis numeranda sint ea, quae ab hac regula discedunt, veluti hoc Ennii:

ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum,
sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus;
nam si curent, *bene bonis* sit, *male malis: quod nunc abest.*

Videtur autem caussa huius rei haec esse. Si rem futuram ponimus, ut, *si curabunt dii homines, bene bonis erit,* eo non indicamus, deos non curaturos esse humanum genus. Nam id quia futurum est, scire non possumus. Neque enim ad ratiocinationes confugere licet, quia, etiam si forte per has id certo cognosci posset, non aliter tamen cognosceretur,

nisi si re, quae aut est, aut fuit, tamquam fundamento niterentur. Contra si rem praesentem ponimus, ut, *si curant dii homines, bene bonis est*, eo si vellemus indicare, deos non curare humanum genus, id per se quidem recte fieri posset, quia rem praesentem sensu et experientia percipere licet. Itaque si constat, male bonis esse, non curant. Verum non solet tamen praesens tempus ad hanc rem adhiberi: idque propterea, quia praesenti tempore saepissime pro futuro utimur. Quod si ista, quae posuimus, verba de futuro tempore intelligantur, non licebit inde cognoscere, utrum curent dii homines, an non curent. Hinc factum, ut praeterita imperfecta vel plusquamperfecta vel aorista in hac re usurparentur. Nam perfecta praesentium naturam sequuntur. Igitur hoc, quod Graeci dicunt, *si curabant dii homines, bene bonis erat*, Latine autem, *si curarent, bene esset*, quia de futuro tempore nullo pacto intelligi potest, nunc de praeterito, nunc de praesenti dicitur, ac de utroque ita, ut quid sit, quid non sit, sponte pateat, quippe in re, quam sensu et experientia cognitam habere possimus. Quae enim fuisse, si quid aliud fuisset, dicimus, ea apertum est non esse vel non fuisse significari. Euripides in Alcest. v. 357.

εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν,
ὥςτ' ἢ κόρην Δήμητρος, ἢ κείνης πόσιν
ὕμνοισι κηλήσαντά σ' ἐξ ᾅδου λαβεῖν,
κατῆλθον ἄν, καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων,
οὔθ' ὁὐπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων
ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον.

Qui si dixisset *εἴη* et *κατέλθοιμ' ἂν* et *σχοίη ἄν*, indicasset fieri forsitan posse, ut Orphei voce praeditus in Orcum descenderet. Similis locus et ad rem et ad verba est in Iphig. in Aul. 1211 seqq. et in Moschi epitaphio Bionis prope finem. Vide supra notam 480.

486. Immo: *si fidem derogem, haud absurde* 290
faciam.

487. Ad sensum, recte. Modo ne tirones in *γενόμενον* 291
ἂν putent *ἂν* idem esse, quod in *ἂν γένηται*, quae Zeunii videtur opinio fuisse. *Ἂν γένηται* est *ἐὰν* vel *ἢν γένηται*, et *ἂν* ex *ἐὰν* in syllabam longam contractum est.

Caeterum *ἂν* pro *ἢν* vel *ἐὰν*, quod coniunctivo semper iungitur, interdum cum optativo construi auctor est Tho-

mas M. pag. 267. duobus allatis Luciani locis, et uno Thucydidis. V. Poppo ad Thucyd. vol. I. part. I. p. 144. At in Luciani *βίων πράσ.* 11. nunc legitur coniunctivus, qui reponi debet etiam in Aristaeneti epist. I, 18. pag. 46. Etiam in altero Luciani loco, Ver. hist. II. 29. nunc editum *εἰ*, quamvis codices quidam, ut est apud Thomam, *ἐὰν* habeant: *συνέπεμψε δέ μοι ὁ Ῥαδάμανθυς τὸν πορθμέα Ναύπλιον, ἵν', ἐὰν καταχθείημεν ἐς τὰς νήσους, μηδεὶς ἡμᾶς συλλάβοι.* Hic vero *ἐὰν* defendi potest. Dicuntur enim haec ex mente alius, ut non minus *ἐὰν* cum optativo construi possit, quam *ὅταν*, de quo vide notam 256. Thucydidis autem locus III, 44. magnopere vereor, ne ipse quoque Thomae observationi repugnet. Verba, ut nunc leguntur, haec sunt: *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* At desideratur in altero membro apodosis, quam non licet commode intelligere. Multo minus, ut construi optativus cum *ἢν* possit, intelligi poterit. Quare scribendum videtur: *ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης, εἶεν.* *Sin*, inquit, *non omni venia indigni, esto*, (i. e. *οὐ κελεύω διὰ τοῦτο καὶ τυχεῖν συγγνώμης*) *si id civitati non utile videatur.* — Recentissimi scriptores *ἐὰν* etiam cum indicativo construunt, ut schol. Hom. apud Porson. ad Od. λ. 497. quod in primis frequens est in particula *κἂν*: vide Schaeferum in Append. ad Bastii epist. crit. p. 26. et in ed. Aristophanis Pluti p. XXXVIII. s. et infra not. 326. Caeterum v. Zeunium pag. 516. *Αἴ κεν* autem apud Homerum habet interdum optativum, ut Odyss. VII, 315. de qua re v. plura in appendice.

Praeterea tenendum, quod vere observavit censor Hecubae Porsonianae in *Monthly Review* 1799. *Aug.* p. 430. Atticos poetas numquam *ἂν* pro *ἐάν*, sed semper *ἢν* dicere.

292 487. *Ἆρα* et *ἄρα* sic differunt, ut apud prosae orationis scriptores et poetas epicos *ἆρα* in interrogatione usurpetur; apud caeteros poetas autem, maxime apud scenicos, *ἄρα* scribitur, si prior syllaba brevis est, *ἆρα*, si longa, sive interrogationi hae voces inserviant, sive significent *igitur*. Vide quae dixi ad Aristoph. Nub. 142. Sed *ἄρα forte* significans, quod nos *etwa* dicimus, vix invenietur *ἆρα* scriptum et productam habens priorem syllabam, cuius rei caussa est, quia haec significatio levius audiri nec magnopere voce notari accentum postulat. Praeterea observandum *ἄρα* ad narrationis

continuationem, maxime praecedentibus μὲν et δέ, frequentissimum esse apud epicos, non etiam apud Atticos scriptores. In quo genere saepe errarunt critici, δ' ἄρ' in tragicos pro γὰρ inferentes, cuiusmodi exemplum vide infra not. 343 b. Nunquam autem hoc ἄρα, quod *igitur* significat, et extra interrogationem est, in initio orationis ponitur: nisi in interrogatione, *ergone:* v. Anacreon. 51, 1. 2. 5. neque ἄρ' οὖν, ut quidam existimant, absque interrogatione, sed semper ἆρ' οὖν, idque cum interrogatione dicitur. Vide quae adnotavi in Erfurdtii ed. min. Sophocl. Antig. 628. De ἆρα disputavi in praef. Soph. Oed. Colonei.

487. Nihil horum, sed est *ergo*, *igitur*. 293

488. Recte vertit *num*. Est enim eadem particulae ἆρα 294
ratio, quae Latinae *num*, ut ibi usurpetur, ubi responsio exspectatur negans id, de quo erat interrogatum. Sed praeterea observandum, id quod Reiskius etiam notavit ad Eurip. Alcest. 341. ἆρα interdum sic poni, ut affirmans responsio sequi debeat. Euripides ibi,

ἆρά μοι στένειν πάρα;

et v. 771.

ἆρα τὸν ξένον
στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον;

Similis est in Latino sermone particulae *ne* usus, ut, *sumne ego infelix homo*, et similia apud Plautum multa, i. e. *nonne*.

488. Inter ἆρ' οὐ et ἆρα μὴ hoc discrimen est, quod 295
ἆρ' οὐ est *nonne*, responsionemque habet affirmativam: ἆρ' οὐχ οὕτως ἐστίν; ἔστι. *nonne ita est? est.* Ἆρα μὴ autem dubitanter interrogat de eo, quod ab respondente negandum est, ut Latine per *num* exprimi possit. Vt in Xenophontis loco, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις; Disputavit de hoc loco Hoogeveenus de particulis pag. 138 seq. Devarius hic ἆρα μὴ pro ἆρα nudo positum putat. Sane poterat Socrates dicere, ἆρα διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; nam hoc vult responderi, οὐ δόξω διαβάλλεσθαι. Verum ita interrogaret, si serio loqueretur. At ironice, ut in omni isto loco, disputans, dubitantius interrogat Critobulum: *an forte te videbor calumniari?* Sophocles Antig. 632.

ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου, πατρὶ λυσσαίνων πάρει;

Ibi codex Augustanus supra scriptum habet ἐκ παραλλήλου: putavit enim scholiastes μή idem quod ἆρα esse. Nos hoc sic diceremus: *du wirst mir doch nicht zürnen?*

296 489. Sane ἄρα hic est *ergo*, et in Luciano et Xenophonte ἄρα scribi debet. In Aristoph. Vesp. 888. (893.) autem ἆρα, quamquam eadem significatione: vid. not. 292. Alia ratio est huius loci v. 234. in quo recte editum ab aliis, Εὐεργίδης ἆρ' ἐστί που 'νταῦθα; interrogatur enim non ubi sit, sed an sit hic alicubi.

296
b 490. Quamquam et μὲν et γὲ plerumque per *quidem* exprimi possunt, tamen ipsae inter se multum differunt. Vtraque restrictiva est, sed μὲν ad totas enunciationes, γὲ ad partes enunciationum spectat. Deinde μὲν excludit alia, γὲ non excludit, sed ita tantum distinguit, ut id, quod distinguitur, eminere ante alia significetur. Hinc μὲν habet particulam δέ, quae ei opponatur; γὲ nullam habet particulam oppositam. Σὺ μὲν φῄς, ἐγὼ δ' οὔ. *Tu quidem ais, ego autem nego.* Apertum est, etiam oppositam sententiam habere verbum suum, sive diserte positum, sive intellectum: ex quo consequitur, integras sententias sibi opponi. Sed ὡς σύ γε φῄς, *ut tu quidem ais*, nihil habet, quod opponatur: non enim indicatur alios negare, sed te aiere, sive aiant alii, sive negent. Hinc distinctio illa, quae fit per γέ, duobus modis fieri potest, aut ut minimum, aut ut maximum commemoretur: quo fit, ut γὲ videri possit contrarias habere significationes, cuiusmodi sunt *quidem* et *vel* sive *etiam*. Illustrabo has significationes exemplis, in qua re tragicis maxime utar, quod et poetarum auctoritas propter metri necessitatem certior est, et e tragicis maxime peti rariores usus possunt. Ac primo, idque plerumque, minimum indicatur, ut γὲ sit *quidem, certe, wenigstens.* Soph. Oed. C. 42. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά. *Hic quidem Eumenides vocantur: verum alia alibi usitata sunt:* i. e. alii eas eodem an alio nomine vocent, non quaero. Rariores in hoc genere coniunctiones verborum hae sunt: in eadem fabula v. 1409. μή μ' ἀτιμάσητέ γε, *ne saltem contemnite me.* Eurip. Alc. 497. εἰ μή γε πῦρ πνέουσι μυκτήρων ἄπο, *nisi quidem ignem naribus spirant, wenigstens wenn sie nicht feuer schnauben.* Sic etiam in Heracl. 273. Herc. f. 517. Δή γε, *iam quidem*, Heracl. 632. Suppl. 162. Iph. Taur. 943. Aristoph. Nub. 677. 783. *Iam tandem:* nos: *endlich gar.* Vide ad

Eurip. Iph. Taur. 917. *Εἰ γάρ γ'* in Ione v. 847. *εἰ γάρ γ' ὑφήσεις, τοῦδ' ἀπαλλάξει βίου: nam si quidem segnis fueris, vita privabere.* *Τί γε* in eadem fabula v. 999. *Ἐριχθόνιον οἶσθ', ἢ τί γ' οὐ μέλλεις, γέρον; Erichthonium nosti, aut cur certe non noris, senex? kennst du den Erichthonius? oder warum solltest du wenigstens nicht?* *Ἄν γε* Aesch. Agam. 348. *οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἄν: si pietatem servaverint, certe non in cladem mutabitur victoria.* Paullo obscurius est *γὲ* in Soph. Philoct. 1275. *παῦε, μὴ λέξῃς πέρα· μάτην γὰρ, ἂν εἴπῃς γε, πάντ' εἰρήσεται. Nam, quae quidem dixeris* (i. e. si quidem dixeris aliquid), *frustra dicentur.* Hac prima significatione *γὲ* frequens est in responsionibus, rei cum aliqua accessione vel limitatione confirmandae caussa. Euripides Ion. 1616. *Α. στείχεθ', ἕψομαι δ' ἐγώ. ΚΡ. ἀξία γ' ἡμῶν ὅδουρος, καὶ φιλοῦσά γε πόλιν: digna quidem vobis comes viae, et amans quidem civitatis.* Nos hoc exprimimus per *und zwar.*

Affinis significatio est, quae Germanice per *noch* vel dubitativum *doch* exprimi potest. Soph. Philoct. 593. *διώμοτοι πλέουσιν, ἢ μὴν ἢ λόγῳ πείσαντέ γ' ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος: sie kommen, verschworen ihn entweder noch mit güte, oder mit gewalt zu holen.* Soph. Oed. C. 79. *οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε, εἰ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν: denn diese werden doch entscheiden, ob du bleiben oder wieder gehen sollst.* Eurip. Herc. f. 861. ubi Rabies, invita, inquit, obsequor: sed si necesse est obsequi, *εἶμί γε: so will ich noch gehen.* Iph. Aul. 664. *μακρὰν γ' ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ: du gehst doch weit weg.* Ita cum imperativo in Suppl. 842. *εἰπέ γε, sage doch.* Quod interdum, ut apud nos, contemptim loquentis est, ut in Iph. Aul. 394. *στράτευέ γε*, vel obiter quasi, et cum quadam superbia imperantis, ut in Soph. Philoct. 1003. *ξυλλάβετέ γ' αὐτόν.*

Altera ratio est, qua per particulam *γὲ* id, quod maximum est, distinguitur: quae duos maxime usus habet; primum, qui nostro *eben* vel *gerade* respondet. Eurip. Suppl. 158. *ἦλθον Ἀμφιάρεῴ γε πρὸς βίαν: eben gegen des Amphiaraus willen bin ich gekommen.* Porsonus in praef. ad Hec. p. 37. (41. ed. Lips.) cum hoc loco comparat Eurip. Hec. 842. (848.) *φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους, indem sie gerade die feindlichsten zu freunden machen.* Duos autem reliquos locos, quos adiicit, Aristoph. Nub. 400. de quo mox dicetur, et Eurip. Hec. 606. (602.) non huc per-

tinent. Euripidis verba sunt: ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθῃ, οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών. Non hic γὲ per *etiam*, ut placet Porsono, exprimi licet, quod rectius per *certe* exprimas. Germanice dicas: *wenn jemand diess wohl gelernt hat, so kennt er das schlechte doch aus der vergleichung mit dem guten.* Alia exempla, ubi γὲ est *eben*, sunt ap. Soph. Philoct. 1035. ὀλεῖσθε δ' ἠδικηκότες τὸν ἄνδρα τόνδε, θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει. ἔξοιδα δ' ὡς μέλει γέ: *scio autem hoc ipsum, curae iis esse: ich weiss aber, dass sie eben gerecht sind:* ac sequitur statim argumentum, quo adductus ita statuat. Ita etiam καὶ μή γε. Eur. Ion. 361. καὶ μή γ' ἐπ' οἶκτόν μ' ἔξαγε: *id ipsum, ne me ad luctum commove.* Et in Electr. 976. καὶ μή γ' ἀμύνων πατρὶ δυσσεβὴς ἔσει, *id ipsum, impius eris si patrem non ulciscare.*

Altera significatio eius, quod maximum est, est *vel, etiam,* nobis *gar.* Aristoph. Nub. 399. εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, — ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει; *wenn er die meineidigen erschlägt, warum wirft er den blitz nicht auf den Simon, sondern gar in seinen eignen tempel?* Eurip. Med. 1361. καὐτή γε λυπεῖ καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ: *et tu vel ipsa doles.* Soph. Oed. C. 1278. ὡς μή μ' ἄτιμον — οὕτως ἀφῇ γε, μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος, *ut ne me spretum etiam dimittat sine responso.* Antig. 736. ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός, ubi Erfurdtius intellexit quidem vim particulae, sed ita locum interpretatur, ut si γὲ ad ἄλλῳ spectaret. Debebat ita: *es gehört sich wohl gar, dass ein anderer, als ich, über dieses land herrsche?*

Praeterea ἀλλὰ μήν, καὶ μήν, οὐδὲ μήν, οὐ μὴν saepe dici sequente γε, sed ita ut inter μὴν et γε aliud interponatur vocabulum, ostendit Porsonus ad Eurip. Phoen. 1638. Sed quod idem ad Med. 863. contendit, valde invenustum esse γε in eodem orationis membro duplicatum, id secus esse pluribus locis ostendi possit, v. c. Soph. Oed. C. 977. Nam tenendum, saepe γε in eadem sententia repeti, eadem lege qua ἂν et negationes, quia, si tota sententia per particulam limitata est, id etiam ad partes eius pertinet. De ea re dixi ad Soph. Philoct. 439. ad Oed. Col. 1191. 1280. 1409. ad Antig. 743. Idem Porsonus ad Med. 1090. rarissime coniungi a tragicis μέν γε observat. Harum particularum is usus est, ut γὲ ad praecedentia confirmationis caussa referatur, μὲν autem ad

illud ipsum, de quo sermo est, spectet. Aristoph. Nub. 1380.

καὶ πῶς δικαίως; ὅςτις, ὦ 'ναίσχυντε, σ' ἐξέθρεψα,
αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος, ὅ τι νοοίης.
εἰ μὲν βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον·
μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον.

Latine hic γὲ per *certe* exprimas; particulae μὲν autem respondet δέ. In eadem fabula v. 1171.

ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χροίαν ἰδών.
νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικὸς,
κἀντιλογικὸς, καὶ τοῦτο τοὐπιχώριον
ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ τὸ τί λέγεις σύ, καὶ δοκεῖν
ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι καὶ κακουργοῦντ', οἶδ' ὅτι·
ἐπὶ τοῦ προςώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος.

Hic vero μὲν et τὲ sibi respondent, quod nescio quomodo Wolfium ita latuerit, ut ἐπὶ τοῦ προςώπου γ' ἐστὶν scriberet, quod hic quidem Graece non magis dici licebat, quam quod eidem V. D. v. 443. ponere visum est, τοῖς ἀνθρώποις γ' εἶναι δόξω.

490. 491. Interest hoc inter γὲ δή et γέ τοι, quod δὴ 297 sententiam per γὲ restrictam simpliciter confirmat, τοὶ autem eam sententiam indicat oppositam esse praecedentibus quodammodo. Hinc γὲ δὴ est *sane quidem*, *enimvero*. Nos *wenigstens gewiss*, *allerdings*, *freilich*: γέ τοι autem *certe quidem*, *wenigstens doch*, *doch wenigstens*. Aristophanis loco, quem ex Hoogeveeno attulit Zeunius, res clara fiet:

οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ,
ὦ 'λεκτρυών; νὴ τὸν Δί', ἐπιμύει γέ τοι.

Annuit quidem certe. Id est, *etsi non respondet, ita sibi quoque videri, certe tamen annuit.* Non licebat hic dicere ἐπιμύει γε δή, nisi sic, ut notio verbi ἐπιμύειν non premeretur, sed id simpliciter putaretur assensionem significare. Quod si dixisset, φησί γε δή, id recte poterat: non autem φησί γέ τοι. Neque enim esset, quod illi φησὶν in praecedentibus opponeretur. Apud Platonem de Rep. V. pag. 476. D. interroganti, ἔξομέν τι παραμυθεῖσθαι αὐτὸν, καὶ πείθειν ἠρέμα ἐπικρυπτόμενοι, ὅτι οὐχ ὑγιαίνει, alter respondet, δεῖ γέ τοι δή. Et VI. pag. 504. A. alteri βασανιστέον dicenti, et quae sequuntur, respondet alter, πρέπει γέ τοι δή. Vterque sic loquitur, quoniam indicare vult, nisi id faciant, de quo diceba-

tur, aut facere possint, at fieri tamen omnino debere. Neuter respondere poterat ἕξομέν γέ τοι δή, βασανιστέον γέ τοι δή, sed debebat, si eadem verba repeteret, dicere, ἕξομέν γε δή, βασανιστέον γε δή. Alia exempla v. ap. Porson. praef. ad Eur. Hec. p. 49. (55. ed. Lips.) Sophocles Philoct. 821.

τὸν ἄνδρ' ἔοικεν ὕπνος οὐ μακροῦ χρόνου
ἕξειν· κάρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε·
ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας.

I. e. *si non recte conieci, at sudor certe facit, ut ita censeam.* V. Trachin. 1107. 1212. Ai. 534. coll. Pors. ad Eur. Med. 863. Adde Eurip. Phoen. 737. Iph. Aul. 675.

298 492. Γὲ μὴν est *certe vero*, quam significationem in omnibus locis, ubi occurrit, habet. Euripides in Electr. 754.

μακρὰν γὰρ ἕρπει γῆρυς, ἐμφανής γε μήν.

E longinquo accidit vox, at vero clara.

299 493. Non ornatus caussa: sed γάρ τοι est *nam omnino.* V. Sophocl. Trach. 1228. Eurip. Heracl. 436. 534. 716. 906. Helen. 92. Herc. fur. 101. Aristoph. Lys. 46.

300 493. Frustra est haec disputatio. In omni interrogatione locus est particulae γάρ, quia intelligitur semper *nescio*, vel *dic mihi*, vel simile quid. Vnde et Latini *quisnam* vel *nam quis*, et Germani *denn* dicunt. Vide quae dixi ad Aristoph. Nub. 192. Lucianus de sacrificiis 13. T. I. pag. 136. ὁ δ' ἱερεὺς αὐτὸς ἕστηκεν ᾑμαγμένος, καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος ἀνατέμνων, καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων, καὶ καρδιουλκῶν, καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων, καὶ τί γὰρ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν; V. Eurip. Herc. fur. 1198.

300 494. Minime vero. Nam etiam in responsionibus, in
b quibus frequentissima est haec particula, suam vim obtinet, quae est *nam*, quia Graeci particulas ναὶ et οὒ plerumque omittunt, ad quas referretur γάρ, si plena esset oratio. De γὰρ pro δὲ vide infra not. 343. b.

301 494. Inepte Wesselingius γὰρ pro *certe* inveniri putat ad Herodot. I, 124. ubi legitur: ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέουσι. Sensus particulae hic, et si qui similes loci sunt, per contractionem orationis explicari debet. *Te enim alloquor, quem respiciunt dii.*

301 496. Omisit significationem, quae apud Atticos tam fre-
b quens est, ut exemplis non sit opus, *iam.* Vide pag. 501. Observandum autem, interdum eodem in membro orationis

coniungi δὴ et ἤδη. Eurip. Suppl. 980. καὶ μὴν θαλάμας τάσδ', ἐσορῶ δὴ Καπανέως ἤδη. Troad. 235. δοῦλαι γὰρ δὴ Δωρίδος ἐσμὲν χθονὸς ἤδη. Sic etiam in Med. 1292. ubi quidem Seidlerus metri caussa δὴ delet in libro de verss. dochm. p. 293. Servari possit, si scribatur ὅσα δή, ὅσα βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά, in stropha autem iteretur ἔτεκες. Suppl. 1114. τάδε δὴ παίδων καὶ δὴ φθιμένων ὀστᾶ φέρεται. Nam καὶ δὴ apud Atticos prope idem est, quod ἤδη, unde per ἤδη explicant grammatici. Nos id *so eben* dicimus. Aeschyl. S. c. Th. 478. πέμποιμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ καὶ δὴ πέπεμπται. Aristoph. Pac. 942. ὁ γὰρ βωμὸς θύρασι καὶ δή. V. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 109. Et de tempore futuro, Xenoph. Cyrop. IV. 4, 11. ὁπόσοι δ' ἂν τὰ πολεμικὰ μὴ ἀποτίθωνται ὅπλα, ἐπὶ τούτους ἡμεῖς καὶ δὴ στρατευσόμεθα.

503. Immo etiam solum. Soph. Oed. R. 863. Male 302
Brunckius ad Electram 1416. huc trahit Oed. Col. 644.

504. At ex cod. Schmiederus edidit ἀποσώσειεν ἂν φα- 302
νεῖσα. Certe optativus futuri hic alienus foret. b

504. Adde Apoll. Rhod. I. 291. 1285. Magis singulare 302
est illud eiusdem III. 815. καί τέ οἱ ἠέλιος γλυκίων γένετ' εἰς- c
ορᾶασθαι, ἢ πάρος, εἰ ἐτεόν γε νόῳ ἐπεμαίεθ' ἕκαστα, ubi εἰ exprimi poterit per *quoties*.

507. Non est intelligendum ἄν, ubi non est additum. 303
Additum enim mutat sententiam, magisque incertam reddit, et fere posse quid fieri significat. Non recte igitur Porsonus ad Eur. Phoen. 733. soloecum esse dicit, quod libri quidam habent v. 736. εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προςβάλοιμ' ἂν ἐκ λόχου; *quid si noctu eos adoriri possim ex insidiis?* Ipse alteram lectionem, προςβάλοιμεν, praetulit. In eumdem errorem incidit Thierschius in Actis Monacens. T. I. fasc. II. p. 221. In Eurip. Alcest. 702. quidem non repugnabo, quo minus ex cod. Flor. legatur, σοφῶς δ' ἐφεῦρες ὥςτε μὴ θανεῖν ποτέ, εἰ τὴν παροῦσαν κατθανεῖν πείσεις ἀεὶ γυναῖχ' ὑπὲρ σοῦ, pro vulgato πείσειας ἄν. Sed plures loci mutandi forent, in quibus non apparet idonea caussa mutandi: ut apud Xenoph. Ages. initio: οὐ γὰρ ἂν καλῶς ἔχοι, εἰ ὅτι τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο οὐδὲ μειόνων ἂν τυγχάνοι ἐπαίνων: *malum enim foret, si, quod omni modo probus fuit, propterea ne tenuius quidem consequi praeconium possit.* Non probo, quod Schaeferus delevit ἄν. Confer Cyrop. III. 3, 55. IV. 2, 37. Plato Protag. p. 329. B. ubi v. Heindorf. p. 535.

Aristoph. Nub. 1184. εἰ μή πέρ γ' ἅμα αὑτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή. Pindar. Nem. VII. 131. Aeschylus Agam. 939. εἰ πάντα δ' ὣς πράσσοιμ' ἄν, εὐθαρσὴς ἐγώ. *Si possim omnia sic perficere, bono animo ero.* Et ubi significat *an.* Xenoph. Cyrop. I. 6, 10. ἐρωτᾷς, ἔφη, τοῦτο, ὦ παῖ, εἴ τις ἂν ἀπὸ σοῦ πόρος προςγένοιτο: *an quid a te eorum, quibus opus est, accedere possit.* Caeterum sic est tenendum, εἰ cum optativo conditionem ita indicare, ut fieri posse vel futurum esse id significetur, de quo est dubitatio: cum indicativo sic, ut utrum sit, an non sit, prorsus incertum relinquatur, nisi quod saepe indicativus imperfecti, plusquamperfecti, et aoristi rem non esse aut fuisse indicat. Adde, εἰ cum optativo interdum modestiae caussa usurpari, ubi proprie ἢν cum coniunctivo ponendum erat: ut in Aeschyli Sept. ad Th. init. et Dionys. Hal. de constr. verb. in fine libri. Vide diss. de praeceptis Atticistarum p. 11. Nam ἢν cum coniunctivo est exspectantis, fore quid vel non fore; εἰ autem cum optativo dubitantis tantum, et nescientis, an exspectari quid nequeat. Hinc in iurando vel exsecrando: ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι: quia non exspectari vult violationem iurisiurandi. Nam si diceret ἢν παραβῶ, exspectari id posse significaret. Demosthenes in Timocr. 151. p. 747, 13. Homerus Iliad. III. 299. Vide diss. de particula ἂν p. 145.

304 507. *Εἰ* cum coniunctivo Homerus coniungit, ut Iliad. I, 340. V, 258. IX, 318. XV, 16. Odyss. V, 221. VII, 204. XVI, 138. et scriptores Ionici, tum poetae lyrici, ut Pindarus Pyth. IV, 473. 488. Nem. VII, 16. 21. IX, 110. Isthm. V, 17. Attici contra εἰ non construunt cum coniunctivo. V. Brunck. ad Aristoph. Plut. 216. Quamquam de ea re dubitat Locella ad Xenoph. Ephes. pag. 185. Bastius autem in epistola critica ad Boissonadum p. 129. s. ed. Lips. auctore Thoma Magistro Atticos εἰ non nisi in verbis αὐθυποτάκτοις cum coniunctivo construere existimat. Quam opinionem nulla niti idonea ratione ostendi in diss. de praeceptis quibusdam Atticistarum p. 8. seqq. Et quum vel in modis verborum, vel in permutandis particulis εἰ et ἢν saepe erraverint librarii, facile poterunt loci, qui huic observationi repugnant, emendari. Vt in Xenoph. Anabasi VII. 6, 24. reponi debet optativus. Alium eiusdem scriptoris locum in Mem. Socr. I. 4, 4. correxit H. Stephanus. In Soph. Oed. R. v. 189. εἴ τι νὺξ ἀφῇ vulgo et in duobus codd. Augustanis legitur, ut in carmine chorico, in quo lyricorum poetarum ser-

monem imitari licuit. Recentiores deteriorisque notae scriptores saepe εἰ coniunctivo iungunt: vide Schneideri indicem ad Aesopum. Antiqui vel in sententia universali vel ut conditio fortius exprimatur. Nam ἂν ubi accedit, alia adsignificatur conditio, indicans *si forte*. Soph. Oed. Col. 1442. δυςτάλαινα τἄρ' ἐγώ, εἴ σου στερηθῶ: non enim ut eventurum, si forte eveniat, hoc ponit, sed videns futurum esse, fortius pronunciato εἰ, *si te privata ero* dicit. Antig. 710. ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν. Nam a generali sententia abest illud *forte*, quia semper et ubique valet. V. Museum philol. Cantabr. fasc. I. p. 96. seqq. Wex. syllog. adnot. ad Soph. Antig. p. 187. seqq. et quae dixi ad Oed. R. 198.

507. Corruptus locus nihil probat. Inepteque Zeunius 305
ἐλπίσεια coniicit, quod, si formam verbi spectes, ἐλπίσαιμι, si sententiam, ἐλπίζοιμι dicendum erat. In collectione fabularum, quam De Furia edidit, haec vigesima fabula est, recteque ibi scriptum: ἀλλ' ἔγωγε μωρὸς ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ κέρδος παρείς, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ ἐν ἐλπίσι διώκοιμι, κἂν μέγα ὑπάρχῃ. Sed cum infinitivo construitur εἰ in oratione obliqua, quum res ex alius mente refertur. Herodotus III, 105. εἶναι δὲ (repete λέγεται) ταχύτητα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅμοιον, οὕτω ὥςτε εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς, ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι. Et c. 108. λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι. Praeterea adde 7) cum participio non construi εἰ, nisi forte omisso verbo auxiliari. Eiusmodi videri potest esse Euripidis illud in Electra v. 533.

οὐδ' ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολών,
κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς;

Alia exempla vel male intellecta, ut Platonis in Phaedone p. 87. C. ubi non animadversum est ἀποκριναμένου δέ τινος per anacoluthon pro ἀποκρίναιτο δέ τις dictum esse, vel corrupta sunt, ut quod ex Phaedro Platonis p. 260. D. Schaeferus Seidleri ad Electrae versum adnotationi inseruit, emendatum nunc ex codd. Vide de aliis exemplis Bremium in Beiträgen zur Philologie aus der Schweiz I. p. 172. ss.

508. Immo hoc in loco chorus dicit, *si quis inter nos* 306
fuit sycophanta, eum criminari audes?

508. Non idem est, utrum καὶ εἰ, an εἰ καὶ dicas. *Καὶ* 307
εἰ est *etiam si*, et καὶ refertur ad ipsam conditionem, eam-

que indicat non certam esse: *etiam tum, si.* Quare καὶ εἰ usurpatur de re, quam sumi tantum a nobis ut veram indicamus: ut καὶ εἰ ἀθάνατος ἦν, *etiam si immortalis essem:* non de re, quam esse veram indicamus, ad quod exprimendum adhibetur εἰ καί: εἰ καὶ θνητός εἰμι, *quamquam mortalis sum.* Aeschylus Choeph. 296.

κεἰ μὴ πέποιθα, τοὔργον ἔστ' ἐργαστέον.

Etiam si non fido, perpetrandum facinus est. Homerus:

τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν.

Contra εἰ καὶ est *etsi*, et καὶ conditioni postpositum, non ad εἰ refertur, neque conditionem ipsam indicat incertam esse. Quare εἰ καὶ, *quamquam*, rem ita esse, ut dicitur, significat. Sophocles in Oed. R. 302.

πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως,
οἵᾳ νόσῳ ξύνεστιν.

Et si caecus es, vides tamen, quo in malo versetur civitas. Potest hoc etiam omisso καὶ dici: εἰ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως. Sed usurpatur etiam εἰ καὶ sic, ut non sit *etsi*, sed *si etiam*, id est, ut καὶ non cum εἰ, sed cum aliquo eorum vocabulorum, quae sequuntur, coniungi debeat. Idque ipsum Latini saepe per *etiam si* significant. Exemplum ibidem occurrit v. 305.

Φοῖβος γάρ, εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶνδ' ἀγγέλων,
πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν.

Id est, *si hoc etiam non audivisti ex his nunciis*, quod non est, *quamquam non audivisti.* Non enim indicat, non audivisse, sed fieri forsitan potuisse, ut non audiverit. Nos, qui duplicem vim, quam habet εἰ καὶ, simillimis particulis *wenn auch* tribuimus, ita diceremus: *wenn du es auch nicht von diesen boten weisst.*

308 509. De re ipsa v. Markl. post Suppl. p. 286. Lennep. ad Phal. pag. 44. seq. Koenium ad Greg. Cor. pag. 20. Eustathius quae loca attulit, rectius leguntur in schol. MS. ap. Koenium l. l. et in Scholiis a Wassenberghio editis ad Iliad. I, 135. Aristophanis locus est in Pluto v. 467. Menander:

εἰ μὲν δή τινα
— πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μή, νενόηκ' ἐγώ·
μισῶμεν ἀλλήλους.

Plato comicus in Hellade ita corrigendus videtur:

εἰ μὲν σὺ τὴν θάλατταν ἀποδώσεις ἑκών·
εἰ δὲ μή, τὰ πάντα ταῦτα συντριαινῶν ἀπολέσω.

Vt εἰ δὲ μή, ita εἰ δ' οὖν dixit Sophocles in Antig. 719.

γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόςεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ,
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

Quod si mihi quoque iuniori saepe contigit, multo praestantius esse censeo, si quis ubique quid rectum sit, intelligat; sin minus, (non enim ita evenire solet) laudabile est certe, ex iis, qui recte admonent, discere.

510. Desideramus exempla, in quibus εἰ δὲ οὐ legatur. 309
Nam in quibus legitur, in iis οὐ non est pro μὴ positum, sed arctissime coniungi cum verbo aliquo sequenti debet, ita ut cum hoc verbo coniunctum unam notionem constituat, cuiusmodi est οὐκ οἶδα, *nescio, ignoro.* Vide tale exemplum pag. 536. in nota 75. Hom. Iliad. ω. 296. *εἰ δέ τοι οὐ δώσει ἑὸν ἄγγελον.* Apollon. Rhod. I. 904. *εἰ δ' οὔ μοι πέπρωται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι.* Thucyd. I. 121. Eurip. Med. 87. ubi fallitur Elmsleius. Antiphanes ap. Athen. p. 99. A. Herodot. VII, 9.

512. Multum interest inter εἴπερ et εἴγε, falsissimumque, 310
quod hic traditur, quatuor esse particulae εἴπερ significationes, e quibus ultimam commemorasse, id est hallucinari. *Εἴπερ*, quod nos *wenn anders* dicimus, ita ab εἴγε, quod nos dicimus *wenn denn*, differt, quod εἴπερ usurpatur de re, quae esse sumitur, sed in incerto relinquitur, utrum iure an iniuria sumatur; εἴγε autem de re, quae iure sumpta creditur. *Εἴπερ δοκεῖ σοι, wenn es anders dir so gefällt*, dicimus ei, de quo non certo scimus, quid ei placeat, aut de quo id nescire simulamus. *Εἴγε δοκεῖ σοι, wenn es dir denn so gefällt*, dicimus ei, de quo scimus, quid ei placeat.

515. *Εἴτε* in priore membro interdum omittitur. Soph. 311
Oed. R. 517. *λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν*, i. e. *εἴτε λόγοις, εἴτ' ἔργοις.* Aeschylus Choeph. 991.

μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ.

V. Agamemn. 1416. Pind. Pyth. IV, 138. Dicitur etiam εἰ in priore membro. Aeschyl. Eumen. 459.

σὺ δ', εἰ δικαίως, εἴτε μή, κρῖνον δίκην.

Sic etiam v. 599. *Εἰ — εἴτε, utrum — an.* Herodot. III,

85. Ἐάν τε καὶ pro ἐάν τε, ἐάν τε dixit Sophocles in Antig. 327.

ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή.

312 516. At plurimum differt. Εἰ particula est plane logica et quae simpliciter ad cogitationem refertur. Ἐὰν autem ad experientiae significationem adhibetur. Dicere licet εἰ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί, non, ἐὰν ὦσι βωμοί, nisi ubi exspectas exstructum iri aras. Itaque absurde dicas ἐὰν ᾖ θεός, i. e. *si deus esse repertus sit.* Rem comparatione exemplorum illustrabo. Εἰ τοῦτο γίνεται, significat, *sumo hoc fieri; utrum possit fieri, vel futurum sit, necne, nihil curo.* Εἰ τοῦτο γένοιτο, *sumo hoc fieri, et fieri posse vel futurum esse credibile est.* Εἰ τοῦτο ἐγένετο, cum indicativo praeteriti, *sumo hoc fieri, sed non fit, vel non est factum.* Ἐὰν τοῦτο γένηται, *sumo hoc fieri, et potest omnino fieri, sed utrum vere futurum sit, necne, id nescio, verum experientia cognoscam.* Ita ei, qui dixit aliquid, quod non satis intelleximus, respondere possumus: εἰ τοῦτο λέγεις, ἁμαρτάνεις: *si hoc dicis, erras. Vtrum dixeris, necne, nihil curo; id ipse videris.* Εἰ τοῦτο λέγοις, ἁμαρτάνοις ἄν, *si hoc dicas, peccaveris: et suspicor te hoc voluisse.* Εἰ τοῦτο ἔλεγες, ἥμαρτες, *si hoc diceres, peccares: at non dicis hoc.* Non etiam dicere licet, ἢν τοῦτο λέγῃς vel λέξῃς. Id enim significabit, *si hoc dixeris, errabis*, et referetur ad experientiam, qua aliquando, utrum quis hoc an aliud dixerit, intellecturi simus. Hinc fit, ut ἐὰν et quae ex hac contractae sunt particulae ἢν et ἄν, non nisi de re futura dicantur, i. e. quae qualis sit, postea experientia docere debeat. Id quod abest a particula εἰ. Eaque etiam vis in ἢν est, ubi id *an* significat. Nam εἰ *an* significans simpliciter dicitur de re, quam nescimus utrum sic an aliter se habeat, ut apud Homerum Iliad. V, 183.

σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστιν.

Sophocles in Oed. R. 584.

σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς
ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον, ἢ
ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη.

Hic ἂν ad ἑλέσθαι pertinet. Contra ἢν et quae idem significant particulae, sollicitudinem aliquam et spem metumve de eventu indicant. Euripides in Androm. 42.

Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον
θάσσω τόδ' ἐλθοῦσ', ἤν με κωλύσῃ θανεῖν.

Talia sunt apud Homerum αἴκε πίθηται, αἴκ' ἐλεήσῃ, et alia. Nos simpliciter εἰ *ob*, ἢν *ob wohl* dicimus.

517. Ambitiosus fuit in colligendis erroribus. In istis 313 locis omnibus scribendum ἄν, quibus adde schol. Lucian. T. I. pag. 530. Corrigendi audaciam, quam crepat, fluctuans lectio librorum inter ἄν et ἐάν satis tuebitur, ut apud Herodot. II, 92. VI, 36. IX, 109.

517. Dicendum erat certe *tum*. Nam *quum* usurpatur, 314 ubi caussa indicanda est, qua fiat, ut id, de quo in altero membro *tum* dicitur, verum sit. Atqui nemo robusto corpore est, quia est acuto ingenio.

519. Multum differunt καὶ et τέ, quarum particularum 315 prior proprie est *et*, altera autem *que*, quae proprie non copulat, sed rem reddit incertam, ut fere nostro *etwa* respondeat. Hinc ὅςτε, οἷός τε, ὥςτε, ἔνθα τε, et quae reliqua sunt huiusmodi, explicari debent. Itaque τὲ etiam alio modo, quam καί, copulat. Nam quum integra orationis membra per τὲ adnectuntur, ita hoc fieri solet, ut eo modo addantur, quae tamquam non necessaria praecedentibus accedunt. Qui usus frequentissimus est apud historicos. Idque Latini per *que* indicant. Deinde τὲ — καὶ, non καὶ — τε in disiunctionibus usitata sunt, ut πατὴρ ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν, ut Latini *que* — *et* dicere solent. De ὅςτε vide quae dixi in praefatione ed. tertiae Soph. Oed. R. Et de τε aliquot locis ad Homeri hymnos.

520. Nullam habet intendendi vim, sed potius rem paul- 316 lo incertiorem reddit, ut saepe per nostrum *wohl* exprimi possit. Non vincet opinor contrarium statuens Göttlingius ad Hesiodi Theog. 688. Latine *ferme* dicas, referens ad id quod solet fieri. Ideo singula facta incerta. Δέ τε ubi apud tragicos invenitur, corrigendum videtur. Aeschylus Choeph. 488.

ὦ Περσέφασσα, δός δέ τ' εὔμορφον κράτος.

Legi commode poterit δέ γ'. Ita etiam in Eurip. Hel. 517. In Ione autem 1378. Schaeferus recte, ut mihi videtur, scribendum censet τλήμων δὲ χή τεκοῦσα.

520. Alium usum particulae τὲ vide supra in nota 219. 317 Observandum praeterea in interrogationibus saepe τὲ ante ἄρα occurrere, ut,

τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
πῶς τ' ἄρ σ' ὑμνήσω πάντως εὔυμνον ἐόντα;

Sed perperam a multis huc refertur τ' ἄρα, quod ex τοὶ ἄρα contractum, scribi debet τἄρα. Sophocles in Oed. Col. 1442.

δυςτάλαινα τἄρ' ἐγώ,
εἴ σοῦ στερηθῶ.

In Electra 404.

χωρήσομαι τἄρ', οἷπερ ἐστάλην ὁδοῦ.

Aristophanes in Nub. 1157.

βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν.

Deinde τὲ non semper sequentem habet particulam τὲ vel καί, sed etiam δέ. Sophocles in Oed. Col. 367.

πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως, Κρέοντί τε
θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν.

318 521. Nemo praeter Zeunium in Euripidis loco putabit καὶ et μὲν inter se opponi. *Μέντοι* est *tamen*. Quamquam verum est, fieri hoc interdum. Pindarus Pyth. II, 106.

πρύτανι κύριε πολ-
λᾶν μὲν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
καὶ στρατοῦ.

Et sic etiam τὲ in eodem carmine v. 60. relatum ad μὲν v. 56. Vid. Pyth. IV, 443, 445. Nem. VIII, 51, 53. et saepe alibi.

319 522. Reizius recte in suo exemplo Vigeri interpunctionem sic mutavit, ut post ὡρέων colon poneret, post οὐρανοῦ comma deleret. Versionem sic mutavit: *quod si tempestatum stata ratio mutaretur, et qua caeli parte nunc boreas hiemsque consistunt, ibi austri situs esset.* Delevit deinde verba Vigeri: *ubi τῇ μὲν νῦν pro καὶ τῇ μὲν νῦν.*

319 b 522. Vbi post οὐ μόνον ponitur ἀλλὰ sine καί, gradatio est: qua in re Latini quoque *sed* sine *etiam* dicunt.

320 522. Numquam vacat significatione, sed plane ita quum ab omnibus Graecis, tum maxime ab Atticis usurpatur, ut nos utimur particulis *auch* et *ja*. Indicat enim dubitationem quamdam de ea re, de qua dicitur. *Τί χρὴ καὶ λέγειν; was soll man auch sagen?* Quod multum differt ab hoc, τί χρὴ λέγειν; Nam qui τί χρὴ λέγειν interrogat, is *quid* dici, non *an aliquid* dici debeat, quaerit. Sed qui τί χρὴ καὶ λέγειν, is non solum *quid*, sed etiam *an aliquid* dicendum

sit, dubitat. Cuius interrogationem plene sic proferemus: *quid dicendum est, si omnino aliquid dicendum est?* *Εἴ τι πράσσειν θέλεις* est, *si quid vis suscipere*, quibus verbis incertum relinquitur, utrum quis id velit, an non. *Εἴ τι καὶ πράσσειν θέλεις*, *wenn du ja etwas thun willst*, significat, *vix suscipies aliquid, sed si aliquid tamen suscipere vis.*

Praeterea vero notandum est, *καὶ* saepe significare, quod nos *eben* dicimus. Vide Eurip. Iph. T. 351. Ion. 361. Electr. 919. 976. Huc pertinent exempla a Weiskio allata de pleonasmis p. 185. 2. et *καὶ* in *καὶ δή*, de quo supra dictum not. 301. b. Adde Plat. Protag. p. 329. B. (539. ed. Heind.)

523. De *ἕτερος* et *ἄλλος* copia exemplorum afferenda 321
erat, quod ne Hoogeveenus quidem fecit in libro de particulis. In Aristotele certe eo facilius scribi poterit *ἢ* pro *καί*, quo saepius haec vocabula in libris MSS. permutari solent. Quamquam defendi posse videtur *καί*.

525. *Καὶ quamvis* participiis iungitur, vel adiectivis, ut 322
καὶ ἀναίτιον apud Homerum. Conf. Valcken. ad Phoen. Eurip. pag. 98. 99.

525. Non satis apta exempla sunt, quae attulit Zeunius. 323
Hom. hymn. Apoll. 17.

κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος καὶ Κύνθιον ὄχθον.

Vbi Ilgenius attulit Iliad. V. 398.

αὐτὰρ ὃ βῆ πρὸς δῶμα Διὸς καὶ μακρὸν Ὄλυμπον.

Illud vero frequentissimum est, adiectivum praecedenti *πολὺς* per *καὶ* iungi. Aeschylus Agam. 63.

πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ.

Septem c. Theb. 340.

πολλὰ γάρ, εὖτ' ἂν πόλις δαμασθῇ.
ἒ ἒ ἔ, δυστυχῆ τε πράσσει.

Sophocles Trach. 1277.

πολλὰ δὲ πήματα καὶ καινοπαθῆ.

Vid. ad Eurip. Hecub. p. 162.

525. *Κἂν* triplex est, primum *καὶ ἐν*, secundum *καὶ ἄν*, 324
quod significat *et fortasse*, *fortasse etiam*, tertium *καὶ ἐάν*, quod est *et si*.

526. *Κἂν* neque *plane*, neque *quodsi*, neque omnino 325
quidquam eorum, quae hic afferuntur, significat. *Κἂν ἐπεχείρησα*, est *καὶ ἐπεχείρησα ἄν*, *et fortasse aggressus essem.*

Κἂν μὴ λέγω, *κἂν συμβαίνῃ* est *καὶ ἐάν*, *et si non dicam, et si fiat.* Pudet talia adnotare, sed magis puditum oportuit, qui hoc nos cogunt.

326 526. *Κἂν εἰ* est *καὶ ἂν εἰ*, *etiam si forte.* Quare nec Vigerus perspicue loquitur, et Zeunius summam prodit imperitiam, *εἰ* abundare existimans. In Platonis loco e Phaedone pag. 71. B. hic sensus, *etiam si forte nomina desint, re ipsa tamen sic erit.* Fuerunt, qui *κἂν* pro *καὶ ἐάν* cum indicativo coniungi posse existimarent, ut Berglerus ad Alciphr. III, 58. pag. 419. vide quae dixi ad Aristoph. Nub. 1156. et supra nota 291. In Alciphrone quidem *καττύῃς*, in Apollonio de syntaxi p. 200, 31. *κἂν εἴ* scribi possit. Quod idem Apollonius pag. 189, 10. scribit, *κἂν τὸ εὖ ἐπίῤῥημα ἔγκειται*, recte, ut a grammatico, dictum, quia *κεῖμαι* coniunctivum habere negant. De simili loco Homeri dixi in lib. I. de metris pag. 86. Sed quod apud Apollonium ibidem sequitur, *κἂν ἡ χεὶρ συνυπάρχοι*, in eo scribendum *συνυπάρχῃ*, ut paullo ante est, *κἂν τὸ μισεῖν ῥῆμα ἐνυπάρχῃ*. Caeterum v. Brunck. ad Aristoph. Plut. 216.

327 527. Edd. Vigeri *εἰ γὰρ ἀστέρες*, et mox in secunda ed. Batav. *κᾂν εἰ οἱ μείζους*. Scripsi: *Οἱ γὰρ ἀστέρες*: sed Aristoteles scripserit necesse est *κἂν μείζους*, omisso *εἰ*.

328 527. Platonis locus est pag. 97. A. Sed incredibilis Zeunii socordia non dubitavit diversissimos locos Platonis et Demosthenis coniungere. In Platone *κἂν* est *καὶ ἄν*, in Demosthene *καὶ ἐάν*; quare in Platone *κἂν ἅψαιο* significat *et poteris tangere;* in Demosthene *κἂν ᾖ*, *si vel hoc, vel illud sit.*

329 527. Sed *κἂν* tamen non pro *καὶ εἴ*, verum eadem conditione usurpatur, quam supra de *ἐάν* in nota 323. memoravimus.

330 527. Quis hoc *forte* dicat? Nec *circiter* simpliciter, quod sola particula *ἂν* exprimeretur, sed *καὶ* additum indicat, *adeo, usque ad. Κἂν ἑξακισμύριοι*, *circiter usque ad LX millia*, quum indicamus numerum maiorem, quam exspectari poterat. *Κἂν, vel, ad summum.* Lucian. Dial. Deor. V. 3. Inde *saltem.* Ibid. V. 2. Dial. mar. I. 3. v. Sophocl. El. 81.

331 528. Saepe etiam *καὶ — δὴ* interposito aliquo vocabulo dicitur, *et vero* vel *quin* significans. Ita Xenophon Cyrop. I. 4, 14. quum dixisset, Astyagen, ut Cyro gratum faceret,

magnam venationem instituisse, ita pergit: *καὶ βασιλικῶς δὴ παρὼν αὐτός, ἀπηγόρευε μηδένα βάλλειν, πρὶν Κῦρος ἐμπλησθείη θηρῶν.* Praeterea *καὶ δὴ* saepe significat, *fac ita esse.* Aeschylus Eum. 883.

καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;

Fac me accipere: quis mihi honos concedetur? Vid. Valcken. ad Herodot. VII, 184. p. 591. Markl. ad Suppl. Eurip. p. 129. b. Eurip. Med. 388.

καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;

Et cum participio Xenophon Cyrop. IV. 3, 5. *καὶ δὴ τρεπόμενοι, ποίους ἢ ἱππέας ἢ τοξότας ἢ πελταστὰς ἢ ἀκοντιστάς, ἄνευ ἵππων ὄντες, δυναίμεθα ἂν φεύγοντας ἢ λαβεῖν ἢ κατακαίνειν;*

528. *Καὶ μὴν* non est *enimvero*, sed aut *et vero*, *et* 332
sane, ut ap. Hom. Odyss. XI, 582. 593.

καὶ μὴν Τάνταλον εἰςεῖδον, χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα.
καὶ μὴν Σίσυφον εἰςεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα.

aut *atqui* significat. V. Markl. ad Eurip. Suppl. 1010. Ita Eurip. in Iph. A. 20. 1619. Aristoph. Lysistr. 131. 559. ubi vitiose *καὶ μὲν* in ed. Brunckii, de quo ipse monuit in addendis pag. 177. Atque haec significatio est in locis a Vigero allatis omnibus.

529. Minime *καίτοι atqui* significat, sed id quod Latini 333
quamquam dicunt, et postponunt. Aeschylus in Prometh. 101.

καίτοι τί φημι;

Quamquam quid loquor? Nos: *doch was rede ich?* Interdum per *verum* verti potest, vel *sed tamen.* Ad hanc unam significationem illae, quas Vigerus attulit, redeunt.

Καίτοι γε eamdem rem fortius exprimit. Aristophanes in Acharn. 617.

ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν ἔνῃ;
ἀνένευσε· καίτοι γ' ἔστι σώφρων κἀργάτης.

Iamne legati munere functus tu, qui perendie canus eris? Abnuit: quamquam maxime modestus et laboris amans est. Ἕνῃ legendum in hoc loco, i. e. *perendie.* Nam, ut hoc obiter addam, *ἕνος* est *novissimus*, idque de die sic solet dici, ut crastinus intelligatur, perendie futurus novissimus. Inde *εἰς ἕνην*, *perendie.* Ἕνη καὶ νέα dies praecedentis mensis novissimus, et primus sequentis. Euripides in Oreste v. 75.

προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν,
εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν.
καίτοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον,
ἐμῆς ἀδελφῆς.

Quamquam sane fatum doleo Clytaemnestrae, sororis meae. Adde Iph. T. 720.

Καίτοί γε μὴν legitur in Aeschyli Eumen. 936.

ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ,
καίτοι γε μὴν οὐ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα·
φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.

Sic scribendum esse et res et vis particularum monstrat. Inepte libri σὺ pro οὐ.

334 533. Fallitur. Nam si modo res vere inter se oppositae sunt, ita ut μὲν *quamvis* sit, commode potest participium esse in priori membro. Sophocles in Trach. 122. etiam adiectivo μὲν ita iunxit:

ὧν ἐπιμεμφομένα σ', ἁ-
δεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω.

Quare succensens tibi, lubens quidem, sed tamen contraria dicam. *Ἄκοντες μέν, ἔφερον δέ:* v. Irmisch. Add. ad Herodian. III. pag. 654. Thucyd. III. 43. Aeschyl. S. c. Th. 765. Soph. Oed. Col. 1454. ἐπεὶ μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.

335 534. Conf. Xenoph. Mem. S. IV, 2, 35. πολλοὶ μέν, πολλοὶ δέ. Id. Ages. II, 7. ὡς ἅπαντα μὲν χαλκόν, ἅπαντα δὲ φοίνικα φαίνεσθαι. Id. *Κύρ. Π.* 270, 3. 276, 21. 286, 22. 290, ult. *Κύρ. Ἀν.* 460, 6. ὁρᾶτε μὲν — ὁρᾶτε δέ —. 465, 3. πολλοὺς μὲν — πολλοὺς δέ. 475, 9. ἅμα μὲν — ἅμα δέ. 479. 480. πολλὴ μὲν — πολλὴ δέ. Mem. S. III, 8, 10. ἡδὺ μέν —. REIZIVS.

335 b 536. Minime aptus ad rem est Demosthenis locus. Nam omitti illud tantum dixeris, quod potuerit certe poni. At non potuit dici ἐδίδασκες μὲν γράμματα, etc. Quare non est omissum μέν, quod sic demum omissum dici posset, si σὺ ἐδίδασκες scripsisset: poterat enim dicere σὺ μὲν ἐδίδασκες. In Platonis loco fallitur Hoogeveenus. Sensus est: *vanae voluptates voluptates sunt, verae autem voluptates non sunt voluptates?* Quod breviter dicturus, contraxit orationem.

Caeterum observa, ubi μὲν — καὶ vel μὲν — τε coniunguntur, proprie anacoluthon esse, quo a disiunctione, quae per μὲν exprimitur, transitur ad coniunctionem, quam significant καὶ vel τε; contra in repetitionibus eiusdem rei, ut in exemplo Epicuri pag. 535. ἀφαιρῶν μὲν, ἀφαιρῶν δὲ, nunquam καὶ vel τὲ poni.

537. *Μὲν* si dicitur, non sequente δέ, aut intelligi pot- 336
est δέ, aut omittitur illa pars orationis, in qua sequi debebat δέ: quae aliquando praecedit, ut οὗτοι δὴ ἀφῖκται in Plat. Crit. p. 43. D. Xenoh. Cyrop. II. 2, 10. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, ποίους τινὰς χρὴ μᾶλλον εὔξασθαι, ἢ τοιούτους στρατιώτας ἔχειν. I. e. *equidem nescio, at alii fortasse sciunt.* Vid. Sophocl. Trach. 6. Non satis accurate de hac re disputat Brunckius ad. v. 846. et ad Electr. 734.

539. Photius et Suidas, ut quidem Kusterus ex cod. 337
Paris. edidit: μέντοι, ὅμως. τὸ δὲ σὺν τῷ γὲ, παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων. Vett. edd. τὸ δὲ συντῶσε, corrupte quidem, sed ut non melior sit Kusteri lectio. Nam quis credat, μέντοιγε a Photio et Suida ignotum Graecis perhiberi, quum et saepissime inveniatur, et ab aliis grammaticis agnitum sit? Etym. M. p. 580, 10. μέντοιγε, ἐπίῤῥημα μεσότητος, ἐκ τοῦ μὲν καὶ τοῦ τοὶ παραπληρωματικοῦ συνδέσμου. Phavorinus: μέντοιγε, πλὴν διὰ τοῦτο, ἢ ὅμως, ἢ ἕνεκεν τούτου. Quare Photium et Suidam scripsisse puto τὸ δὲ σὺν τῷ νῦ. Heraclides enim, ut ex Eustathio discimus p. 722, 59. 1726, 26. μέντον, quod in quodam Homeri loco aliqua exemplaria exhibebant, ab Argivis et Cretensibus pro μέντοι dictum narraverat, quemadmodum contra ἐνδοῖ a quibusdam Doriensibus pro ἔνδον diceretur. Heraclidis igitur refutandi caussa haec illorum grammaticorum adnotatio scripta videtur. Particulae μέντοιγε Hoogeveenus de particulis pag. 669. exempla e Luciani Nigrino 23. et e Cebete pag. 219. attulit. Non multum differt a simplici μέντοι, *tamen.* Possis *tamen certe* reddere. Herodotus II, 68. εἴη δ' ἂν καὶ ἄλλος τις Ἄρχανδρος· οὐ μέντοι γε Αἰγύπτιον τὸ οὔνομα. Diodor. Sic. V, 73. ὑπάρξαι μὲν τὸ γένος τοῦτο τῶν δένδρων μετὰ τῆς ἄλλης ἀγρίας ὕλης, τὴν μέντοι γ' ἐπιμέλειαν ταύτης οὐκ εἶναι. Lucian. in encom. muscae 10. T. III. pag. 97. φησὶ δὲ ὁ μῦθος καὶ ἄνθρωπόν τινα Μυῖαν τὸ ἀρχαῖον γενέσθαι πάνυ καλήν, λάλον μέντοι γε καὶ στωμύλην. Sed ubi inter γὲ et μέντοι aliud vocabulum intercedit, γὲ ad praecedens vocabulum pertinet.

Vt apud Herodot. VIII, 42. *ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιληΐου ἐών.*

Similis significationis est *γὲ μέντοι*, quod frequentissime reperitur, i. e. *certe tamen.* Eurip. Alcest. 724. Phereti dicenti,

οὐκ ἐγγελᾷς γέροντα βαστάζων νεκρόν,

Admetus respondet:

θανεῖ γε μέντοι δυςκλεής, ὅταν θάνῃς.

Certe tamen, quum morieris, morieris inglorius. Vid. Rhes. 589. Heracl. 593. 637. 1016. Paullo obscurior locus est in Helena v. 999.

κτεῖν', εἰ δοκεῖ σοι· δυςκλεῶς γὰρ οὐ κτενεῖς·
μᾶλλόν γε μέντοι τοῖς ἐμοῖς πείθου λόγοις.

Vim particulae qui volet exprimere, dicere debebit: *quamquam rectius certe meis dictis morem geres.* *Ὅμως γε μέντοι, attamen certe:* Aristoph. Ran. 61. Vesp. 1345.

338 539. *Μένταν* omnes habet significatus, quos *μέντοι* simplex; nam *ἂν* ad verbum pertinet. Sophocles in Aiace 86.

γένοιτο μέντἂν πᾶν θεοῦ τεχνωμένου.

Alia exempla vide ap. Hoogev. de partic. p. 697. seq.

339 539. In Xenophontis loco, Cyrop. II. 4, 2. quem Zeunius affert, cum cod. Guelf. *μὲν* pro *μέντοι* scribendum est. Atque omnino parum accurate Vigerus, Hoogeveenus, et Zeunius de hac particula disputarunt. *Μέντοι* primo est *sane, enimvero:* quod nos dicimus *freilich.* Ita maxime in responsionibus. Plato in Phaedone pag. 93. A. *πολλοῦ ἄρα δεῖ ἐναντία γε ἁρμονίαν κινηθῆναι ἢ φθέγξασθαι, ἤ τι ἄλλο ἐναντιωθῆναι τοῖς αὑτῆς μέρεσι. Πολλοῦ μέντοι, ἔφη.* Et ibidem C. *καὶ ταῦτα ἀληθῶς λέγεται; ἀληθῶς μέντοι.* Et pag. 94. A. *ἁρμονία γὰρ δήπου, παντελῶς αὐτὸ τοῦτο οὖσα ἁρμονία, ἀναρμοστίας οὔποτ' ἂν μετάσχοι. Οὐ μέντοι.*

Deinde *μέντοι* est *tamen*, eaque omnium frequentissima significatio est. Sed interdum illa aliquam obscuritatem habet. Vt in Eurip. Phoen. 910. quum Creon dixisset:

φράσον πολίταις καὶ πόλει σωτηρίαν,

Tiresias respondet:

βούλει σὺ μέντοι, κοὐχὶ βουλήσει τάχα.

Ibi si *μέντοι* tantummodo ad prius membrum spectaret, inepte poeta usus esset hac particula. Verum formula haec dicendi *βούλεσθαι καὶ οὐ βούλεσθαι*, ut aliae similes, *ἀκοῦσαι καὶ οὐκ ἀκοῦσαι*, dubitationi indicandae inserviunt. Itaque *μέντοι* ad utrumque membrum pertinet, et sensus est: *tamen, quod nunc vis, mox noles.* Xenophon Cyrop. III. 3, 18. *Ἔτι δέ, εἰ μὲν μείζων τις ἡμῖν κίνδυνος ἔμελλεν εἶναι ἐκεῖ ἢ ἐνθάδε, ἴσως τὸ ἀσφαλέστατον ἦν ἂν αἱρετέον. Νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἐάν τε ἐνθάδε ὑπομένωμεν, ἐάν τε εἰς τὴν ἐκείνων ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἤν τε ἐνθάδε ἐπιόντας αὐτοὺς δεχώμεθα, ἤν τε ἐπ' ἐκείνους ἰόντες τῇ μάχην συνάπτωμεν. Πολὺ μέντοι ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐῤῥωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν στρατιωτῶν χρησόμεθα, ἢν ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς, καὶ μὴ ἄκοντες δοκῶμεν ὁρᾷν τοὺς πολεμίους· πολὺ δὲ κἀκεῖνοι μᾶλλον ἡμᾶς φοβηθήσονται, ὅταν ἀκούσωσιν, ὅτι οὐχ ὡς φοβούμενοι πτήσσομεν αὐτοὺς οἴκοι καθήμενοι, ἀλλ', ἐπεὶ αἰσθανόμεθα προςιόντας ἀπαντῶμέν τε αὐτοῖς, ἵν' ὡς τάχιστα συμμίξωμεν, καὶ οὐκ ἀναμένομεν, ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται, ἀλλὰ φθάνοντες ἤδη δῃοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν.* In quo loco si quis cum Hoogeveeno et Zeunio *μέντοι* opponi sequenti *δὲ* censet, is doceat oportet, quis tum nexus inter haec et praecedentia sit. Quin omnino *μέντοι* et *δὲ* vereor ut umquam ita dicantur, ut *μὲν* et *δὲ* inter se opposita sint. Nam quod Hoogeveenus praeterea affert p. 689. de particulis e Proclo exemplum, in eo, nisi quis plane sit rudis, *μέν τι* pro *μέν τοι* legendum videbit. Frequens haec lectionis varietas, ut apud Lucian. T. I. p. 470.

Tertio *οὐ μέντοι* in interrogationibus sic dicitur, ut videatur aliquis rem negare, quo certius ea ab respondente affirmetur. Nos *doch nicht.* Plato in Phaedro pag. 229. B. *εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; Λέγεται γάρ,* respondet Socrates. Et pag. 261. C. *σὺ δ' εἰπὲ ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι; ἢ τί φήσομεν; Τοῦτ' αὐτό,* respondet Phaedrus. Nos: *sie streiten doch nicht?* Aristoph. Nub. 787.

φέρ' ἴδω· τί μέντοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν;
τίς ἦν, ἐν ᾗ ματτόμεθα μέντοι τἄλφιτα;

Quod hic est impatienter interrogantis, indignantisque, quod oblitus fuerit. Nos: *was war doch das erste; was war es? was war es, worin doch das mehl geknetet wird?*

Quarto ironice dicitur, ut Latine per *scilicet* exprimi possit. In eadem fabula v. 1338.

> *ἐδιδαξάμην μέντοι τε, νὴ Δί', ὦ μέλε,*
> *τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε*
> *μέλλεις μ' ἀναπείσειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν*
> *τὸν πατέρα τύπτεσθ' ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων.*

Nos: *würde ich dich doch etwas haben lernen lassen, wenn* etc.

340 540. Verba haec sunt: *ὄμνυμι γάρ σοι τινὰ μέντοι, τινὰ θεῶν, εἰ βούλει, τὴν πλάτανον ταυτηνί.* Sed ingeniose et eleganter amicus quidam meus: *ὄμνυμι γάρ σοι τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; εἰ βούλει τὴν πλάτανον ταυτηνί.* Sic iam Abreschius et Heindorfius. Sed recte e codicibus Bekkerus *ᾗ βούλει.*

341 540. Diversa ratio est horum locorum. Apud Lucianum *μέντοι* est *tamen.* Sensus enim, si plene exprimatur, hic est: *quamvis sis Stoicus, memento tamen te non indifferentem putare dolorem.* Id recte dicitur Latine *memento vero.* In Aristophane haec dicuntur mortuo, et *μέντοι* non tam cum praecedente *οὗτος* cohaeret, quam mortuo respondet, qui etsi non verbis, at gestu tamen miratur, quod vocetur ab aliquo: *heus tu: enimvero te voco.* Nos: *höre du: freilich meine ich dich.* Ita Plato *ἀληθέστατα μέντοι λέγεις*, et *ἀναγκαιότατα μέντοι λέγεις*, de legg. II. pag. 665. B. 666. A.

342 540. *Μὲν οὖν* in continuando sermone cum quadam conclusionis significatione usurpatur, ut apud Latinos *et quidem. Πρῶτον μὲν οὖν, ac primum quidem.* Nihil frequentius apud Aristotelem.

343 541. Frequentissime: v. Brunck. ind. ad Aristoph. qui fallitur, quod in Eccles. 1102. *certe* significare putat. Ibi quoque est *immo.*

> *ἆρ' οὐ κακοδαίμων εἰμί; βαρυδαίμων μὲν οὖν,*
> *νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρ', ἀνήρ, καὶ δυστυχής.*

344 542. Non est *at enim.* Demosthenis locus legitur p. 13. l. 26. ed. Reisk. in quo tantum abest, ut *μὲν οὖν* significet *at enim*, ut nihil aliud sit quam *ac. Ac dicat fortasse aliquis.* Inest enim in ea particula quaedam conclu-

sio, quae e praecedentibus colligitur, ut si quis Latine dicat: *quod si quis dicat.*

543. Proprie non magis δὲ pro γάρ, quam apud Lati- 343 b
nos *autem* pro *enim* dicitur: sed ubi quid in reddenda ratione sic affertur, ut id partem aliquam rei, de qua sermo est, constituat, plane ut in quavis narratione, ubi novum praecedentibus praedicatum accedit, δὲ et *autem* locum habent, quippe ob id ipsum, quod novum quid accedit, oppositionem quamdam fieri indicantes. Hom. Il. ξ. 416. de arbore fulmine icta: τὸν δ' οὔ περ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται, ἐγγὺς ἐών· χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός: *timet, qui prope videt fulmen immitti: grave autem Iovis fulmen est.*

Praeterea de particula δὲ haec notanda sunt. Primo saepe eam in apodosi usurpari, in primis post particulas temporales, ut post ὅτε, ἐπεί, ἕως: de qua re v. supra not. 241. Post ὥςπερ Sophocl. El. 27. Aliud magis insolens anacoluthon est apud Aeschyl. S. c. Th. 751. Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος βίᾳ τρὶς εἰπόντος ἐν μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν, κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ πατροκτόνον Οἰδιπόδαν.

Deinde orationi continuandae inservit δέ, etiam si ea alterius dictis interpellata fuerit, ut in Aeschyl. Persis v. 480. Eur. Or. 383. ed. Pors. et saepe alibi.

Porro δὲ etiam in respondendo cum vi quadam adversativa usurpatur. Vide Erfurdtium in ed. min. Soph. Oed. R. 380.

Quin etiam in interrogationibus, praegresso verbo, quo tolli videtur adhibendae huius particulae necessitas, poni solet. Aeschylus Pers. 333. ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν, πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων. Vide Soph. Oed. C. 1132.

Praeterea observa, non raro γὰρ dici, ubi δὲ exspectasses. Cuiusmodi loci saepe fraudem fecerunt criticis, ut ad emendationem confugerent: v. c. apud Aeschylum in Ag. 767. τὸ γὰρ δυςσεβὲς ἔργον μετὰ μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ· οἴκων γὰρ εὐθυδίκων καλλίπαις πότμος αἰεί. Hic pro secundo γὰρ fuerunt, qui, quod prorsus alie-

num est, praesertim in tragico, δ' ἄρ' scriberent. Recte vero poeta γάρ posuit, etsi poterat δέ: sed alia, prouti hac aut altera particula utare, conformatio sententiae est. Si δέ, opposita duo simpliciter commemorantur: *ex impiis factis mala, ex iustitia autem felicitas nascitur.* Sin γάρ, prior sententia primaria est, altera autem quasi obiter, ut quae per se vera sit, prioris confirmandae caussa adiicitur: *ex impiis factis mala nascuntur: nam iustitia semper bonos fructus habet.* Et sic ubique, ubi γάρ pro δὲ positum videri potest.

845 544. Plerumque δὲ sic usurpatur, si longius est prius membrum, ita ut maiore quadam vi indigeat apodosis, quo facilius a protasi discernatur. Ita apud Platonem, cuius multa verba omisit Vigerus. Eodem in loco statim sequitur aliud exemplum. Est autem hoc genus loquendi proprie anacoluthon. Quamquam non negem, vim particulae eo denique redire, ut gravior oratio fiat. Ac sane δὲ proprie eadem particula est, quae δή, ut μέν ortum est ex μήν. De δὲ pro δὴ poni credita v. Interpp. ad Greg. Cor. de dial. Att. s. 34. p. 78. ed. Schaef.

Notandum praeterea δὲ repetitum post longiorem parenthesin. Sophocles Electr. 783.

νῦν δ', (ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου
πρὸς τῆσδ', ἐκείνου θ'· ἥδε γὰρ μείζων βλάβη
ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ
ψυχῆς ἄκρατον αἷμα) νῦν δ' ἕκηλά που
τῶν τῆσδ' ἀπειλῶν οὕνεχ' ἡμερεύσομεν.

Non debebat Brunckius δὲ delere.

845 b 545. *Καὶ δὲ*, quas particulas epicis non interposito alio vocabulo coniungere licet, (v. diss. de aetate Orphei Arg. p. 768.) caeteri scriptores interposito aliquo vocabulo usurpant. Porsono, neganti ad Orest. 614. καὶ et δὲ apud tragicos in uno membro inveniri, iure contradicit Schaeferus ad Long. p. 350. Vide Aeschyl. Prom. 972. Eumen. 65.

846 546. Xenophon C. P. 4, 2. §. 13. καὶ οἳ ἠρώτων, *Τί δαί*; Sic ibi lego, τί δαί; *quid ita? quare?* non τί δέ; Mirantur Hyrcanii, se a Cyro iuberi duces itineris praeire, qui nondum fidei obsides illi dederint. Similis est locus 5, 1. §. 7. *Τί δαί*; ἔφη ὁ νεανίσκος. Miratur nempe Araspes, quid Cyrus dixerit, multo minus velle se visere Pantheam,

si talis esset, qualem ille praedicasset. Aliud agebat novissimus editor, quum in indice Graecitatis haec scriberet ad hunc locum: *Τί δαί; quid tandem? Hesychius bene explicat, τί γὰρ ἄλλο; Nam significatur, Si hoc non est, dic quaeso quid sit.* Haec ille. Nemo ei, qui poterit ipse iudicare, assentietur. Nec si melius inspexisset Hesychium, eum laudasset: nam ipsa Hesychii verba satis erant ad errorem istum refellendum. *Τί δαί; τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ; Κρῆτες· Βοιωτοὶ δὲ, ἐνθάδε· Ἀττικοὶ, διατί δή;* Num volumus Xenophontem interpretari, non ex Attica dialecto, sed ex Cretensi? — Nequis tamen fallatur, Attici non semper, *τί δαί;* sic usurpant: nam significat apud eos haec formula etiam, alibi, *quid porro?* alibi, *quid igitur?* Sed nondum lectus mihi locus, ubi sententia postularet verti, *quidnam aliud?* REIZIVS de prosod. Gr. accentus inclinat. p. 96. s. ed. Wolf. Non omni ex parte, ut mihi videtur, vera dicit vir eximius. Hesychii quidem in huiusmodi re exigua auctoritas est. Quin hic quod de Boeotis dicit, etiam absurdum est: quod nescio an sumpserit ex Aristoph. Acharn. ubi Nicarcho, dicenti, *ἐγὼ τοίνυν ὁδὶ φαίνω πολέμια ταῦτα,* Boeotus respondet v. 912: *τί δαὶ κακὸν παθὼν ὀρναπετίοισι πόλεμον ἦρα καὶ μάχαν;* At hic vereor ne scribendum sit *τί δέ. Τί δαὶ* vero et *πῶς δαί*, vel si quae similia inveniantur, etiam apud Atticos, quantum equidem observavi, has tres habet significationes, primam mirandi, *quid, ita?* Aristoph. Nub. 1273. *οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις. A. τί δαί;* Ran. 1454. *τί δαί; σὺ τί λέγεις;* ut ex cod. Rav. scribendum. Av. 225. In Nub. 1266. ubi legitur, *τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν;* dubito an scribendum sit: *τί δαί; σὲ Τληπόλεμος πότ' εἴργασται κακόν;* Adde Plat. Phaedone p. 61. C. In Aristophanis Ranis 558. *τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐκ εἴρηκά πω*, verti quidem potest *quid porro?* sed manet tamen significatio mirandi, quum maiora superioribus commemorentur, ut nos dicimus *was denn?* Altera significatio illa ipsa est, quam negat in hac formula esse Reizius, iniuria reprehendens Zeunium. Eam significationem multis et idoneis exemplis firmavit Hoogeveenus. Nos dicimus *was sonst?* vel *was denn?* accentu interrogationis in ultima voce posito. Aristoph. Plut. 156. *αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί; K. τί δαί; quid igitur aliud?* Respondet Chremylus, *ὁ μὲν ἵππον ἀγαθόν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς.* Vide etiam v. 905. Av. 1451. 1640. Nub. 491. Vesp. 1212. Ach. 764. Et sic etiam tragici, quos Porsonus ad

Med. 1008. abstinuisse a particula δαὶ putat. Recte ea legi videtur apud Eurip. Iph. A. 1444. Cycl. 449. Hel. 1262. El. 244. 978. Non desunt tamen loci, in quibus tollenda videatur: ut δὴ reponendum in Iph. Aul. 1443. Electr. 1116. Aeschyl. Choeph. 900. Xenoph. Oecon. 7, 17. In Eurip. Ion. 275. autem magis ex usu tragicorum foret τί δ' αὖ τόδ'; ἆρ' ἀληθές. Quamquam etiam vulgata, sed magis illa ad familiarem sermonem accedens, ferri poterit, τί δαὶ τόδ'; Est autem haec tertia significatio, qua haec formula significat *quid porro?* Sic apud Platonem in Cratylo p. 394. D. 406. B. in Gorgia p. 474. D. quamquam in primo horum locorum dubites an propter praecedens μέν reponendum sit δέ, quod saepe a librariis cum δαὶ permutatur. Aristoph. Av. 136. 826. 1615. 1676. Hac significatione frequens est τί δαὶ δή; *quid igitur porro?* ut apud Platonem in Critone p. 49. C. Gorg. p. 474. C. Sophist. p. 234. C. 240. C. Cratyl. p. 406. C.

346 546. Ita quidem Aristarchus legebat. Sed praetulerunt
b alii, et iure, ut arbitror, δ' αἶ, quod etiam Hoogeveeno, ex quo haec transscripsit Zeunius, placebat.

347 552. Neque Hoogeveeni, nec Zeunii explicatio fontem et naturam huius loquutionis aperit. Non est in omnibus formulis eiusmodi explicatio quaerenda, quae ad omnia exempla illustranda commode adhiberi queat, sed saepe origo tantum indicari potest, a qua usus ita nonnumquam deflectit, ut sensum formulae, non constructionem retineat. Ὅτι μὴ inde ortum, quod recte dicebatur, οὐδὲν ὅ τι μή. Οὐδὲν ὅ τι μὴ Ἀθῆναι: *nihil quod non sit Athenae,* i. e. *omnia Athenae sunt; praeter Athenas nihil est; nihil est nisi Athenae.* Οὐδὲν ἐποίησεν, ὅ τι μὴ τοῦτο. Et sic alia. Hoc quum satis usitatum esset, ut iam ὅτι μὴ simpliciter pro *nisi* acciperetur, mutari coepit constructio. Οὐκ ἦν κρήνη, ὅτι μὴ μία: quod dici debebat, οὐδὲν ἦν ὅ τι μὴ κρήνη μία: *nihil erat, nisi quod erat fons unus.* Eodem modo ὅτι, *quam*, cum superlativo. Εὐδαίμων ὡς ὅτι μάλιστα proprie et primitus dicebatur, i. e. ὡς ὅ τι μάλιστα εὐδαίμόν ἐστι. Inde neglecta propria particulae vi negligentius dictum, ὅτι ἄριστος, i. e. ἀγαθός, ὡς ὅ τι ἄριστον.

348 552. Ὅτι τί, nihil est aliud nisi τί, ὅτι; Et repeti debet aliquid e praecedentibus. Aristoph. Nub. 780.

ΣΩ. ὑθλεῖς, ἄπεῤῥ', οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.
ΣΤΡ. ὁτιὴ τί;

I. e. τί, ὁτιὴ οὐκ ἂν με διδάξαιο ἔτι; *Quid est, quod me docere amplius nolis?*

Caeterum ὅτι τί semper sine verbo dicitur: repetitur enim verbum e praecedentibus. Quare semper in responsionibus usurpatur.

556. Ἵνα τί dicitur per ellipsin. Plene in constructione 349
praesentis temporis, ἵνα τί γένηται; in constructione praeteriti, ἵνα τί γένοιτο; Caeterum ἵνα τί dicitur nunc sequente verbo, ut in Aristoph. Pace 409.

ἵνα τί δὲ τοῦτο δρᾶτον;

Quid ut fiat, hoc facitis? Nunc repetito e superioribus, ut in Eccles. 718.

ἔπειτα τὰς πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι
ἀπαξαπάσας. ΒΛ. ἱνατί.

557. Absurdissime de huius particulae constructione dis- 350
putat, qui eam saepissime cum imperfecto, raro cum praeterito indicativo, raro cum aoristi prioris indicativo, perraro cum indicativo aoristi posterioris construi tradat. Quasi de rariore aut frequentiore usu quaeri possit, ubi, quod hoc modo dicis, alio modo dici nequit. Ἵνα, ut omnes particulae, quae eamdem vim habent, cum indicativo praeteritorum temporum iungitur, quum significatur aliquid, quod futurum fuisset, si quid aliud actum esset, sed nunc non factum est. Ita in Luciani loco, quem Vigerus affert, ἵν' ἀνέσπων, vernacule: *damit sie einschlürften.* Vtimur enim coniunctivo imperfecti in re praesente, quam non esse ita indicamus, uti foret, si quid aliud accidisset; coniunctivo autem plusquamperfecti in re praeterita, cuius eadem est conditio. Sophocles in Oed. R. 1389.

ἵν' ἦν τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν.

damit ich blind und taub wäre: quo indicat se non esse caecum et surdum. Et mox,

ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς.

damit ich nie gezeigt hätte, wer ich bin. Quo significat, se id ostendisse. Brunckius et ad hunc locum et ubique

in huius constructionis explicatione fallitur. Sic etiam Vigerus. Nam ἀνασπῷεν Lucianus dicere non poterat. Vt paucis complectar, ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα, coniunctivum regunt in constructione cum praesenti. *Λέγω, ἵν' εἰδῇς, dico, ut scias.* Optativum in constructione cum praeteritis, *ἔλεξα, ἵν' εἰδείης, dixi, ut scires.* Sed observandum praeterea primum, quod coniunctivus etiam post praeteritum poni potest, si res, quae coniunctivo illo significatur, adhuc durat. Hom. Odyss. III, 76.

> αὐτὴ γὰρ ἐνὶ φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη
> θῆχ', ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο,
> ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν.

Vide de emendanda rat. Gr. gramm. II, 21. pag. 212. seq. Deinde quod antiquiores et qui accuratius scribunt, optativum praeteritis, coniunctivum praesentibus fere semper iungunt; non semper, qui negligentius, ut Thucydides, quoniam historici saepe de praeteritis ut de praesentibus loquuntur; et recentiores. Hi enim etiam post praeterita coniunctivo utuntur, optativo autem post praesens. Vide diss. de aetate Orphei Argon. p. 812. Observandum tamen, etiam antiquos et diligentes scriptores optativum praesentibus iungere, ubi finem indicant hunc esse, non ut quid fiat, sed ut quid possit fieri. Vide Seidlerum ad Eurip. Electr. 59. Eadem differentia coniunctivi et optativi in oratione historica etiam post praeteritum est, ut apud Herodotum VIII, 76. *τῶνδε δὲ εἵνεκα ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσιν Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐν Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων.* IX, 51. *ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο.*

Porro praeteritorum indicativus cum his particulis coniungitur, ubi indicatur futurum fuisse aliquid, quod nunc non est, aut quod non fuit. Atque imperfecti indicativo utuntur, ubi res significatur duratura fuisse: ut in supra allato Sophoclis exemplo, *ἵν' ἦν τυφλός, ut essem caecus.* Caecum enim esse, res est durans. Non poterat dicere *ἵν' ἐγιγνόμην τυφλός, ut fierem caecus*, quia fieri res est unius momenti. Contra aoristus sive primus sive secundus ponitur, ubi res significatur ut non durans, sed facta et absoluta: ut si dixisset Sophocles *ἵν' ἐγενόμην τυφλός, ut caecus factus essem.* Et quod mox dicit, *ὡς ἔδειξα μήποτε*

ἔνθεν ἦν γεγώς: *ut nunquam ostendissem.* Non poterat dicere ὡς μήποτ' ἐδείκνυν. Nam semel ostendit, et tum nota res erat, non continuabatur perpetuo hoc ostendere. Eadem, quae imperfecti, etiam plusquamperfecti ratio est. Sic in Demosthenis loco: ἵνα ἀπηλλάγμεθα, *ut liberati essemus.* Est enim hoc plusquamperfectum. Neque enim perfecti indicativus ullo pacto cum his particulis coniungi potest, ut ne praesentis quidem. Significatio enim perfecti simul praesens continet. Patet hoc, si ita exprimas, ἵνα ἀπηλλαγμένοι ἦμεν: non licet dicere, ἵνα ἀπηλλαγμένοι ἐσμέν. De Homerico usu v. in appendice.

Cum futuro indicativo particulae istae coniunguntur et in constructione cum praeteritis et cum praesente.

557. Cum indicativo praesentis, si ἵνα est *ut*, finem et 351
consilium indicans, numquam coniungitur. Apud Homerum εἴδομεν correpta vocali pro εἴδωμεν, et alia plurima hoc modo dici demonstravi in lib. I. de metris pag. 85. Anacreontei autem odarii ineptus auctor quid scripserit, quaerere nihil attinet: potuit ille tamen per metrum νήχηται.

557. Hic quae docuit Zeunius, eo redeunt, ut ἵνα osten- 352
derit cum coniunctivo coniunctum esse per particulam ἂν in Aristoph. Plut. 1152.

πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Ad id vero non indigebamus Zeunio. In caeteris exemplis hallucinatur. Consilii indicandi caussa non coniungitur ἵνα cum ἄν, sed ubi ἵν' ἂν leguntur, loci significationem habent: ut in allato exemplo.

Praeterea observa, ἵνα et ὄφρα a recentioribus poetis frequentari post verba iubendi: vid. diss. de aet. Orphei Argon. p. 814.

558. Aliud est construi, aliud coniungi cum aliquo 352
verbi modo. Construitur particula cum modo, qui ex ea b
pendet, coniungitur cum eo, qui non pendet ex ea. Atqui usus particularum ὡς et ὥστε in plurimis formulis cum anacolutho coniunctus est: unde abrupta post has particulas constructione oratio recta infertur.

558. Sed ita tantum recto casui iungitur ὡς vel ὥστε, 353
si verbum, e quo pendet particula, de eadem re vel persona

intelligitur, de qua nominativus. Xenoph. Mem. I. 2, 1. *ἔτι δὲ πρὸς τὸ μετρίων δεῖσθαι πεπαιδευμένος οὕτως, ὥςτε πάνυ μικρὰ κεκτημένος πάνυ ῥαδίως ἔχειν ἀρκοῦντα.* Si dixisset *ἐπαίδευσέ τις*, sequi debebat *κεκτημένον*.

354 559. Non hi sunt nominativi absoluti, sed casus cohaerens cum verbo. Alter Platonis locus haec verba habet: *καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοξεν, ὦ Φαῖδρε, (εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις) δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς οὐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

355 560. De accusativo multa exempla attulit Fischerus ad Wellerum III. pag. 387. seqq. Intelligitur in his *νομίζων* vel simile quid. Exquisitius est illud Sophoclis in Oed. R. 536. *φέρ᾽ εἰπὲ πρὸς θεῶν, δειλίαν ἢ μωρίαν ἰδών τιν᾽ ἐν ἐμοί, ταῦτ᾽ ἐβουλεύω ποιεῖν; ἢ τοὔργον ὡς οὐ γνωριοῖμί σου τόδε δόλῳ προςέρπον, κοὐκ ἀλεξοίμην μαθών;* ubi in participio *ἰδὼν* latet *νομίζων* vel simile quid, unde *ὡς* cum optativo pendet.

356 562. *Ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα.* Herodot. I, 65. *ὡς ὤσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι.* Id. I, 80. *ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο ὑπὸ Περσέων.* I, 141. *ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε.* I, 11. pr. *ὡς δὲ ἐλύθη τάχιστα.* I, 213. REIZIVS.

357 562. F. leg. *οὕτως ἀφελὴς ὡς ὅτι μάλιστα.* Certe quidem recte negat abundare. Non in verbis Dionysii, ob rationem, quam affert. Non alibi, quod licet subintelligere *οὕτως*, et vertere, *ut quam maxime.* *Θυμοειδῆ μὲν δὴ χρὴ πάντα ἄνδρα εἶναι, πρᾶον δὲ ὡς ὅτι μάλιστα.* Plat. REIZIVS. In Dionysii loco, qui est cap. 14. p. 1776, 8. ed. Reisk. aeque ut apud Xenophontem Hist. Gr. III. 2, 14. *εἰπὼν τῷ Φάρακι ὡς ὅτι ὀκνοίη,* vereor ne *ὅτι* interpretibus debeatur.

358 566. Conf. supra ad pag. 204. *ὡς ἔπος εἰπεῖν.* v. Leopard. VIII, 21. Plat. Socr. Apol. pr. REIZIVS.

359 567. *Ὡς* pro *εἰς* ab Atticis de re animata dici solere animadvertunt grammatici, ut Thomas M. pag. 933. rarissime autem de re inanimata, ut *ὡς Ἄβυδον.* Vide interpretes ad Thomam et Brunckium in indice Aristophanis v. *ὡς.* Excipe, ubi res inanimata pro animata nominatur, ut *ὡς δόμους* pro domesticis. Vide ad Sophocl. Trach. 365.

568. Ἕως pro ὥς, i. e. ὅπως, *ut*, rarissimum, et vereor 360
ne solius Odysseae proprium. In Iliade certe non invenitur. Adde Odyss. XIX, 367. V. diss. I. de legibus quibusdam subtilioribus sermonis Homerici p. 10. Dicitur autem eodem modo, ut ὄφρα. Nam *donec* quum dicitur, inest significatio finis cuiusdam.

569. Disputat de hoc loco Hoogeveenus de particulis 361
pag. 1217. sed male intellexit. Vertit ita: *Hellenes igitur sicut singuli, quique per oppida sparsi communi lingua utebantur, ita etiam universi postea sic dicti, nihil ante tempora Troiana coniunctis viribus gesserunt.* At ὣς in hac formula significat *pro se quisque,* i. e. ὡς ἕκαστοι τυγχάνουσι vel ἔτυχον. Thucyd. V, 4. καὶ οἳ μὲν ἐπλανήθησαν ὡς ἕκαστοι. Vide Schaeferum ad Lamb. B. Ellips. p. 602.

571. Incredibili negligentia Luciani locum et Vigerus et 362
Hoogeveenus inspexerunt. Ὡς ibi sine accentu scribendum. Pertinet enim ad referendum cantionis argumentum. *Quum canere coepisset non sane faustum navigantibus carmen, Neptunum coegisse nubes et mare turbasse:* sequitur deinde apodosis χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν. Locus est T. I. pag. 499.

573. De praepositionibus generatim haec quoque tenenda 363
sunt. Primum eas saepe male ab librariis additas reperiri, de qua re vide Brunck. ad Eurip. Phoen. 828. Deinde inter se permutatas, ut παρὰ et πρὸ apud Alciphr. ubi v. Bergler. pag. 395. Porro interdum geminatur praepositio, verum non temere neque ita, ut bis idem significet. Herodotus II, 176. ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι. IV. ἐν δὲ ἀλός τε μέταλλον ἐν αὐτῇ διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, καὶ ἄνθρωποι οἰκέοντες. At in his locis prius ἐν adverbii loco est, et, ut in libro de emendanda ratione Graecae grammaticae (p. 118.) ostendi, eam ob rem notari accentu debet. Significat autem *simul.* Iliad. XXIII, 709.

ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο.

Hic ἂν pro ἄνα, i. e. ἄνω positum. Odyss. V, 260.

ἒν δ' ὑπέρας τε, κάλους τε, πόδας τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῇ.

Hic ἒν δὲ est adverbii loco, cui explicando addit poeta, ut solet, ἐν αὐτῇ. Inveniuntur tamen formulae et loci, in quibus alterutra praepositio abundet, ut ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν, τίνος

χάριν ἕνεκα, ἀμφί σ' οὕνεκα. Vide diss. de ellipsi et pleonasm. in Museo Antiq. Stud. I. 1. p. 202. Similiter etiam, ubi substantivum alterius praepositionis vicem sustinet, abundat interdum praepositio. Eurip. Suppl. 401. Ἐτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας ἀδελφοῦ χειρὶ Πολυνείκους ὕπο. Contra praepositiones semel tantum ponuntur interdum, et quidem cum secundo nomine coniunctae, ubi simul ad prius nomen referendae sunt. Callim. h. Apoll. 8.

οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.

ad quem locum v. Ruhnken. in epist. crit. pag 130. Valcken. ad Mosch. II, 138. ad Callim. pag. 178. seq. Horatius III. Carm. 25.

quae nemora aut quos agor in specus?

In Odysseae I, 93. Schaeferus legendum putabat,

πέμψω δὲ Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,

ubi nunc est ἐς Σπάρτην. Idem in Callim. fr. 127. Bentl. quod Valckenarius habet pag. 288. scribendum coniicit egregie αὔλια κἂν βοτάνας. Denique interdum etiam semel posita praepositio ad duos diversos casus pertinet. Herodotus IV, 122. πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος. Videndus ad eum locum Wesselingius.

364 574. Vide Brunckii indicem ad Aristoph. in v. *praepositiones*. Bos. ad Thom. M. pag. 683. Hinc saepe simplicia verba pro compositis scripsere librarii, et contra. Vid. Brunck. ad Aristoph. Lys. 408. 1010. 1220.

365 574. Πᾶσαν ἀν' ὄρφναν in Rheso 42. est *per totam noctem*. Ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, *quotidie*, Herodot. II, 130. Ἀνὰ πάντα ἔτεα, *quotannis*, idem VIII, 65. De ἀνὰ et παρὰ apud Homerum exstat Spitzneri dissertatio, et in Seebodii et Iahnii Annal. Supplem. vol. I. fasc. I. mea ad Spitznerum epistola.

366 575. Ἀνὰ pro εἰς dici contendit Musgravius ad Rhesum v. 296. At non nisi tum ita verti potest, quum significatio ei adiuncta est haec, *in* vel *per*. Vt in Ione Euripidis v. 1476. (1455.) τίν' ἀνὰ χέρα δόμους ἔβα Λοξίου; et v. 1515. (1494.) ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον, οἰωνῶν γαμφηλαῖς φόνευμα, θοίναμά τ', εἰς ἀΐδαν ἐκβάλλει. Vide Phaniae epigr. 4. Damagetae epigr. 9.

576. Ἀνὰ in compositis illustravit Abresch. ad Cattier. 367
Gazoph. pag. 65. Habere id significationem interdum particulae ἄνω ostendit Valckenarius ad Hippolytum pag. 303. b. ut ἄν' οὖς ἔχων.

577. Schaeferus in Libanii epist. 1398. quem locum 368
nec Lennepius, nec Iacobsius ad Anthol. II. part. 2. pag. 330. plane restituerunt, verissime correxit ἀντ' ἔργου.

578. Ἀντὶ in obtestationibus etiam dicitur. Sophocles 369
Oed. Col. 1326.

οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ,
ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι.

Per hosce.

580. Οἱ ἀπὸ παιδείας, *eruditi*, Epitome Athenaei lib. I. 370
init. confer Casaub. ad Athen. I. c. 11. Οἱ ἀπὸ τῶν μεγάλων τιμημάτων, Aristides apud Thom. M. pag. 854.

581. Ἀπὸ γνώμης, *ex animo*, Aeschylus Eum. 661. 371
Ἀπὸ γνώμης σοφῆς, *sapienti consilio*, Euripides Ion. 1313.

581. Quasi vero haec dici caussa finalis possit. Hero- 372
dotus II, 64. ἀπὸ τούτου τῷ Ἄρεϊ ταύτην τὴν πληγὴν ἐν τῇ ὁρτῇ νενομικέναι φασί. *Ob eam rem.* Vid. cap. 175.

582. Τὸ ἀπὸ σεῦ, *tuam sententiam*, dicit Herodot. VII, 373
101. Τὸ ἀπ' ἡμέων, idem quod τὸ ἡμέτερον, idem IX, 1. v. Wesseling. pag. 693.

583. Quid ἀπὸ significet in compositis, docuit Cattier. 374
in Gazoph. et ad eum Abresch. pag. 62. seq. 67. 74. Separationem indicare ostendit Valcken. ad Theocr. pag. 238. et ad Callim. pag. 159. seq.

583. Vid. Valcken. ad Herodot. pag. 122. et 706. ad 375
Theocr. Adoniaz. pag. 203. ad Moerin pag. 401. Koen. ad Greg. Cor. pag. 246. Wyttenb. ad Ecl. hist. pag. 339. Huschk. in Analectis p. 56. et in indice in v. ἀποκλαίειν.

583. Ἀπὸ in nominibus compositis saepe fungitur loco 376
α privativi, ut ἀπότιμος pro ἄτιμος. V. Toup. ad Longin.

pag. 367. Koen. ad Greg. Cor. pag. 250. Huiusmodi est etiam *ἀπόσιτος*, de quo nomine v. Valcken. ad Callim. pag. 7. Sed differunt eo, quod *α* privativum simpliciter expertem, *ἀπὸ* eum, cui aliquid, quod habuerat, ereptum est, significat.

377 586. *Δι' ἡμέρας*, *per totum diem*, non *quotidie*. Et sic reliqua. Vid. Valcken. ad Herodot. p. 443. Wessel. pag. 604. Praeterea *διὰ* cum genitivo etiam de intervallis locorum dicitur. Herodotus VII, 30. *ἔπειτα διὰ σταδίων μάλιστά κη πέντε ἀναφαινόμενος.* Fluvius, terra occultatus, post stadia V rursus apparet. VII, 198. *ἀπὸ δὲ τούτου διὰ εἴκοσί κου σταδίων ἄλλος ποταμός.*

377, 587. Minime: sed *διὰ χρόνου* est *interiecto tempore*,
b *ἐπὶ χρόνον* *per tempus*. Quare nec Plato *ἐπὶ χρόνον*, nec Thucydides *διὰ πολλοῦ χρόνου* dicere potuit.

378 589. Videlicet, quia nominativus de eadem persona intelligitur, de qua verbum, quod praecessit. Dicit enim, *οὐχ οἷοί τέ εἰσι βασανίζειν, διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι ὥςπερ σύ.* Si de aliis loqueretur, quam quos dicit *οὐχ οἵους τε βασανίζειν*, accusativo uti debebat.

379 590. De praepositione *διὰ* in compositis v. Cattier. Gazoph. pag. 70. *Διὰ* in *διέχειν*, *διαφέρειν* excellentiae significationem habet. V. Reisk. animadv. vol. I. ad Dion. Chrysost. pag. 153.

Διαγορεύειν ab Isaeo sic dictum esse, ut significaret *alia dicere*, et opponeretur verbo *συναγορεύειν*, docet Harpocration.

Διὰ saepe compositis verbis certandi significationem addit, ut *διαπίνειν*, *certare bibendo*. V. Hemsterh. ad Lucian. T. I. pag. 444. a. Valcken. ad Theocriti X. idyll. pag. 95. ad Herodot. pag. 379. Wyttenb. ad Ecl. hist. pag. 379. Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. p. 215.

380 594. *Εἰς ἅπαξ*, *ἐς τρίς* non idem est, atque *ἅπαξ* et *τρίς*, sed significat proprie *usque ad eum numerum*, i. e. non minus quam semel vel ter. Theocritus I, 25.

αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι.

Sophocles fragm. inc. 23. de Venere,

τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;

Quem deorum lucta non ter superat? Nam ter deiicere humi adversarium debebat, qui victor haberi vellet, quam rem quum alii illustrarunt, tum Huschkius in analectis pag. 155. non ille memor, Sophoclis versum apud Stobaeum legi tit. LXIII. p. 239.

596. Adde *εἰςόκε*, i. e. *εἰς ὅ κε*, eadem significatione, 381
quod coniunctivo iungitur. Iliad. VII, 30.

ὕστερον αὖτε μαχήσοντ', εἰςόκε τέκμωρ
Ἰλίου εὕρωσιν.

III, 409. ubi correpta vocalis coniunctivi,

εἰςόκέ σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην.

597. Addendus alius usus praepositionis *εἰς*, quo pro 382
κατὰ accipitur. Diodorus Sic. V. 58. *κατεσκευασμένος εἰς τὸν ἀρχαῖον ῥυθμόν.* V. Musgrav. ad Eurip. Iphig. in Tauris 1483. Lucianus in Bis Accus. 6. *τὸ σῶμα πρὸς τὸν ἥλιον εἰς τὸ Αἰθιόπειον ἐπιχράναντες.* Philo Iud. p. 1093. B. *διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα*, et statim, *ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοςκούρους.* Simile est, quod Euripides habet in Hecuba 1160:

αἳ δ' οὐκ ἐς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.

597. V. Cattier. Gazophyl. p. 73. 383

601. Homeri locum male explicat. Non ille *ἐκ πόντου* 384
ναύτῃσι iunxit, sed *ἐκ πόντου φανείῃ*. Et oratio negligentior est, praepositione magis ad id, quod cogitatur, quam ad verbi significationem relata. Volebat enim dicere: veluti quum nautae ignem e mari conspiciunt.

602. Ἔξ etiam *per* Latine reddi potest. Herodotus 385
VIII, 80. *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ πεποιευμένα ὑπὸ Μήδων.* *Scito per me*, i. e. *me auctore facta a Medis esse, quae fecerunt.*

Praeterea ἐξ abundat cum nominibus, quibus *θεν* additum. Is est epicorum poetarum usus, *ἐξ οὐρανόθεν*, male a Brunckio intrusus in Sophoclis Antigonam v. 106.

608. Vide quae dixi ad Eurip. Hecub. 591. Sophocles 386
in Trach. 596.

ὡς σκότῳ
κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔ ποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ.

387 608. Exempla attulit Brunckius ad Soph. Oed. R. 1112. et Tyrwhittus ad Aristot. Poet. pag. 120. Pindarus in primis amat istum particulae usum: tum recentissimi scriptores.

388 610. Illustrarunt hoc Valckenarius ad Hippol. 324. ad Herodot. pag. 241. Brunck. ad Sophoclis Oed. Col. 247. ad Eurip. Med. 231. V. Aristoph. Lysistr. 30. 31.

389 611. Addimus alia quaedam.

Ἐν γένει, cognatus. Eurip. Alcest. 903.

ἐμοί τις ἦν ἐν γένει.

Sophocles Oed. R. 1016.

ὁθ' οὕνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.

Inde *οἱ ἐν γένει, cognati.*

Ἐν οἴνῳ, inter vina, inter pocula. Illustravit hoc Valckenarius ad Callim. fragm. pag. 15. et 262.

Ἐν ἑαυτῷ εἶναι, apud se esse, i. e. *recte sapere.* Sed dubium an rectius dicatur *ἐν ἑαυτοῦ εἶναι.* Vide Abresch. ad Aesch. pag. 173. seq. Dorvill. ad Charit. pag. 409. (508. ed. Batav.) Brunck. ad Sophocl. Philoct. 950. ubi is *ἐν σαυτοῦ γενοῦ* e membranis reposuit. Nos dicimus, *gehe in dich.* Aristoph. Vesp. 642. *κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ.* Non est genitivus iste e praepositione explicandus, ut suspicabatur Abreschius, sed per ellipsin, *ἐν σαυτοῦ οἴκῳ.* Ei formulae illustrandae apte inservit nostrum, *du bist nicht wohl zu hause,* i. e. *insanis.* Vide supra not. 171. c.

Ἐν coram, inter. Diodorus Sic. XI, 12. *προτεθείσης δὲ βουλῆς ἐν τοῖς τῶν νεῶν ἡγεμόσι περὶ τῆς ναυμαχίας.*

390 611. De vi praepositionis ἐν in compositis v. Cattier. Gazophyl. pag. 76.

Saepe indicat fieri aliquid in loco quodam, ut *χωρίον ἐπίτηδες ἐνστρατοπεδεύεσθαι: locus aptus, in quo castra muniantur.* V. Wesseling. ad Herodot. pag. 538. Abresch. Diluc. Thuc. pag. 256.

391 611. Et similitudinem, veluti ἔνθηρος. De utraque significatione v. interpretes ad Eurip. Troad. 524. Abresch. ad Aesch. pag. 314. et in corrigendis pag. 659.

611. Observandum praeterea, verba cum ἐν composita 392
interdum genitivo iungi, ut ἐμβατεύειν πατρίδος apud Sophoclem in Oed. R. 825. ubi v. Brunck. quod eo fit, quia in his praepositio ἐν vim habet praepositionis ἔνδον.

613. Vrbs dicitur ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, κεῖσθαι, quae suis 393
utitur institutis et legibus, neque alienae dominationi subiecta est. Ita de aliis etiam rebus ἐφ' ἑαυτοῦ, quod iis proprium est, quod seorsim habent. Illustravit haec Valckenarius ad Herodot. pag. 634. Γελᾶν ἐφ' ἑαυτοῦ, quod est apud Xenoph. Cyrop. IV, 2. e libris MSS. ἐφ' ἑαυτῷ, scribendum esset docet Wyttenbachius in Selectis Gr. pag. 379. contra Zeunium. Etenim et ibi *se deridere*.

616. Vid. Valcken. ad Theocriti X. id. pag. 115. Ἐπὶ 394
τῶν δείπνων, *inter coenandum*, Diod. Sic. IV, 3.

Praeterea ἐπὶ cum genitivo significat *coram*, ut ἐπὶ πολλῶν. V. Valcken. ad Eurip. Hippol. 213. Inde de iudice, coram quo lis agitur. Diod. Sic. XI, 55. ἐπὶ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων.

Pro ἐν. Eurip. Electr. 6. ὑψηλῶν δ' ἐπὶ ναῶν τέθεικε.

Ἐπὶ cum nominibus regionum genitivo casu de oppidis usurpatur ad ipsos fines regionum sitis. Thucyd. V. 34. Λέπρεον — κείμενον ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Ἠλείας. Vnde usitatissimum illud τὰ ἐπὶ Θρᾴκης non, ut quidam opinati sunt, Thraciam, sed oppida in finibus Thraciae, in littoribus maris Aegei, sita significare et Gattererus monuit, et Gailius, quem vide in Obss. grammat. nuper editis p. 31. seq.

618. Ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων, ἅτε ἡμῖν ἐν τῇ στήλῃ 395
γέγραπται, ἐφ' οἷς τε νῦν ἔξεστι τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι. Andoc. 25, 1. Αὐτῷ — ἀποσταλήσεσθαι — μνᾶς εἴκοσι —, ἐφ' ᾧ τε βοηθήσειν τοῖς Ἀμφισσεῦσιν — Aesch. c. Ctes. 505. REIZIVS.

619. Ἕτερον δὲ λέγεις τοιοῦτον, ἀληθινόν, ἢ ἐπὶ τίνι 396
τὸ τοιοῦτον εἶπες. Plat. Soph. pag. 105. REIZIVS.

623. Non solum cum iis verbis, quae *mori* significant, 397
sed etiam cum aliis, ut ζῆν ἐπὶ παισίν, *vivere liberos ha-*

bentem: φεύγειν ἐπὶ τέκνοις, *exsulare relictis liberis.* Illustrarunt haec Bergler. ad Alciphr. pag. 18 seq. Hemsterh. ad Lucian. T. I. pag. 355 seq. Lennep. ad Phal. pag. 304. Inde Isaeum emendavit Valckenarius ad Herodot. pag. 611.

398 627. Ἐπὶ cum accusativo significat etiam *quod attinet.* Τὸ ἐπ' ἐμέ, *quod ad me attinet, quantum in me est, per me*, ut ἔξεστι τὸ ἐπ' ἐμέ, *per me licet.* Vide Eurip. Hecub. 514. Alcest. 666. Iphig. Aul. 1557. Aliud exemplum e Dione Chrys. attulit Valckenarius ad Herodot. p. 342.

Ἐφ' ἕνα τεταγμένοι dicuntur ab Hesychio in ὄγμος, qui alter iuxta alterum stant, nec post se alios habent, quod nos dicimus *einen mann hoch.*

399 629. Numquam dativo iungitur κατά. Observatio ducta e male intellectis locis, ut Odyss. X, 238.

κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ,

et XV, 290.

κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν.

At id est, συφεοῖς κατεέργνυ, προτόνοις κατέδησαν.

400 630. Sosicrates ap. schol. Aristoph. ad Aves 521. Cognatum videtur esse εὔχεσθαι θεοῖς καθ' ἑκατόμβης, i. e. *hecatombam vovere diis:* quam loquutionem illustravit Huschkius in Analectis pag. 133.

401 632. Κατὰ in his proprie est *secundum.* Sic Herodot. IX, 53. ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους, *secundum reliquos ire*, i. e. eadem via.

402 633. Sic κατὰ μῆνα, *singulis mensibus.* Κατ' ἦμαρ, Soph. Philoct. 798. Eurip. Bacch. 898. Troad. 392. καθ' ἡμέραν, Soph. Electr. 999. Vid. Valcken. ad Herodot. p. 589. Κατὰ νομοὺς, *in singulis praefecturis.* Valcken. ad Herodot. pag. 311.

403 634. Ἓν καθ' ἓν est *sigillatim*; nos *eins nach dem andern.* Lucillius epigr. 2.

ἓν καθ' ἓν ἀθροίσας ὀστέον.

404 635. Κατὰ τριακοσίους, *circiter CCC.* Vid. Wesseling. ad Herodot. pag. 457.

637. *Κατὰ δὲ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον. Croesi autem* 405
aetate. Herod. I, 67. pr. REIZIVS. *Οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι,* non solum homines nostra aetate viventes, sed etiam homines nostrae conditionis significat. Vid. Lennep. ad Phal. pag. 94. Ita Phalaris pag. 224. *τοὺς καθ' ἡμᾶς τόπους* dicit, i. e. *regiones, in quibus nos vivimus.*

638. Sic *καθιππάζεσθαι*, quod nos dicimus *umreiten,* 406
überreiten, poetice pro *vincere* dixit Aeschylus in Eum. 146. Alia multa vide ap. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. pag. 389. Valcken. ad Herodot. pag. 473. Abresch. ad Aesch. II. pag. 103.

638. *Μεθ' Ἥρας στᾶσα, a partibus Iunonis stans.* 407
Eurip. Helen. 895.

641. *Σὺν αὐτῷ γενναίῳ, per meram generositatem.* 408
σὺν αὐτῷ ἀδίκῳ, per solam iniustitiam. Xenoph. Ages. IV, 5. Conf. supra pag. 166. not. 39. et 168. n. 44. Sed puto legendum *σὺν αὐτῷ τῷ γενναίῳ* —. Etiam *πρὸς δίκης* et simpliciter *δίκῃ* hoc sensu dicitur. Sophocl. El. 1211.

εὔφημα φώνει. πρὸς δίκης γὰρ οὐ στένεις.
πῶς τὸν θανόντ' ἀδελφὸν οὐ δίκῃ στένω;

REIZIVS.

642. Eurip. Hipp. 1340 seq. 409

τούς γε μὴν κακοὺς
αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.

Eust. 1217, 54. *αὐτῇ πήληκι καὶ αὐταῖς βουλαῖς καὶ αὐτοῖς ἀνδράσιν ὤλετο ἡ ναῦς, ἀττικῶς λέγονται.* Idem 1284, 52. *αὐτοῖς ἅρμασιν ἀντὶ τοῦ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἅρμασιν, ἀττικῶς πέφρασται.* Lucian. de Sacrif. pag. 286. *κατετόξευσε τῷ λοιμῷ τοὺς Ἀχαιοὺς αὐτοῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν.* REIZIVS. Non Atticorum hoc est, sed omnium Graecorum. Vide ad Hom. hymn. Apoll. v. 148.

644. *Ἀνὴρ παρ' ἄνδρα στήσεται*, in acie, Eurip. Helen. 410
1081. ubi v. Musgr. in supplem. adnotat.

644. Herodian. III, 11, 17. *ὡς μὴ παρ' αὐτὰ κολασθείη,* 411
ne continuo puniretur. (Nihil potest ibi subintelligi, nisi *τὰ ῥήματα.*) REIZIVS. Dicitur hoc sic, ut nihil certi subin-

telligendum sit: sed si quid, rectius intelligas πράγματα. Apud Aeschylum Ag. 746. παραυτὰ scribitur, quod ibi *statim* interpretantur: rectius verteretur *initio*: sed est ibi *sic*, *eodem modo*.

412 645. *Οὐδὲν παρὰ τοῦτο*, formula contemnentis aliquam rem ut parvam. Io. Chrys. homil. 12. in ep. ad Rom. Casaub. ad Pers. V, 67. vertit, *Quid tum postea?* REIZIVS. *Παρὰ propter*: vide Valcken. ad argum. Phoeniss. pag. XXI.

413 650. Cum comparativo. Exemplum vide ap. Valcken. ep. ad Roev. pag. 51. ad Adoniaz. pag. 109. Koen. ad Greg. Cor. pag. 165. Valcken. diatrib. pag. 119. *Κρατιστεύοντες παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα*: Xenoph. Mem. Socr. I, 4, 14.

414 650. *Παρὰ*, *excepto*. Ammianus epigr. 9. *θηρίον εἶ παρὰ γράμμα*: Marcus, detracta littera, est ἄρκος, i. e. idem quod ἄρκτος. Illustravit hunc usum Valcken. ad Herodot. pag. 708.

415 651. Quae undecimo loco posuit, partim ad ea pertinent, quae tertio posuerat, ut *παραφάσαι*, partim ad ea, quae octavo, ut *παρακρούειν*, *παραληρεῖν*, *aberrare*, partim eo continentur, ut *παρὰ* similitudinem aliquam indicet. Quem huius praepositionis usum illustravit Lennepius ad Phalarin pag. 312 seq.

416 654. *Περὶ* cum dativo etiam significat *prae*. *Περὶ φόβῳ*, prae metu. Aesch. Choeph. 33. Id idem v. 543. *ἀμφὶ τάρβει* dicit. *ἀμφὶ φόβῳ θανάτου* Eur. Or. 816. Alia exempla congessit Ilgenius ad Hom. hymn. Cer. pag. 560.

417 658. Abundat saepe in compositis; v. Fischer. praefat. ad Well. pag. XIII. ut in *προδιδάσκειν*, de quo Brunckius ad Aristoph. Nub. 937. Sed saepe, ubi abundare videtur, habet aliquam vim, et fere quam nos per *hin*, *fort*, *her* exprimimus, ut *προϊάπτειν hinschicken*.

418 659. *Πρὸς* ubi *ab* significat, intelligitur semper ita, ut significet rem aliquid agere, vi rei aliquid effici: ut *πρὸς τοῦ πάθους κινεῖσθαι*.

419 659. Vide Hemsterh. ad Lucian. T. I. pag. 254. Koen. ad Greg. Cor. pag. 44.

660. Huc pertinet πρὸς δίκης, ut in Soph. Oed. R. 1014. 420
in Elect. 1211. ubi idem sequente versu dicitur δίκῃ.

661. Πρὸς cum genitivo etiam *versus* verti potest, etsi 421
proprie significat *ab*, sive de loco, sive de tempore dicatur. Herodotus VII, 55. τὴν ἑτέρην τῶν γεφυρέων τὴν πρὸς τοῦ Πόντου. Euripides in Rheso v. 557. πρὸς ἀοῦς, quod Pindarus πρὸς ἀῶ dixit Pyth. IX, 44.

661. Hom. Iliad. I, 338. 422

τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων
πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων.

Thucyd. I, 71 fin. δρᾶν οὐδὲν ἄδικον, οὔτε πρὸς θεῶν οὔτε πρὸς ἀνθρώπων. REIZIVS.

663. Πρὸς χάριν etiam simpliciter est *gratia*, *caussa* 423
alicuius rei, χάριν τινός. Sophocles in Antig. 30. πρὸς χάριν βορᾶς, *victus gratia*. V. id. in Philoct. 1156.

663. Aliter Aeschylus in Choeph. 411. 424

σπλάγχνα δέ μου κελαινοῦται
πρὸς ἔπος κλυούσῃ.

664. Maxime πρὸς ταῦτα sic frequenter dicitur, ut sit 425
propterea, ut in Eurip. Iphig. Aul. 1568. 1607. Et πρὸς τάδε, ut in Aeschyli Eumen. 533. Sept. c. Theb. 314.

666. Πρὸς cum accusativo etiam est *praeter*, *ad hoc*. 426
Eurip. in Iphig. Aul. 896.

δέλτον ᾠχόμην φέρων σοι πρὸς τὰ πρὶν γεγραμμένα.

667. Sic et Thucyd. I, 141. fin. μέλειν δέ τινι καὶ ἄλλῳ 427
ὑπὲρ ἑαυτοῦ τι προϊδεῖν, *an seiner Stelle*. REIZIVS.

667. Etiam *per* verti debet ὑπέρ, ubi de precibus per 428
aliquid factis dicitur. Apollonius Rhodius III, 701.

λίσσομ' ὑπὲρ μακάρων.

V. ibi Brunck. in append. notarum pag. 232.

668. Schol. ad Aristoph. Nub. 31. τῶν ὑπὲρ ἵππους 429
πταισάντων, i. e. τῶν διαπορθησάντων τὴν οὐσίαν διὰ τὸ ἱπποτρόφους εἶναι. Et schol. Aristoph. ad Nub. 508. ὑπὲρ τὴν τῶν αἱμάτων ἔκχυσιν ἐπιδιώκειν. REIZIVS.

669. Ὑπὸ *ab* significans semper indicat actionem ali- 430
quam eius, a quo quid fieri dicitur.

431 669. Immo scribe: *ἐτελεύτησε ὑπὸ τραυμάτων, θεραπευόμενος.* Vulneribus periit, non statim, sed dum curaretur. REIZIVS.

432 670. *Ὑπὸ μάλης. sub ala.* Lucian. *Ὑποβάλλειν τῆς γῆς.* Xenoph. Oec. XIX, 8. REIZIVS.

433 673. Eiusmodi est *ὑπάγειν*, fere idem quod *προάγειν*; et sic alia, in quibus *ὑπὸ* significare *πρὸ* putatur, attulit Thomas M. pag. 666 seq.

APPENDIX.

I.

DE IDIOMATIS VNIVERSE.

Linguas rectius disci usu, quam quavis alia ratione, res est certissima. Nam quum immensa illa notionum varietas, quam sermo hominum complectitur, maximam partem in tenuissimis quibusdam ac subtilissimis discriminibus, quae sentiri facilius quam explicari possunt, posita sit; sensus autem non nisi ingenti exemplorum omnis generis multitudine formetur; facile intelligitur, hanc exemplorum copiam nusquam nisi in quotidiana loquendi opportunitate inveniri, in qua hoc quoque percommodum est, quod quid quoque tempore et qua vi dicatur, non potest dubium esse. Quod contra periniqua conditione utitur, qui linguas non ex viva voce, sed ex libris discit, qui quamvis multi sint, tamen, si ad quotidiani usus facultatem comparentur, mira et exemplorum paucitate et interpretationis ambiguitate laborant. Quamquam quum haec via in his quidem linguis, quae temporum lapsu ex usu abierunt, sola relicta sit, laudabili consilio Franc. Vigerus in Graeca lingua colligere instituit, quidquid huius linguae maxime proprium esse videretur. Cuius viri liber quum merito iudicatus esset utilissimus, ideoque subinde aliorum adnotationibus auctus ederetur, fieri non potuit, quin, quoniam ipse Vigerus rationem finesque huius materiae non satis definitos habebat, tanta paullatim accresceret observationum copia, ut si saepius deinceps eo modo hic liber edatur, nihil sit, quod in eo locum non aut possit aut debeat invenire. Quod si consilium scriptoris illud esse existimandum est, quod inscri-

ptio libri ostendit, operae pretium erit videre, quid afferre oporteat eum, qui de idiomatis Graecae dictionis ita, ut aliena declinet, disserere velit. Ac Vigerus quidem quum se de praecipuis Graecae dictionis idiotismis scribere profiteretur, id ipsum quid esset, idioma, (hoc enim vocabulo rectius usus esset) non videtur satis exploratum habuisse. Partim enim regulas posuit syntacticas, quas explicare eorum est, qui de grammatica Graeca scribunt; partim significationes vocabulorum enumeravit, quae res lexicorum propria est. Quae ratio tam incerta est, ut neque quae syntaxeos pars excludenda sit, neque quid e lexicis non sit recipiendum, appareat. Nam quod ille non de omnibus, sed de praecipuis tantum idiomatis dicere instituerit, id nihil facit ad rem, quoniam, si de idiomatis notione non constat, multo minus, quae praecipua habenda sint idiomata, intelligi potest. Est autem nomen idiomatis natura sua ambiguum. Nam quum hoc nomine id significetur, quod Latini proprietatem dicunt, cui oppositum est, quod commune vocatur: apertum est, pro eo, quo referas, nunc latiorem, nunc angustiorem esse huius vocabuli significatum. Vt si ad universum referas hominum sermonem, qui, quemadmodum cogitandi leges communes sunt, ita ipse quoque communes quasdam rationes habet, idioma recte vocabitur cuiusvis populi lingua: quare hoc modo universam linguam Graecam idioma Graecorum dixeris. Sin autem de una aliqua lingua multis communi loquare, idioma dices linguam parti illius gentis propriam, quae vulgo dialectus appellari solita est. Neque est quod obstet, ne unius cuiuspiam hominis singularem loquendi consuetudinem idioma voces: quamquam huic quidem rei destinatum est nomen idiotismi, quod tamen nomen, quoniam *ἰδιῶται* fere indocti et rudes intelliguntur, in vitium vertit, ut eo perversitas sermonis indicaretur. Apertum est autem, nullam harum significationum satis in eos quadrare, quos Vigerus idiotismos, editores eius autem idiomata vocant. Nam neque de vitiosa dictione, nec de dialectis, nec de universa linguae Graecae natura disputavit. Hoc postremum tamen propius ad eam notionem, quam in mente habebat, videtur accedere, quum ea potissimum explicare studuerit, in quibus vel ab eius vernacula lingua, vel ab Latina Graecorum usus deflecteret: eamque rationem etiam editores eius sequuti sunt. Nec sane negarim, recte haec dici idiomata, si iis illa opponas, quae Graecorum lingua cum aliis quibusdam certis linguis communia habeat. At ne hoc quidem significatu idiomata dicta a

Vigero esse ex eo cognoscitur, quod illa quoque in idiomatis numeravit, quae non propria solius Graecae linguae, sed communia harum, quas dixi, linguarum omnium essent. Ex quo planum est, si quis via et ratione de idiomatis dictionis Graecae explicare conetur, eum, si neque haec incerta Vigeri vestigia sequi, neque illa, quae supra commemoravimus, dictionem vitiosam, aut dialectos, aut universam linguae Graecae naturam explanare velit, alio quodam ab his omnibus diverso modo idiomatis notionem debere constituere.

Etenim etsi nulla est lingua, quae inventa potius et ad regulas prius excogitatas composita, quam nata paullatim atque usu huc illuc inclinante firmata videatur: unde facile quis adduci possit, ut omnem linguarum rationem ab solo usu repetendam censeat: tamen si non in omnibus, certe in plerisque linguis usus fines habet alios, quam grammatica linguae conformatio. Nam si qua lingua ita est exculta, ut omnis eius ratio ac natura legibus quibusdam et regulis comprehendi possit, quidquid ex his regulis explicari potest, id eam constituit doctrinam, quae syntaxis appellatur: in qua si quid usui tribuitur, id in eo est positum, quod de pluribus modis loquendi, qui omnes cum syntacticis regulis conveniunt, quidam vel prae caeteris vel soli probati sunt. Sed usus aliquando latius patet, ita ut, ubi egreditur fines syntaxeos, etiam distingui ab ea, eique opponi possit. Multa sunt enim in omnibus linguis, quae quotidianae vitae negligentia etiam contra linguae naturam in usum venerunt: eaque ob id ipsum, quod regula carent, recte vocari idiomata possunt. Quin idiotismi quoque nomen, quo Vigerus usus est, hac ratione defendi liceat, quod isti si uni cuipiam aut solis imperitioribus usitati essent, proprie idiotismi forent; nunc autem eo, quod ab omnibus admittuntur, non naturam, sed nomen tantum mutant. Hac vero posita idiomatis significatione, iam certi erunt, qui prius ambigui erant, syntaxeos atque idiomatum fines, ita ut syntaxis ea tantum complectatur, quae ex grammatica cuiusque linguae ratione explicari possunt; idiomatum autem explicatio in his versetur, quae usu praeter naturales loquendi regulas introducta sint.

Sed haec ipsa diiudicare atque ab illis, quae ad naturam linguarum pertinent, discernere saepe difficillimum est,

propterea quod multa idiomata ita se in linguas insinuarunt, per easque diffusa sunt, ut partem naturae earum videantur constituere. Quamquam evanescet, ut spero, haec difficultas, si non, quod plerique faciunt, grammaticam putabimus collectionem esse omnis generis observationum, quae ut in locos quosdam distribui possit, non tamen iustae doctrinae severitatem admittat, sed potius ita existimabimus, grammaticam contineri explicatione earum, quae partes orationis vocari solent; quarum finitionibus positis, quidquid ex his finitionibus derivari potest, referendum ad syntaxin esse: caeterea, ut aliena et ab solo usu vel arbitrio profecta, seiungi debere. Quae quum sint ea, quae idiomata vocantur, apertum est, grammaticam posse iusta doctrina comprehendi, idiomata autem non posse, quod in his non ratio, sed usus et licentia dominatur. In his igitur fieri debet, quod fieri in grammatica solebat, ut, quo aliquis tamen ordo sit in hoc genere, quidquid materiae exstat, in locos quosdam describatur. Ac facere hoc conatus est iam Ph. Buttmannus, vir praeclari ingenii, qui quamvis de hac ratione non cogitarit, tamen obscuro quodam veri sensu motus, in fine syntaxeos quatuor explanavit singulares constructionum formas, attractionem, anacolutha, transpositionem, ellipsin: quas formas, si quaeras cur ab syntaxi separarit, videbis animo eius hoc ipsum obversatum esse, aliud esse regulas syntacticas, aliud idiomata. Sunt autem profecto, si accuratius in hanc rem inquiratur, loci, in quos omnis idiomatum varietas distribui possit, numero quatuor; pro quatuor partibus, quae in quavis enunciatione spectantur, quas logici quantitatem, qualitatem, relationem, modalitatem nominant. Quod si idioma, ut diximus, illud est, quod usus contra linguae legem rationemque introduxit: apertum est, quidquid idiomatum reperiatur, eo aut plus minusve, quam debet, significari, aut aliud, aut alio nexu, aut alio modo. Itaque primus locus pleonasmum atque ellipsin continebit; secundus eas complectetur formulas, in quibus verba aliud, quam quod cogitatur, indicant; tertius habebit attractionem, qua est diversorum perversa quaedam coniunctio, et anacoluthon, quod est unius prava distractio. Quartus denique locus in iis versabitur, quae quum ex mente eius, de quo sermo est, recte dicta sint, tamen ad mentem loquentis non recte dicuntur.

II.

DE ELLIPSI.

Sed dicatur nunc de ipsis cuiusque idiomatum generis rationibus ac formis. Horum in primo, quod ellipsin et pleonasmum continet, dici vix potest, quanta multorum vel temeritas fuerit, vel socordia. Fuit enim, estque adhuc illa pervulgata opinio, doctum esse eum, qui multa lectione id consequutus sit, ut plurima in quaque re exempla afferre possit, sive ea apta sint, sive inepta. A qua perversitate ut tirones sibi caveant, etiam atque etiam monendi sunt. Nam si doctus habendus est non solum qui didicit, quae in quoque genere disci convenit, sed etiam qui ea, quae didicerit, intelligit, recteque de iis iudicare scit, manifestum est, hanc in primis doctrinam, quae in linguarum cognitione posita est, quae res tota ad intelligentiam refertur, sine iudicio diligentique caussarum pervestigatione vanam esse atque inutilem. Quo magis, qui litteras Graecas accurate cognoscere cupiunt, operam dare oportet, ut misera illa et saepe ab sana ratione prorsus abhorrentia adminicula, quibus vulgares magistri omnia explicare parati sunt, spernere, neque usum eorum ad illa, in quibus nullam vim habent, transferre discant. Itaque, ut ad ellipsin pleonasmumque accedamus, illud ante omnia explicatum quis habeat oportet, quid sit ellipsis et pleonasmus, ne incerta et ambigua notione deceptus, ubi adhibendae sunt hae loquendi formae, eas non adhibeat, adhibeat autem, ubi non sunt adhibendae. Est autem, si recte definiatur, ellipsis omissio vocabuli, quod etsi non dictum, tamen cogitatur; pleonasmus autem adiectio vocabuli, quod etsi additum, tamen non cogitatur.

Atque ut ab ellipsi ordiamur, ante omnia cavendum, ne confundatur ellipsis cum duobus aliis loquendi modis, quorum in altero id omittitur, quod e praecedentibus vel sequentibus verbis intelligendum est, ut in hoc, *ὡς πράσσεις κακῶς, ὅσονπερ εὖ ποτέ*: in quo quod ex verbo *πράσσεις* intelligitur *ἔπρασσες*, propterea non est per ellipsin omissum, quia non est prorsus omissum, sed dictum, licet latenter. Eiusdemmodi est illud Aeschyli in Agam. 1393.

παίω δέ νιν δίς, κἀν δυοῖν οἰμώγμασιν
μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
τρίτην ἐπενδίδωμι.

Nam nomen πληγὴν latet in verbo παίω. In altero autem loquendi modo inchoata oratio abrumpitur, quae figura aposiopesis vocatur. Eius variae caussae et rationes sunt, ut quum quid prae aliquo animi motu reticemus, ut apud Homerum,

εἴποτε δ' αὖτε
χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι
τοῖς ἄλλοις· —

plena enim sententia foret, *at si quando me opus erit, tunc ego iniuriam ulciscar.* Vel quum veremur aliquid ut impium aut male ominatum proloqui, ut in Aeschyli Agamemnone v. 507. (481.) de nuncio:

ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων, —
τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον,

ubi volebat dicere: *sed aut laetandi caussam afferet, aut dolendi.* Vel denique quum omittimus, quae alterum scimus ipsum esse additurum, quae ratio in proverbiis notisque sententiis frequens est, ut apud Aristophanem in Ranis:

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκ', — Αἰσχύλον δ' αἱρήσομαι.

Irridetur enim Euripides suo ipsius versu, qui hic erat,

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Differt autem aposiopesis ab ellipsi eo, quod in aposiopesi aliquid ob rhetoricam rationem, in ellipsi ob rationem grammaticam omittitur. Est autem rhetorica ratio ea, qua oratio, si leges grammaticas spectes, aperte abrupta et manca est, quod autem deest, maiore cum vi intelligitur, quam si esset additum. Grammatica vero ratio ea est, qua quid ad sententiae integritatem sic deest, ut ex grammaticis legibus tamen oratio pro integra habeatur. Ita fit, ut aposiopesis, ubi multo usu sic trita est, ut iam etiam ad grammaticas leges nihil deesse videatur, in ellipsin vertat, ut in formula εἰ δ' ἄγε, quae quum proprie significaret, *sin vero placet, age*, deinceps ita usurpari coepta est, ut nihil aliud quam *age vero* notaret.

Sed si ellipsis posita est in omissione vocabuli, quod non dictum, tamen cogitatur, videndum est, quid sit eiusmodi in iis, quae partes sunt enunciationum, ut id, tametsi omissum, intelligi possit. Constat autem omnis enunciatio ex tribus partibus, subiecto, de quo quid praedicatur; praedicato, i. e.

eo, quod de subiecto enunciatur; copula, qua illa ipsa praedicati cum subiecto coniunctio continetur.

Potest autem facillime omnium copula omitti, quia commemorato subiecto praedicatoque, illud, quo haec duo coniunguntur, sponte se offert. Vnde nihil frequentius ellipsi verbi *εἶναι*: haec enim una est ubique copula, ut infra clarius apparebit:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

Deinde vero subiectum quoque omitti potest, sed, id quod quivis videt, non aliter, nisi si aut illud sit, quod ubique subiectum est, aut hoc, quod in certa aliqua re necessarium est subiectum. Est autem ubique subiectum, quod omnino subiecti notionem comprehendit, pronomen *τίς*, in quo nihil inest aliud, quam hoc ipsum, esse quem subiectum.

ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων.

Quod dictum est sic, ut si scripsisset, *ἀφ' ὧν τις ἔχοι τε καὶ δύναιτο.* Illud vero, quod in certa re subiectum est, ex illa ipsa re, quod sit, debet intelligi. Vt quum Graeci *ὕει* vel *βροντᾷ* dicunt, Iovem intelligentes.

Sed est etiam alia quaedam ratio, qua subiectum non totum, sed ex parte omittitur, ut *ἡ αὔριον, τὸ ἐμβατήριον*; posita enim parte subiecti, quae est in articulo, deest altera pars, *ἡμέρα*, et *μέλος*. Cadit autem in hanc quoque rationem illud, quod modo in universum de subiecto in re certa omisso dicebamus, ut id, quale sit, ex ipsa re, id est, vel ex praedicato, vel ex loci cuiusque natura cognosci possit. Sed in hoc genere miris modis grassata est virorum doctorum incogitantia. Nam quum subiectum cum substantivo confunderent, ubicumque substantivum nullum reperiretur, subiectum deesse rati, substantivum intelligi voluerunt. At sunt haec diversissima. Nam et substantivum praedicati officio fungi potest, veluti *Cicero fuit consul*, et adiectivum subiecti, ut *sapiens est beatus*. Omninoque, quaecumque vocabuli sit forma et conditio, subiectum est illud, de quo quid praedicatur. Quare nulla cum ellipsi dicuntur, *ὁ ἐρώμενος, ἡ ἐρωμένη, ὁ δίκαιος, τὸ καλόν, τὸ φρονεῖν*, et quae sunt alia huiusmodi innumerabilia. Ridiculique sunt, qui ubi-

que vocabula, ἀνήρ, γυνή, πρᾶγμα, χρῆμα, intelligenda esse dictitant: quorum errorem facile deprehendat, qui reputet, quam additis illis nominibus saepe inepta atque absurda futura sit oratio.

Sed satis de subiecto. Reliquum est praedicatum. Huius vero nulla est ellipsis. Non enim, quemadmodum saepe ex praedicato subiectum intelligitur, ita contra ex subiecto praedicatum potest intelligi. Quum enim multa sint, quae praedicari de quoque subiecto possint, nemo, quid ex his praedicetur, nisi id diserte additum sit, poterit coniicere. Quare neque adiectivi, neque adverbii, nec praepositionis, nec coniunctionis ellipsis ulla est, quod haec vocabulorum genera omnia nihil nisi aut rerum aut sententiarum praedicata sunt. Verumtamen etsi non potest omitti praedicatum, tamen in eo simile quid, ut in subiecto, invenimus, ut possit ex parte omitti. Quod ibi fit, ubi ex ea parte, quae posita est, altera, quae deest, facile intelligitur. Eaque verborum, praeter verbum εἶναι, ellipsis est, quae ob id ipsum, quia verborum est, simul est copulae ellipsis. Nam omne verbum, praeter verbum εἶναι, et hoc ipsum verbum, ubi *exstare* significat, praedicatum una cum copula continet, ut λέγειν, quod est λέγοντα εἶναι. Itaque ubi verbum deest, deest pars praedicati cum copula, ut, μή πρός σε γονάτων, scilicet ἱκετεύω, i. e. ἱκετεύων εἰμί. Hic pars praedicati, quae posita est, ex qua intelligi debet ea, quae est omissa, πρὸς γονάτων est. Nam si nudum ponas μή σε, nemo, quid velis, intelliget. Est autem in hoc genere non illud verbum omitti putandum, quod in quibusdam locis additum reperitur, sed quod maxime simplex est, ut in hoc, οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς rectius ἔχει, quam ἱκάνεται ex illo, χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός, intelligas. Denique vero interdum etiam integra sententia omittitur, quae ratio eiusmodi sit necesse est, ut id, quod omissum est, cum aliorum constructione verborum cohaereat, ut ὅπως δὲ μηδὲν εἴπῃς μηδενί, ubi ὅρα, vel omnino simile quid intelligitur. Versatur enim fere hoc genus ellipseos in iis sententiis, quibus nos velle aliquid, vel cupere, vel probare significamus.

Sed qui de ellipsi disputarunt, quum tres fecerint eius disputationis partes, prout ellipsis vel nominis, vel verbi, vel particulae esse videretur, de singulis partibus dicendum est, quo, quae iniuria habitae sunt ellipses, removeantur.

Ac *nominis* primo ellipsis nulla est, ubicumque vel τί, vel etiam nihil omnino intelligi satius est. Vt in illo Hesiodi,

> αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσειν κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
> παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον,

ubi non est εἴδωλον, sed τὶ intelligendum. Aut in hoc Sophoclis, προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους, ubi nulla ellipsi opus est, quia ἔσχατον est extremitas, ut apud Euripidem in Oreste v. 441.

> ὦ μέλεος, ἥκεις ξυμφορᾶς εἰς τοὔσχατον.

Nec φρονεῖν, superbire significans, omisso μέγα dicitur, quia superbiendi notio in ipso etiam verbo inest, nec τοῦ μηνὸς qui dicit, ἑκάστου intelligit, quia nomen cum articulo etiam solum sufficit ad indicandum quemcumque mensem, ut quum nos dicimus *des monats*. Vbi quis de ellipsi cogitat? At nimirum in eo philologi quasi de industria peccant, quod neque alias linguas ad explicationem adhibent, neque quid omnino linguarum ratio ac natura postulet, cogitant. Inde hoc quoque est, quod multa adiectiva, quae vim habent substantivorum, non sine ellipsi substantivi usurpari quidam crediderunt, cuiusmodi exempla vide apud Lambertum Bosium in iis, quae de ellipsi nominum ἀνὴρ et ἄνθρωπος adnotavit; et quod, ubi vel τί, vel τοῦτο, vel, quia res aliis verbis circumscripta est, nihil omnino subintelligitur, tamen substantivum aliquod supplent, ut εἰςῄει αὐτούς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. Nam, ὅπως et quae sequuntur, pro substantivo sunt, neque omissum est nomen ἔννοια, ut nos quoque sine ulla ellipsi dicimus, *es fiel ihnen ein, wie sie wohl nicht leer nach hause kommen könnten.* Ita nulla est ellipsis in Sophoclis Electra v. 495.

> πρὸ τῶνδέ τοι μ' ἔχει
> μήποτε, μήποθ' ἡμῖν
> ἀψεγὲς πελᾶν τέρας
> τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν.

Nam pro substantivo est res ipsa, μὴ πελᾶν. Multo minus ulla ellipsis est, ubi incerta et obscura notio in verbis est, ut τὰ δεξιά, τὰ ἀριστερά, i. e. quidquid a dextra vel sinistra est; a quo genere non multum differunt talia, ut ἀγορεύειν παῦρα, ubi non ἔπη vel ῥήματα, sed nihil intelligi opus est, eodem modo acceptis verbis, ut quum nos dicimus *weniges*

sprechen. Eiusdemmodi sunt, οἱ ἔνδον, οἱ ἄνω, ὁ πάνυ, οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα, ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις, ubi incerta notio subest, ut quum nos dicimus, *die oben*, *das volk in der stadt*, vel Latine etiam, ut in illo,

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas?

quod non est *Hectoris uxor*, sed *Andromache*, *quae Hectoris es.*

Probe vero ab hoc genere secernenda sunt ea, quae vere ellipsin habent. Quae sunt eiusmodi, ut verba, quae posita sunt, ipsa natura sua aperte vel certi vocabuli, vel saltem notionis certae omissionem arguant. Vt δι' ὀρθῆς, ἐξ ἰθείας, quae quoniam sunt feminino genere, non possunt nisi ad nomen femininum, quale est ὁδός, referri. Non retulerim ad hoc genus τὰ πρὸς πόλεμον, τὸ εἰς ἐμέ, et quae similia reperiuntur. Nam etsi haec ita sunt conformata, ut praepositio vix videatur intelligi posse, nisi aliud vocabulum ad implendam sententiam adhibeas, tamen videtur id magis sic esse, quam est. Etenim, ut ὁ ἐν τῇ πόλει, et apud nos *der in der stadt*, sine ellipsi dicuntur, ita illa quoque eodem modo videntur explicanda esse, verbis positis iis, quae formam tantum orationis negligentiorem habeant. Nihil enim obstat, quin eadem omnia, quae his formulis continentur, paullo aliter conformato verbo comprehendas, ut si liceret dici τὰ προςπόλεμα. Nam ob id ipsum, quia haec inusitata sunt, notio talis aliter exprimitur. Quod si illa adiectiva ellipsi carent, (carent autem certissime) etiam quae pro iis posita sunt verba, sine ellipsi esse existimanda erunt.

Porro nulla ellipsis in attractione est: in quo genere saepissime errari a viris doctis videmus. Vt in hoc versu,

οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον,

tantum abest ut τούτων omissum sit, ut id potius additum difficultatem faciat, quia addito, si rectam volumus orationem esse, dici deberet ἃ οὔ σοι φίλον, scilicet πρᾶξαί με. Quin quum ὧν dicit poeta, utrumque comprehendit, et genitivum, qui ad οὐδέν, et pronomen, quod ad φίλον referatur. Non multum differunt ab hoc genere talia:

τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν.

Nam haec quoque quaedam est attractio, quoniam non ita haec Graeci dicunt, ut *αὐτὴν* ad *λαβὼν* intelligitur, sed ut participium ad idem nomen, de quo verbum est, etiam si casus nominis non congruat cum participii constructione, referendum sit. Veluti hic *λαβὼν* non ad *αὐχένα*, sed ad *τὴν* latens in genitivo *τῆς* refertur.

Nullus vero uberior est male fictarum ellipsium fons, quam qui positus est in non animadversa confusione duarum loquutionum, quarum altera ad sensum magis, quam ad verba refertur. Ita *ἥδεσθαί τι*, *ἀλγεῖν τι*, et similia dicuntur, quia notio in verbo eadem est, quae in *στέργειν* et *ἀποστέργειν*. Ita *κρατεῖν τινός*, et *κατέχειν τινός*, quia his significatur *κράτος τινὸς ἔχειν*, et *κάτοχόν τινος εἶναι*. Ita *τρύχεσθαι*, *καίεσθαι*, *ἁλῶναί τινος*, *στεφανοῦν πίτυος*, quia animo cogitatur, *πόθον*, *ἔρωτά τινος ἔχειν*, *στέφανον πίτυος ἐπιτιθέναι*. Ita *ποῦ τόπων*, et *ᾗ ποδῶν ἔχει*, quia haec significant *ἐν ποίᾳ χώρᾳ τόπων*, et *οἵαν ποιότητα ποδῶν ἔχει*. Vtimur nos quoque eadem dicendi forma in quibusdam loquutionibus, ut *woher des landes?* Ita

Ἀχαΐδος γῆς οἴκαδ' εἰςπορευέτω,

pro *εἴσω Ἀχαΐδος γῆς πορευέτω, οἴκαδε*. Ita in his apud Sophoclem in Ai. 726.

εἶτ' ὀνείδεσιν
ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν, οὔτις ἔσθ' ὃς οὔ,
τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὥς οὐκ ἀρκέσοι
τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν,

quia *ἤρασσον ὀνείδεσιν* est *ὀνειδίζοντες ἔλεγον*. Et apud Euripidem in Phoenissis, 1469.

ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων,
ἡμεῖς μέν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμόν,
οἱ δ', ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις,
οἱ μέν, πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί,
οἱ δ', ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.

ubi bis quod intelligitur, non tam per ellipsin omissum est, quam continetur praecedentibus, quae nihil aliud quam *ἐρίζοντες ἔλεγον* notant, sequente in postremis anacolutho, *ὡς νικῶντα*. Et apud Diodorum Siculum, *ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον μὴ θορυβεῖσθαι αὐτόν*, quia sensus est, *δι' ἀγγελιαφόρου ἐκέ-*

λευσε, plane ut nos dicimus, *er schickte einen boten, dass er sich ruhig verhalten sollte.* Sophocles in Oed. R. 536.

φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, δειλίαν ἢ μωρίαν
ἰδών τιν' ἐν ἐμοὶ, ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν;
ἢ τοὔργον ὡς οὐ γνωριοῖμι σοῦ τόδε
δόλῳ προσέρπον, κοὐκ ἀλεξοίμην μαθών;

ubi in verbis *δειλίαν ἢ μωρίαν ἰδών τιν' ἐν ἐμοί* latet haec sententia, *qua mente?* quae in altero membro repetita regit verba *ὡς οὐ γνωριοῖμι.*

Denique ad hoc genus referendus est omnis usus genitivorum absolutorum, sive in huiusmodi exemplis, *νυκτός,* quod nos *des nachts*, *χειμῶνος*, *νηνεμίης*, sive in talibus,

θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος.

Nam proprie haec sic mente concipienda sunt, *θεοῦ διδόντος ἐστὶν, οὐδὲν ἰσχύειν φθόνον,* ita ut haec ratio non ad ellipsin, sed ad anacolutha referenda sit.

In *verborum* ellipsi statuenda iisdem fere modis, quibus in nominum ellipsi, peccari solet, nunc verbo intelligendo, pro quo simplicius inveniri poterat: vide Schaeferum ad Lamb. B. p. 599. nunc omnino adhibenda ellipsi, ubi verbis ad id, quod cogitatur, relatis ellipsi non est opus, ut,

ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.

Nihil enim omissum est, sed sententia est *tendo in balneum.* Sic apud Homerum, *ἱέμενοι πόλεμόνδε*, et

ἡνίοχος δ' ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους
νῆας ἐπὶ γλαφυράς.

Et saepissime ubi accusativus non habens, unde pendeat, invenitur. Vt

πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ
τόνδε κλύουσαν οἶκτον,

apud Aeschylum in Choeph. v. 408. Nam sententia est, *pavor me agitat haec audientem lamenta.* Sophocles in Antig. 857.

ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
πατρὸς τριπλοιστὸν οἶκτον.

Nam accusativus *οἶκτον* ita excipit genitivum *μερίμνας*, ut qui pendeat ex sententia in praecedentibus latente, *ἔλεξας μέριμναν*. Neque ellipsis est in his Euripideis,

τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς,

quia *δύναται* est *δυνατά ἐστιν*, et ut *οὐδὲν δύναται* recte dicitur, ita etiam *οὐδένα καιρόν*, i. e. *οὐδὲν καίριον δύναται*.

Nulla vero in re magis peiusque errari, quam in ellipsi *particularum* solet. Nam si verum est, quod supra diximus, omnibus particulis praedicatum aliquod contineri, quod non commemoratum intelligi, quale sit, nequeat, nullam esse particularum ellipsin necesse est. Et *praepositionum* quidem ellipsin ut admitterent linguae Graecae interpretes, moti sunt eo, quod casus nominum ab his regi existimarunt: quumque in plurimis locis adiecta reperiatur praepositio, intelligendam esse, ubi deesset, rati sunt. At casuum natura veraque significatione perspecta facile intelligitur, minime de ellipsi cogitandum esse.

Dicamus primum de *genitivo*. Huius proprium est id indicare, cuius quid aliquo quocumque modo accidens est. Vsurpatur autem genitivus duobus modis, uno, ut, quod alicuius rei est, quid huius rei sit, dicatur; altero, ut quid universe dicatur alicuius rei esse. Prior modus continet nominum substantivorum cum genitivo constructiones, alter adiectivorum et verborum. Dicatur nunc de genitivo substantivis iuncto. Homericum illud Iliad. λ. 124.

χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος,

tribus modis potest intelligi, quorum primus maximeque simplex est, *aurum, quod Alexandri est, accipiens*; secundus, quo hic usus est poeta, *aurum ab Alexandro accipiens*, qui modus mansit ex antiquo et rudi sermone, qui, quoniam a quo quis acciperet quid, eius id ipsius esse videretur, aurum alicuius accipere dicebat, etiam quum ab aliquo id accipi significandum esset. Inde postea coeptus est genitivus ipso cum verbo construi, etiam si abesset rei, quae acciperetur, commemoratio, ut *δέχεσθαί τινος* notaret *accipere ab aliquo*. Tertius modus est, quo *aurum pro Alexandro* indicatur. Nam quum genitivus rem notet, cuius quid quocumque modo accidens sit, dici solebat etiam *χρυσὸς Ἀλεξάνδρου*, *aurum Alexandri*, ut id esset, quod

daretur pro Alexandro. Sic saepe aperte apud Homerum, ut Il. α. 111.

> οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Βρισηΐδος ἀγλά' ἄποινα
> οὐκ ἔθελον δέξασθαι,

et ε. 266. υἷος ποινὴν Γανυμήδεος. Et hac quoque forma recentior sermo sic est usus, ut iam non nomen cum genitivo, sed verbum coniunctum cogitaretur, ac διδόναι τινός, δέχεσθαί τινος, et quae similia sunt, significarent *dare, accipere pro aliqua re*. Vnde apparet, minime opus esse praepositionem ἀντὶ vel πρό; neque quum significatur *ab aliquo*, παρὰ intelligere. Quae ellipses etiam propterea inutiles sunt, quod sive admissa ellipsi, sive non admissa, tamen eadem manet ambiguitas, quum, nisi loci cuiusque rationem consulueris, nescias, haec an alia praepositio intelligenda sit. Ita igitur factum est, ut genitivo etiam sine ulla praepositionis accessione nunc derivationis, nunc commutationis significatio adhaeresceret, quae duae significationes plurimis in formulis usitatae sunt. Homerus Iliad. α. 596.

> μειδήσασα δὲ, παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ κύπελλον,

i. e. *a filio accepit poculum.* Idem Od. λ. 326.

> ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα,

i. e. *quae pro marito aurum accepit.*

Praeterea multae sunt loquendi formae, in quibus genitivus ex confusione duarum loquutionum ad nomen, quod non dictum, tamen cogitatur, referendus sit. Vt in his, ἄχαλκος ἀσπίδων, i. e. ἄνευ χαλκοῦ ἀσπίδων; μιμνήσκεσθαί τινος, i. e. μνήμην τινὸς ἔχειν; ὀργίζεσθαί τινος, i. e. ὀργήν τινος ἔχειν. Sic enim loquuntur, unde χόλος τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων apud Sophoclem in Ai. 41. et μῆνις ἀνοσίων νυμφευμάτων in Eurip. El. 1270. quibus verbis ira propter arma Achillis, propter incestum connubium significatur: qui loquendi modus frequentissimus est in Homeri sermone. Iliad. δ. 169.

> ἀλλά μοι αἰνὸν ἄχος σέθεν ἔσσεται, ὦ Μενέλαε.

θ. 316.

> Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασεν φρένας ἡνιόχοιο.

In cuiusmodi locis cave ἕνεκα, ut vulgo praecipiunt, intelligas. Sic etiam in hoc Sophoclis in Philoct. 327.

τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν
χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας,

ubi iungenda τίνος χόλον, *cuius rei iram.*

Sequitur alter genitivi explicandi modus, quo quid universe alicuius esse significatur. Is primo in constructionibus adiectivorum cernitur. Et talia quidem, πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, qui per ellipsin praepositionis ἐξ explicant, manifesto inepti sunt, multumque laboraturi essent, si interrogarentur, qua ellipsi Latini *multi hominum* dicerent. Nam quod partem alicuius rei constituit, aperte tamquam eius accidens commemoratur. Placuit autem Graecis genitivum omnibus adiectivorum gradibus adiungere, ἔξοχος ἀνδρῶν, ἐξοχώτερος ἀνδρῶν, ἐξοχώτατος ἀνδρῶν, ratione valde plana, ut quae notet virorum eum, qui excellens, excellentior, excellentissimus est. Quae forma loquendi quum usu facta esset tritissima, adiici coeptus est omnino in comparatione genitivus, etiam ubi non intelligeretur pars rei, ut κρείσσων ἄλλου, ὑστερεῖν τινός, νικᾶσθαί τινος, i. e. ὕστερόν τινος, ἥττονά τινος εἶναι.

Multis vero in formulis ne adiectivum quidem genitivo adiungitur, ut σοῦ τόδ' ἐστί· πολλοῦ ποιεῖσθαι· *tuum hoc est: magni facere.* Homerus Od. γ. 251.

ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ;

Iliad. λ. 690.

ἐλθὼν γάρ ῥ' ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη
τῶν προτέρων ἐτέων.

i. e. *an non erat Argis?* et *afflixit Hercules priori tempore.* Νεὼς ἄγοντα, *ducentem ab navi.* Quorum triplex ratio est. Nam aut pro adiectivo usurpatur genitivus, ut apud Sophoclem in Electra v. 19.

μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη.

i. e. εὐφρόνη ἀστερόεσσα. Cuiusmodi non solum ista sunt, quae supra posuimus, σοῦ τόδ' ἐστίν, et πολλοῦ ποιεῖσθαι, quae significant σὸν τόδ' ἐστί, μέγα ποιεῖσθαι, sed etiam usitatissima illa, in quibus vulgo περὶ intelligendum putant, λέγειν, ἀκούειν τινός, i. e. *de aliquo dicere, audire.* Homerus Od. λ. 174.

εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον,
ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, ἦέ τις ἤδη
ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει, ἐμὲ δ' οὐκέτι φασὶ νέεσθαι.

Quae ne per ellipsin particulae *περί*, sed potius sic intelligas, ut idem sit ac si *τὰ πατρῷα καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ* dixisset, i. e. *res patris et filii*, monent, quae statim sequuntur:

εἰπὲ δέ μοι μνηστῆς ἀλόχου βουλήν τε νόον τε,
ἠὲ μένει παρὰ παιδί, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσει,
ἢ ἤδη μιν ἔγημεν Ἀχαιῶν ὅςτις ἄριστος.

Aperte hic definitam notionem posuit, *ἀλόχου βουλήν τε νόον τε*, quum supra posuisset indefinitam, simpliciter quidquid patris filiique esset, quod narrari posset, commemorans. Interdum alio modo id, quod substantivi alicuius vice fungatur, additum videmus, ut in primo libro Iliadis

εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν,

et λ. 657.

οὐδέ τι οἶδεν
πένθεος, ὅσσον ὄρωρε κατὰ στρατόν.

ubi quum proprie iungenda essent *τάδε σφῶϊν*, et *τὶ πένθεος*, *haec vestra*, *aliquid doloris*, tamen, quia multo usu solus genitivus cum verbis coniunctus cogitari solebat, non ita construuntur, sed plane idem ad sensum notant, quam quod dicas, *si haec de vobis accipiant; nihil de dolore cognovit.* Alia huiusmodi sunt haec Sophoclis Trach. 1122.

τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς
νῦν ἐστίν, οἷς θ' ἥμαρτεν οὐχ ἑκουσία.

et in Philocteta 439.

ἀναξίου γὰρ φωτὸς ἐξερήσομαι
γλώσσῃ τε δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.

et in Electra 317.

καὶ δή σ' ἐρωτῶ, τοῦ κασιγνήτου τί φῄς,
ἥξοντος ἢ μέλλοντος;

In quibus locis omnibus genitivus inservit indicandis rebus, quae alicuius sunt, ideoque possent etiam per adiectivum, ut *μητρῷα, ἀδελφικὰ* exprimi. Rarioris formae hoc est eiusdem poetae in Trachin. 304.

ὡς ἕρποντος εἰςορᾷς ἐμοῦ,

quod sic est explicandum, ὡς ὁρᾷς ἐμὸν τόδε ἕρποντος. Sed redeo, unde digressus sum. Altera ratio est, quum de loco, in quo quid est, vel tempore, quo quid fit, agitur. Nam quoniam quod loci cuiuspiam vel temporis est, id eo loco vel tempore sit fiatve necesse est, simpliciter locum, in quo quid est, vel tempus, quo quid fit, genitivus indicat, ut in illis, ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαϊκοῦ· ἐκάκωσε τῶν προτέρων ἐτέων. Vbi verba motum significantia adiunguntur, locum, unde quid dimovetur, indicat hic casus, quae est illa supra commemorata derivationis significatio, ut νεὼς ἄγοντα apud Sophoclem in Philoct. 630. In eadem fabula v. 614.

ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τανῦν.

Sic etiam ibidem v. 648.

τί τοῦθ', ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι,

quod sic est intelligendum, ut ex iis, quae praecedunt, λαβεῖν repetitum cogitetur, *quid est hoc, quod ex mea navi sumi non possit?*

Denique nulla ellipsis est, ubi pars rei per genitivum significatur, quod ipsum quoque iam supra tetigimus. Latissime autem hic usus per omnem patet Graecorum sermonem, ut ἅπτεσθαί τινος, θεῖν πεδίον, γέμειν τινός, λοῦσθαι ποταμοῦ: cuius generis plurima pervulgata, quaedam rariora sunt, ut κτείνειν λίθων, v. Lamb. Bos. p. 675. et ἔρχεσθαι ἀγγελίης, quod per confusionem duarum loquutionum dicitur pro φέρειν ἀγγελίης τι, similiter ut apud nos *botschaft gehen*. In cuiusmodi formulis qui praepositionem omissam putant, ut v. c. θεῖν πεδίου dicatur pro θεῖν διὰ πεδίου, errorem agnoscant necesse est, si comparent, quod nos eodem modo dicimus, *des weges gehen*.

Dativi facilis usus est. Qui quum rem indicet, in qua cernatur efficientia aliqua, fieri id potest aut sic, ut quid per aliquam rem fieri dicatur, cui significationi convenit, quem ablativum Latini vocant, in quo apertum est, nulla ellipsi opus esse, ut παίειν ῥάβδῳ, νοσεῖν νόσῳ, ὤμοιν τεύχεα δῦναι. Quo in genere quaedam rariora sunt et exquisitiora, ut hoc Sophoclis in Electra v. 226.

τίνι γάρ ποτ' ἄν, ὦ φιλία γενέθλα,
πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος,
τίνι φρονοῦντι καίρια;

i. e. *per quem enim, o amicissimae, salubre quid audiam, per quem, qui opportuna monere sciat?* Aut eam rem indicat, in qua quid efficitur, qui proprie dativus est. Hic quoque plana sunt omnia, praeter duos usus, quorum unus est in loci et temporis significatione, ut Ἀθήνησι, θύραισι τῇδε ἡμέρᾳ. Nulla vero hic ellipsi indiget: ut ἡ Ἀθήνησιν ἀκρόπολις est *arx, quae est urbi Athenarum.* Quoniam autem quae sunt alicui loco vel tempori, in eo loco sunt, eoque tempore fiunt, simpliciter dici coeptum est Ἀθήνησιν εἶναι, ἡμέρᾳ τινὶ γενέσθαι. Alter usus hic est, qui in formula αὐτοῖς ἵπποις κατακρημνισθῆναι, et similibus cernitur. In quibus quum interdum σὺν addatur, ubi id deest, ellipsin admiserunt interpretes. Male: nam nihil nisi paullum deflexit usus, quum initio talia sic dicerentur, ut recte locus esset casui absque praepositione, verum ei non dativo, sed ablativo. Homerus Il. ψ. 8.

ἀλλ' αὐτοῖς ἵπποισι καὶ ἅρμασιν ἆσσον ἰόντες
Πάτροκλον κλαίωμεν,

i. e. *ipsis equis et curru accedentes*, ita ut equi et currus tamquam instrumenta accedendi commemorentur.

Multo plures in *accusativo* ellipses temere inventae sunt. Primum enim latissime patet in hoc casu illa duarum loquutionum confusio, qua detecta evanescit ellipsis. Pauca de plurimis exempla afferam. Τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν: quod compositum est ex his, τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψεν, et τοῦ δὲ ὄσσε σκότος ἐκάλυψεν. Eodemque modo in passivis, ut ἤχθετο γὰρ κῆρ, i. e. ἀχθόμενον εἶχε κῆρ. Saepe in his frequens usus fecit, ut nomina pene adverbiorum vim nanciscerentur, ut ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινε, *quum maxime*;

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα,

omnino. Nempe haec proprie sic mente concipiebantur, ὁ ὄχλος ἀκμὴν εἶχε διαβαίνων, οὐ πρέπει οὐδὲ ἀρχὴν ποιεῖν θηρῶντα τὰ ἀμήχανα. Eodem pertinent ὅ, ἅ, τό, ταῦτα, in quibus nulla est praepositionis διὰ ellipsis. Iliad. γ. 176.

ἀλλὰ τάγ' οὐκ ἐγένοντο· τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα,

proprie, *quod ego deflens, contabesco.* Quae quum sic initio construerentur, paullatim multo usu factum est, ut haec pronomina simpliciter *propterea* vel *quare* viderentur significare. Verborum ad id, quod cogitatur, relatio etiam cernitur in his, quae alii per ellipsin praepositionis, alii per appo-

sitionem explicanda putarunt, ut θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον, quod nihil est aliud, quam θάνατόν σοι κατεσκεύασα, ὅρκια τέμνων. Quo genere nihil frequentius. Fefellit autem vera ratio interpretes saepissime, ut ad ellipsin confugerent, ubi nulla est. Euripides Hec. 866.

ἢν δ' ἐξ Ἀχαιῶν θόρυβος ἢ 'πικουρία,
πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται,
φανῇ τις, εἶργε, μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.

et v. 885.

καλεῖ σ' ἄνασσα δήποτ' Ἰλίου
Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος.

et v. 971.

τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

et in Electra v. 1269.

Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης,
μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων.

quo in loco poeta μῆνιν pro μήνιμα posuit; quae vox id, quod per iram efficitur, significat. Homerus:

ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο,

quod deinde in adverbium abiit plane ut Latinorum *instar*. Eademque ratio est nominum δίκην, τρόπον, δωρεάν, προῖκα, ὄναρ, τέλος, πέρας, aliorumque, quae omnia sine ulla ellipsi, quum initio ita, ut supra ostendimus, intelligerentur, postremo adverbiorum naturam induerunt.

Deinde accusativus saepe cum aposiopesi consociatus invenitur, quae post in ellipsin vertit. Aristoph. in Pace 232.

ἀλλ' εἶμι· καὶ γὰρ ἐξιέναι, γνώμην ἐμήν,
μέλλει.

Non hoc est κατὰ γνώμην ἐμήν: id enim significaret, *ex animi mei sententia*, sed per aposiopesin enunciatur, quod plene diceretur, *sententiam meam si dicere licet*, vel simili aliquo modo. Eiusmodi sunt etiam talia, ut Sophoclis Antig. 441.

σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,
φής, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;

i. e. *te dico*. Neque ab his diversa sunt ἐξόν, παρόν, δόξαν, εἰρημένον, ἀρξάμενον, et similia, ut apud Euripidem Phoen. 290.

μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνά, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Sophocles Oed. Col. 1119. quod dixit,

ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές,
τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.

sic intelligendum: εἰ τέκνα ἀέλπτως φανέντα μακρῷ λόγῳ ἀσπάζομαι.

Adverbiorum et *coniunctionum* ellipsis non magis ullam rationem habet, quam praepositionum. Omittamus absurda, quale est, quod Τίτυρε intellecto ὦ dici putarunt, et attingamus speciosiora, ut οὐ πλέον τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά· ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα: at in his tantum abest, ut omissum sit ἤ, ut ex praegressis nominibus repetendi sint cogitatione genitivi σταδίων et ἐτῶν. In Eurip. Alcest. 896. autem,

τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον ἁμαρτεῖν
πιστῆς ἀλόχου,

μεῖζον cum genitivis construendum est: *quid enim tristius est ad amittendum, quam fida uxor?* Neque ἵνα omittitur in huiusmodi locis, τί σοι θέλεις ποιήσω, sed per coniunctionem duarum loquutionum, quod dici coeptum erat, τί σοι θέλεις ποιῆσαί με, abrupto orationis tenore brevius per ποιήσω expletur. Neque καὶ intelligitur, ubi εἰ *etiamsi* significat. Nam ibi demum εἰ hanc significationem habet, ubi de re haud facile futura sermo est, ut non opus sit addito καί. Aristoph. Vesp. 298.

οὐκ ἄν, μὰ τὸν Δί' εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς.

Speciosissima, quamvis ipsa quoque falsa, ellipsis est adverbii μᾶλλον, ut

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Nam addito μᾶλλον manet difficultas, ut quae non in omissione huius adverbii, sed in significatu particulae ἢ sit. Hoc quum natura sua nihil nisi *an forte* significaret, proprie talia sic intelligebantur: *volo populum salvum esse: an perire volo?* Hinc factum, ut Graeci recte dicant, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα, i. e. *studiosior: an sapientior?* Quod imitati sunt Latini, *studiosior quam sapientior* dicentes, quod illi, si recte loqui vellent, quoniam particula utuntur

comparandi vim habente, dicere deberent, *studiosior quam sapiens.* Atque est ubi sic loquantur. Non magis *μᾶλλον* omittitur in talibus, *ὕδωρ ψυχρὸν ὥςτε λούσασθαι.* Nam quum Graeci nullum habeant vocabulum, quo *nimis* significent, praeter *περισσῶς*, quod raro in comparatione adhibent, nunc comparativo ad id indicandum, nunc positivo, pronunciationis vi aucto, utuntur. Neque ellipsis huius adverbii est in Thucydidis verbis VI. 89. *ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσῳ καὶ λοιδορήσαιμι.* Non est enim ellipsis, ubi quid ex praecedentibus cogitatione repetitur. Atqui *μᾶλλον* latet in vocabulo *χεῖρον*, ut in omni comparativo. Non minus errant, qui *ὅτι* omitti putant per ellipsin, ut apud Sophoclem in Philoct. 615.

εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ', ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα.

Nam optativus per se index est alienae sententiae. Alius generis haec sunt: *σὺ δ' Ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς· τοῖς τοξεύμασιν ἐχρῶντο ἀκοντίοις*, in quibus non, ut quidam existimarunt, *ὡς* intelligitur, sed sensus est, *tu, Aristyllus ipse, hians dices: τὰ τοξεύματα αὐτοῖς ἀκόντια ἦν.* Pessimus vero error est, quo infinitivos saepe intellecta particula *ὥςτε* explicare student, quasi infinitivum regere ista particula possit. Immo, ut infra significabimus, per anacoluthon ita Graeci loquuntur, ut *ὥςτε* infinitivo iungant, qui ipse per se indicat *ad aliquid faciendum vel patiendum.* Quare qui *ὥςτε* in talibus intelligunt, ut *Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι*, tantum abest ut explicent constructionem, ut etiam impeditiorem reddant.

III.

DE PLEONASMO.

Oppositus ellipsi est pleonasmus, qui adiectione continetur vocabuli prorsus abundantis, id est, plane nihil significantis. Et habet sane lingua Graeca suos pleonasmos, sed multo illos pauciores, quam plerisque visum est. Qui maximam partem in praedicatis cernuntur, quoniam subiectum plerumque definitius, copula autem simplicior est, quam ut facile pleonasmum admittat. Sunt autem duo fontes pleo-

nasmi, unus, quum loquutio multo usu aliquid de vi sua amisit, ideoque etiam ibi usurpatur, ubi, nisi ex parte iners sit, aliena est; alter in iteratione eiusdem notionis, quae ad vim orationis augendam inventa, frequenti usu eam vim deposuit. Prioris generis sunt ἠῶθι πρό, quod sine pleonasmo, ut videtur, dictum Iliad. λ. 50. Od. ε. 469. abundante particula invenitur Od. ζ. 36.

ἀλλ' ἄγ' ἐπότρυνον πατέρα κλυτόν, ἠῶθι πρὸ
ἡμιόνους καὶ ἅμαξαν ἐφοπλίσαι.

Tum ἔξοχος ἄλλων et κηρόθι μᾶλλον, quae sic usurpari, ut si ἄλλων et μᾶλλον abessent, ostendi ad Hom. hymn. Cer. 362. Alterius generis exempla sunt trita illa, πάλιν αὖθις, ὅθ' οὕνεκα, ἄν κεν, et κὲν ἄν, ὡς οἷα, τίνας δὴ χάριν ἕνεκα apud Plat. de legg. III. p. 701. D. ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν, de qua formula v. Wyttenbach. eclogas histor. p. 414. et illud Sophoclis in Philocteta v. 554.

ἃ τοῖσιν 'Αργείοισιν ἀμφί σ' οὕνεκα
βουλεύματ' ἐστί.

Quodammodo huc pertinet etiam illud eiusdem in Trachiniis v. 1160.

πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,

et Euripidis in Suppl. 401.

'Ετεοκλέους ἀμφ' ἑπταστόμους
Πύλας ἀδελφοῦ χειρὶ Πολυνείκους ὕπο,

quamquam in his duobus exemplis rectius dicas duas loquutiones confusas esse. Alio modo repetita notio sic abundat, ut non integro aliquo vocabulo, sed parte eius comprehensa sit. Vt Iliad. ψ. 709.

ἂν δ' 'Οδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο.

Eurip. in Androm. 613.

παίδων τ' ἄπαιδας γραῦς ἔθηκας ἐν δόμοις.

quod genus in primis frequens est apud tragicos, vocabulis, quae α privativum habent, nihil nisi detractionem significantibus, alteraque parte plane inertibus: quorum similia sunt talia, ut οἰκοφύλαξ δόμων. Tum ἀπ' οὐρανόθεν, ἐπ' ἐσχαρόφιν, nam φι illud nihil est nisi θι alio modo pronunciatum. Quamquam hoc genus postea pro ipsis genitivis usurpatum est, unde Iliad. ν. 588. habent genitivum adiectivi additum, ἀπὸ πλατέος πτυόφιν.

Sed quemadmodum ellipses saepe habitae sunt, quae nullae sunt ellipses, ita etiam in pleonasmis numerantur, qui ex ea, quam posuimus, definitione non sunt pleonasmi. Horum quinque sunt genera.

Primum est verbositatis, ut hoc Euripidis,

δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλῶ στρατηλάτα.

Sunt autem, quae male huc referantur, ut hoc Sophoclis in Oed. Col. 668.

εὐίππου, ξένε, τᾶςδε χώρας
ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,

quorum sensus est: *ad equestris loci sedem, hospes, venisti, quae huius regionis est praestantissima.*

Secundum genus explicationis est. Euripides Phoen. 47.

Κρέων ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη,
ὅςτις σοφῆς αἴνιγμα παρθένου μάθοι,
τούτῳ ξυνάψειν λέκτρα.

Homerus, ἵππους ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. Vide Ruhnk. ep. crit. I. pag. 56. Vsitatissima est in hoc genere explicatio confirmatioque per inversionem, ἑκόντες, οὐκ ἄκοντες· γνωτά, κοὐκ ἄγνωτα. Sed ineptum est, quod in Oreste librariorum errore legitur v. 538.

ὅπου σε μέλλω σήν τε λυπήσειν φρένα.

Tertium genus circumscriptionis est, poetis maxime usitatum, ὀδυρμάτων θρῆνοι, θρήνων ὀδύρματα, qualia saepe splendorem orationis augent, ut in Persis,

τῆλε πρὸς δυσμὰς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.

Ad hanc classem saepe referendi sunt genitivi adiectivorum loco positi, ut in Prometheo, κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς, i. e. μυχὸς ὑποχθόνιος.

Quartum genus confusionem continet duarum loquutionum, quod patet latissime. Xenophon Cyrop. I. 3, 8. καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, οὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ καὶ εὐσχημόνως; Sophocles Philoct. 315.

οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ τυχεῖν.

Homerus Iliad. χ. 247.

ὣς φαμένη, καὶ κερδοσύνῃ ἡγήσατ' Ἀθήνη.

Aeschylus Sept. ad Th. 425.

τρέμω δ' αἱματη-
φόρους μόρους ὑπὲρ φίλων
ὀλομένων ἰδέσθαι,

quod compositum est ex his, τρέμω ὑπὲρ φίλων, et τρέμω ἰδέσθαι μόρους φίλων ὀλομένων. Sophocles in Antig. 1089.

καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν,
τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν, ἢ νῦν φέρει.

Pertinet ad hanc classem in primis particula δὲ in apodosi abundare visa, quam in anacoluthi expositione tangemus.

Quintum denique genus versatur in vocabulis, quorum quum vim non perciperent interpretes, ad pleonasmum confugerunt. Eiusmodi non solum particulae quaedam sunt, ut ῥά, τέ, γέ, sed etiam alia vocabula. Vt verbum εἶναι in formulis, quales sunt, τὸ νῦν εἶναι, τὸ τήμερον εἶναι, quae non significant idem, quod omisso εἶναι, sed quod nos dicimus, *für jetzt*, *für heute*, i. e. *pro praesentis temporis, hodiernive diei conditione*. Aristophanes:

κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι.

Satis est pro hodierno die. Valde usitatum in hoc genere est ἑκὼν εἶναι, quod non est simpliciter *sponte*, sed *quantum quis sponte quid faciat*. Quod quum ibi potissimum soleat locum habere, ubi de eo sermo est, quod quis facere detrectat, vel aegre facit, observatum a grammaticis est, plerumque post negationem eam formulam usurpari: ut apud Xenophontem Cyrop. II. 2, 15. οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις, *neque vero amicis, nedum aliis risum praebes, ut id quidem sponte facias*. Nos dicimus, *wenn es von dir abhängt, wenn es auf dich ankommt*. Interdum tamen ἑκὼν εἶναι vere cum pleonasmo dici credas, ut apud Herodotum VII. 104. ὁ δὲ Κάδμος οὗτος, πρότερον τουτέων παραδεξάμενος παρὰ πατρὸς τὴν τυραννίδα Κώων εὖ βεβηκυῖαν, ἑκών τε εἶναι καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενός, ἀλλ' ὑπὸ δικαιοσύνης, ἐς μέσον Κῴοισι καταθεὶς τὴν ἀρχήν, οἴχετο ἐς Σικελίην. Quamquam haud scio an hic quoque haec formula non plane idem, quod simplex ἑκών, significet, sed potius mutet nonnihil eius vim: ut locus ita vertendus videatur: *Cadmus autem ille, qui ante illos imperium Coorum bene constitutum a patre acceperat,*

quum sponte quadam sua, neque ullo metu compulsus, sed pro ea, qua erat, iustitia, regnum Cois tradidisset, abiit in Siciliam.

Numerantur denique in vocibus per pleonasmum adiici solitis maxime particulae μὴ et οὔ: sed eas plerisque in locis omnibus, aut ut vis negationis augeatur, aut ut vel maxime necessariae sint, adhiberi, satis in adnotationibus ad Vigerum demonstratum est.

IV.
DE CONFUSIONE NOTIONUM.

Accedimus ad secundum eorum locorum, in quos omnem idiomatum varietatem distribuendam esse diximus, qui continet eas formulas, in quibus verba aliud, quam quod cogitatur, significant.

Ac primo huc pertinet negationis cum verbis quibusdam coniunctio, quae usu in aliam sententiam deflecti, quam quae in ipsis verbis inest, consuevit. Eiusmodi sunt οὔ φημι et οὐκ ἐῶ, quae quum proprie significent *non dico*, *non sino*, ita usurpantur, ut *nego* et *veto* notent. Vnde φής, ἢ οὐ φής; non est, *ais*, *an non ais?* nam qui non ait, potest etiam tacere: sed *ais*, *an negas?* Eodemque modo οὐκ ἐᾶν, quod proprie intelligi potest in illo Homeri,

τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη,

non sinit me trepidare Minerva, aliis in locis, idque saepissime, non aliter ferri poterit, nisi ut *vetare*, *dehortari* notet. Herodotus II. 30. ὡς δὲ κατέλαβε, ἐδέετο, πολλὰ λέγων, καί σφεας θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ ἔα, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας: *quos ut assequutus erat, orabat multis verbis, dehortabaturque patrios deos deserere, et liberos coniugesque.* Vide ibi Valckenarium. Hinc fit ut recte dicatur, εἰ οὐκ ἐᾷ τις, quia οὐκ ἐᾷ unam notionem constituit. Sophocles in Aiace v. 1131.

εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.

Idem vero cur in eadem fabula v. 1183. dicat,

ἀλλ' ἀρήγετ', ἔςτ' ἐγὼ μόλω
τάφου μεληθεὶς τῷδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ,

non potest obscurum esse. Non dicit enim, *opem ferte, etiam si quis vetet;* sed *donec ego necessaria curavero, etiam si nemo permittat.*

Alio modo ista notionum confusio apud poetas in genitivi quodam usu cernitur, qui saepe viris doctis ita fraudem fecit, ut ad antiptosin confugerent, qua figura nihil fingi potest ineptius. Veluti in Sophoclis Electra v. 19.

μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη,

et v. 757.

καί νιν πυρᾷ κήαντες εὐθύς, ἐν βραχεῖ
χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι.

quos locos Brunckius, Scholiastas sequutus, ad Oed. R. 833. sic interpretatur, ut ἄστρων εὐφρόνην pro ἄστρα εὐφρόνης, et μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ pro δειλαίαν σποδὸν μεγίστου σώματος dicta existimet. Cuiusmodi licentiam si Graecis concedimus, profecto dubium erit, an, si quem patris filium vocent, filii patrem velint intelligi. Quod quum ita sit absurdum, magis ut non possit, manifestum est, non ubique, nec sic huic loquutioni locum esse, ut mutetur subiectum orationis, nisi ubi ad sensum nihil interest, veluti in eo, utrum θρήνων ὀδυρμούς, an ὀδυρμῶν θρήνους dicas. Immo horum ea ratio est, ut genitivus sit pro adiectivo. Quoniam enim adiectivum notat id, quod alicuius rei vel partem aliquam, vel aliam quamcumque notam contineat, non alienus est genitivus in commemoratione conditionis, ab illa re, quae genitivo casu nominatur, repetitae. Itaque non dixit Sophocles ἄστρα εὐφρόνης ἐκλελοιπέναι, sed εὐφρόνην ἀστερόεσσαν, nec μεγίστου σώματος δειλαίαν σποδόν, sed μέγιστον σῶμα εἰς δειλαίαν σποδὸν μεταβεβλημένον, velut v. 58. loquitur,

φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.

Eiusdemmodi est illud in Antigona v. 114.

λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός,

quod est idem ac si dixisset χιονέῃ πτέρυγι. Caeterum vide Seidlerum ad Eurip. Electr. 651.

Paullo alia ratio est huius loquutionis, qua Euripides Electram incipit,

ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος,

qua ille non voluit significare ὦ γῆ παλαιοῦ Ἄργους, sed quod poterat dici ὦ παλαίχθον Ἄργος. Cui simillimum est illud Sophoclis in Oed. Col. 297. πατρῷον ἄστυ γῆς. Nam saepissime Graeci adiectiva non cum eo nomine, quocum proprie debebant, sed cum alio coniungunt, quae ipsa loquendi forma ad hoc genus idiomatum, de quo agimus, pertinet, ita ut πατρῷον ἄστυ γῆς sit idem, quod πατρῴας γῆς ἄστυ.

Denique poetae Graeci, maximeque tragici, satis habentes, si notiones omnes, quibus opus est, afferantur, saepe nihil curant, utrum sic iungantur, ut par est, an prorsus confundantur ac permutentur. Ita non videtur corrigendum hoc Euripidis in Herc. fur. 398.

χρυσέων πετάλων ἄπο μηλοφόρον
χερὶ καρπὸν ἀμέρξων,

quod, si recte loqui voluisset, dici debebat χρύσεον πετάλων ἀπὸ μηλοφόρων καρπόν. Alia vide apud Lobeckium ad Soph. Ai. 7.

V.

DE ATTRACTIONE.

Sequitur tertius idiomatum locus, qui est relationis: quae quum posita sit in coniunctione nexuque sententiarum, dupliciter necesse est rationem grammaticam laedi posse, coniungendo, quae disiungi debebant, et distrahendo, quae debebant cohaerere. Vnde ex duabus partibus constat hic locus, attractione et anacolutho.

Est autem attractio in eo posita, si quid eo, quod simul ad duas orationis partes refertur, ad quarum alteram non recte refertur, ambas in unam coniungit. Vt ἃς ἔχεις ὀργὰς ἄφες. Sunt enim duae partes, ὀργὰς ἄφες, et ἃς ἔχεις. Sed ὀργὰς cum priori iunctum, cum qua iungi non debet, facit ut ex ambabus unum fiat, quod interpunctione non est in duas dirimendum. Sic etiam ὠφελεῖν πόλιν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο. Nam prior pars est ὠφελεῖν πόλιν ἀπὸ τούτων, altera ἃ ἔχοι τε καὶ δύναιτο, quae sic contracta, ut pronomen relativum casu suo ad priorem partem pertineat, ambas in unam coniungit. Demosth. de cor. p. 230, 16. ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν, i. e. ἕτερον. Eurip. Med. 11. ἀνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα, pro χθονί.

Quo in genere propter omissum ἐστὶ paullo obscurius dictum in lege apud Demosth. ad Macart. 54. p. 1068, 2. ἐπιδοὺς — ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς οἷς αὐτῆς, i. e. πρὸς τούτοις, ἃ αὐτῆς ἐστίν. Quod in Arriani Exped. Alex. III. 10, 6. legitur, verbis καὶ ἅμα in suum locum repositis: καὶ ἅμα αὐτῷ τε κινδυνεύοντι τὸ πολὺ ἐν ταῖς μάχαις σφαλερὰ ἡ νὺξ κατεφαίνετο, ἡττηθέντι τε αὖθις Δαρείῳ τὴν ξυγχώρησιν τοῦ χείρονι ὄντι καὶ χειρόνων ἡγεῖσθαι ἡ λαθραία τε καὶ νυκτερινὴ ἐκ σφῶν ἐπίθεσις ἀφῃρεῖτο· in eo loco quum proprie dicendum fuisset τοῦ χείρονα ὄντα ἡττηθῆναι, subintellecto infinitivo ex ἡττηθέντι, participii casui accommodata sunt etiam χείρονι ὄντι. Sophocles in fine Aiacis: τῷδ' ἀνδρὶ πονῶν τῷ πάντ' ἀγαθῷ κοὐδενί πω λῴονι θνητῶν· i. e. οὗ οὐδείς πω λῴων ἦν. Plutarchus in Cat. mai. cap. 12. ἐπ' Ἀντίοχον τὸν μέγαν συνεξῆλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα φοβήσαντα Ῥωμαίους ὡς οὐδένα ἕτερον μετ' Ἀννίβαν· i. e. ὡς οὐδεὶς ἕτερος ἐφόβησεν. Herodotus VII. 145. τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, (inserendum videtur καί) οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω· i. e. οὐδαμὰ Ἑλληνικὰ ἦν, ὧν οὐ πολλῷ μείζονα.

Sed de attractione quum docte accurateque exposuerit Buttmannus, tamen quae ille ad transpositionem, quod ipse peculiare posuit idiomatum genus, referenda putavit, ἐν ἄλλοτ' ἄλλῃ, πόλιν τὴν αὐτὸς αὐτοῦ, παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ, non illic, sed maxime in attractione commemoranda erant. Nam totum hoc genus, quod transpositionis nomine comprehendit Buttmannus, partim in rhetorica verborum ordinis mutatione versatur, quae ratio non est in idiomatis numeranda, ut in his exemplis, νῦν δὴ ἃ ἔλεγον, et ἔχεις, πάλαι ὧν ἐπεθύμεις; partim ad attractionem pertinet, quum eamdem, quam reliquae attractionis formae, naturam habet, ut referendo quid eo, quo non debet, ex duabus partibus unum quid faciat: id quod fit in exemplis illis; partim vero ad neutrum genus referri potest, quia ne transpositio quidem est, ut illud Platonis in Phaedro c. 10. ὥςπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι. Neque enim, ut Buttmanno placet, οἱ προσείοντες coniungi debent, sed omissum est participium propter verbum, quod sequitur, ut plena oratio haec futura sit, ὥςπερ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα ἄγοντες, θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι. Thucyd. I. 134. καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθασιν. V. Poppo Obss. crit. p. 97. s. Itaque, ut in viam redeam, talia, quale

hoc Aeschyli est, πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει, propterea sunt in attractionibus numeranda, quod quum ex duabus partibus constet oratio, ἄλλοτε, et πρὸς ἄλλον, eae partes ita in unum coniunguntur, ut, quum recte coniungantur ἄλλοτ' ἄλλον et πρὸς ἄλλον, in medio positum ἄλλοτε simul et ad ἄλλον et ad πρὸς ἄλλον referatur. Quoniam enim Graeci amant vocabula ex eadem origine orta, cognatamque significationem habentia coniungere, cuiusmodi quum alia multa sunt, tum illa frequentissima, ἄδωρα δῶρα, νᾶες ἄναες, παίδων ἄπαιδες: factum est paullatim, ut talia quasi una notione cohaererent, unde articulum vel praepositionem eo loco collocari patiuntur, ubi salva grammatica ratione collocari non potest. Non est autem hoc aliud, quam quod in omni attractione fieri videmus. Sed ne repetam, quae de hac re a Buttmanno dicta sunt, satis habebo, quaedam, quae ab illo praetermissa sunt, adiicere. Et quam ille attractionem in vocabulis, quibus mansio vel motus aliquis significatur, notavit, de qua vide etiam Seidlerum ad Eurip. Iph. Taur. 113. 348. eius memorabile exemplum extat in Sophoclis Electra v. 137.

ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ 'Αΐδα
παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις.

Quae quum ad grammaticam rationem falsissima sint, tamen si per attractionem explicantur, recte se habebunt. Nam quum haec essent iungenda, ἐξ 'Αΐδα παγκοίνου λίμνας ἀνστάσεις, praemisso iis articulo simul ad praecedentia referuntur, ut si plene exprimas, hoc dicatur, τὸν ἐν Ἅιδῃ ἐξ αὐτοῦ ἀναστήσεις. Aliud insigne exemplum v. infra p. 941. Porro attractio est in hoc Homeri versu:

Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ.

Nam quum idoneis indiciis sciamus, nomina compellationi inservientia a Graecis sola poni, ita ut pausa quadam in pronunciando a sequentibus dirimantur: ea ratio non sinit pronomen encliticum adiungi, quod eo modo in initio orationis foret, in quo non potest poni. Quod si tamen ponitur, apertum est, non esse in initio positum, sed per attractionem simul cum praecedentibus esse coniungendum. Itaque quae duae erant sententiae, Πάτροκλε, et κεχαρισμένε μοι θυμῷ, quae recte sic in unam contraherentur, κεχαρισμένε μοι θυμῷ Πάτροκλε, cum quadam perversitate ita coniunctae sunt, ut factum est a poeta. Eiusdemmodi est illud Euripidis Iphig. Aul. 1445.

παῦσαί με μὴ κάκιζε.

Quod quum ex his duobus constet, *παῦσαι, μή με κάκιζε*, recte illa sic iungerentur, *παῦσαί με κακίζων*: sed iunxit poeta sic, ut collocatio pronominis, quae ex lege grammatica debebat alia esse, ad utrumque membrum referatur. Aliud huius generis exemplum apud eumdem poetam est in Bacchis v. 504. *αὐδῶ με μὴ δεῖν.* Vide etiam Sophocl. Trach. 218. 219.

Adde denique rariorem attractionem, quae est in vocativo, ut apud Theocritum XVII. 66.

ὄλβιε κῶρε γένοιο,

i. e. *ὄλβιος γένοιο, ὦ κοῦρε.* Vide Eurip. Troad. 1229. et ibi Seidlerum. Imitati Latini: v. Diar. Class. XVI. p. 353.

Postremo singulare notandum est attractionis genus, quod invenitur in huiusmodi exemplis. Sophocles in Trach. 1238. (v. supra p. 745.)

ἁνὴρ ὅδ' ὡς ἔοικεν οὐ νέμειν ἐμοὶ
φθίνοντι μοῖραν.

Vbi quum duae sint sententiae, *ὡς ἔοικεν*, et *ἁνὴρ οὐ νέμει μοι μοῖραν*, posterior ita cum priore coniungitur, ut verbum *νέμει*, quod ad *ὁ ἀνὴρ* referri debebat, cum verbo *ἔοικεν* construatur. Insolentius ea ratione usus est Euripides in Iph. Taur. 50.

μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι,
δόμων πατρῴων, ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας
ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ' ἀνθρώπου λαβεῖν.

In Xenoph. Anab. VI. 4, 18. imperite quidam *γὰρ* deleverunt. Pleni sunt hoc genere loquendi scriptores Graeci omnes, dixeruntque saepius de eo nostra aetate viri docti. Vide quos citavit Winkelmannus ad Plat. Euthyd. p. 38. deque Latinis, qui imitati sunt Graecos, adde Beierum ad fragm. oratt. Cic. p. 96. Exempla ponam quaedam. Nam saepe et librarii hanc dicendi formam obscurarunt, neque ubique intellexerunt critici. Herodotus I. 58. *ὡς δή ὦν ἐμοί γε δοκέειν τὸ Πελασγικὸν ἔθνος, ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμὰ μεγάλως αὐξηθῆναι.* VII. 229. *εἰ μέν νυν ἦν μοῦνον Ἀριστόδημον ἀλγήσαντα ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτην ἢ καὶ ὁμοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, δοκέειν ἐμοὶ οὐκ ἄν σφι Σπαρτιήτας μῆνιν οὐδεμίαν προςθέσθαι· νυνὶ δὲ τοῦ μὲν αὐτῶν ἀπολομένου, τοῦ δὲ τῆς μὲν αὐτῆς ἐχομένου προφάσιος, οὐκ ἐθελήσαντος δὲ ἀποθνήσκειν, ἀναγκαίως σφι ἔχειν μηνῖσαι μεγάλως Ἀριστοδήμῳ.* Et cum nominativo II. 56. *δοκέειν ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὐτὴ*

τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης τῆς αὐτῆς ταύτης, πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς· ἔπειτα δουλεύουσα αὐτόθι, ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυίῃ Διὸς ἱρόν. Plutarchus in Mario c. 36. τοῦ δὲ χειμῶνος αὐξανομένου καὶ τῶν σιτίων ἐπιλειπόντων ἐκβάντες ἐπλάζοντο πρὸς οὐδένα σκοπόν, ἀλλ' οἷα συμβαίνει ταῖς μεγάλαις ἀπορίαις ἀεὶ φεύγων ἐκ τοῦ παρόντος ὡς χαλεπωτάτου καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐν ἀλλήλοις. Vbi vehementer erravit Schaeferus, non videns infinitivos, ex quibus repetenda sunt verba recta, ex οἷα συμβαίνει pendere. In eadem vita c. 28. perturbata ab librariis scriptura sic restituenda: ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἄλλα φιλαλήθης ἀνὴρ καὶ χρηστός, ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προςκεκρουκώς, ὡς ἀργύριον εἰς τὰς φιλὰς καταβαλὼν πολὺ καὶ πριάμενος τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς. In Aeschinis epistola V. 5. scribendum: καὶ οὕτω μὲν ἀγαπῶ τὰ παρόντα, καὶ ὅπερ φασὶ Σοφοκλέα ἤδη γέροντα ὑπὲρ ἄλλης ἡδονῆς εἰπεῖν ὥςπερ κυνὸς λυττώσης ἀπηλλάχθαι τῆς τοῦ πολιτεύεσθαι ἡδονῆς, ᾧ καὶ, ὅταν ὁ νοῦς ἐπικρατῇ, τρισευδαίμων ἔγωγε ἐμαυτῷ τῆς φυγῆς ἣν φεύγω φαίνομαι. Sophocles Antig. 705.

μή νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ σκόπει,
ὡς φῂς σύ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.

i. e. ὀρθῶς ἔχον, ὡς φῂς σύ.

VI.
DE ANACOLVTHO.

Attractioni oppositum est anacoluthon. Nam quemadmodum attractionis est, referendo quid simul ad duas partes, unum efficere, ita anacoluthon versatur in uno eas in partes distrahendo, quarum neutra, si leges grammaticas spectas, cum altera cohaeret. Vt in hoc Platonis de legg. III. p. 686. D. ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον, οὗ πέρι διαλεγόμεθα, ἔδοξέ μοι πάγκαλος εἶναι. Vnum est enim aut hoc, ἀποβλέψαντί μοι ἔδοξεν, aut illud, ἀποβλέψας ἡγησάμην. Horum utrumque sic est distractum, ut, parte ex utroque sumpta, earum partium neutra cum altera in unam constructionem, quae legibus grammaticis conveniat, possit consociari. Sed cavendum est, ne, quum de idiomatis disputatur, aut ea commemorentur anacolutha, quae quod rhetorica sunt, nihil pertinent ad idiomata, aut illa negligantur, quorum infinita multitudo maxime est in idiomatis numeranda. Id quod

utrumque videtur Buttmanno accidisse, qui quae anacolutha attulit, maximam partem rhetorica sunt, i. e. talia, quae non sunt cuiuspiam linguae propria, sed in omnibus linguis, vel a motu animi, vel ab arte oratoris, vim aliquam captante, vel denique a negligentia repeti debent. Illorum autem, quae vere sunt idiomata, pleraque omnia non sunt a Buttmanno hoc loco commemorata. Quorum has fere formas observari licet.

Prima maximeque simplex in constructione nominum invenitur, pro quibus aliud nomen mente substituendum est. Vt apud Aeschylum Choeph. 21. χοὰς πρόπομπος, i. e. χοὰς προπέμπουσα, et in Prom. 613.

πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.

i. e. τὸν πῦρ βροτοῖς δόντα. Nam neque δοτὴρ recte cum dativo, nec πρόπομπος cum accusativo construi potest. Sic etiam ἐκείνου τεκὼν in Eurip. El. 333. pro πατὴρ ἐκείνου. In eadem fabula v. 492. παλαιόν τε θησαύρισμα de vetusto vino, quod metri caussa iure suspectum fuit Seidlero, sic emendandum puto, πάλαι τε θησαύρισμα, quod ita dictum sit, ut intelligatur πάλαι τεθησαυρισμένον. Huiusmodi constructiones ubi non effugerunt attentionem grammaticorum, tradunt illi dici quid πρὸς τὸ νοούμενον, sive πρὸς τὸ σημαινόμενον. Saepissime vero, etiam ubi facillimum erat verum videre, ad ellipses aliaque id genus commenta maluerunt confugere. Ex his sunt illa tritissima,

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι,

in quibus si, quod plerisque placet, κατὰ velis intelligi, etiam si posset intelligi praepositio, quod non posse fieri supra ostensum est, tamen oratio prorsus frigida et coloris poetici plane expers futura esset. Nihil hic est nisi anacoluthon. Nam ἴκελος requirebat ὄμμασιν, ὄμματα autem addi poscebat ὅμοια ἔχων. Itaque hoc in mente versatur ei, qui pro eo ponit ἴκελος. Sed haec multo usu ita vulgari coeperunt, ea ut propemodum propria haberetur constructio. Eadem, ut supra dictum est, quum de ellipsi exponeretur, plurimarum est similium formularum ratio.

Conspicitur haec constructio etiam in verbis, cuiusmodi sunt ἔρχεσθαι, βαίνειν, ἵστασθαι, et alia plurima. Eaque duobus modis illam notionum confusionem exhibent, uno,

ubi accusativus loci, quem quis vel petat, vel in quo incedat stetve, adiungitur. Vt quum Euripides in Electra v. 95. dixit,

> *δυεῖν δ' ἅμιλλαν ξυντιθεὶς, ἀφικόμην*
> *πρὸς τέρμονας γῆς τῆςδε.*

dictum id est recte et proprie: sed quod ibidem v. 87. legitur,

> *ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ μυστηρίων*
> *Ἀργεῖον οὖδας,*

id falleretur, qui per omissionem praepositionis *πρὸς* explicatum iret. Nam quoniam qui aliquo pervenit, id, quo tendebat, adeptus est, inest in verbo *ἀφῖγμαι* attingendi obtinendique notio, ex eaque pendere accusativus putandus est. Sunt autem haec in multis verbis tam usitata, ut vix animadvertatur, accusativum non proprie cum iis construi. In quibusdam vero paullo rarior ista constructio est, isque fere est alter modus, quo haec verba accusativum adsciscunt. Est enim is accusativus non loci, quem quis teneat et occupet, sed rei, quae aliquem ad locum admoveatur. Vt in eadem Euripidis fabula v. 94.

> *καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα,*

et in Oreste v. 1487.

> *Μυκηνίδ' ἀρβύλαν προβάς,*

et in Aiace Sophoclis v. 40.

> *καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;*

et v. 42.

> *τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν;*

Quae qui ita acciperet, ut *βαίνειν, προβαίνειν, ᾄσσειν, ἐπεμπίπτειν* accusativum regere existimaret, haud parum falleretur. Immo quoniam, qui incedit vel ruit, pedem manumve moveat necesse est, illa ipsa movendi notio, quae est in his verbis, facit, ut, si sola per se spectetur, accusativus iis possit adiungi.

Similis ratio est talium locorum, ut

> *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ*
> *τόνδε κλύουσαν οἶκτον,*

in Aeschyli Choeph. 408. ubi accusativum posuit, tamquam si praecessisset *τρόμος ἔχει με.* Omninoque in huiusmodi

anacoluthis frequentissimus est accusativus, ut qui casus facilius, quam caeteri, ex aliqua obscurius cogitata sententia pendere possit. Ille vero, Il. β. 350. φημὶ κατανεῦσαι Κρονίωνα, ubi tertio post versu ἀστράπτων et φαίνων sequuntur, ut si κατένευσε Κρονίων praecessisset, et Sophoclis Oed. R. 158. πρῶτα σὲ κεκλόμενος, cui post tres versus subiicitur προφάνητέ μοι, sunt quidem anacolutha, sed rhetorica potius.

Pertinet ad eamdem rationem etiam ille accusativus, qui effectionem rei significans plurimis verbis ita adiicitur, ut prorsus pendere videatur. Vt apud Euripidem in Electra v. 231.

εὐδαιμονοίης μισθὸν ἡδίστων λόγων,

i. e. τὸ εὐδαιμονεῖν μισθὸν ἔχοις ἡδίστων λόγων.

Est autem omnino hoc genus constructionis, quo res effecta additur, latissime diffusum. Vt in Euripidis Suppl. 978.

δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων
πρὸς στέρνοις πτύχα τέγξω,

i. e. τέγγουσα νοτερὸν ποιήσω. Exquisitiora exempla attulit Seidlerus ad Eurip. Electr. 442. ut illud in Sophoclis Electra v. 239.

μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις,
μήτ', εἴ τῳ πρόςκειμαι χρηστῷ,
ξυνναίοιμ' εὔκηλος, γονέων
ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας
ὀξυτόνων γόων.

Neque in his, inquit, *numerer*, *nec*, *si quid mihi boni obtigit*, *eo tranquilla fruar*, *si cohibendis querimoniarum acutis vocibus de honore parentis quidquam detraham.* Quod sic est dictum, ut prima specie videatur potius ἐντίμους γόων πτέρυγας ἴσχουσα dici debuisse. Sed nihil nisi notionum quaedam confusio est, quas sic ad verum revocabis: γόων πτέρυγας τῷ ἴσχειν αὐτὰς ποιοῦσα ἐκτίμους γονέων, *querimonias*, *cohibendo eas*, *reddens negligentes parentum.* In Oed. R. 57.

ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς,
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Satis erat, ἔρημος ἀνδρῶν, sed quum rem effectam sic, ut fecit, addidit, illa hoc modo voluit intelligi, τῷ ἐρημωθῆναι ἀνδρῶν οὐκ ἔχουσα ξυνοικοῦντας ἔσω. In Oed. Col. 1200.

τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.

i. e. ὄμματα, τῷ τητᾶσθαι αὐτῶν, ἄδερκτα ἔχων. Et quae sunt huius generis alia.

Porro alia verba propter negationes additas omissasve ad hoc genus idiomatis referenda sunt. Vt quum satis constet, infinitivo finem designari, quo quid suscipiatur, quid aliud θνήσκειν ἐσώθην et ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην significare credas, quam *servatus sum ad mortem*, et *quem servavi ut moreretur?* Nihilominus ista de morti ereptis dicta sunt. Nam quoniam in servandi notione inest notio prohibendi ne quid pereat, infinitivus ad illam prohibendi vim relatus est. Contra quod est apud Aeschylum in Prom. 235.

ἐξελυσάμην βροτοὺς
τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν,

si plane legibus grammaticis accommodetur, dicendum erit ἐξελυσάμην τοῦ μολεῖν εἰς Ἅιδου; sin ita, ut rei effectio declaretur, τὸ μὴ μολεῖν εἰς Ἅιδου, i. e. *effeci, liberando mortales ista necessitate, ne morerentur.* Sic denique dictum, ut loquutus est poeta, attractionem quamdam haec verba continent. Nam plene expressa sententia haec foret: ἐξελυσάμην βροτοὺς τοῦ μολεῖν εἰς Ἅιδου, μὴ μολεῖν εἰς Ἅιδου, *exsolvi mortales a moriendi necessitate, ut ne morerentur.*

Pertinet ad anacolutha etiam consociatio diversorum numerorum, sive ea in uno sit orationis membro, ut in Herc. fur. 858.

Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι.

sive in diversis, ut apud Sophoclem in Philocteta:

αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρούργου τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός.

Vnde in Eurip. El. 22. scribendum puto:

δείσας δὲ μή τῳ παῖδας Ἀργείων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις.

Quem locum praeter necessitatem, ut videtur, audacius tentavit Porsonus. Vulgo ποινάτορας.

Maxime vero huc pertinet infinita multitudo loquutionum, quae ex duabus formulis nunc ita conflatae sunt, ut utraque, omissa altera, recte se habeat; nunc autem sic, ut vel utraque vel alterutra inchoata atque imperfecta pendeat. Prioris formae est hoc in Sophoclis Trach. 49.

δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ
κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα
τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον γοωμένην.

Et Euripidis in Iph. Taur. 1089.

ὄρνις, ἃ παρὰ πετρίνας
πόντου δειράδας, ἀλκυών,
ἔλεγον οἶτον ἀείδεις.

Nam et οἶτον ἀείδεις, et ἔλεγον ἀείδεις recte se habet, pariterque in priore exemplo τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον γοωμένην, et ὀδύρματα γοωμένην: sed nunc illa, ὀδύρματα γοωμένην et ἔλεγον ἀείδεις, pro una notione sunt, ex eaque pendent accusativi τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον et οἶτον. Alterius exemplum sit hoc ex Electra Euripidis v. 205.

ναίω ψυχὰν τακομένα
δωμάτων πατρῴων φυγάς,

ubi tollitur metrica dubitatio Seidleri, si φυγὰς pro accusativo habeas. Dicit enim ψυχὰν τακομένα sic, ut insit in his verbis notio dolendi deplorandique: unde accusativum φυγὰς addit. Eiusdemmodi est τεθνάναι τῷ δέει vel τῷ φόβῳ τινὰ apud Demosth. p. 53, 10. 366, 25. quos locos temere tentarunt critici, male explicuit Ruedigerus.

Addam his unum adhuc genus, quod est in constructione vel pronominis relativi, vel quarumdam particularum, cuiusmodi sunt ὡς, ὥςτε, ὅτι, ἐπεί, πλήν. Et aperte quidem confusae sunt duae loquutiones in his apud Euripidem in Iph. Taur. 1211.

οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω,

et apud Sophoclem in Oed. R. 543.

οἶσθ' ὡς ποίησον,

quum pro iis quae poni debebant, ἅ μοι γενέσθαι χρή, et ὡς ποιητέον ἐστί, posita sint alia verba, sensum praebentia eumdem, sed constructionis quamdam perversitatem habentia. Eiusdemmodi est ἐπεὶ δίδαξον apud Sophoclem in El. 352. et hoc in Trach. 41.

πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται.

et alia. Porro saepissime in constructione particulae ὡς, ut apud Sophoclem in Trach. 1182.

ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις;

ubi quum dicendum esset ὡς τί γένηται, explet, id quod omittit, vocabulis πρὸς τί; Et in particula ὅτι, ut apud eumdem in exordio Antigonae:

ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

ubi dicendum erat, *ἆρ' οἶσθ' ὅτι οὐδέν ἐστι τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν, ὅ τι Ζεὺς οὐ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ*; pro quo subiicit aliam eodem sensu loquutionem. Maxime vero ad hoc genus pertinent particulae *ὡς*, *ὥςτε*, *ὅτι* infinitivis iunctae. Vt *ὡς συνελόντι εἰπεῖν*, quod quum dicendum sit *ὡς συνελὼν εἴπω*, vel *συνελόντι εἰπεῖν*, utrumque coniungitur. Sophocles in Philoct. 656.

> *ἆρ' ἔστιν ὥςτε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν,*
> *καὶ βαστάσαι με, προςκύσαι θ', ὥςπερ θεόν;*

ubi ex his *ἆρ' ἔστιν ὡς θέαν ἂν λάβοιμι* et *ἆρ' ἔστι θέαν λαβεῖν* unum conflatum est. Sic etiam in particula *ὅτι*, ut quum alibi saepe, tum apud Stephanum Byz. in v. *Τρεμιθοῦς: φασὶ δ' ὅτι, ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τὴν παρουσίαν τῆς δαίμονος ὑπὸ τρόμου διασαλευθῆναι.* Ex his apertum est, qui infinitivum, ubi is solus positus est, per ellipsin particulae *ὥςτε* explicare student, ut in illo,

> *αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι,*
> *πολλῇσιν νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν,*

constructionem non explicatiorem, sed difficiliorem reddere.

VII.

DE INCERTARVM SENTENTIARVM IN CERTAS MVTATIONE.

Reliquus est postremus idiomatum locus, qui in modo, quo quid cogitatur, positus est: in qua re memorabile idioma habet lingua Graecorum. Nam quae in illa gente ingeniorum mobilitas est et promptitudo, ea factum est, ut, si quid ex aliena mente referrent, id tamquam praesens eorum animis obversaretur: unde quae in huiusmodi caussa, quod incerta sunt, per obliquos modos exprimi deberent, indicativo illi solent enunciare. Vt apud Thucydidem II. 8. *ἡ δὲ εὔνοια παρὰ πολὺ ἐπῄει τῶν ἀνθρώπων εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως τε καὶ προειπόντων, ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν: studia hominum valde inclinabant in Lacedaemonios, quum praesertim ostendissent se Graeciam liberaturos esse.* *Ἐλευθεροῦσιν* dicit, quasi praesentes fingens Lacedaemonios, dicentesque *τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦμεν.* Nam ex legibus gram-

maticis, ut in re, quae ex mente et cogitatione cuiuspiam refertur, optativo uti debebat. Homerus Od. ρ. 120.

εἴρετο δ' αὐτίκ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
ὅττευ χρηΐζων ἱκόμην Λακεδαίμονα δῖαν.

Hic quoque ἱκοίμην dictum oportebat. Sed ἱκόμην dicit, tamquam si praesens interrogaret Menelaus, τεῦ χρηΐζων ἵκεο Λακεδαίμονα; Sed satis habeo tetigisse hoc idioma, cuius innumerabilia in scriptis Graecorum exempla exstant. Iterumque eius mentio fiet infra in explicatione modorum apud Homerum. Caeterum eodem referendus est usus coniunctivi cum particulis finalibus in re praeterita.

VIII.

DE MODORVM CONSTRVCTIONIBVS APVD HOMERVM.

Quoniam modorum usus apud Homerum ita varius et ambiguus est, ut, praesertim lectione in plurimis locis fluctuante, facillime quis, quod quum multis, tum nuper Thierschio accidit, in errores possit incidere: ea, quae de hac re explicatius disserui in tribus dissertationibus, quarum una est de praeceptis quibusdam Atticistarum, duae autem de legibus quibusdam subtilioribus sermonis Homerici, summatim et quam potero paucissimis, repetere visum est. Spectant ea autem potissimum ad particulas conditionales, sive eae simpliciter conditionem, sive temporis notationem contineant, quoniam de finalibus, cuiusmodi sunt ὅπως, ὡς, ἵνα, ὄφρα, satis dictum in adnotationibus ad Vigerum.

Conditio omnis eiusmodi est, ut quid aut vere esse vel non esse, aut posse esse dicatur. Hoc postremum rursus duplex est: nam quae possunt esse, ea aut nos nescimus utrum sint, necne, ideoque dubitanter loquimur, quum illa tamen re vera vel sint, vel non sint; aut non quaerimus, utrum sint, an non sint, sed fingimus esse, etiam si non sint, vel non esse, etiam si sint. His rationibus indicandis inserviunt modi indicativus, coniunctivus, optativus. *Εἰ γενήσεται, si erit,* quod futurum est; *εἰ γένηται, si fuerit*, quod an eventurum sit, necne, nescimus; *εἰ γένοιτο, si fiat*, quod sumimus fieri, nihil curantes, futurumne sit, an forte ne possit quidem fieri. His accedit quarta quaedam ratio, qua quid ita esse sumimus,

id ut simul negemus esse; qua in re indicativi praeteritorum, excepto perfecto, quod in eo semper quaedam praesentis significatio inest, usurpantur, εἰ ἐγίγνετο, *si esset*, quod non est; εἰ ἐγένετο, *si evenisset*, quod non evenit; εἰ ἐγεγόνει, *si factum fuisset*, quod non erat factum.

Apparet ex his, coniunctivum, quod is est de iis, quae qualia re vera sint, nescimus, natura sua ad futurum tempus pertinere: impletur enim conditio, ubi rem, qualis est, cognovimus. Itaque per verba εἰ γένηται, *si fuerit*, ita quid ponitur, ut, utrum sit, an non sit, cognitum aliquando iri significetur. Itaque hic modus cum futuris et praesentibus indefinitis, quorum aliqua semper pars adhuc incerta est, construitur: ξενίσω, ὁπότε ἵκηται, *hospitio excipiam, ubi venerit*.

τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος Ἄργεϊ μέσσῳ
εἰμί, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι.

hospites nobis invicem sumus, ego tibi Argis, tu mihi in Lycia, ubi istuc venero. Non etiam possis dicere, ἐξένισα, ὁπότε ἵκηται. Sed tum optativo locus est, qui quoniam rem indicat sola in cogitatione positam, usurpari solet, ubi unum de pluribus factis, sed illud incertum, commemoratur.

πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηΐφιλος Μηνέλαος
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο,

saepe eum excepit Menelaus, ubi Creta veniret.

Quae quum ita sint, de particulis vel pronominibus, quae cum his modis apud Homerum construuntur, in universum ita tenendum est, nihil ad verbi modum facere, utrum ἂν vel κὲν adiectum sit his particulis vel pronominibus, an non sit adiectum. Nam istud ἂν vel κὲν hanc tantum vim habet, ut sententiam aliqua ex parte incertiorem reddat. Quod si quaedam particulae ἂν consociatum habentes non coniunguntur cum quibusdam verbi modis, id non tam eo fieri existimandum est, quod contrarium fieri nequeat, sed quia non omnes loci significationem recipiunt particularum ἂν et κέν.

Itaque, ut ab indicativo ordiamur, is usurpatur, ubi conditio talis est, ut quid vere vel fuisse, vel esse, vel futurum esse dicatur. Iliad. δ.

οἱ δ' ὅτε δή ῥ' ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἵκοντο,
σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς.

Od. σ. 217.

νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας ἐσσὶ, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις,
οὐκέτι τοι φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι.

Iliad. ν. 817.

σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων
ἀρήσῃ Διΐ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν,
θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους.

Sed sunt etiam loci, in quibus quum coniunctivus vel optativus poni potuisset, indicativum poeta praetulit rei fortius affirmandae caussa. Od. θ. 317.

ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰςόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα

Iliad α. 174.

πάρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
οἵ κέ με τιμήσουσι.

ψ. 667. ubi Epeus, certus victoriae, alium sic ad certamen provocat, ut quem victum iri non dubitet,

ἆσσον ἴτω, ὅςτις δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον.

Et singulari conformatione orationis, Od. π. 417.

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνήρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται,
ὅς κεν Τηλεμάχῳ σῷ υἱέϊ χεῖρας ἐποίσει,

quia sententia eo redit, ut dicat οὔτις ἐποίσει.

Alibi indicativus ex vitae communis usu repetendus est, quae etiam in aliis linguis, ut in Germanica et Latina, multa, quae rectius per alium modum dicuntur, per indicativum profert. Od. π. 282.

ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ θήσει Ἀθήνη,
νεύσω μέν τοι ἐγὼ κεφαλῇ.

ρ. 120.

εἴρετο δ' αὐτίκ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
ὅττευ χρηΐζων ἱκόμην Λακεδαίμονα δῖαν.

Iliad. θ. 110.

ὄφρα καὶ Ἕκτωρ
εἴσεται, ἢ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν,

ubi non solum *μαίνεται*, sed etiam *εἴσεται* notandum, quod quidem quum ex *ὄφρα* pendeat, haec particula pro *doneo* accipi poterit.

Denique saepe, quae ex aliena cogitatione dicuntur, quoniam a Graecis ut praesentia narrari solent, indicativum habent. Il. μ. 59.

πεζοὶ δὲ μενοίνεον, εἰ τελέουσιν.

Od. ν. 339.

αὐτὰρ ἐγὼ τὸ μὲν οὔποτ' ἀπίστεον, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
ᾔδε', ὃ νοστήσεις,

quod Minerva iam reverso dicit. In talibus proprie optativo utendum erat.

Coniunctivus quoniam, ut supra dictum, ad futura spectat, domicilium habet in rebus futuris et praesentibus. In praeteritis autem sic tantum ei locus est, si in iis praesens aliquod, quo ille referatur, lateat.

In primo fit, ubi praesens per praeteritum designatur:

ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ·

qui diis obedit, eum solent audire. Sic etiam in negativis sententiis: Od. μ. 66.

ἀλλ' οὔπω τις νηῦς φύγεν ἀνδρῶν, ἥτις ἵκηται.

nulla navis solet effugere, quae istuc venerit.

Deinde, si praeteritum tale est, ut eius vis etiam in praesenti futuroque tempore permaneat: Od. ω. 359.

ἔνθα δὲ Τηλέμαχον καὶ βουκόλον ἠδὲ συβώτην
προὔπεμψ', ὡς ἂν δεῖπνον ἐφοπλίσσωσι τάχιστα.

Ibi Telemachum cum bubulco et subulco praemisi, ut quam citissime coenam apparent. Apparabant enim, quum ille haec narraret.

Tum in coniunctivi quoque usu mos ille, cogitata e praeterito in praesens tempus transferendi, conspicitur: Od. π. 368.

ἐμίμνομεν ἠῶ δῖαν,
Τηλέμαχον λοχόωντες, ἵνα φθίσωμεν ἑλόντες·

exspectabamus auroram, Telemacho insidias struentes, ut eum perdamus: quod manifestum est sic dici, ac si praecessisset, *exspectamus auroram.* Interdum haec temporum mutatio hunc usum praestat, ut per coniunctivum debuisse aliquid fieri indicetur. Iliad. ξ. 161.

ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
ἐλθεῖν εἰς Ἴδην, εὖ ἐντύνασα ἓ αὐτήν,
εἴ πως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι,
ᾗ χροιῇ, τῷ δ' ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν.

Hic optativus et coniunctivus personas distinguunt, ita ut χεύῃ, proprie an *debeat somnum affundere*, de ipsa Iunone dicatur. Inversa ratione per eosdem modos personae distinguuntur Il. π. 646.

καὶ φράζετο θυμῷ
πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ Πατρόκλου μερμηρίζων,
ἢ ἤδη καὶ κεῖνον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
αὐτοῦ ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι φαίδιμος Ἕκτωρ
χαλκῷ δῃώσῃ, ἀπό τ' ὤμων τεύχε' ἕληται,
ἢ ἔτι καὶ πλεόνεσσιν ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν·

proprie, *utrum Hector Patroclum statim occidere, eique arma detrahere debeat*, *an* ipse Iuppiter *plures adhuc perdat*. Sic recte vulgo Od. ξ. 327.

τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσαι,
ὅππως νοστήσῃ Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον.

proprie *quomodo redire debeat*. Communis usus hic optativum νοστήσειε requireret, quem ipsum posuit postea, ubi haec repetuntur, Od. τ, 296.

Denique coniunctivus apud Homerum etiam solus per se quamdam futuri significationem habet, sed eam tamen paullo aliam, quam quae est in vero futuro. Est autem duplex, una deliberativa, qua et Homerus et caeteri scriptores tantum in prima persona utriusque numeri utuntur, ut τί φῶ; unde adhortationi inservire coepit coniunctivus in prima persona pluralis, ut ἴωμεν; altera coniecturalis, quae apud solum Homerum usitata est, qua quid cum dubitatione quadam dicitur futurum esse, ut Od. α. 396.

τῶν κέν τις τόδ' ἔχῃσιν, ἐπεὶ θάνε δῖος Ὀδυσσεύς.

Horum quis illud fortasse habiturus est. Interdum autem, ut saepius dubitandi formulae maiorem quamdam affirmationem continent, fortiorem habet vim, quam futurum, ut Od. π. 437.

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνήρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται,

quod Germanice dicas, *der ist nicht, und wird nicht seyn, und soll nicht seyn.* Sed plerumque mollitur aliquantum haec significatio. Iliad. ο. 349.

> αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, οὐδέ νυ τόνγε
> γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
> ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο·

sie sollen ihn wohl nicht bestatten. Sic Iliad. δ. 164. ζ. 448.

> ἔσσεται ἦμαρ, ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή·

es wird ein tag seyn, wo wohl Ilios untergehn soll.

Optativus, qui modus ea notat, quae in sola cogitatione posita sunt, nullius est temporis proprius. Ita quod Il. ν. 343. de re praeterita dicitur,

> μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη,
> ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ' ἀκάχοιτο,

usurpari potest etiam in re praesente et futura. Sic de futuro, ω. 619.

> ἔπειτά κεν αὖτε φίλον παῖδα κλαίοισθα,

et de praeterito γ. 453.

> οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο,

quod plerumque dici solet, εἴ τις εἶδεν.

Quoniam autem, quae in sola cogitatione posita sunt, ob id ipsum non vere sunt, optativus saepe ea, quae possunt fieri, indicat. Od. μ. 112.

> εἰ δ' ἄγε δή μοι τοῦτο, θεά, νημερτὲς ἔνισπε,
> αἴ πως τὴν ὀλοὴν μὲν ὑπεκπροφύγοιμι Χάρυβδιν,
> τὴν δέ κ' ἀμυναίμην, ὅτε μοι σίνοιτό γ' ἑταίρους.

an Charybdin effugere, Scyllam autem propulsare possim. Hinc intelligitur, cur saepe coniunctivus et optativus in eadem constructione coniungantur, ut Il. σ. 307.

> ἀλλὰ μάλ' ἄντην
> στήσομαι, ἤ κε φέρῃσι μέγα κλέος, ἤ κε φεροίμην.

Germanice dicas, *ob er siegen soll, oder ich siegen könne.* Sic illud Od. χ. 77. βωὴ δ' ὤκιστα γένοιτο, *tum poterit auxilium advocari.* Ex eadem significatione repetendum est, quod hic modus saepe voluntatis significationem adiunctam habet, ut Od. δ. 637. τῶν κέν τιν' ἐλασσάμενος δαμασαίμην: nos, *davon möchte ich eines einfahren:* quae significatio proxime accedit ad illam, unde nomen inditum optativo est.

Tum quod in secunda tertiave persona monendi vel iubendi vim habet, ut Il. ω. 149.

κῆρυξ τίς οἱ ἕποιτο γεραίτερος.

Inservit autem optativus in primis consilio rationique, ob quam quid fiat, significandae. Sed placuit Graecis, de praesenti futuroque consilio fere tum optativo uti, si effectus dubius esset; sin minus, potius coniunctivo utuntur, ut qui rei vere futurae praesentisve notionem contineat. Contra de praeteritis consiliis coniunctivum ibi usurpant, ubi effectus adhuc durat, vel exspectandus est, nisi quum, ut supra ostendimus, praeterita in praesens transferunt; quum autem iam praeteriit effectus, quoniam id diserte nullus verborum modus indicat, optativum adhibent, qui quum effectum non verum, sed modo cogitatum notet, saltem non significat eum adhuc manere, sed potius refert ad illud tempus, quo captum est consilium. Iliad. η. 438.

ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.

Eadem verba exstant v. 339. nisi quod ibi ποιήσομεν est, quocum εἴη non aliter potest coniungi, quam si *ut possit esse* significetur: quod quum ibi non sit, apparet, in illo loco non, ut in hoc, optativum, sed coniunctivum εἴῃ pro ἔῃ positum a poeta esse, ποιήσομεν, ἵνα εἴῃ, *faciemus portam, ut sit via*; ἐνεποίεον, ἵνα εἴη, *fecerunt portam, ut esset via*. Contra aliis in locis recte optativus praesentibus iungitur, quum quidem vel cogitata tantum, vel ea, quae possint esse, significantur. Vt Il. δ. 262.

σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
ἕστηχ', ὥςπερ ἐμοί, πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Adest tibi, inquit, *poculum ad bibendum*, *quando velis*. Od. σ. 147.

μηδ' ἀντιάσειας ἐκείνῳ,
ὁππότε νοστήσειε.

Νοστήσῃ si diceret, esse rediturum Vlyssem indicaret: nunc, optativo usus, incertum reddit, an sit rediturus: ut si plene haec velis exprimere, dicendum sit, *quum redierit*, *si redibit*. Qua ratione saepissime talia explicari debent. Vno defungar, sed luculento exemplo. Il. κ. 305.

δώσω γὰρ δίφρόν τε δύω τ' ἐριαύχενας ἵππους,
οἵ κεν ἄριστοι ἔωσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,
ὅςτις κεν τλαίη, οἷ τ' αὐτῷ κῦδος ἄροιτο
νηῶν ὠκυπόδων σχεδὸν ἐλθέμεν.

Dabo, inquit, *equos, qui optimi reperti fuerint, ei, qui ad naves accedere ausus fuerit.* Ὅςτις κεν τλαίη, οἵ τ' αὐτῷ κῦδος ἄροιτο dicit, quod incertum est, an sit aliquis id ausurus: itaque sensus hic est, *qui ausus fuerit, si quis fuerit ausus.* Sed equos promittit, οἵ κεν ἄριστοι ἔωσιν, *qui optimi reperti fuerint*, coniunctivo usus, quia certum est, aliquos esse optimos. Quod si εἶεν dixisset, promisisset eos, qui optimi reperti fuissent, si qui fuissent tales reperti, quae inepta fuisset promissio. Eadem ratio est optativi cum particulis ὅτε μὴ iuncti, ut Iliad. ξ. 247.

Ζηνὸς δ' οὐκ ἂν ἔγωγε Κρονίονος ἄσσον ἱκοίμην,
οὐδὲ κατευνήσαιμ', ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι,

i. e. *nisi ipse iusserit, si quidem iubeat.*

Interdum vero optativus tantum modestiae caussa, vel quo quid lenius proferatur, usurpari solet. Vt Iliad. ψ. 893.

ἀτὰρ δόρυ Μηριόνῃ ἥρωϊ πόρωμεν,
εἰ σύ γε σῷ θυμῷ ἐθέλοις· κέλομαι γὰρ ἔγωγε.

Dionys. Hal. de struct. or. in fine libri: τοῦθ' ἕξεις δῶρον ἡμέτερον, ὦ Ῥοῦφε, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, εἰ βουληθείης ἐν ταῖς χερσὶν αὐτὰ συνεχῶς, ὥςπερ τι καὶ ἄλλο τῶν πάνυ χρησίμων, ἔχειν. Aeschylus Sept. ad Th. initio:

εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεῶν·
εἰ δ' αὖθ', ὃ μὴ γένοιτο, συμφορὰ τύχοι,
Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν
ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυῤῥόθοις.

Non dicit, ἢν μὲν εὖ πράξωμεν, ἢν δὲ συμφορὰ τύχῃ, quod esset, *si rem bene gesserimus; si quid adversi acciderit.* Sed cautius de belli eventu dicendum ratus, quo ne quid male ominatum proferat, optativo utitur: *si bene rem geramus, diis hoc acceptum feretur; sin male, ego reprehendar.*

Denique quod vulgo tradi solet, optativum ad significandam crebram repetitionem adhiberi, id, ut iam supra indicavimus, non eo fit, quod optativus per se repetitionem indicet, sed quod hic modus, quoniam ad cogitata tantum refertur, ibi, ubi de pluribus factis sermo est, non certum aliquod factum designat, sed quodcumque ex illis pluribus intelligere quis velit. Quare tantum abest, ut in optativo illa repetitionis significatio insit, ut ea semper in verbo, quod ad-

iectum est, reperiatur. Est enim hoc verbum aut natura sua frequentativum, ut Iliad. γ. 216.

ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς,
στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε,

cuiusmodi multa exempla inveniuntur apud Herodotum, quum alibi, tum VII. 119. aut imperfecto vel plusquamperfecto tempore ponitur, in quibus temporibus diuturnitatis significatio est, ut Iliad. α. 610. Od. τ. 49.

ἔνθα πάρος κοιμᾶσθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι,

Il. κ. 288.

πεδίονδε γὰρ αἰεὶ
τετράφαθ', ὁππότ' ἔπι Τρώων ἀΐοιεν ἰόντων·

aut denique, si aoristus ponitur, adiicitur aliquid aliud, quo repetitio indicetur, ut Il. γ. 232.

πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.

Vsurpatur autem aoristus ita cum solis praeteritis: nam in praesenti et futuro coniunctivus adhibetur, ut Od. τ. 515.

αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ, ἕλῃσί τε κοῖτος ἅπαντας,
κεῖμαι ἐνὶ λέκτρῳ.

Quod si duobus in locis apud Homerum etiam optativus in repetitione significanda praesenti iunctus invenitur, id sic tantum videtur fieri potuisse, ut ad praeteritam temporis partem respiciatur. Sunt hi loci Iliad. δ. 343.

πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο,
ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί.

et Od. ω. 343.

ἔνθα δ' ἀνα σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν,
ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.

Quorum locorum quum prior exprobrationem contineat eius, quod hactenus factum sit; in altero autem Vlysses de horto loquatur, olim sibi ab Laerte donato, quem caelo favente feracem fuisse norat: ferri poterit, opinor, in familiari sermone haec temporum commixtio, ut alter dicat, *primi estis*, (in mente habens, huc usque illos primos fuisse) *quoties epulas appararemus*; alter, florentem nunc quoque hortum videns, *omnis generis uvis abundat*, (semper id sic fuisse cogitans) *quoties caeli tempestas fecundasset.*

IX.

DE VSV MODORVM APVD HOMERVM IN COMPARATIONIBVS.

Quas hactenus explicavimus modorum rationes, etsi eaedem sunt in comparationibus, tamen quoniam magnam in his et subtilitatem et venustatem habent, seorsim de hac re exponendum videtur. Potest autem comparari aliquid vel cum eo, quod vere est, vel cum eo, quod potest esse; cum hoc autem, quod potest esse, duobus modis, aut sic, ut id, si fors tulerit, re vera evenire soleat; aut ut cogitetur tantum esse, etiam si forte ne possit quidem fieri. Consentaneum est autem, indicativum usurpari, quum quid cum eo, quod vere est, comparatur; coniunctivum, ubi cum eo, quod aliquando eveniat; optativum denique, ubi cum eo, quod non sit, sed esse tantum cogitetur. Sed quoniam omnis comparatio ad declarandum quid illustrandumque adhibetur, facile intelligitur, similitudinem aptius ab iis, quae sunt aut fuerunt, quam ab his, quae futura sunt, repeti, quoniam illa qualia sint novimus, haec autem nondum habemus cognita.

Itaque in indicativo, in quo magis, quam in reliquis modis tempus spectatur, seorsim de praeterito et praesente dicemus. Ac praeteriti indicativo de re fere facta necessario utendum esse, nemo non videt. Sic Od. υ. 66.

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι,

et quae ibi multa eodem modo exponuntur. Saepe vero poeticus sermo vel quae fieri solent, vel quae aliquando eveniunt, quo res vividius describatur, tamquam vere facta narrat: quo in genere saepe admisceri praesens solet. Iliad. ε. 902.

ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν,
ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι.

Cum praesentis indicativo statim coniunctivi explicationem coniungemus, quod is indicativo hac in caussa ubique oppositus est. Primum enim indicativus praesentis id notat, quod re vera est vel fit, coniunctivus autem illud, quod fit, si fit, i. e. quod tum demum fieri dicas, si fieri cognoveris. Itaque ubi quid cum re, quae vere est vel fit, comparatur, utendum est indicativo: Iliad. χ. 318.

οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Vbi autem ad comparationem adhibetur res talis, quae utrum sit, an non sit, incertum est, i. e. quae si est, casu est, coniunctivus usurpatur: Od. χ. 468.

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἢ κίχλαι τανυσίπτεροι ἠὲ πέλειαι
ἕρκει ἐνιπλήξωσι, τό θ' ἑστήκῃ ἐνὶ θάμνῳ.

Sic ibi legendum; nam ἑστήκει ferri non potest, quia imperfectum, plusquamperfectumque, ut quae ad certam praeteriti temporis partem referantur, nullum in comparationibus, quae ab re incerta sumptae sunt, locum inveniunt. Quod si qua horum temporum in huiusmodi comparationibus exempla inveniuntur, ea aut in verbis sunt, quorum imperfecta aoristi significationem habent, ut Iliad. ο. 274. π. 352. 487. φ. 493. ω. 759. Od. ε. 396. aut vitiosa lectione laborant, ut Il. λ. 549. μ. 156. ο. 272. Quoniam autem, ut supra diximus, quae aliquando eveniunt, saepe a poetis ut facta narrantur, non raro talia per indicativum aoristi describi solent, qui ob id ipsum, quia non de certo facto, sed de eo est, quod nunc quoque fieri possit, saepe, ut in constructione praesentium, cum particulis finalibus coniunctivum adsciscit: ut Il. δ. 485.

τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
ἐξέταμ', ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

Poterat enim etiam ἐκτέμνει dici.

Deinde indicativus praesentis statum notat permanentem, coniunctivus autem ob illam ipsam, quam modo attigimus, rei fortuitae significationem, in statu transeunte versatur. Hinc ubicumque de re permanente sermo est, indicativo seu praesentis, sive, quod idem est, perfecti utitur Homerus: Iliad. ρ. 434.

ἀλλ' ὥςτε στήλη μένει ἔμπεδον, ἥτ' ἐπὶ τύμβῳ
ἀνέρος ἑστήκῃ τεθνηότος, ἠὲ γυναικός.

In re transeunte autem coniunctivo, χ. 93.

ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσιν,
βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'.

In quorum locorum priore ob eamdem caussam ἑστήκῃ dictum est. Statuta enim semel columna permanet; statui eam autem fortuitum est, et cito transit. Sed notabile est, etiam rem fortuitam, si sententia est negativa, per indicativum prae-

sentis referri: idque recte: est enim negatio eius, quod fortuitum est, ipsa permanens quid: ut Il. σ. 161.

ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύνανται
ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πεινάοντα δίεσθαι.

Adde χ. 199.

Denique indicativus solere quid fieri indicat, coniunctivus autem ad unum ex pluribus factum refertur. Vtrumque intelligi potest ex his, Od. τ. 518.

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν
καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν·
ἥ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυήχεα φωνήν.

Ἀείδῃσιν hic dicit, singulare factum respiciens, quum qua canit luscinia. Sed quod addit ἥτε χέει φωνὴν, dictum est universe, *quae solet vocem fundere.* Quod si χέῃ dixisset, non de eo, quod quaevis facere luscinia soleret, sed de illo ipso, quem describit, certae alicuius lusciniae cantu loqueretur. Sed quum haec vis indicativi praesentis, qua ille, quae solent fieri, indicat, in eo posita sit, quod, non secus quam quum eadem in aoristi indicativo significatio inest, unum factum, tamquam exemplum, pro pluribus commemoratur: apertum est, si indicativus praesentis solere quid fieri notat, eumdem modum necessario etiam de singulari facto usurpari posse. Quod etsi rarius fieri videmus, usu magis vel aoristi indicativum, vel coniunctivum probante tamen aliquot locis factum est ab Homero, ut Il. β. 455.

ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
οὔρεος ἐν κορυφῇς, ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.

Reliquus est optativus, qui quum totus in re cogitata tantum versetur, ad eas adhibetur comparationes, quibus quid cum eo confertur, quod tantummodo cogitatur esse, etiam si forte ne possit quidem fieri. Il. β. 780.

οἱ δ' ἄρ' ἴσαν, ὡςεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο.

Od. ι. 383.

ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς
δίνεον, ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήϊον ἀνήρ.

Ita, inquit, *torquebam titionem*, *ut si quis carinam terebraret*, i. e. ut si carina esset terebranda.

Caeterum monendi sunt tirones, ne particulas δὲ et τὲ, quae frequentissimae sunt in comparationibus apud Homerum,

temere et sine certa ratione poni existiment. Quarum τὲ, quae nusquam crebrius, quam in comparationibus invenitur, ibi, ubi non membra orationis copulat, index est rei forte evenientis, ut fere per nostrum *etwa*, vel *wohl* exprimi possit. In membris orationis autem copulandis τὲ coniungit eas comparationum partes, quae nullam inter se oppositionem habent, sed tantum alia alii accedunt: ut Il. γ. 33.

ὡς δ' ὅτε τις τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὕπο τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
ἄψ τ' ἀνεχώρησεν, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς.

Hic τὲ in primo versu est *forte*, in secundo tertioque copulat partes comparationis. Δὲ autem vel oppositas partes iungit, ut ε. 139.

τοῦ μέν τε σθένος ὦρσεν, ἔπειτα δέ τ' οὐ προςαμύνει,
ἀλλὰ κατὰ σταθμοὺς δύεται, τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται.

vel explicationi praecedentium inservit, ut δ. 75.

οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν,
λαμπρόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται.

X.

ADDITAMENTA AD CAPVT VIII.

Volebam iis, quae hactenus dicta sunt, finiri hanc appendicem, quae ne longior fieret, quam per huius libri conditionem licitum putabam, et in idiomatum formis explicandis, et in iis, quae de modorum apud Homerum usu disserui, pleraque multo brevius, quam alioqui facturus eram, attigi. Sed his omnibus iam impressis quum nunciaret typographus, numerum foliorum, cui opera sua conducta esset, nondum plenum esse, flagitaretque ne se destituerem, non abs re iudicavi, nonnulla adiicere, quibus ea, quae modo de vi usuque modorum dicta sunt, vel confirmarentur, vel illustrarentur. Quum enim nullam mentionem fecerim rationis, qua Thierschius illam modorum rationem explicare studuit, cui rationi refellendae scriptae erant dissertationes istae, quarum modo excerpta dedi: verendum est, ne, qui non ipsi satis iudicio scientiaque valent, hic illic dubitaturi sint, quam in partem sese vertere debeant, praesertim quum ea, quae Thierschius disputavit, mira et difficultate et rerum omnium

perturbatione laborent. Nam ille quum sibi persuasisset, particulas temporales in re praeterita indicativum; ubi notio vel universalis esset, vel ad rem in sola cogitatione positam referretur, optativum; denique in re praesenti et futura coniunctivum adiunctum habere, quorum nihil omni ex parte verum est: fieri non potuit, quin in tanta exemplorum, quae isti doctrinae repugnant, copia, nunc a machinis quibusdam, quibus alia excusaret, alia defenderet, nunc etiam ab emendandi audacia peteret auxilium. Id quod ei maxime in epimetro accidit, inserto parti secundae primi Actorum Monacensium voluminis. Facile enim intelliget, qui, quae ab eo disputata sunt, attente legat, regulas illas prius ab eo constitutas esse, quam omnem illam exemplorum varietatem, quam deinde ex aliis scriptoribus congessit, vel in promptu haberet, vel diligenter considerasset. Nos quidem hac in re tractanda ita versabimur, ut materia quidem utamur illa, quam epimetron istud suppeditabit, ordinem autem rerum nostro arbitratu instituamus.

Et quoniam primam quaestionem in eo videmus verti, quae sit sententia temporalis habenda, sic censemus, sententiam temporalem esse, qua tempus rei cuiuspiam definiatur vel describatur. Id tam videtur apertum esse, ut omnem dubitationem excludat. Itaque certum esse existimamus, illud Homeri Od. σ. 272.

νὺξ δ᾽ ἔσται, ὅτε δὴ στυγερὸς γάμος ἀντιβολήσει
οὐλομένης ἐμέθεν,

sententiam esse temporalem, quocumque id modo intelligatur. Potest autem per verba quidem intelligi duobus modis, uno, *nox erit*, non dies, *quum nubam*, quod alienum est ab illo loco; altero, *nox veniet illa*, *quum mihi nubendum erit*, id quod ipsum Penelope significari his verbis vult. Vtrumque autem, quoniam de re certo futura sermo est, per indicativum dici debuit, quemadmodum etiam illud Asclepiadis epigr. 1.

νῦν αἰτεῖς, ὅτε λεπτὸς ἐπὶ κροτάφοισιν ἴουλος
ἕρπει, καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεστι χλόος.

A quo non multum differt illud, quum Apollonius Rhodius II. 671. noctis tempus, quod diluculo proximum est, describens, *ὅτ᾽ ἀμφιλύκην μιν ἀνεγρόμενοι καλέουσιν* dicit. Nam more Graecis usitato breviter haec dicta sunt, quae plene sic dicenda essent, *ὅτε τοιαύτη ἐστίν, οἵην ἀμφιλύκην καλοῦσιν.*

Quis vero, si quando ὅτε cum verbis ἵσταται, τίθενται, δείκνυται, ἀποκίδναται, πέφανται, aliisque similibus coniunctum reperiatur, id eo excusabit, quod horum verborum coniunctivus non sit in usu? Nam neque opus habet excusatione, ut vidimus, illa constructio, quia recte in re quidem certa indicativus isti particulae iungitur; neque admittit illam excusationem, quia, si non posset ὅτε cum indicativo praesentis construi, pessimi isti forent poetae, qui non aut particulam, quae indicativum adscisceret, aut verbum, quod coniunctivo praesentis non careret, in promptu habuissent. Quin, quod summum est, scriptores illi, apud quos ista exempla reperiuntur, prorsus absurdi fuissent, si coniunctivo essent usi. Moschus initio Europae:

> Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον,
> νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς.

Fac poetam coniunctivo usum esse, et videbis dicere eum, quod absonum est: *Europae Venus somnium misit, quum tertia noctis pars fuerit.* At, obsecro, quomodo somnium mitti potuit illo tempore, quod tum, quum mitteretur, adhuc futurum erat? Nicander Ther. 115.

> εἰ δέ που ἐν δακέεσσιν ἀφαρμάκτῳ χροῒ κύρσῃς
> ἄκμηνος σίτων, ὅτε δὴ κακὸν ἄνδρας ἰάπτει.

Quis hic scribi volet ἰάπτῃ? Nam id sensum praeberet absurdum: *si in serpentem incidas ieiunus, quum id hominibus periculosum fuerit.* Immo necessarius erat indicativus, quia haec est universalis et certa sententia: *si in serpentem incidas ieiunus, quo tempore*, i. e. quum quis ieiunus est, *periculosum est occurrere serpentibus.* Aratus v. 469.

> εἴ ποτέ τοι νυκτὸς καθαρῆς, ὅτε πάντας ἀγαυοὺς
> ἀστέρας ἀνθρώποις ἐπιδείκνυται οὐρανίη νύξ,
> οὐδέ τις ἀδρανέων φέρεται νεόμηνι σελήνῃ,
> ἀλλα τά γε κνέφαος διαφαίνεται ὀξέα πάντα·
> εἴ ποτέ τοι τῆμόςδε περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα.

Si caelum aliquando admiratus es, inquit, *quum nox fulgentia ostendit sidera.* Quod si ἐπιδείκνυται pro coniunctivo esset, pervertisset poeta temporum rationem, coniungens, quae coniungi nullo modo possunt, *si contemplatus es caelum, quum ostenderit nox sidera.* Ita vero ubique, ubi communis sententia adiicitur, indicativo opus est, ut in Scuto Herculis v. 396. de cicada:

καί τε πανημέριός τε καὶ ἠῷος χέει αὐδὴν
ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὅτε τε χρόα Σείριος ἄζει.

Non enim, ubi Sirius cutem urere coeperit, canere dicit cicadam, sed summo in calore, quo tempore soleat urere Sirius. Eiusdemmodi est in O. et D. Hesiodi v. 494.

ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἶργον
ἰσχάνει,

ubi quamvis quidam codices *ἰσχάνῃ* praebeant, tamen indicativus praestat. Et v. 524

ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

Similes locos, quos minime sollicitari convenit, invenias quum alibi plurimos, tum apud Nicandrum Ther. 32. 379. 469. Alexiph. 182. Aratum v. 735. 1152. ubi cave *πέλῃ* scricendo locum corrumpas; Apollonium Rhod. III. 1273. cuius ipsa verba adscribam, conformata ad exemplum Homeri Od. ω. 87. seqq.

ὅσσον τ' ἐκ βαλβῖδος ἐπήβολος ἅρματι νύσσα
γίγνεται, ὁππότ' ἄεθλα καταφθιμένοιο ἄνακτος
κηδεμόνες πεζοῖσι καὶ ἱππήεσσι τίθενται.

Adde his Homerum in hymno Apoll. 3.

καί ῥά τ' ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
πάντες ἀφ' ἑδράων, ὅτε φαίδιμα τόξα τιταίνει.

Apollonium I. 1100.

καί οἱ, ὅτ' ἐξ ὀρέων μέγαν οὐρανὸν εἰςαναβαίνει,
Ζεὺς αὐτὸς Κρονίδης ὑποχάζεται.

Theocritum XVII. 79.

ἀλλ' οὔτις τόσα φύει, ὅσα χθαμαλῆς Αἰγύπτου
Νεῖλος ἀναβλύζων διερὴν ὅτε βώλακα θρύπτει.

Adde Callim. h. Del. 17. Quibus in locis omnibus, quod de re certa fierique solita sermo est, recte se habet indicativus.

Cognatum huic generi aliud genus est, quod est eiusmodi, ut et indicativum et coniunctivum admittat. Apollonius III. 1259.

ὡς δ' ὅτ' ἀρήϊος ἵππος ἐελδόμενος πολέμοιο
σκαρθμῷ ἐπιχρεμέθων κρούει πέδον.

Callimachus h. Del. 84.

νύμφαι μὲν χαίρουσιν, ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει,
νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν, ὅτε δρυσὶν οὐκ ἔτι φύλλα.

Nihil enim prorsus caussae est, quare talia, quemadmodum saepe aoristi indicativum habent, non possint etiam praesentis habere indicativum. Quare huiusmodi in locis codicum auctoritati obtemperandum est. At vero ubi de re sermo est plane incerta, et in qua non tam de tempore, quam de conditione, cuius effectio experientia sit factoque cognoscenda, agitur, ibi nemo dubitabit, quin praeferendus sit coniunctivus. Itaque in Nossidis epigr. 7, 4. scribendum:

ἦ καλόν, ὄκκα πέλη τέκνα γονεῦσιν ἴσα.

Alius est, isque minime cum superioribus confundendus indicativi usus, quem caussalem vocant. Namque ut ἐπεί, ὅπου, aliaeque particulae indicativo iunctae saepe non tempus locumve, sed caussam et rationem indicant, ita idem fieri solet in particulis ὅτε et ὁπότε. Vt in Moschi Megara 70.

ἐπιγνώμων δέ τοί εἰμι
ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστίν.

Quando, i. e. quoniam, *etiam gaudii satietas est.* Theognis 745. (725. Brunck.)

τίς δὴ καὶ βροτὸς ἄλλος, ὁρῶν πρὸς τοῦτον, ἔπειτα
ἅζοιτ' ἀθανάτους, καὶ τίνα θυμὸν ἔχων,
ὁππότ' ἀνὴρ ἄδικος καὶ ἀτάσθαλος, οὔτε τευ ἀνδρῶν,
οὔτε τευ ἀθανάτων μῆνιν ἀλευόμενος,
ὑβρίζει, πλούτῳ κεκορημένος, οἱ δὲ δίκαιοι
τρύχονται, χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ;

Sed quum indicativum in hac significatione harum particularum commemoramus, nihil volumus aliud, quam monere, ne quis de coniunctivo cogitet, qui ab hac ratione prorsus alienus est. Optativus vero, qui particulam ἂν adiunctam habeat, non minus recte cum caussali ὅτε vel ὁπότε iungetur, quam cum particulis ἐπεὶ et ὅπου caussam significantibus, ibi quidem, ubi ratio repetitur non ab eo, quod est, sed ab eo, quod futurum esset, fierive posset, si quid aliud contingeret. Sed cave, ὅτε caussalem particulam esse putes apud Callimachum h. Dian. 29. de quo loco infra dicetur. Neque huc trahenda sunt Pindari verba Ol. II. 60.

ἦτοι βροτῶν κέκριται
πεῖρας οὔτι θανάτου,
οὐδ' ἁσύχιμον ἁμέραν ὁπότε, παῖδ' ἀλίου,
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν,

quo in loco quomodo quis vel ὁπότε pro εἰ positum, vel duas loquutiones in unam confusas putare possit, non intelligo. Tam enim omnia plana sunt, magis ut non possint: *non est homini*, inquit, *certus vitae terminus statutus, nec quando tranquillum diem nullo turbatum malo simus transacturi*.

Sed revertamur ad ὅτε temporale. Cuius particulae constructio cum indicativo duas peperit loquutiones, unam usitatissimam ἔστιν ὅτε, alteram rariorem νῦν ὅτε, ut apud Aeschylum Sept. ad Th. 711.

νῦν ὅτε σοι παρέστακεν,

et alibi. Vtraque proprie sibi poscit indicativum, qui nunc additus invenitur, nunc intelligitur, ut apud Pindarum Ol. XI. 1.

ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλείστα
χρῆσις.

i. e. ἔστιν ὅτε πλείστη χρῆσίς ἐστιν ἀνέμων. Nunc etiam ita istae formulae usurpantur, ut simpliciter *nunc* et *interdum* videantur significare, ut apud Theocr. XXV. 24.

οἵ βασιλῆϊ πολὺν καὶ ἀθέςφατον ὄλβον
ῥυόμεθ' ἐνδυκέως, τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν
ἔσθ' ὅτε βάλλοντες, καὶ τετραπόλοισιν ὁμοίως.

Nihilo minus tamen etiam in huiusmodi locis, si verum fateri volumus, verbum intelligitur: ἔστιν ὅτε ἐν τριπόλοις νειοῖς σπόρον βάλλοντες ῥυόμεθα ὄλβον, καὶ ὁμοίως ἐν τετραπόλοις. Sed minime obtrudenda haec formula est versui, quem cum alio notissimo Aeschyli versu male coniunctum, id quod iam Th. Gale ad Opusc. mythol. p. 720. animadvertit, Sextus in disp. antisccpticis profert, apud Fabric. in bibl. Gr. T. XII. p. 626. Is versus sic potius scribendus:

ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεός.

Vt in his duabus formulis saepe ὅτε, si abesset, non desideraretur, ita idem fieri videmus interdum in formula ὡς ὅτε. Quamquam si Pindarus Ol. VI. 3. scripsit, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον πάξομεν, vel Nem. IX. 39. Ἐριφύλαν ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν δόντες γυναῖκα, quis eum id fecisse minus intellecto Homerico harum particularum usu contendat? Quin illa, si plene eloquare, πήξομεν, ὡς ὅτε μέγαρον πήγνυμέν, et Ἐριφύλην γυναῖκα δόντες, ὡς ὅτε ὅρκιον δίδωσί τις, quid

aliud, quam similem, licet, ut in lyrico, paullo audaciorem continent verbi repetitionem, atque illud Homericum,

ἤριπε δ', ὡς ὅτε πύργος, ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ?

Sed videamus paucis de optativo. Mimnermus,

τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Callimachus fr. 219.

τεθναίην, ὅτε κεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην.

Apollonius Rhodius III. 788.

αὐτὰρ ἐγὼν αὐτῆμαρ, ὅτ' ἐξανύσειεν ἄεθλον,
τεθναίην.

Theognis 881. (866. Brunck.)

εἰρήνη καὶ πλοῦτος ἔχοι πόλιν, ὄφρα μετ' ἄλλων
κωμάζοιμι.

et v. 1115. (1075. Brunck.)

ἥβης μέτρον ἔχοιμι, φιλοῖ δέ με Φοῖβος Ἀπόλλων
Λητοΐδης, καὶ Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς,
ὄφρα βίον ζώοιμι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων,
ἥβῃ καὶ πλούτῳ θυμὸν ἰαινόμενος.

Callimachus h. Dian. 15.

δός δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας,
αἵ τέ μοι ἐνδρομίδας τε, καὶ ὁππότε μηκέτι λύγκας
μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι, θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.

Nemo, opinor, qui Graeci sermonis aliquam peritiam habeat, aut haerere in his poterit, aut, ne scilicet ὄφρα et ὁπότε in re praesenti vel futura cum optativo coniungatur, κωμάζωμι et ζώωμι et βάλλωμι reponendum contendet. Nam hi scriptores omnes, si recte loqui vellent, ne poterant quidem aliter scribere. Primum enim quum quis optat, ut quid certa conditione impleta eveniat, ea conditio aut talis est, ut exspectetur eventurum illud esse, sed quando sit eventurum nesciatur; aut eiusmodi, ut non modo quando eventurum sit, sed ne illud quidem, an sit omnino eventurum, extra dubitationem positum sit, sed potius de eo ipso maxime dubitetur. Quod si exspectatur, conditionem impletum iri, coniunctivo opus est, ut si Callimachus dixisset,

τεθναίην, ὅτε κεῖνον ἀποπνεύσαντα πύθωμαι.

Exspectans enim, moriturum esse illum, diceret: *moriar, ubi illum mortuum esse audiero.* Quod contra, quum πυθοίμην dicit, significat, minime se exspectare talem nuncium,

quin sperare etiam, non esse illum moriturum, sed si moriatur, non sibi amplius vitam optabilem fore. Eodemque modo Mimnermus non optat mori, simulac senectus ipsum corripuerit, sed, si forte eveniat, quod non sperat futurum esse, ut umquam amori operam dare nequeat, tum sibi mortem dicit expetendam fore. Paullo alia ratio est loci, quem ex Apollonio attulimus. Nam sperat quidem Medea, salvum evasurum esse Iasonem, ut quem ab se servatum iri modo dixerit: sed quoniam tota illa oratio deliberationem de eo, utrum illum servet an perire sinat, continet, hic quoque, adhuc anceps animi, dubitanter loquitur, non optans mori servato illo, sed si servetur. Erat autem hoc dubium etiam in maxima medicamentorum, quae ei datura esset, efficacia, quoniam certamen subeundum erat, in quo nisi fortitudo quoque summa accederet, nihil valitura essent medicamenta. Caeterum quae in optando est conditionis ratio, eadem cernitur etiam in his, quae impleta aliqua conditione simpliciter futura esse vel fieri posse dicimus. Vt apud Callimachum h. Dian. 29.

> *φῆ δὲ καταῤῥέζων· ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι*
> *τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης*
> *χωομένης ἀλέγοιμι.*

Nemo hic, qui haec intelligat, de caussali vi particulae cogitabit. Si poeta *τίκτωσι* scripsisset, hoc diceret, *non curabo Iunonem, quum tales mihi filias deae pepererint.* Atqui nec voluit hoc dicere Iovem, nec potuit velle: non enim ille sperabat, tales sibi filias fore. Itaque dubitans, an id non sit futurum, hoc dicit: *si mihi tales filias deae pariant, nihil Iunonem curabo:* vel, ut explicatius loquar, *quum pepererint, si quidem parient.* Alia ratio est loci Callimachei, quem supra attulimus. Nam hic *βάλλοιμι* propter eamdem caussam posuit, ob quam in praeteritis rebus optativus ad indicandam facti repetitionem adhibetur. Hoc enim dicit, *quoties venari desierim.* Nam ex his, quae de illo optativi usu disputavimus, satis intelligi potest, non esse eum praeteriti temporis proprium, sed referri tantum ad ea, quae non in facto, sed in cogitatione posita sunt. Quodsi Callimachus *βάλλωμι* scripsisset, absurdum quid dicere fecisset Dianam: *da mihi nymphas, quae, quum venari desiero, canes curent.* Atque ita si loqueretur, diceret se aliquando non amplius venatricem fore. Sunt autem haec adeo trita, ut mirum sit, offendi quemquam iis posse. Vel-

uti quis non legit illud in Xenophontis Cyrop. I. 3, 11. *καὶ τὸν Κῦρον φάναι, στὰς ἂν, ὥςπερ οὗτος, ἐπὶ τῇ εἰςόδῳ, ἔπειτα, ὁπότε βούλοιτο εἰςιέναι ἐπ' ἄριστον, λέγοιμ' ἂν, ὅτι οὔπω δυνατὸν τῷ ἀρίστῳ ἐντυχεῖν· σπουδάζει γὰρ πρός τινας. εἶθ' ὁπόταν ἥκοι ἐπὶ τὸ δεῖπνον, λέγοιμ' ἂν, ὅτι λοῦται· εἰ δὲ πάνυ σπουδάζοι φαγεῖν, εἴποιμ' ἂν, ὅτι παρὰ ταῖς γύναιξίν ἐστιν· ἕως παρατείναιμι τοῦτον, ὥςπερ οὗτος ἐμὲ παρατείνει, ἀπὸ σοῦ κωλύων.* Quo in loco *ὁπόταν ἥκοι*, quod codex Guelferbytanus praebet, praeferendum puto vulgato *ὁπόταν ἥκῃ*, quod vereor ne librariis optativo offensis debeatur. Atque haud scio an iisdem acceptum feramus, quod sect. 18. legitur: *ὅπως οὖν μὴ ἀπολεῖ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἴης, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικόν.* Vbi quum hoc dicat, *vide ne castigeris, quum domum redieris*, (si quidem redire tibi placebit,) *si ab hoc dominari didiceris*, concinnior oratio foret, si *ἥκοις* scriptum esset. Perspici potest vis optativi, si Germanice vertas: *dass du nur nicht gezüchtigt wirst, nachdem du nach hause gekommen wärst, wenn du von diesem befehlen gelernt hättest.* Sed veniendum est ad Theognidis locos, qui eadem lege tenentur, nisi quod in his non est conditio, ex qua, quod optatur, pendeat, sed significatio consilii, quare quid optetur. Atqui quoniam, quae optantur, ob id ipsum, quia optantur, incerta sunt, solaque in cogitatione nostra et animo posita: multo magis illa, quae, si haec fiant, eventura putamus, incerta esse et dubitationi obnoxia necesse est. Quare haec non modo usitata, sed propria constructio est, ut in optando id, quod impleto voto consequuturum sit, per optativum indicetur. Idque sic exprimas, *pax et divitiae sint in civitate, ut cum aliis hilare vivere possim.* Quod si in huiusmodi dicto coniunctivum adhibeas, tantum abest ut id per naturam sententiae facere possis, ut magis exuat naturam suam sententia, et ad explicandum coniunctivum aliud quid substituere debeas, ut apud Homerum Od. σ. 202.

> *αἴθε μοι ὣς μαλακὸν θάνατον πόροι Ἄρτεμις ἁγνή,*
> *αὐτίκα νῦν, ἵνα μηκέτ' ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν*
> *αἰῶνα φθινύθω, πόσιος ποθέουσα φίλοιο*
> *παντοίην ἀρετήν.*

Quis non videt, si accurate loqui poeta voluisset, dicendum fuisse *ἵνα μηκέτι φθινύθοιμι?* Nam si singula, quae in tali sententia insunt, consideres, videbis hoc ea modo cohaerere: *αἴθε μοι θάνατον πόροι Ἄρτεμις, ἵνα, εἰ θάνοιμι, μηκέτι φθι-*

νύθοιμι. Itaque quum coniunctivo usus sit Homerus, tantum abest, haec ut propria sit constructio, ut ea non possit aliter explicari, quam substituta hac sententia, *cupio mori*. Nam sic demum recte se habebit coniunctivus, si dicas, ποθῶ θανεῖν, ἵνα μηκέτι φθινύθω.

Sed ut boni scriptores diligentes sunt et accurati in observanda genuina modorum vi et potestate, ita illi, quorum sermo iam recedit ab antiqua puritate, etsi non sunt emendandi ad exemplum meliorum, tamen ne probandi quidem sunt. In his est scriptor Cynegeticorum, qui non dubitavit optativo uti, ubi purus sermo coniunctivum desiderat, ut II. 50.

αἵ δ' αὖτε τρομέουσιν ἑὸν πόσιν ἀγριόωντα,
ὁππότε μυκήσαιτ', ἄγριαι βόες.

Proprium est enim cadentis linguae, cuius multa in hoc scriptore indicia inveniuntur, coniunctivi et optativi officia permutare: de qua re dictum est in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum. Recte ille optativo usus esset, si rem praeteritam narrasset: de qua re supra dictum est, ubi de optativo repetitionem, ut volunt, indicante disputabatur. Hic satis habebo monere, in venustissimo Simonidis fragmento, quo querentem Danaen describit, legi debere: ὅτε λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος βρέμοι πνέων, κινηθεῖσά τε λίμνα, δείματι ἔρειπεν. Nam quod legitur βρέμῃ, si quis cum Schaefero in βρέμεν mutandum censebit, is certe non poterit de repetito venti undarumque fremitu cogitare.

Caeterum monendi sunt tirones, ne in optativi usu apud epicos, ubi particula ἂν accedit, haereant, quae particula, ut supra diximus, nihil ad verbi modum spectat, neque talis est, ut non, si sensus aliquam dubitationem ferat, cum quovis verbi modo construi possit. Itaque nihil sincerius est hoc Hesiodi loco in O. et D. 131.

ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες.

Idemque dictum esto de particula κὲν, et de coniunctis ἄν κεν, vel κὲν ἄν, quas Homerus raro, recentiores saepius iunxerunt, ut ostendi ad Orphei Lith. 247. et in addendis ad eum locum. Adde Schaeferum ad Theocr. XXVII. 35. Reperiuntur hae particulae in Solonis fragmento, quod duodecimum est in Brunckii poetis gnomicis: quod quoniam male vexatum a criticis est, hac oblata opportunitate emendatum dabo.

ἶσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν,
καὶ χρυσός, καὶ γῆς πυροφόρου πεδία,
ἵπποι θ', ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ μόνα ταῦτα πάρεστιν·
γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν
παιδός τ' ἠδὲ γυναικός, ὅτ' ἄν κεν τῶν ἀφίκηται
ὥρη· σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμόδια.

Aeque, inquit, *divites sunt, qui opibus pollent, et quos hoc solo contentos vivere necesse est, si, ubi tempestivum fuerit, puero vel muliere frui liceat: quae res aptae sunt tempore iuventae.* Quod in Theognideis, ubi haec a v. 719. leguntur, scriptum est, καὶ ᾧ τὰ δέοντα πάρεστιν, explicatio est lectionis, quam exhibui. Adscripsi autem hunc locum propterea, ut simul exemplum darem pronominis indicativo iuncti, ubi coniunctivus poni poterat. Nihil enim obstabat, nisi metrum, ne scriberet ὅτῳ ᾖ et ᾧ παρῇ. Ita intelligitur, constructionem pronominis eamdem esse, quae est particularum ὅτε et ὁπότε, ideoque alteram altera defendi et confirmari. Sed ut redeam ad particulam ἄν, cave eam eximendam dicas Soloni I. 1. in Brunckii poesi gnomica,

ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο.

Multum enim differt, καὶ νῦν an κἂν νῦν scribatur. Nam si illud scripsisset poeta, significaret saepius Mimnermum sibi obtemperasse, et, si nunc quoque audire velit, mutare versum, quem posuerat, debere; sin κἂν νῦν scripsit, contrarium dicit, nolle illum suam mutare sententiam, sed se optare, ut id certe nunc tandem faciat. In huiusmodi igitur locis videndum, ne quid ante corrigatur, quam quis sensum verborum diligenter perpenderit. Nam sane non ubique ferri particula ἄν potest, veluti in isto Mimnermi versu,

οὐδ' ὁπόταν μετὰ κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων,

in quo quum Brunckius in appendice adnotationum ad Apollonium I. 4. μέγα pro μετὰ reponendum videret, tamen nullum remedium alteri vitio, quod est in particula ὁπόταν, attulit. Nemo vero, nisi qui non inspectis locis phrases, non locos ipsos emendare satis habebit, quidquam aliud hic restitui volet, quam, quod ultimus huius fragmenti versus etiam flagitare videtur:

οὐδέ ποτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν,
ὑβριστῇ Πελίῃ τελέων χαλεπῆρες ἄεθλον,
οὐδ' ἂν ἐπ' Ὠκεανοῦ καλὸν ἵκοντο ῥόον.

Servavit autem hoc fragmentum Strabo p. 80. ed. Almel. Vulgaria praecepta si audimus, tollendum erit κὲν in Theocr. XXVII. 38.

πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω;

addendum autem in eiusdem carminis v. 24.

καί τι φίλος ῥέξαιμι; γάμοι πλήθυσιν ἀνοίας,

aut ῥέξωμι scribendum. At uterque versus sanus est: quin in posteriore optativus multo etiam venustior est, quam foret coniunctivus. Nam τί ῥέξωμι si diceret puella, deliberare se ostenderet, utrum admittendus esset amator, an repudiandus: nunc autem, optativo usa, quo dicit *quid facerem?* deliberavisse se significat. Respicit enim versum 22. Simili modo in optativi usu erravit Brunckius ad Sophoclis Oed. Col. 1172.

καὶ τίς ποτ' ἐστίν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;

quibus verbis quum significetur, *et quis tandem est, quem ego reprehenderim?* non intelligens ille hoc, ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι edidit, quod significat, *quis est, quem ego possim reprehendere?*

Sed revertor ad particulas temporales, iunctumque iis coniunctivum. Ac miror, quid sit, quod Thierschius p. 209. Schaeferum reprehendat, qui in Theocriti carmine XXIX. v. 7. 8. quod carmen nisi firmioribus argumentis, quam quae ex scholiasta Platonis p. 51. deprompta sunt, Alcaeo vindicetur, non ausim ad hunc auctorem referre, ita ediderit:

χὤταν μὲν τὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
ἀμέραν· ὄκα δ' οὐκ ἐθέλῃς τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.

Nihil autem Schaeferus, nisi ἐθέλεις in ἐθέλῃς mutavit: idque fecit, ut virum Graece scientem decebat. Neque enim eum fugiebat, nihil caussae esse, quare quis in particula οὐκ offenderet, in qua haerens Thierschius, quippe ὄκα μὴ dicendum fuisse ratus, ὄκα δ' αὖτε θέλῃς τὺ scribendum putat. At illa oppositio, quae est inter ὅταν μὲν θέλῃς et ὄκα δ' οὐκ ἐθέλῃς, commendat etiam particulam οὐκ, quae non maiorem post ὅτε offensionem habet, quam post εἴ, ubi ipsa cum verbo unam notionem efficit, ut in illo Homeri, εἰ δέ τοι οὐ δώσει. De qua re satis dictum est ad Vigerum. Sed omnino parum cessit Thierschio carminis istius emendatio. Nam nec v. 3. quidquam mutandum esse, qui vim particularum μὲν et

μὰν perspectam habeat, nec v. 26. ut proceleusmaticum ab hoc versuum genere alienum taceam, *ἢ οὐ μνάσθης*, sive antiquam lectionem, sive tempus verbi spectes, scribi posse intelliget. Satis habeo observasse, *μέμνασο* primum fuisse huius versus vocabulum, monstrante id vetere scriptura. Vltima vero, quantum equidem video, sincera sunt:

αἰ δὲ ταῦτα φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
ἐν θυμῷ τε λέγεις, τί με, δαιμόνι, ἐννοχλεῖς —
νῦν μὲν κῆπι τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον·
τόκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλεῖαις θύραις
προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῷ πόθω.

Nexum loci, venustatemque tollas *νῦν ἂν κῆπι* scribendo. Nam *μὲν* hic prorsus necessarium est, quia, quum statim subiungere deberet apodosin *τότε οὐκ ἂν προμόλοιμι*, praemittit descriptionem contrarii, quae ob id ipsum carere ista particula non potest. *Βαίην* autem potuisse etiam sine *ἂν* dici, quis iam dubitat? Immo debuit. Hoc enim dicit: *velim illuc ire.* Praeterea ne coniunctivis quidem *ἐπιτρέπῃς* et *λέγῃς* opus est. Est enim hoc sermonis familiaris proprium, indicativo uti, ubi alias obliquo modo utendum foret. Ita recte haec Latine vertas: *sin haec ventis tradis.* Quin necessarius hic erat indicativus, quia vere se negligi spernique sentit. Simile est illud Apollonii III. 784. a Thierschio eadem pagina commemoratum,

τότε δ' ἂν κακὸν ἄμμι πέλοιτο,
κεῖνος ὅτε ζωῆς ἀπαμείρεται.

Tum vero, inquit, *misera ero*, *si ille perit.* Neque enim *ἀπαμείρεται* coniunctivus est, quia non de morituro loquitur, sed sumit hoc, mori Iasonem. Proprie si loqui voluisset, optativum debuisset adhibere, qua de re supra dictum. Sed permiscet hic omnia Thierschius, qui quidem, sat scio, nisi tanta festinatione istud epimetron scripsisset, ut vel locorum, quos citat, haud exigua pars falsis versuum numeris indicata sit, alia omnia tradidisset. Ita quae ut coniunctivi exempla affert, Apollonii III. 1230. Callimachi h. Del. 207. Arati 292. Moschi in Europa v. 5. vel in quibus reponi coniunctivum vult, ut post *εὖτε* apud Apoll. Rh. II. 643. indicativum habere existimanda sunt, ut in rei fieri solitae commemoratione. Sed ut concedatur, aliquot exempla etiam apud recentiores poetas inveniri, in quibus coniunctivus correpta

vocali speciem habere indicativi videatur: tamen haud scio, an id non nisi in quibusdam verbis, ab Homero idoneam auctoritatem habentibus, factum sit. Nam quum futurum, ut alibi demonstravi, ex coniunctivo aoristi videatur ortum esse, quo factum est, ut usu etiam simillimum esset coniunctivo: recentiores saepe ipso futuro pro coniunctivo usi esse reperiuntur, ut Theocritus XXVII. 21.

δειμαίνω, μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσει.

Quare δωρήσεται, et similia, vere futura videntur esse. Sunt enim quaedam certissime futura, ut hoc apud Apollonium III. 736.

ἀλλ' ἴθι, κεῦθε δ' ἐμὴν σιγῇ χάριν, ὄφρα τοκῆας
λήσομαι ἐντύνουσα ὑπόσχεσιν.

Quod non rectius quis pro coniunctivo habeat, quam si quis offendat in illo eiusdem poetae I. 278.

αἴθ' ὄφελον κεῖν' ἦμαρ, ὅτ' ἐξειπόντος ἄκουσα
δειλὴ ἐγὼ Πελίαο κακὴν βασιλῆος ἐφετμήν,
αὐτίκ' ἄπο ψυχὴν μεθέμεν κηδέων τε λαθέσθαι,
ὄφρ' αὐτός με τεῇσι φίλῃς ταρχύσαο χερσίν.

ubi ὄφρα ταρχύσαο ne potuit quidem aliter dici, si significandum esset, quod vult, *quo tu me tuis manibus sepelisses.* Vide ad Vigerum pag. 850. Quod supra dicebam, coniunctivum correpta vocali apud recentiores usurpari, si Homeri auctoritate satis firmatus esset, id in talibus factum est, ut in ἴομεν, ut in Solonis fragm. XVI. in Brunckii poesi gnomica,

ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα,

quo in fragmento qui locus quum alios, tum nuper Naekium in schedis criticis p. 20. frustra exercuit, leni mutatione, in quam ante me I. Bekkerus, ante utrumque IS. Vossius incidit, ita corrigendus est:

αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο·
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμιναφετῶν.

Legitur vulgo τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. Acerbe Σαλαμιναφέτας vocat, qui eam insulam hostibus permissuri essent. Minime vero pro coniunctivis habenda sunt talia, ut apud Apollonium III. 1229.

λαμπομένην, οἷόν τε περίτροχον ἔπλετο φέγγος
ἠελίου, ὅτε πρῶτον ἀνέρχεται ὠκεανοῖο.

vel apud Aratum v. 291.

οἵ δ' ἀλεγεινοὶ
τῆμος ἐπιῤῥήσσουσι νότοι, ὁπότ' αἰγοκερῆϊ
συμφέρετ' ἠέλιος.

vel apud Callimachum h. Del. 206.

ἕζετο δ' Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον, ὅντε βάθιστον
γαῖα τότ' ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ
Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος.

vel apud Moschum in principio Europae:

ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων,
λυσιμελής, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ,
εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

Sunt enim hi omnes indicativi, ut quibus res fieri solita describatur, de quo genere dictum est supra. Vnde apud Theocritum quoque sincerum est, quod legitur VI. 15.

ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύττει.

Minime omnium autem de reponendo coniunctivo cogitandum apud Apollonium II. 642.

τοὔνεκα νῦν οὐδ' εἴ κε διὲξ Ἀΐδαο βερέθρων
στελλοίμην, ἔτι τάρβος ἀνάψομαι, εὖτε πέλεσθε
ἔμπεδοι ἀργαλέοις ἐνὶ δείμασιν.

Apertum est enim, hic non de tempore agi, sed εὖτε rationi reddendae inservire, quod genus necessario sibi indicativum poscit. Et sic idem Apollonius II. 615.

Αἰσονίδη, τύνη δὲ τεοῦ βασιλῆος ἐφετμήν,
εὖτε διὲκ πέτρας φυγέειν θεὸς ἄμμιν ὄπασσεν
μηκέτι δείδιθι τοῖον.

Contra particulae ὄφρα non est adiungendus indicativus in Homeri hymn. XVIII. 6.

ἔνθα Κρονίων
νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὄφρα κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην·

quo loco si quis offendatur, quaeram unde sciat, Iovem non nisi semel cum Maia concubuisse, quum tamen verbo frequentativo poeta usus sit.

Adiiciamus pauca de particula *ἐπεί*, quae pro loci cuiusque conditione indicativo, coniunctivo, optativo iungitur, etiam ubi *ἄν* accedit, sive tum *ἐπὴν* una voce, sive *ἐπεὶ ἄν* vel *ἐπεί κε* dicatur. Quamquam *ἐπεί κεν* in re certa indicativo iunctum, ob id ipsum, quod *κὲν* rem incertam reddit, ferri non potest. Itaque apud Hesiodum O. et D. 121.

αὐτὰρ ἐπεί κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,

ferri non potest. Illud vero dubitari licet, an Brunckius non recte *ἐπειδὴ* ediderit. Nam quum eadem infra v. 140. et 156. recte scripta recurrant,

αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,

multo verisimilius est, hunc versum ab interprete aliquo etiam in primi hominum aevi commemoratione adscriptum esse, quumque ab librariis in textum receptus esset, *καί*, quod ferri non posse sentirent, imperite esse in *κὲν* mutatum. In Theognide vero v. 967. (951. Brunck.) recte legebatur ante Brunckium:

οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὃν ἐπεί ποτε γαῖα καλύψῃ,
εἴς τ' ἔρεβος καταβῇ δῶμά τε Περσεφόνης,
τέρπεται.

Male ille ex codd. et Aldina reposuit *καλύψει:* bene vero factum, quod servavit *ἐπεί*, pro quo ut recte positum foret *ἐπήν*, at non erat tamen illud necessario ponendum. Quo in genere erravit Brunckius ad gnomicos p. 306. soloecum esse putans, quod apud Mimnermum I. 5. legitur:

ἐπεὶ δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
γῆρας, ὅ τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ κακὸν ἄνδρα τιθεῖ,
αἰεί μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου.

Vnde ipse *ἐπὴν* dedit. Soloecum vero esset illud, quod in Bionis fragm. XIII. legitur,

μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπὴν χὠ Φοῖβος ἀείδειν
μισθὸν ἔδωκε· τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.

Metro, non sententiae consuluit Valckenarius, verba *τιμὰ* et *ποιεῖ* locum suum permutare iubens. Schaeferus *ἐπεὶ* edidit. Thierschius scribendum ait,

μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπεὶ χὠ Φοῖβος ἀοιδῷ
μισθὸν ἔδωκε· γέρας δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ,

salva sane grammatica, salvo etiam metro. At his quidem satisfacere facillimum est, si nihil amplius requiras. Vellem vero explicuisset miram illam sententiam, ἐπεὶ χῶ Φοῖβος ἀοιδῷ μισθὸν ἔδωκε, docuissetque, quae illa merces esset, quam dare poetis soleret Phoebus; tum cur χῶ Φοῖβος dixerit Bio, non autem, quod exspectes, καὶ ἀοιδῷ; postremo, quis nexus sit huius sententiae cum praecedentibus verbis. Illud vero nullo modo fieri potest, ut τιμὰ in γέρας mutetur: grammaticorum enim auctoritas γέρας per τιμὴ explicantium non habet aliam vim, quam ut, ubi conveniant utriusque vocabuli significationes, alterum pro altero poni possit, non etiam ubi non conveniant. Equidem in tam obscuro fragmento non ausim quidquam corrigere, nisi id certa fieri minimeque ambigua ratione possit. Sed mittamus haec, et ad alia nos conferamus. Quid enim de his locis dicemus? Theognis 275. (269. Brunck.)

παῖδας ἐπεὶ θρέψαιο, καὶ ἄρμενα πάντα παράσχῃς,
    χρήματα δ' ἐγκαταθῇς, πόλλ' ἀνιηρὰ παθών,
τὸν πατέρ' ἐχθαίρουσι, καταρῶνται δ' ἀπολέσθαι,
    καὶ στυγέουσ', ὥςπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.

Dedi παράσχῃς. Vulgo legitur παράσχοις, quo servato Brunckius, ut reliqua quoque his aptarentur, scripsit

χρήματα δ' ἐγκαταθεὶς πόλλ' ἀνιηρὰ πάθοις.

Theocritus XVII. 28. de Hercule apud superos cum Alexandro et Ptolemaeo Lagi f. aevum degente:

τῷ καὶ ἐπεὶ δαίτηθεν ἴοι κεκορημένος ἤδη
νέκταρος εὐόδμοιο φίλας ἐς δῶμ' ἀλόχοιο,
τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν ὑπωλένιόν τε φαρέτραν,
τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον, κεχαραγμένον ὄζοις·
οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοσφύρῳ Ἥβας
ὅπλα καὶ αὐτὸν ἄγοντι γενειήταν Διὸς υἱόν.

Facile dictu est, ἐπεὶ his in locis optativo iunctum *quoties* significare. Verum enimvero qua ratione id fieri possit, haud ita facile expedias. A Theognidis quidem versibus satis aliena est ista significatio: sed in his non est, quod magnopere haereas, quum omnia recte se habeant, quin etiam non sine diligenti quadam distinctione optativus et coniunctivus copulati sint. Quum enim dicit παῖδας ἐπεὶ θρέψαιο, hoc vult, *ubi liberos susceperis, si quidem suscipias:* quod si quis semel suscepisset, neque opus esse, neque aptum putavit,

pro praesenti quidem consilio, eadem distinguendi subtilitate pergere, sed satis habuit dicere, *ubi omnem iis educandis curam adhibueris, nullam referent gratiam:* nam si hic quoque illud adiiceret, *si quidem sedulo educaris*, diceret, quod ineptum foret, quia non potest de ingratis liberorum animis conqueri, qui nullam iis alendis operam impendit. Modos autem diversos ex una particula pendere posse iam supra ostendimus p. 903. Nihil vero horum in Theocriti locum quadrat, in quo si ἐπεὶ ἴοι de re fieri solita intelligendum est, aperte prava est oratio, quando hic optativi usus non nisi aut in re praeterita, ut cap. VIII. demonstravimus, aut in eo locum habet, quod futurum esset, si aliud quid esset, cuius generis exemplum supra ex Xenophontis Cyrop. I. 3. 11. attulimus. Nam si apud Homerum duobus in locis optativus ita de re praesenti positus invenitur, id quam excusationem habere videatur, diximus p. 908. Est autem haec quoque excusatio a Theocriti loco aliena, in quo non vereor, ne quis propter verbum ἔδωκεν ferri posse optativum existimet. Hoc enim qui faceret, vehementer erraret: quoniam Graeci modos verborum non illi tempori, quod forma verbi indicatur, sed ei, quod quoque in loco proprium tempus est, accommodant: quae regula unam tantum habet exceptionem, quae in eo est posita, quod in omni tempore praesentis constructionem adhiberi licet, quoniam etiam praeterita saepissime ut praesentia narrari solent. Non autem contrarium fieri potest, ut in re praesenti constructio praeteritorum propria admittatur. Iam in Theocriti loco, etiam si abesset praesens ἄγοντι, tamen aperte de praesenti intelligendum est ἔδωκεν. Itaque quum huius carminis scriptor non videatur illi classi adnumerandus esse, in qua esse Cynegeticorum scriptorem vidimus, noli iam dubitare, quin ille ἴῃ dederit, quam lectionem multi, iique praestantes libri conservarunt.

Possent his multa addi, si vel in hisce particulis, de quibus explicatum est, consistere, vel alias similes particulas considerare vellemus. Sed quum haec sufficere videantur ad viam, quae in hoc genere tenenda est, monstrandam, devertamus paullisper, quoniam semel a Thierschii epimetro huic dissertationi ansa data est, ad locos quosdam Tyrtaei et Pindari, quos ille quum aliter tractarit, quam ut nos consentientes habeat, non abs re erit, afferre, si quid occurrat, quod harum litterarum studiosis non inutile aut iniucundum

fore arbitremur. Et quum in primo Tyrtaei fragmento v. 7. libri hanc scripturam exhibeant,

> ἐχθρὸς γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται,
> χρησμοσύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ,

mirum est, criticos longius, quam putes, a vero aberrasse, quum alii syllabam, quae versui deest, ἔχθιστος scribendo, alii δὴ post γὰρ inserendo, Thierschius denique reponendo ἐχθρὸς γάρ τ' ἀστοῖσι μετέσσεται restituere conati sint. Quorum ego ut nihil verum esse existimo, ita postremum illud ne ferri quidem posse video. Quid enim? Num civibus (hi vero sunt ἀστοί) odio fore dicit hunc, de quo loquitur? Immo non sua in urbe, sed inter peregrinos errantem describi manifestissimum est ex iis, quae praecedunt:

> τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς
> πτωχεύειν, πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον,
> πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,
> παισί τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.

Quare hanc quidem coniecturam quin missum facere oporteat, non potest dubium esse. At cur non reponemus,

> ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται?

Nam ut saepissime coniunguntur particulae μὲν γάρ, ita etiam et permutantur inter se crebro, et nunc haec nunc illa ab librariis neglecta reperitur. Idque in hoc Tyrtaei loco factum esse, nemo non vidisset, si in sequente disticho inventa fuisset particula δέ: pro qua quum posuerit Tyrtaeus τέ, nihil erat, quod criticos de omisso μὲν admoneret. Saepe vero μὲν et τὲ sibi respondent: ut apud Pindarum Pyth. IV. 443.

> κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
> ποικιλόνωτων ὄφιν,
> Ἀρκεσίλα, κλέψεν τε Μηδεί-
> αν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.

Quo in loco supervacanea est omnis mutatio, quod omnia sincera sunt. Nam neque σὺν αὐτᾷ, quod est *ipsa adiuvante*, offensionem habere potest, neque τὰν Πελίαο φόνον, quod est idem ac τὴν φόνον οὖσαν Πελίᾳ, sine exemplo dictum est. Ita Euripides in Iphig. Aul. 794.

> διὰ σέ, τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον.

Aristophanes in Thesm. 542. (535. Br.)

ταύτην ἐῶσαι τὴν φθόρον τοιαῦτα περιυβρίζειν.

Adde Eq. 2. Sed revertamur ad Tyrtaeum. In illo igitur carmine sic legendum erit:

ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται,
χρησμοσύνῃ τ' εἴκων, καὶ στυγερῇ πενίῃ,
αἰσχύνει τε γένος, κάτα δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,
πᾶσα δ' ἀτιμίη καὶ κακότης ἕπεται.
εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη
γίγνεται, οὐδ' αἰδὼς εἰςοπίσω τελέθει.

Nam etiam postremum distichon integerrimum est. Quod enim Thierschius ait, *εἶθ' οὕτως* in recensendis pluribus rebus adhiberi, *πρῶτον, ἔπειτα, εἶθ' οὕτως*, Schaeferi auctoritate usus ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 414. unde concludit, hanc formulam hic, simulque etiam *τοί*, sensu carere: horum nihil verum est. Habet quidem Dionysius isto loco haec omnia, *πρῶτον, ἔπειτα, εἶθ' οὕτως*, at non sic, ut hinc *εἶθ' οὕτως* omnino et ubique in enumerando usurpari colligas: neque eo spectant, quae Schaeferus adnotavit, quem non *εἶθ' οὕτως*, sed *οὕτως* explicare voluisse, apertum est. Est autem adverbii *οὕτως* non alia vis, quam quae naturae eius consentanea est, ut eo confirmentur praecedentia: quare proprie formula *εἶθ' οὕτως* significat, *deinde hoc modo*. Idque ipse ille Dionysii locus comprobat, in quo haec verba sunt: *τὰ γράμματα ὅταν παιδευώμεθα, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκμανθάνομεν, ἔπειτα τοὺς τύπους καὶ τὰς δυνάμεις, εἶθ' οὕτω τὰς συλλαβὰς καὶ τὰ ἐν ταύταις πάθη, καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη τὰς λέξεις.* Ex his consequitur, si bene intelligas Tyrtaeum, recte eum usum esse hac formula. Hoc enim ille dicit: *qui relicta patria mendicus peregrinos adit, non solum odio est iis, ad quos accedit, sed etiam genti suae sibique ipsi opprobrium affert, omnique conflictatur infortunio: tumque sane hoc modo nemo curat aut respicit circumerrantem. Hoc modo* dicit, i. e. *quum haec ita sint.* Tum vero quis *τοὶ* vituperet, quod, ut ad Vigerum docuimus, nostro *ja* respondet? Quod si haec Germanice, ut in sermone familiari solemus, exprimi voles, ita dicendum erit: *sodann kümmert sich ja unter solchen umständen niemand um einen umherirrenden.*

In eiusdem carminis v. 27.

νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
ὄφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,

sane duo vitia sunt, quorum Thierschius quum unum tantum animadverteret, tentavit etiam quae integerrima sunt. Recte ille vidit, particulam ἄρα hic plane otiosam, ideoque ineptam esse. Fallitur vero, quum ὄφρα, *quamdiu* vel *donec* significans, non putat carere posse particula ἄν. Cui regulae, quam alibi se confirmaturum dicit, id quod frustra facturum, si faciet, praedicimus, ne repugnent duo loci Iliadis, ψ. 47.

ὄφρα ζωοῖσι μετείω,

et λ. 474.

ὡςεί τε δαφοινοὶ θῶες ὄρεσφιν
ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, ὅν τ' ἔβαλ' ἀνὴρ
ἰῷ ἀπὸ νευρῆς· τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσιν
φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιαρόν, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ,

in priore ὄφρ' ἄν reponi vult, in altero ὀρώρει. De priore tacebimus, quia in eo ὄφρ' ἄν ferri potest; in secundo autem ὀρώρει, ut in descriptione rei, quae non vere facta est, ne Graecum quidem foret: qua de re dictum est cap. IX. p. 909. Alterum in Tyrtaei versibus vitium, quod quaerendum erat in articulo τῆς, qui ne in prosa quidem oratione, nedum in poeta, tolerari posset, Thierschius in eo invenire sibi visus est, quod, quum praecessisset νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, sequeretur ἔχῃ sine pronomine τίς, quam soloecam orationem dicit esse. At tantum abest, ut soloeca sit, ut sit usitatissima. Euripides in Suppl. 452.

ἢ παρθενεύειν παῖδας ἐν δόμοις καλῶς,
τερπνὰς τυράννοις ἡδονάς, ὅταν θέλῃ;

Plura vide apud Heindorfium ad Plat. Gorg. p. 105. Protag. p. 499. Quod igitur coniicit,

νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν,
ὄφρ' ἂν τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,

tantum abest ut persanando huic loco sufficiat, ut etiam quod sincerum est, sine caussa perdat. Restitue poetae unius litterae mutatione, quod ipso dignum est:

νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ.

Id fecerat iam Valckenarius Diatr. in Eurip. p. 293. Neque vero spero fore, quem moretur vocabulum ἐρατός, statim in sequente versu recurrens. Cuius generis millena exempla apud Graecos poetas exstant.

In secundo Tyrtaei carmine v. 5. elegans lectio est, quam H. Grotius restituendam indicavit,

ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
κῆρας ὁμῶς αὐγαῖς ἠελίοιο φίλας.

Veram tamen esse haud ita facile credam, quum nimium ab ea scriptura recedat, quae apud Stobaeum est, κῆρας ἐπ' αὐγαῖσιν ἠελίοιο φίλας. Quin multo faciliore mutatione aliam eamque minime contemnendam sententiam restitui velim:

ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
κῆρας ὑπ' αὐγαῖσίν γ' ἠελίοιο φίλας.

Ita pugnare hortabitur, vitam spernentes, mortem autem, sub luce quidem solis, i. e. honestam, ut in pugna, expetentes, quoniam illa parum gloriosa mors est, qua quis domi suae morbo vel senio exstinguitur. Facit ad hanc rem hoc in Callini elegia v. 14.

πολλάκι δηϊότητα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

Aliud Tyrtaei fragmentum ex his versibus constat:

ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιῆται,
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε
δόρυ εὐτόλμως βάλλοντες
μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς·
οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

In quibus versibus quum sane reperiatur, in quo quis offendat, ingeniose Thierschius ita scribendum putat:

ἄγετ', ὦ Σπάρτας πολιᾶται,
κοῦροι πατέρων εὐάνδρων,
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβαλέσθαι,
δόρυ εὐτόλμως πάλλοντες.

In his verum esse arbitror πάλλοντες: sed inseri in hoc versu debebat particula δέ, non solum hiatus tollendi caussa, sed

etiam quod ea in tali oppositione necessaria est: commemorantur enim sinistrae dextraeque manus officia. *Προβαλέσθαι* autem cur scribendum sit, non apparet: quin praegresso *ἄγετε* multo aptior est imperativus. Deinde *πολιῆται*, certe quod ad dialectum attinet, nullo modo debebat mutari. Quod vero primarium est, ordo verborum in primis versibus, is valde dubitari potest an non sit mutandus, etiam si ab omni alia correctione abstineas. Nam si sic interpungas,

ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου,
κοῦροι πατέρων, πολιῆται,

cives Spartani vocabuntur filii patrum, i. e. digni patribus filii, quae ratio loquendi minime ab usu Graecorum abhorret. Vt apud Sophoclem in Electra 365.

νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς
πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι, καλοῦ
τῆς μητρός.

Quod si tamen aliquid mutandum sit, longe facillima in promptu est correctio:

ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιητᾶν.

Apud Pindarum Ol. VI. 104.

ἀντεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
πατρία ὄσσα, μετάλλασέν τέ μιν· ὄρσο, τέκνον,
δεῦρο πάγκοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄπισθεν,

alia omnia facilius, quam *μετάλλαξεν*, in mentem cuiquam ventura credidissem. Sed quid est tandem, quare quis in vulgata lectione haereat? Nempe quod Neptunus nihil quaerat, nihil interroget. Non sane interrogat. At quod quaerat, id vero habet. Quaerit enim filium. Quaerimus autem eum, quem volumus ad feciendum quid adhibere. Atqui Neptunus Iamum abducturus erat ad collem Saturnium, ut ei futurorum scientiam impertiret. Id poeta, libertate poetis, praesertim lyricis, concessa, sic exprimit, ut ipsa Neptuni verba, sequi se filium iubentis, adiiciat. Et quidni, qui prosa oratione haec narrare vellet, recte diceret, *ἐζήτει τε τὸν Ἴαμον, κελεύων ἐλθεῖν μετ' αὐτοῦ.*

Non possum praetermittere regulam a Thierschio inventam, non licere poetis pronomen *μὶν* ita ponere, ut, si accusativus subiiciatur, is non nisi praedicatum praecedentis

contineat. Quae regula falsissima est, et nec rationem habet ullam, neque exemplis refutari nequit. Nam (unum enim exemplum in tali re satis est) quid aliud, quam ignorasse eam dicetur Apollonius, qui IV. 1316. ita scripserit:

αὐταὶ δέ μιν ἀμφαδὸν οἶον
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀτυζόμενον προςέειπον?

Quid aliud enim *οἶον* et *ἀτυζόμενον*, quam praedicata sunt, ad *μὶν* addita? Sed nolo cavillari. Neque enim hoc, quod dicit, volebat Thierschius: nam locus, qui ei huius condendae regulae ansam praebuit, alius generis est. Est is Pindari Ol. XI. 16.

ἐγγυάσομαι,
μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατόν,
μηδ' ἀπείρατον καλῶν,
ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν ἀφίξεσθαι.

Quod ille ferri posse negans, *μή τιν'* opinatur scribendum esse. Ex quo intelligitur, quam nimium festinanter concepit regulam, eam non ad *μὶν* spectare sequente accusativo praedicati, sed ad adiectivum omisso participio positum. Nam offensus esset etiam si scripsisset Pindarus, *ἐγγυάσομαι μὴ Λοκρῶν γενεὰν φυγόξενον στρατὸν ἀφίξεσθαι*; non esset offensus si scripsisset, *ἐγγυάσομαι, μή μιν ἀφίξεσθαι στρατὸν οὖσαν φυγόξενον*. Quod si res omnis in omisso participio vertitur, apparet iam, idem esse, utrum sequatur adiectivum participio carens, an praecedat. Itaque, si opus est huiusmodi regulas exemplis elevare, sufficiat hoc Callimachi h. Iov. 40.

παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ
υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.

Cave autem Luciani locum huc referas de Astrol. 14. T. II. p. 366. *ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαι μυθέονται· ναὶ μέντοι καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον· ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη, δοκέω γέ μιν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης, ἀλλά οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο καὶ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ κατηγήσατο.* Non enim opus videtur mutatione, quam Werferus, servans ille *μίν*, proposuit in Actis Monac. I. 1. p. 80. quum satis sit corrigere *δοκέω γε μὴν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης*.

Videamus alium Pindari locum, Pyth. II. 24.

ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ
εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν
πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ
χρυσοχαῖτα προφρόνως ἐφίλασ' Ἀπόλλων
ἱερέα κτίλον Ἀφροδί-
τας· ἄγει δὲ χάρις φίλων
ποίνιμος ἀντὶ ἔργων ὀπιζομένα·
σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,
Ζεφυρία πρὸ δόμων
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει.

Deesse ratus Thierschius, quo *ἄγει* referatur, scribendum contendit *ἀχεῖ:* quod ad metrum quidem ferri potest, etsi in caeteris epodis brevis syllaba est. Neque enim longa necessario requiritur: quare non modo caeteros versus ad hunc conformari non opus erat, sed illud ne fieri quidem potest, ut in quarta epodo v. 164. *τότε δ' αὖθ' ἑτέροις* scribatur, quod hoc demum metro repugnaturum esset. Sed cur tandem desit, quo referatur *ἄγει?* Sane, qui hoc verbum ad *ὕμνον* referret, falleretur. Nam istuc referri non posse, nexus loci monstrat, qui tam est planus, ut mirum sit, quomodo quis non statim videre possit, referendum esse ad Cyprios. Hoc enim dicit poeta: *aliorum alii regum virtutem laudant: Cinyram Cyprii celebrant: movet eos enim gratia debita beneficiis: te autem, Hiero, Locrensis virgo canit.*

In Pindari Pyth. IV. v. 209.

Αἴσονος γὰρ παῖς, ἐπιχώριος, οὐ ξεί-
ναν ἱκοίμαν γαῖαν ἄλλων,

non est *ἂν* addendum, *ἵκοιμ' ἂν* scribendo, quum optativus ea particula minime indigeat: vide ad Vigerum p. 816. Omnino vero cavendum, ne quis temere ex paucis, quae statim prae manibus sint, locis regulas conficiat, ad easque, quidquid iis non convenire videat, conformandum contendat. Quod ut in Atticistis iure vituperasse nobis videmur in dissertatione, quae est de quibusdam praeceptis eorum, ita multo minus ferendum existimamus in iis, qui hodie, in maxima omnis apparatus opportunitate, grammaticorum nomen ambiunt. Qui si dicant, actum esse de critica Pindaro tot in locis adhibenda, si in scholiastarum auctoritate acquiescendum sit, viderint, ne id alii de ipsorum praeceptis dicant. Quid enim? Cui credemus? utrumne recentiori cuipiam, *αἰνὰν Τάρταρον* a Pindaro feminino genere dici potuisse ne-

ganti, an aientibus scholiastis, nec tantum his, sed etiam Etymologo M. p. 502, 30. Eustathio p. 108, 22. aliisque? Quae quum ita sint, ne illud quidem opinor persuaderi nobis patiemur, si Homero dicere licuit γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν, Pindaro non licuisse εἰκὼς pro ἐοικὼς ponere. Quin recepta, quae Isthm. IV. 78. in scholiis exstat, optima lectione θηρᾷ, sic ibi scribendum censebimus:

τολμᾷ γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾷ λεόντων
ἐν πόνῳ·

quorum verborum hic sensus est: *audacia in laboribus animum sectatur leonum, ita ut his similis sit.* De qua loquendi ratione, qua id, quod ex aliqua re consequitur, ut iam effectum adiici solet, supra dictum est p. 896.

XI.
DE REGVLIS SYNTACTICIS.

Sed quoniam videmus, Dawesianum illum morem regulis omnia comprehendendi denuo introduci, non abs re fore arbitramur, si paucis quaeramus, unde petendae sint et quomodo condendae regulae syntacticae, si prodesse eas magis, quam obesse velimus. Nam quum regulae fere fulcra esse claudicantium soleant, consentaneum est, gravius claudicare, quibus fulcra iustam mensuram et firmitatem non habeant. Est autem difficillimum, regulas, quae quidem certae sint, (nam si non sunt certae, ne sunt quidem regulae) constituere, praesertim in lingua tam versatili, quam Graeca est. Quas enim multi regulas vocant, nihil sunt nisi observationes ex aliquot locis, iisque haud raro ne satis quidem intellectis haustae, quos locos quum consentientes videant, citius, quam decet, gavisi, saeviunt in rebelles, nec quidquam tam integrum est, quod non istarum regularum caussa perditum eant. Quo magis operae pretium est, si regulas condere velis, scire, qui fontes earum sint, quidque observare conveniat, ut ne petas ex his fontibus, quod inde peti non potest.

Sunt autem fontes regularum syntacticarum non plures quam duo, si quidem testimonia grammaticorum, ut quae ipsa ex his fontibus hausta sint, praeterimus: rei cuiusque natura, et usus.

Et illud quidem quemadmodum ubique, ita etiam in syntaxi, primarium esse debet, ut cuiusque rei naturam veramque rationem perspicias. Quod etsi saepe difficillimum est, magnaque et diligenti omnium momentorum ponderatione indiget: tamen, si bene cessit, regulas praebet eas, quae quod caeteris firmiores sunt, optimae sunt habendae. Est autem vis earum duplex. Nam quum in eo versentur, quod ex cuiusque rei natura consequitur, simul et quid possit fieri, et quid nequeat, definiunt. Horum illud, quod fieri nequit, omnium est certissimum, quia invictam necessitatem continet. Veluti quod supra dicebamus, modi indicativi propriam esse notationem rei certae veraeque. Ex quo consequitur, huic modo in iis constructionibus, quibus non designatur vera et certa res, non posse locum concedi. Itaque liquido demonstrari potest, perperam scriptum esse, quod legitur in Homeri Iliad. *π.* 52.

ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει,
ὁππότε δὴ τὸν ὅμοιον ἀνὴρ ἐθέλῃσιν ἀμέρσαι,
καὶ γέρας ἂψ ἀφελέσθαι, ὅ τε κράτεϊ προβεβήκει.

Quum enim hoc velit, *indignor, quum quis, qui potentia emineat, parem praemio eius privare vult*, manifestum est, haec non ut de certo homine, sed universe dici. Quare ineptum est absurdumque, dici, quod in hac lectione est, quam posuimus, *qui potentia eminebat.* Nemo enim quisquam eminebat. Quod si quis hic pronomen *ὅ τε* pro coniunctione *ὅτε* accipiat, eamque putet caussali significatione positam esse: quo facto haec ad Agamemnonem referenda essent, quem respicit ista dicens Achilles: tamen vel sic ineptum foret *προβεβήκει.* Nam quid hoc est: *indignor, quum quis me praemio meo privare vult, quoniam potentia eminebat?* Debebat certe dici, *ὅτε κράτεϊ προβέβηκεν, quoniam eminet*, quia de re praesente, non de praeterita sermo est. At Homerus dederat, *ὅ τε κράτεϊ προβεβήκῃ*, idque pridem ex melioribus libris revocatum esset, nisi tam iniqua esset Homericorum carminum sors, ut critici, nimis constructionum varietate conturbati, interdum in rebus planissimis haererent.

Sed cavendum tamen in hoc quoque genere est, ne inconsideratius, quae fieri non posse videantur, ne facta quidem esse contendas. Quamquam enim hoc repugnet, fieri, quod fieri nequeat, tamen plurimae inveniuntur constructiones, quae aliquid, quod pravum sit, contineant, eaeque, ut supra

ostendimus, proprie vocantur idiomata. Verum istae constructiones non carent omni ratione, sed habent, quo recte perpenso excusari possint. Quare cognovisse eas oportet, priusquam fieri quid non posse contendas. Pertinent huc autem quum alia idiomata, tum maxime illud genus, quod attractionem vocant. Veluti quum id, quod sic dicendum erat, οἱ δέ, (πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον,) οὐκ ἐδέχοντο τοὺς λόγους, hoc modo confunditur: τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους: quae Herodoti verba sunt IV. 200. Vide de hac attractionis forma Fr. X. Werferum in Act. Monac. I. 1. p. 81. eruditum iuvenem, qui multa ibi huius maxime generis perutilia congessit. Qui quum ibidem p. 88. locum Xenophontis Anab. V. 7, 6. ἔστιν οὖν ὅςτις τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος, ἔνθα μὲν ἀνίσχει, δύεται δ' ἐνταῦθα· ἔνθεν δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν· contra Schaeferum defenderet, non memor fuit, eadem opera alterum quoque idioma vindicari Xenophonti posse. Neque enim opus est permutatione adverbiorum ἔνθα et ἔνθεν, quia Xenophon per attractionem ἔνθα cum ἐνταῦθα, pariterque ἔνθεν cum ἐντεῦθεν iungere potuit, licet id non fecerit Herodotus in simillimo loco II. 142. quem cum Xenophonteo comparat Schaeferus Melet. cr. p. 111.

In illis vero, quae possunt per naturam rei fieri, multo maiore opus est cautione. Neque enim ex eo, quod quid potest fieri, continuo etiam factum esse colligi licet. Quare in his usus consulendus est, priusquam regulam constituas: quamquam etiam ab altera parte cavendum, ne tantum tribuas usui, ut, quod potest per rei naturam fieri, neges fieri posse, nisi usu exemplorumque vi comprobari videas. Nam quaedam in hoc genere eiusmodi sunt, ut ne indigeant quidem exemplis. Vt ex iis, quae supra de vi et natura modorum disputavimus, certissime consequitur, particulas ὅτε et ὁπότε cum indicativo cuiusvis temporis, dummodo de eo, quod fere fiat, agatur, construi posse. Est enim hoc eiusmodi, ut, si non ita esset, non habitura esset lingua Graeca, quomodo rationem illam, qua in cogitando loquendoque homines carere nequeunt, exprimeret atque indicaret. Alia autem indigent quidem exemplis, sed ita sunt comparata, ut non sint tamen ob raritatem exemplorum vel dubiam fidem temere repudianda. Vt constructio particulae εἰ cum coniunctivo, qui modus etsi in conditione indicanda fere ubique particulam ἐάν adiunctam habet, tamen quare cum particula εἰ coniunctus ita improbetur, ut ista constructio ubique etiam

invitis libris tollatur, nulla idonea caussa est. Nam quod saepissime ab librariis εἴ et ἤν confunduntur, id tantum abest, ut ostendat, εἴ, si coniunctivus ei additus sit, in ἤν mutandum esse, ut possit etiam contrariam vim habere. Quum enim librarii alteram constructionem usitatissimam, alteram autem vel raram esse, vel etiam improbari scirent, multo facilius potuit accidere, ut vel de industria, vel imprudentes ἤν pro εἴ, quam contra, ponerent.

Sed veniendum est ad alterum fontem regularum, qui in usu positus est. Et quis tanta est vel doctrina vel scientia, ut huius infinitam vim et varietatem non solum paratam, verum etiam intellectam habeat? Quare qui ab usu exemplisque regulas repetunt, quid aliud quam numero rem iudicari volunt? Quod ut excusationem habeat, si quis diligentissime plurimos scriptores pertractarit, at non est tamen his concedendum, qui vix uno alterove scriptore recte cognito, statim universam Graeciam regulis, tamquam vinculis, coercere audent. Omnino autem usus, si ille in sola exemplorum copia consisteret, parum habiturus utilitatis esset, nisi adminiculum ei ab analogia accederet, quod tale est, ut huius demum auxilio lucem ei et auctoritatem afferri liceat. Est enim analogia in comparatione similium posita, quae ob id ipsum non potest caeca esse, sed quemadmodum non nisi ex diligenti linguae eiusque idiomatum pervestigatione colligitur, ita etiam exemplorum varietatem regit ac moderatur, videndo, quo quidque pertineat, a quo abhorreat, cui simile, cui dissimile sit: quumque fines exemplorum excedens, ea quoque, quae non sunt in exemplis, complectatur, efficit, ut usus iam non locorum numero, sed eo censeatur, quod mori Graece loquentium consentaneum est. Neque enim hunc dicas callere usum Graecorum, qui, proposito aliquo exemplo, aliis exemplis, quibus id confirmet, opus habet, sed eum, qui, etiam si nullum usquam simile exemplum inveniatur, utrum illud Graecum sit, an non Graecum, dicere sciat. Itaque illud in primis curare oportet, qui regulas, quibus usus regatur, investigant, ut analogiam respiciant: quae quidem res multae est et diuturnae exercitationis, nec nisi diligenti accurataque scriptorum lectione comparatur. Ita videmus de usu particulae ἄν alias atque alias deinceps regulas in medium allatas esse, quum ea particula plerisque ita videretur cum modis quibusdam cohaerere, ut ab iis abesse non posset: unde nunc omissam reposuerunt critici, nunc positam deleverunt, utrumque haud raro temere. Tandem vero, ut spero, didicimus, non

ad modum verbi, sed ad conformationem sententiae istam particulam pertinere. In quo genere quaedam permira sunt, ut quod ἵν' ἂν non nisi ubi de loco, minime autem ubi de consilio accipienda est, cum coniunctivo iungitur: ut non sit dubitandum, quin Sophocles in Oed. Col. 188. scripserit:

ἄγε νῦν σύ με, παῖ,
ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες,
τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν,
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

Habent libri boni optativos, superscriptis coniunctivis, quos posuerunt grammatici, quod πολεμῶμεν quoque ex ἵνα pendere putabant. Alio modo haec particula, frustra, ut opinor, vexavit interpretes apud Herodotum I. 196. quem locum nuper, sed non eo successu, quo vellem, Werferus l. l. p. 84. tractavit: κατὰ κώμας ἑκάστας τοῦ ἔτεος ἐποιέετο τάδε· ὡς ἂν αἱ παρθένοι γενοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας. Integra enim sunt omnia. Nam ὡς ἂν est simulatque: optativo autem utitur Herodotus, quia, ut verbum ἐσάγεσκον docet, de re et praeterita et saepius facta sermo est. Quod si de re praesenti futurave loqueretur, ὡς ἂν γένωνται dixisset. Eustathius p. 1214, 40. ὅτε δὲ τοῦ ὡς πολλῶν ὄντων σημαινομένων κατὰ Τρύφωνα, ἐστί τις καὶ χρονική ποτε σημασία, φαίνεται ἐν ἐπιστολῇ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου, οἷον, ὡς ἂν οὖν λάβῃς τὴν ἐπιστολήν, σύνταξον κήρυγμα ποιήσασθαι, ἤγουν ἡνίκα λάβῃς. Vide Hoogeveenum de particulis p. 1225. Apud Euripidem vero in Iphig. Taur. 58. ubi libri habent,

θνήσκουσι δ', ὡς ἂν χέρνιβες βάλωσί με,

aegre defendi haec formula poterit, recteque emendasse viri docti videntur,

θνήσκουσι δ', οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.

Interdum hoc genus sola verisimilitudine iudicandum est. Nam si quid adeo est usitatum, ut parum credibile sit, aliquo in loco non esse positum, nihil caussae est, quare nolimus lectionem suspectam habere. Quamquam sedulo cavendum, ne id faciamus sola exemplorum multitudine adducti. Vt quum nihil obstare videatur, quin recte scripsisse Aeschylum putemus in Choeph. 592.

ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι,

metro certe particulam ἂν non ferente: non foret tamen verisimile Herodotum sic loquutum esse III. 127. ὑμέων δὴ ὦν τίς μοι Ὀροίτεα ἢ ζώοντα ἀγάγοι ἢ ἀποκτείνειε; quo factum est, ut nuper Werferus in Act. Monac. I. 2. p. 257. ἂν excidisse arbitraretur, quamquam dubitans ille, ubi id inserendum sit, quum nullum in litterarum vestigiis indicium exstet, ex quo, ubi excidere potuerit, probabiliter coniici possit. At si necessaria est ista particula, non est quaerendum, cur excidere potuerit: potuit enim, ut multa, casu: sed ubi inserenda sit. Id est autem planum, quia non posset alibi, in his quidem verbis, quam post τίς inseri. At vero isto quidem in loco non est inserenda. Integra enim oratio haec est: ὦ Πέρσαι, τίς ἄν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστὰς ἐπιτελέσειε σοφίῃ, καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ; ἔνθα γὰρ σοφίης δέει, βίης ἔργον οὐδέν. ὑμέων δὴ ὦν τίς μοι Ὀροίτεα ἢ ζώοντα ἀγάγοι, ἢ ἀποκτείνειε; Nam est hoc usitatum Graecis, ubi oratio ex duobus membris constat, quorum alterum cum altero vel alia ratione coniunctum est, vel eius repetitionem quamdam continet, in posteriore omittere ἄν. Sophocles Electr. 801.

Π. οὐκοῦν ἀποστείχοιμ' ἄν, εἰ τάδ' εὖ κυρεῖ.
K. ἥκιστ'· ἐπείπερ οὔτ' ἐμοῦ καταξίως
πράξειας, οὔτε τοῦ πορεύσαντος ξένου.

Cave autem, casu id fieri, negligentiave credas. Fit enim consulto, et quia sic debet. Neque enim ubique, sed ibi tantum haec ratio observatur, quum, quod priore membro dubitantius dicebatur, altero minus dubitanter proferendum est. Clare hoc ex nostra lingua cognosci potest, quum talia prorsus ut Graeci exprimamus: ut apud Herodotum: *wer von euch wohl würde mir etwas mit klugheit, und nicht mit gewalt und geräusch ausführen? denn wo es der klugheit bedarf, hat gewalt nichts zu schaffen: wer also würde mir den Orötes lebendig bringen, oder tödten?* et apud Sophoclem: P. *so möchte ich also wohl gehen, wenn es so gut ist.* K. *keinesweges: denn da würdest du thun, was weder mir, noch dem gastfreunde, der dich gesendet hat, gleichgültig wäre.* Sic etiam apud Aeschylum Agam. 1056.

σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον·
ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων,
πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

Obiter addo, formulam πείθοι' ἄν, εἰ πείθοιο, qua res ut valde dubia profertur, non dissimilem esse illi, qua saepe

usus est Homerus, sed ille semper in re praeterita, ut Iliad. γ. 180.

δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴποτ' ἔην γε.

Alia exempla vide apud Heynium ad eum locum. Cuius formulae, quae perdifficilis explicatu est, hic videtur sensus esse: *si umquam fuit, quod nunc non est amplius*, i. e. si recte dici potest fuisse, quod ita sui factum est dissimile, ut fuisse umquam vix credas. Est enim haec loquutio dolentium, non esse quid amplius: ut vim eius Germanice sic exprimas, *leider nicht mehr*. Paullum immutavit Meleager epigr. 22.

ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν ποτέ.

Qui versus non erat coniecturis tentandus. Simul apparet, non recte statuisse virum doctum, qui in Diurnis scholasticis a. 1833. m. Augusto n. 103. hanc formulam ad longum temporis spatium rettulit, quo pene oblitterata sit rei olim actae memoria.

Sed ut ad propositum revertamur, quantumvis magna in promptu sit locorum copia, quae regulam aliquam firmare videatur, tamen ubique, ubi regulam neglectam reperias, videndum est, ne idonea ratio lateat. Quod si vel potuisse certe negligi regulam intellexeris, cavere oportet, ne corrigi velis, quae haud satis scias, an sana sint. Vno exemplo hanc rem illustrabimus. Recte observavit Werferus in Actis Monac. I. 2. p. 232. apud Herodotum, ubi coniunctivo deliberandi significationem habente non opus sit, plerumque indicativum inveniri, ut V. 43. ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἐς Δελφοὺς οἴχετο χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αἱρέει ἐπ' ἣν στέλλεται χώρην· ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ αἱρήσειν. Vereque sane monet p. 231. iure Valckenarium in eiusdem libri cap. 82. scribi voluisse: ἐπειρώτεον οὖν οἱ Ἐπιδαύριοι, κότερα χαλκοῦ ποιέωνται τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου. De eo enim illi interrogabant, oporteretne ipsos ex hac, an ex alia materia facere statuas. Quod si legatur, ut vulgo, ποιέονται, sensus erit: *interrogabant, utrum, quas facere deberent statuas, aereas an lapideas facerent.* At ex hac re minime consequitur, quoniam frequentissimus est etiam in re praeterita hic coniunctivi usus apud Herodotum, ubique eum vel repugnantibus libris restituendum esse. Quin deterrere tale quid molientem vel hic locus potest, I. 53. τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρά, ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾷν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προςθέοιτο φίλον. Et mox, ubi ipsa legatorum verba refe-

runtur: *καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προςθέοιτο φίλον.* Quo in loco quum parum verisimile sit bis errasse librarios, intelligas, si attenderis, id quod aliquot aliis locis comprobari potest, discrimen esse inter hos modos, sensumque esse hunc, *an deberet bellum inferre Persis, et an censerent eum sibi aliquos socios adiungere.*

Denique spectandus est etiam cuiusque scriptoris usus: in quo ad regulas revocando magnopere falleretur, qui, si quid ab aliquo scriptore non esse usurpatum videretur, continuo id ne ferendum quidem esse, sicubi inventum esset, contenderet. Nam si modo recte dictum est, neque ita a scriptoris vel ingenio vel patria vel aevo abhorret, ut non potuerit ab illo scribi: nihil obstat, quin, quamvis rarum, servetur. Vtile vero est, quaeri in tali caussa, qui factum sit, ut hic scriptor ab hoc usu abstinuerit. Veluti quum apud recentiores particulae finales cum indicativis imperfecti, aoristi, plusquamperfecti, ubi de consilio non effectum dato agitur, saepissime construantur, apud Homerum vix reperias huius constructionis exemplum. Nempe is, quoniam multo simplicior est eius oratio, non consilium, quo aliquid debuerit, sed rem, quae facta esset, sed nunc non est facta, commemorare solet: ut Od. ω. 30.

ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἧςπερ ἄνασσες,
δήμῳ ἐνὶ Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν.
τῷ κέν τοι τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί,
ἠδέ κε καὶ σῷ παιδὶ μέγα κλέος ἤρα' ὀπίσσω.

At quis ausit contendere, non licuisse ei etiam sic scribere:

ὥς κέν τοι τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί,
ἠδέ κε καὶ σῷ παιδὶ μέγα κλέος ἤρα' ὀπίσσω.

Sed haec hactenus.

XII.

ADDITAMENTA ADNOTATIONVM AD VIGERVM.

Accedant denique huic appendici, spatii, quod reliquum est, implendi caussa, haec additamenta.

I. Quam p. 802. emendationem proposui in Herodoti lib. IV. c. 76. ea egregie confirmatur simillimo eiusdem scri-

ptoris loco, VIII, 142. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα. Quo ipso in loco non dubito quin scribendum sit οὔτοι γε. Pertinet ad eamdem disputationem locus Xenophontis Cyrop. II. 4, 27. 28. notandus ille propter formulam μηδέ γε — μήτοι, in qua μήτοι, male a criticis in μήτε mutatum, auget quodammodo praegressam negationem. Verba haec sunt: μηδέ γε σύ, ὅτι, οὐχ ἡγεμόνας ἔχων ἀνθρώπους, πλανᾷ ἀνὰ τὰ ὄρη, ἀλλ' ὅπῃ ἂν τὰ θηρία ὑφηγῆται, ταύτῃ μεταθεῖς, μήτοι καὶ νῦν οὕτω τὰ δύςβατα πορεύου, ἀλλὰ κέλευέ σοι τοὺς ἡγεμόνας, ἐὰν μὴ πάνυ πολὺ ἐλάσσων ἡ ὁδὸς ᾖ, τὴν ῥάστην ἡγεῖσθαι· στρατιᾷ γὰρ ἡ ῥάστη ταχίστη. μηδέ γε σύ, ὅτι εἴθισαι τρέχειν ἀνὰ τὰ ὄρη, μήτοι δρόμῳ ἡγήσῃ, ἀλλ' ὡς ἂν δύνηταί σοι ὁ στρατὸς ἕπεσθαι, τῷ μέσῳ τῆς σπουδῆς ἡγοῦ.

II. Particula ὥςτε, praegressa negatione, interdum ita construitur, ut ad solum verbum, quod cum negatione coniunctum est, non etiam ad negationem pertineat. Euripides Suppl. 785.

φίλων δὲ χρυσὸς πολλάκις δωρουμένων,
οὐκ εἰςεδέξατ' οἶκον, ὥςτε τοὺς τρόπους
δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο.

Aurum ab amicis oblatum non accepit, ita ut iis serviret, pecunia corruptus: i. e. quo facto iis serviturus fuisset. Iphig. Taur. 1325.

οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥςτε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.

Non ita celeri fuga navigant, ut vindictam effugerint. Vere enim, opinor, Hesychius: ἀγχίπουν, εὐδιακόμιστον, ex hoc ipso Euripidis loco, sive haec vera est lectio, sive ἀγχίπλουν, quod apud Euripidem legitur: quamquam veri similius est, ἀγχίπουν scripsisse poetam, quod facile, quoniam de navigatione sermo est, in ἀγχίπλουν mutari potuit. Ponitur sic ὥςτε etiam post verbum, quod in se negationem habet, ut ἀποτυγχάνειν. v. Plat. de Rep. III. p. 394. E. Sophocles Antig. 1250. γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥςθ' ἁμαρτάνειν.

III. Eadem illa particula ὥςτε interdum cum iis verbis coniuncta invenitur, a quibus eam valde alienam esse putes. Sed id quum fit, hanc illa vim habet, quae per *adeo* aut *vel* exprimi possit. Sophocles Philoct. 656.

ἆρ' ἔστιν ὥςτε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν,
καὶ βαστάσαι με, προςκύσαι θ', ὥςπερ θεῶν;

Licetne vel prope etiam considerare arcum, manuque contrectare, exoscularique, tamquam si deorum esset? Euripides Iphig. Taur. 1379.


δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥςτε μὴ τέγξαι πόδα.

Haec codicum lectio est: vulgo ναυβάταις legitur pro ὥςτε μή, ex correctione, ut puto, quum istae particulae ab hac constructione abhorrere viderentur. At exquisita, ni fallor, haec lectio est: *magnus enim fluctus navem terrae allidebat, metusque erat vel pedem navis mersum iri.* Adde Thucyd. I. 28. VIII. 86. Alia exempla attulit Schaeferus ad Soph. Oed. Col. 1350. sed non debebat huc referre Xenoph. in Anab. II. 2, 4. ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, cuius formulae eadem potestas est quae quum dicitur ὡς ἀναπαυστέον.

IV. In iis, quae supra de attractione allata sunt, commemorari poterat genus attractionis, facile illud quidem explicatu, sed minus tamen obvium, quo usus est Aeschylus Sept. ad Th. 17.

ἣ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ,
ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὄτλον,
ἐθρέψατ' οἰκιστῆρας ἀσπιδηφόρους
πιστοὺς ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.

Id est, ἐθρέψατο, ὅπως γένοισθε πιστοὶ πρὸς χρέος τόδε.



I.

INDEX SCRIPTORVM

QVORVM LOCA

VEL EMENDANTVR VEL EXPLICANTVR.

A.

*) Hoogevenus usus est editione Aurel. Allobr. 1607.

*) Ex interpr. Guil. Canteri 1604.

*) ed. Colon. 1688. **) edit. Aurel. Allobrog. 1607.

*) Demosthenis editioni Aurel. Allobrog. a. 1607 additus.

*) edit. Genev. a. 1657. **) interpr. Hieron. Wolfio, 1604.

*) una cum Cyrillo edit. Lips. a. 1696.
**) Hoogeveenus usus est edit. Marburg. a. 1683 nos vero Reiskiana.

*) ed. Xylandri Hanov. a. 1613.
) edit. Colon. a. 1613. *) ed. Serrani.

*) ed. Francofurt. a. 1599.

**) Platonis editioni Basiliensi additus.

INDEX SCRIPTORVM.

T.

II.

INDEX

LOCORVM NOVI TESTAMENTI.

ACTOR. APOST.

III.

INDEX GRAECVS

VERBORVM SINGVLORVM ET IVNCTORVM MAXIME MEMORABILIVM.

B.

Γ.

Δ.

Z.

H.

Λ.

N.

Π.

P.

Σ.

T.

Ψ.

Ω.

IV.

INDEX LATINVS.

B.

C.

Q.

V.


INDEX SCRIPTORVM

IN G. HERMANNI ADNOTATIONIBVS EXPLICATORVM ET EMENDATORVM.

Ἐπίμετρον.

Vigerus pag. 199. seq. verba Xenophontis Hist. Gr. II. [cap. 1 extr.] pag. 268. ed. H. Steph. *Λύσανδρος δὲ Φιλοκλέα πρῶτον ἐρωτήσας, ὃς τοὺς Ἀνδρίους καὶ Κορινθίους κατακρημνίσειε, τί εἴη ἄξιος παθεῖν, ἀρξάμενος ἐς Ἕλληνας παρανομεῖν, ἀπέσφαξεν*, interpretatur sic: *Lysander cum ex Philocle, qui Andrios et Corinthios praecipites egerat, quaesisset, qua poena dignus esset* etc. simulque diserte ait, *κατακρημνίσειε* positum esse pro indicativi plusquamperfecto *κατεκεκρημνίκει*. Atqui sententia est, *Lysander cum ex Philocle quaesisset, qui Andrios et Corinthios praecipites egisset, qua is poena dignus esset* etc. Quodsi Xenophontis, non Lysandri essent haec verba, *ὃς τοὺς Ἀνδρίους καὶ Κορινθίους κατακρημνίσειε*, foret soloeca oratio, quia praecedens articulus postpositivus non ad verbum, sed ad Philoclis nomen relatus, optativum adsciscere non potest. FRIDER. VOLGANG. REIZIVS in *Diss. de temporibus et modis verbi Graeci et Latini* P. I. pag. 18.

Curavimus ut hic liber in duo volumina dividi possit, quorum prius finitur pag. 468.



TYPIS DESCRIPSIT
BENEDICTVS GOTTHELF TEVBNER.

